Digitized by Google


III. 24
E

CAROLI

SIGONII

OPERA OMNIA.

TOMUS PRIMUS.

Digitized by Google

CAROLI SIGONII
MUTINENSIS
OPERA OMNIA
EDITA, ET INEDITA,
CUM NOTIS VARIORUM ILLUSTRIUM VIRORUM,
ET EJUSDEM VITA
A CL. V. LUD. ANTONIO MURATORIO
SERENISSIMI DUCIS MUTINÆ BIBLIOTHECARIO CONSCRIPTA,
PHILIPPUS ARGELATUS BONONIENSIS
Nunc primùm collegit, ſuaſque Animadverſiones in aliquot ipſius SIGONII Opuſcula adjecit, necnon Indicibus locupletiſſimis exornavit.

TOMUS PRIMUS.

INVICTISSIMO ET CLEMENTISSIMO
CAROLO VI.
ROM. IMP. SEMPER AUGUSTO.



MEDIOLANI, MDCCXXXII.
IN ÆDIBUS PALATINIS.
SUPERIORUM PERMISSU.

Digitized by Google



CAROLO VI.

ROM. IMPERATORI
SEMPER AUGUSTO
HISPANIARUM &c. REGI

PHILIPPUS ARGELATUS BONONIENSIS
VITAM ET VICTORIAS.

M*Agnum* Caroli Sigonii *nomen in literaria Republica ex antiquitatis peritia*, & *latini ſermonis elegantia*, IMPERATOR AUGUSTISSIME, *non apud Italos tantùm, quorum is non exiguum ornamentum, ſed apud ceteras omnes Nationes per omnium ora circumfertur, quòd*

Digitized by Google

ſacram & profanam hiſtoriam eruditione ſua mirificè illuſtrarit, & ſparſa undecumque monumenta vetuſtatis ſuos in libros contulerit, ac, perpetua temporum ſerie ſervata, commodiſſimè digeſſerit: quod ſi umquam aliàs diligenter, in libris de Occidentali Imperio, *ac* de Regno Italiæ *conſcribendis homo ad maxima quæque judicio ac doctrina comparatus diligentiſſimè perfecit, itaut ceteris poſt ſe ſpicilegium vix reliquerit, primuſque rem difficilem, ac tenebris involutam numeris omnibus abſolverit; eo certè conſilio, ut neceſſariam Chriſtianæ Reipublicæ concordiam Sacerdotium inter ac Imperium Hiſtoriæ fide ſtabiliret. Ob tantam itaque utilitatem laudati hactenus libri frequentiâ Lectorum obtriti rari ætate noſtra apparebant; itaque deliberavi novam editionem inſtruere, quæ omnia illius opera edita priùs, vel adhuc inedita complecteretur; cùmque in iis colligendis fortuna ſecundaverit, jam eò me veniſſe cognovi, ut primum Tomum Eruditorum hominum limâ expolitum in lucem publicam emittere poſſim, quem Tibi,* IMPERATOR AUGUSTISSIME, *humillimè ſiſto. Tua enim ſunt quæcumque ab induſtria noſtra proficiſcuntur, quòd vitæ mihi præſidium & otium inter Muſas agendum ſacrarum largitionum iteratâ copiâ paraveris. Præterea* CÆSAREO NUMINI *Tuo Sigoniana opera jure quodam ex ipſa re nato debebantur, quòd Occidentalis Imperii, ut initio memoraveram, & Italiæ noſtræ hiſtoria in iis explicetur, & Sacri*

Re-

Romani Imperii Tui origo, & jura diſtinctiùs inquirantur, à remotioribus iis temporibus repetitâ hiſtoriâ, cujus ope perpetuam in omni tempore Imperii fortunam cognoſcere Te, INVICTISSIME IMPERATOR, *decet maximè, quo tuas imperandi artes cum aliis Prædeceſſorum tuorum conferre poſſis; unde Tibi utilitatis & gloriæ plurimum, nobis verò gratulationis argumentum ampliſſimum. Traditi namque Tibi fines pacis & belli artibus ita protelaſti, ut à Barbaris jam ſit nobis otioſa ſecuritas, & in Romana Republica Juſtitiæ atque Abundantiæ copia Triumphatori Tibi perpetuò adſideant in communem populorum omnium utilitatem. Argumentum, inquam, Sigoniani ſtili felicitate dignum, quod ipſa per ſe rerum geſtarum gravitas abundè illuſtravit, & ſibi gratiſſimum quantacumque ſimplicitate ſcriptum ſeri aliquando Nepotes admirentur.*

Accipe itaque, IMPERATOR AUGUSTISSIME, *animo, quo ſoles, benigno laborum meorum munus exiguum, quod à primis ſtudiis, quæ probaſti, ac præmiorum liberalitate foves, minimè diſtat; & me, quem eximiâ honoris abundantiâ exornaſti, Imperialis gratiæ Tuæ favore ad alia iterum tentanda paratum adjuva, dum interim ad ſacros pedes provolutus Vitam & Victorias ad Chriſtiani nominis incrementum ex animo precor.*

Dabam Mediol. VI. Kal. Jul. MDCCXXXII.

LECTORI HUMANISSIMO
PHILIPPUS ARGELATUS BONONIENSIS
S. P. D.

QUanti fecerint eruditi Viri CAROLI SIGONII elegantiſſimos libros ad univerſam propemodum antiquitatem illuſtrandam comparatos, ex eo potiſſime cuique ſit perſuaſum, quòd inter Italos recentiores vix alter inveniri poſſit, quem cultarum Nationum omnium perpetuum conſtanſque judicium majoribus laudibus exornaverit, & cujus libros lectionis aſſiduitate ferme contriverit. Hinc factum eſt, ut non ſemel iterata ſit & apud Noſtrates & apud Exteros eorum librorum editio; ſed creſcente in dies Lectorum frequentia, rara admodum ætate noſtra purgatioris formæ apparent exempla, jacturamque non ſemel apud me, vel verbo, vel ſcripto dolentibus eruditis viris, aliquando reparare deliberavi. Neque uno tantùm argumento ad hanc operam capeſſendam invitabar hoc tempore, quo vergente jam ad deſignatum calcem magna *Italicorum Hiſtoricorum* Collectione, otii aliquantulum ſupererat ab immani labore, quem ſi novus iſte in edendis Clariſs. Sigonii operibus exciperet, jam animo reputabam à condita Urde Roma in annum Æræ Chriſtianæ MD. abſolutum Italicæ Hiſtoriæ corpus me facilè daturum. Si quis enim initium fecerit à Faſtis Conſularibus, quibus Romani Reges, ordine temporum ſervato, præmittuntur, deinde ad Hiſtoriam Occidentalis Imperii, & aureos Libros de Antiquo Jure Civium Romanorum, & de Judiciis deſcenderit, quibus univerſa Romani Imperii adminiſtratio diligentiſſimè explicatur, mox in libris de Regno Italiæ finem fecerit, integram continuamque ſeriem habebit ad ea uſque tempora, quæ Collectionis Muratorianæ Scriptores fuſiori calamò percurrunt, tantoque faciliùs, & accommodatiùs, quanti proderit vetuſtiora monumenta ſparſa ubique, ac non ſemel obſcura, in unum corpus ab emunctæ naris homine digeſta & explicata volutaſſe. Præterea amor me meus in Sigonium ferme angebat; is enim vivens Bononiam patriam meam cariſſimam diu literis coluit, quo uno ex titulo ſingularem à Bononienſe homine diligentiam, & non vulgare officium jure ac merito poſcebat. Ceſſi ergo meo amicorumque deſiderio, & ut celeriùs editionem inſtruerem, quidquid æris & curæ neceſſarium reputavi è meo privato penu contuli, ne *Palatinorum Sociorum* rationes diverterem in aliam cauſam, vel poſtrema communi cura priorem aliquantiſper publico cum incommodo turbarem. Sed fateor, mihi in primis hæſitandum fuit; nam ſi Bononienſem caſtigatiorem editionem renovaſſem, ſi Wechelianam alteram, non omnia illius opera exhibuiſſem, ſi verò inedítos hucuſque libros diſſimulaſſem, non ſatis ipſe mihi placere poteram; Sigonius enim præſtantiſſimos alios libros à ſe ſcriptos veluti ſuis cum cineribus in ſepulcro latentes brevì perituros doleret. Quamobrem in colligendis editis omnibus, quorum aliquot rariſſimi, & in MSS. inqui-

rendis curam omnem, & patronorum amicorumque omnium operam primùm adhibui, variaſque Italiæ publicas Bibliothecas, vel præſens ipſe, vel alius quiſpiam, ut loci opportunitas ferebat, luſtravimus, neque à privatis abſtinuimus, petentes, inſtantes, obſecrantes, ne oblivioni celebratiſſimi viri lucubrationes diutius tradi paterentur, & univerſæ literariæ Reipublicæ gratiſſimum beneficium inviderent. Valuit apud omnes Sigoniani nominis auctoritas, meumque deſiderium ita impletum eſt, ut nulli ſint libri hactenus editi, qui noſtram non venerint in poteſtatem ad editionem abſolvendam: præterea MSS. aliquot, quorum nova fiet acceſſio, gratiſſima tibi, Lector humaniſſime, futura ob eximiam Auctoris elegantiam, antiquitatis peritiam, & exactiſſimum in rebus inveſtigandis judicium. Eorum librorum titulos non abſque cauſa reticere cogor; interim hæc in univerſum præfari juvat, ut conſilium meum, & novæ hujus editionis ſpecimen exhibeam, cetera in alia epiſtola ſingulis tomis præponenda expoſiturus: itaque facile mihi perſuadeo futurum, ut cùm MSS. omnes ad poſteriores tomos amando, dilata dies novum aliquod offerat, quod anxiè quidem ac diligenter inquirere non deſino. Nunc de primo accipe.

Præponenda de more fuerat Auctoris VITÆ notitia, quæ ſi in alio quopiam cognoſcenda fuerat, in Sigonio multo quidem diligentiùs erat inveſtiganda, ob literarias quæſtiones à pluribus cum homine acris ingenii actas, quæque varie à variis antea pro factionis fortaſſe amore recenſebantur. Ad eam operam, quæ literatiſſimum virum, & privatas è Sigoniana domo notitias poſcebat, aptiorem neminem invenire uſpiam potuiſſem, quàm Clariſs. LUDOVICUM ANTONIUM MURATORIUM, cui Muſarum omnium chorus quidquid elegantiæ ac doctrinæ præſtantius erat, uberrimè conceſſit, quique communem cum Sigonio patriam nactus, multo quàm ceteri faciliùs ex familia ipſa certa rerum geſtarum monumenta producere poterat. Neque mea me fefellit opinio; is namque pro ſua in me humanitate, quam numquam ſatis commendaverim, juſtaque gratiarum actione proſequutus fuero, intermiſſis paulifper ſeverioribus occupationibus, cuncta, quæ ad Sigonii vitam, mores, ſtudia, opera, & literarias pugnas pertinent, adeò exactè rimatus eſt, ut nihil ampliùs deſiderari poſſit, & innumeri ferme aliorum errores, cùm de Sigonii vita ſermonem habuerunt, impoſterum corrigendi ſint, & vel factionum ſtudio, vel eorum oſcitantiæ tribuendi.

Sigonianos libros aperiunt **FASTI CONSULARES**, quorum uſus literatis Viris neceſſarius, mirum in quantas non ſemel anguſtias impegerit antiquitatum amatores! Abſolutum Sigonii labore credendum erat arduum hoc opus; ſed cùm ab ejus ætate ad noſtram hanc quaqua versùs Imperii Romani fines protendebantur tot effoſſa ſint & effodiantur in dies lucidiſſima monumenta vetuſtatis, operæ pretium videbatur, cenſuræ limam adhibere, ne qui Sigonii Faſtos abſque ulla diſcuſſione recuſos legeret, novarum obſervationum opem non ſentiret. Hoc verò muneris, rogante me, ſuſcepit Doctiſs. P. D. JOSEPH MARIA STAMPA Comenſis è Somaſchæ Congregratione, qui ſingulari uſus diligentia, omnes inſignio-

ſignio-

ſigniorum Criticorum obſervationes in hanc meam Editionem contulit, *Petavii* ſcilicet, *Pigbii* & *Almelovenii*, quas ad firmandos potius, quàm ad emendandos Sigonianos Faſtos à Rege Romulo ad C. Julium Cæſarem adhibuit, *Mediobarbi*, *Pagii*, *Tillemontii*, ac omnium noviſſimi *Blancbini* à Julio Cæſare ad obitum Auguſti. Ab hoc verò tempore ad an. Chriſti CXLVI. Stampa noſter *Eminentiſs. Noriſium* viæ ducem habuit. Ad annum denique CCLXXXIV. *Petrus Relandus* facem prætulit. Sed ita vir judicio graviſſimus in aliorum ſententiam venit, ut juſtis aliquando ex cauſis minimè ſubſcripſerit, & ſuas ipſe inveſtigationes produxerit. *Cuſpinianum*, *Panviniumq;* etſi minus frequenter appellatos adſtipulatores habuit; ſed qui Petavium, Pighium & Almelovenium excuſſerit, illico comperiet tres iſtos à duobus prioribus quidquid in ſuis edidere Codicibus fuiſſe mutuatos.

Pagius etiam eximius Em. Baronii cenſor adjumento fuit; ſed Stampa non ſemel à Conſularibus regulis in Hypatica Diſſertatione ſtabilitis diſcedere voluit; ne Quinquennalia, Decennalia, Quindecennalia, Vicennalia ſuum extra præſcriptum tempus anno integro, & aliquando biennio cum celebratiſſimo Diſſertationis Auctore transferret.

Blancbinum poſtremò in Romanorum Pontificum actis etſi diligentiſſimum veritatis exploratorem, ſi aliquando correxit, eas adhibuit rationes, & teſtimonia, quæ ſibi Lectoris calculum arrogare mereantur.

Et quoniam ad Chronologiæ rationem ſtabiliendam, unde ſacræ ac profanæ Hiſtoriæ lux unice petenda, plura occurrunt, quæ fuſiori calamo erant illuſtranda, Diſſertationem præmiſit de *Romæ conditæ, ac de inſtituti Conſultatus* anno primo. *De anni in menſes ac dies à Romulo facta diviſione, immutata à Numa Pompilio, ac deinde à Decemviris emendata. Hinc à Julio Cæſare, mox iterum ab Auguſto, ac deinde à Gregorio XIII. Pont. Max.* conſtituta in futurum ſtabiliori emendatione. Alteram item inſeruit Diſſertationem *de Spoliis, & Comitiis Romanorum*: de varia recentiorum Chronologorum opinione circa *Urbis exordium*, & *Calculum, quem in annorum computatione ſervabant*, eo conſilio, ut ſi qui à Stampa noſtro diſcordes ſint, levi negotio cum eo convenire poſſint. Alias poſtremò Diſſertatiunculas addidit *de Chriſti nati anno vero*: *de ejus primò ſuſcepta poſt Baptiſma prædicatione*: *de ejus ſupremo Paſchate, deque ejus à ſua Incarnatione ad Paſſionem triginta trium annorum traducta vita mortali*, quæ omnia licèt ad illuſtrandos Sigonianos Faſtos minus erant opportuna, ad continuandos erant omnino neceſſaria; ſuſcepit id quoque muneris prælaudatus Pater Stampa, qui non tantùm Sigonianos Faſtos ſummâ diligentiâ emendavit, illuſtravitque, ſed ſuam ex integro CONTINUATIONEM adjecit, à morte nempe Auguſti, in qua Sigonius ſubſtiterat, ad Imperium uſque Diocletiani & Maximiani deductam, ſub quibus alterum Sigonii opus de Occidentali Imperio ſumit exordium. In ea temporum ſerie complenda impenſo ſtudio Continuator celeberrimus adeò incubuit, ut nihil profectò prætermiſerit, quod ad Hiſtoriæ illuſtrationem, & Chronologiam firmiùs ſtabiliendam inſtaurandamque noverat expedire.

Ex

Ex his, Lector humaniſſime, prælibare liceat, quæ in Faſtorum editione pro viribus adhibenda curavimus; neque enim inficias iverim, opus hoc latiſſimè patens, non unum Doctiſſimum Stampam, ſed plures alios, annoſque plures ſibi exigere debuiſſe.

Neque minori ſtudio ac eruditione illuſtrati ſunt **LIBRI DE OCCIDENTALI IMPERIO** per eruditiſs. **P. D. JANUARIUM SALINAS** Neapol. Monach. Caſinenſ., è celebratiſſimi Abb. *Jo: Baptiſtæ de Miro* Schola, quem Papiæ in S. Salvatoris Monaſterio degentem opportuna ſors obtulit. Is Hiſtoriæ ſacræ ac profanæ peritiſſimus, illius ope ac Romanorum Legum notitia purioribus è fontibus, non è forenſium rabularum deliriis hauſta, qua pollet plurimum, Sigonianos libros expolivit, eluxatos quandoque temporum ac rerum locos in ſuam ſedem reſtituens, Legibus in Theodoſ. præcipuè Cod. ſcriptis in teſtimonium productis, & Hiſtoricorum Synchronorum fide adhibita; quo novo adjumento firmiorem in poſterum figere pedem liceat in Occidentalis Imperii Hiſtoria; ad quam cùm ſacræ res etiam pertineant, id potiſſimum curavit, ut orthodoxa à pſeudoconciliis diſtingueret, & Catholicam veritatem conſtantiſſimè ſtabiliret.

Secundus tomus ex viginti Libris de **REGNO ITALIÆ** compactus eſt, qui ſi non interituram unquam Sigonio famam præ ceteris pepererant, & obtriti ferme noſtrorum aſſiduè manus percurrunt, liceat mihi aliquid audentius aſſeverare, majoris fortaſſe pretii æſtimandi ex noſtra ſolicitudine, atque Clariſs. **JOSEPHI ANTONII SAXII** Bibliothecæ Ambroſianæ Præfecti diligentiâ, & curâ publicam in lucem prodibunt. Is enim ex ampliſſimo eruditionis ſuæ theſauro, atque pluribus ex certis & venerandæ antiquitatis monumentis, Archivo præſertim celebratiſſimi *Monaſterii S. Ambroſii* hujus Civitatis, quæ neque Sigonius, aut alius quiſpiam in hanc uſque diem obſervaverat, aliiſque pluribus vel editis adhuc, vel ineditis Diplomatibus, atque ope Scriptorum noſtrorum Italicorum, chronologiæ rationem & reſtituit, & factorum ſeriem vel ſupplevit, vel illuſtravit amore in Sigonium, & ſtudio veritatis præcipuo, quod ipſiſmet illius Manibus opitulari videatur, & lucidiùs Italicam eorum temporum Hiſtoriam repræſentet ſuis perpetuis in notis, quæ rerum ſoliditatem, non inanem ac verboſam trutinam continent.

Ceterorum qui ſequuntur librorum ordinem adhuc minimè diſpoſui, ſed ſuas quique notas, & obſervationes, vel editas antea, vel noviſſimas literatorum Virorum, quo acceptiores fiant, itidem habebunt, Ad eos, nempe de **ANTIQUO JURE CIVIUM ROMANORUM, ITALIÆ, AC PROVINCIARUM, ET DE JUDICIIS**, nec non de **BINIS COMITIIS, ET LEGE CURIATA**, præter ea, quæ in ſua Editione theſauri celebratiſſimi Antiquitatum Romanorum Cl. *Grævius* notaverat, habebis prolegomena Cl. Viri, & multiplici eruditione inſignis **HORATII BLANCI** J. C. Romani, necnon commentaria perpetua J. C. **JOANNIS MADERNI** Mediolanenſis.

Ad **LIBROS** de **ATHENIENSIUM, EORUMQUE** ac **LACÆDEMONIORUM TEMPORIBUS** manus adhibuit accuratiſ-

ſimas

ſimas Vir Orientalium linguarum, atque Hiſtoriæ peritiſſimus, quem aſſiduis precibus fatigatum vici tandem pro ſua ſingulari humanitate: hoc unum in ſe ipſum inofficioſus, ac ferme injurius, quòd nomen clariſſimum ſilentio reticendum voluit, id ſolum roganti mihi vix tribuens, ut SOCIETATEM JESU, cui nomen dedit, appellare liceat, ſed hoc erit perpetuæ laudis argumentum; nam ſicut cœtus iſte luciddiſſimas quot in Cœlo Stellas doctrinarum omnium faces enumerat, ita cuique me devotum beneficiorum acceptorum memoriâ perpetuò profiteor.

Et quoniam Sigonius noſter de profana Hiſtoria & antiquitate optimè meritus ſacram etiam exegit, nobiſque libros de REPUBLICA HEBRÆORUM, & COMMENTARIA IN SULPICIUM SEVERUM vivens ipſe publici juris factos reliquit, & libris octo Chriſtianæ Eccleſiæ Hiſtoriam ſcripſerat, quam utinam aliquando invenire liceat; eos in unum tomum à ceteris diſtinctos edere animus eſt, additis etiam perpetuis adnotationibus. Neque ignoraveram hoc ſibi operæ dudum aſſumſiſſe *Johannem Nicolai*: ſed ab homine factionis acatholicæ ſpurcatam atque infectam orthodoxi Sigonii induſtriam nemo eſt, qui negare poſſit. Ad alium itaque Hebraicæ Græcæque linguæ peritum, atque in eorum temporum, ac rerum antiquitate inveſtiganda exercitatum, mihi erat confugiendum, iſque opportune præſens erat, tum humanitate mihi cum primis carus, tum multijugi eruditione ſingularis Vir ABBAS LAURENTIUS MAFEI literariæ Reipublicæ notus ob varia ingenii ſui opera, & adnotationes præcipuè in quartum Anaſtaſii Bibliothecarii tomum. Hic igitur ad Rempublicam Hebræorum novas ex integro adnotationes procudit, atque ita Sigonium noſtrum illuſtravit, ut fruſtra ad Nicolaum Lector revocandus ſit, cujus errores non minus, quàm aliorum id genus ex occaſione convellit: & præterea Rabbinica de Judæorum antiquitatibus confutat commenta, petitis è divino Bibliorum fonte argumentis: atque id eo facilius præſtabit vir eruditus, cùm Excellentiſſimi Viri, mihi nunquam ſatis beneficiorum memoriâ laudandi, Comitis CAROLI ARCHINTI ei pateat ad domeſticos uſus ornatiſſima Bibliotheca, unde à tot fontibus melioris notæ librorum emendationum ſuarum lucubrationes valeat haurire. Quod ad Sulpicium Severum attinet, cujus lectionem utilem admodum frugiferamque Sigonius teſtatur, ſi priùs, quàm Lector ſe conferat ad penitius cognoſcendam Hebræorum Rempublicam, aliquam habeat illius notionem hauſtam ex Sulpiciana Hiſtoria à noſtro Commentariis illuſtrata: optimum duxit idem Abbas Mafei ab Republica iſta Sulpicii Hiſtoriam non ſejungere, atque illius novam editionem diſponere, in qua Sigoniano Commentario ſubjiciantur omnes omnium viſæ adhuc in Sulpicium obſervationes, ſanam tamen ſolidamque continentes doctrinam. Quare illas prædictus Abbas pro Eccleſiaſticis ſtudiis impenſè laborans recenſuit caſtigavitque; quod ſpero certè humaniſſimo Lectori pergratum futurum.

Erant cordi ſupra cetera quæ de PATRIA BONONIA ad ſacram profanamque Hiſtoriam ſpectantia Sigonius ſcripſerat, & Bononienſes literatos cives ad rem tractandam non immerito aptiores credidi, & mecum amore in patriam certantes plures inveni, nem-

pe Adm. R. P. ALOYSIUM RABBI Ordinis Servorum B. Mariæ V., & J. C. ALEXANDRUM MACHIAVELLUM, utrumque ab editis operibus laudatiſſimum; ſacram primus, profanam alter Hiſtoriam accuratiori lima poliverunt.

Acceſſi tandem & ego, numerum Literatorum hactenus laudatorum Virorum nova perſona in me traducens, ANDREÆ namque DORIÆ VITAM exornandam, an dicam onerandam ſuſcepi, additis fœderum aliorumque ſimilium à tanto Principe negotiorum geſtorum publicis documentis, quæ *Nicolaus Dominicus Mutius* ex Januenſi Notariorum Collegio, Literarum & Literatorum amantiſſimus, publicis ex tabulis in Sereniſſimæ Reipublicæ Archivo, cui præeſt, aſſervatis mihi humaniſſimè communicavit.

AD SCIPIONIS etiam ÆMILIANI VITAM ex Latinis Græciſque Scriptoribus nonnihil contuli, qua fortuna, videant Eruditi.

Hoc unum poſtremò additum volo: librum, cui titulus JUDICIUM DE ROMANÆ HISTORIÆ SCRIPTORIBUS, ſi quidem Sigonio tribuendus, diligentiorem ad trutinam revocandum eſſe, plures jam ante obſervaverant; & ne quid in Editione noſtra deeſſet, è Doctorum hominum libris ad Lectorum potius uberiorem apparatum, quàm ad agendam cenſuram, plura excerpſi, & in univerſum Opus ad concinniorem elegantiam, ni fallor, expolienda omnia curavi, additis novis, ac exactioribus *tabulis geographicis*, atque *indice copioſiſſimo* ad ſingulos libros, in quo formando diligentiam, ſi umquam aliàs, accuratiſſimam labore improbo adhibuiſſe me certo comperies.

Quod autem operi decus, ſummamque laudem conferre boni omnes profitebuntur, id procul dubio cenſendum eſt, quòd inviétiſſimo CAROLO VI. ROM. IMPERATORI SEMPER AUGUSTO inſcriptum ſit, atque dicatum; nam ſicut Ille iteratâ bonorum honorumque copiâ me liberaliter fovet, ita laborum meorum quoſcumque fructus illi referendos eſſe æquum mihi videtur, atque jocundum. Interea, Lector humaniſſime, eâ, qua ſoles, benignitate ſtudiorum meorum curas libenter excipe, atque in dies, ſi Deus faxit, uberiores expecta. Vale.

VITA CAROLI SIGONII MUTINENSIS

A LUDOVICO ANTONIO MURATORIO

SERENISSIMI DUCIS MUTINÆ BIBLIOTHECARIO

CONTEXTA.

Sigoniorum Familia inter Mutinenſes popularis quidem fuit, ſed honeſta ſemper ac civilis eſt habita, neque in ea antiquitatis praerogativa deſiderata eſt. In Codice MSto Reipublicae Mutinenſis, cui titulus *Maſſa magna Populi*, ubi Anno 1306. Mutinenſes Familiae deſcriptae fuere, inter Cives *Portae Cittanovae* recenſitum vidi *Ser Gullianum de Sigonibus*. Olim quippe ejus gentis homines non *Sigonii*, ſed *Sigones* appellabantur; & Carolo ipſi, cujus Vitam contexendam mihi propoſui, *Carlo Sigone* nomen in adoleſcentia fuit. *Siconis* nomen, a Langobardis antiquis uſurpatum, & fortaſſis a vulgo noſtro *Sigone* pronuntiatum, in gentis hujus cognomen tranſiiſſe videtur: quod de aliis nominibus in cognomentum converſis, non Mutinae tantum, ſed & in aliis compluribus Italiae Urbibus, factum animadverti. Ex hac ergo Familia prodiit *Carolus Sigonius*, patre *Nicolao Maria*, viro quidem modicis opibus inſtructo, & lanariae arti addicto, dignitatem tamen familiae ingenio ac induſtriâ ſuâ pro viribus ſemper tutato. Neque enim aevo illo in Italiae Civitatibus, etiam primariis, vile ducebatur lanariae officinae praeeſſe; eamque artem honeſtiſſimi homines, atque honeſtiſſimo loco nati ſine ſuae conditionis detrimento paſſim exercebant. Cujus quidem rei non longe petenda mihi ſunt exempla, quandoquidem in actis Civitatis noſtrae invenio *Nicolaum Mariam* ipſum adhibitum ad publica Conſilia una cum aliis Urbis Moderatoribus; immo & adlectum fuiſſe Anno 1545. die 27. Januarii *inter Viros, & Cives haud ignobiles* (tunc enim non uni tantum Nobiles, ut nunc, rempublicam adminiſtrabant) ad inſtaurandas Leges Municipales Mutinenſis Urbis. Ejus proinde nomen adhuc legitur in Statut. Mutinenſ. editis Rubric. I. Poſt mortem vero Sigonii noſtri Anno 1604. & 1610. inter Conſervatores Urbis alter *Carolus Sigonius* numeratur, ut alios illius gentis viros praetercam. Morano etiam teſte in Chron. Mutinenſ. Tom. XI. Rerum Italicarum: Mutinenſes Anno 1336. placidum Marchionum Eſtenſium jugum, quod in ſuam perniciem excuſſerant, reſumentes, Legatos Ferrariam miſerunt: *Hi fuerunt Julianus de Sigonibus, Pinceptus de Pinceptis, Zacharias de Bungatis, & Jacobinus de Cimixellis*. Annus, quo primam lucem viderit *Carolus Sigonius*, de quo nunc agimus, ſi Vedrianum noſtrum, atque alios audimus, ſcribentes, ipſum Anno climacterico morte ſublatum, fuerir Annus a Chriſto Nato MDXXI. vel MDXXII. quum ejus mors acciderit Anno MDLXXXIV. Mihi tamen veri videtur ſimilius, ipſum ſerius natum, hoc eſt Anno Chriſti MDXXIII. vel MDXXIV. tum quod alii memoriae prodiderunt, Sigonium *annos ſexaginta* dumtaxat natum vitae terminum clauſiſſe, tum quod ipſemet non uno in loco tradidit, ſe dum annum ageret XXII. revocatum in patriam, ut eloquentiae praeceptis Mutinenſem juventutem imbueret: quod ſine controverſia contigit ſub initium Anni MDXLVI. ut infra videbimus. Quid, quod Vedrianus ipſe agnovit, Sigonium ad Scholam Patavinam accerſitum, quum Annum aetatis XXXVII. ageret? At id factum Anno Chriſti MDLX. ita ut & hinc intelligamus, ad Annum MDXXIV. Sigonii nativitatem eſſe referendam.

Exactis puerilibus annis, quibus Grammaticae operam dedit, traditus eſt Sigonius in diſciplinam *Franciſco Porto Cretenſi*, quem publico ſtipendio Mutinenſes conduxerant, ut literas Graecas publice profiteretur. Erat Portus temporibus iis

facultatis hujus facile princeps, vir doctiſſimus, & adhuc ex editis Libris inter Literatos perquam notus, qui in Ferrarienſi deinde Academia, atque in Patavina (ut reliquas praetermittam) multa cum celebritate nominis Graecae eruditionis magiſter fuit, atque *Aemilium Portum* filium literaturae gloriâ non imparem poſt ſe reliquit. Quare non Cives tantum, ſed & exteros Franciſci fama alliciebat, ut Mutinae literis Graecis inſtituerentur, inter quos unum recenſere mihi liceat *Johannem Carolum Bovium* Bononienſem, primo Hoſtunenſem Epiſcopum, poſtea Archiepiſcopum Brunduſinum, & in Tridentino Concilio doctrinae & prudentiae laude commendatum, quem Schola Mutinenſis ita Graece peritum effecit, ut Gregorii Nyſſeni Opera in Latinum tranſtuliſſe ab Ughellio dicatur. Hunc Sigonius inter ſuos primos condiſcipulos honoris cauſſâ commemorabat. Annos autem XVI. aut XVII. natus Bononiam a patre miſſus eſt, ubi Logicae ſtuduit, praeceprore *Maynetto Maynettio*; tum Philoſophiae ſub *Antonio Bernardo*, & *Antonio Franciſco Fabio*. Medicinae quoque ſtudiis in eadem Bononienſi Academia ſe ſe addixit, ibique condiſcipulum in primis cariſſimum, immo & fere per biennium contubernalem habuit *Hieronymum Oſorium* Luſitanum, poſt aliquot annos Epiſcopum Silvenſem: cujus eloquentiam & eruditionem, & morum ſanctitarem in Libris ab eo evulgatis adhuc ſuſpicimus. Intima tunc etiam coepit uti familiaritate *Gabrielis Palaeoti*, quem poſtea Bononienſi infula, & ſacra Purpura ornatum, impenſius Bononiae coluit, ut infra dicetur. Quartum inde annum in Ticinenſi Academia poſuit, ubi *Andream Camutium* Philoſophum nobilem audivit. Sub hiſce magiſtris ſuorum ſtudiorum curriculum Sigonius abſolvit; non vero *ſub Romulo Amaſaeo*, ut Thuanus de eo ſcripſit. Etenim ſi virum hunc ſupra ceteros hactenus commemoratos ex eruditione, muneribuſque eximiis celebratum, praeceptorem habuiſſet Sigonius, cur inter alios a ſe laudatos praeteriiſſet? Equidem puto, Amaſaeum longe antea e Bononienſi Gymnaſio accerſitum Romam fuiſſe, ubi ad Pontificias Epiſtolas conſcribendas adhibitus fuit. Primis autem annis illis non erat, ut fertur, Sigonio mira velocitas mentis. Tardum potius ingenium ei natura contuliſſe videbatur: & verborum parcus, audire lubentius, quam loqui, in more tunc habuit. Qui mentis habitus, etſi plauſu vivacium ingeniorum careat, plerumque tamen uberiores fructus ferre conſuevit, modo ut juvenes frequenti ſtudio ac meditatione vires intellectus ſui exercere & acuere non deſinant: quod reapſe mirum in modum praeſtitit Sigonius. Idem & de Xenocrate Chalcedonio, auditore Platonis, memoriae proditum eſt, quem calcaribus indigere Magiſter ajebat: & de Thoma Aquinate, Theologorum poſt Sanctum Auguſtinum principe, quem ſub Alberto Magno raro loquentem condiſcipuli *Bovem mutum* (laudis ne, an contemtus cauſſâ, neſcio) appellabant.

Eo ſtudia Sigonii hactenus collinearant, ut patri potius quam ſibi obſequeretur, qui eum ad Medicinam artem jamdiu deſtinaverat. Verum ſive quod animum non ſatis proclivem ad ejuſmodi diſciplinam ſentiret, ſive quod diverſum curſum, majoraque animo agitaret, ſepoſito Medicinae ſtudio, annum jam aetatis XX. ſupergreſſus, ſe in clientelam & familiam honeſtiſſimam contulit *Marini Grimani* S. R. E. Cardinalis, & Patriarchae Aquilejenſis. Qua occaſione id factum, ignoro: ſed quum Grimanus doctiſſimus vir eſſet, atque hominum doctorum amantiſſimus, Sigonium aut praeſentiâ aut famâ ob raram Latinae Graecaeque Linguae peritiam cognitum, in ſuum familiarem adſciviſſe credendus eſt. Paucos tamen menſes apud eum fuit: quum enim Mutinam aut domeſticae rei cauſſâ, aut clam (quod mihi facilius perſuadetur) ab amicis revocatus, ſe contuliſſet ſub finem Anni MDXLV. ibi Civium precibus victus, ſubſiſtere coactus eſt. Magnus tunc erat juvenum Mutinenſium ardor in palaeſtra eruditionis, eiſque incitamenta quotidiana addebat ſolicita cura Magiſtri, hoc eſt Franciſci Porti Cretenſis, de quo nuper ſermo nobis fuit, viri inter paucos Graece ac Latine eruditiſſimi. At haec ipſa ſtudia, atque animorum contentio in literis excolendis, varios in Urbe motus, & ſuſpiciones de Religione tunc peperit, uti jam prodidi in *Vita Ludovici Caſtelvetri* Anno 1727. edita. Concuſſit prae ceteris eadem procella Franciſcum Portum; quare ut nondum bene pacato turbini finem faceret, Hercules II. Aeſtiuus, Ferrariae ac Mutinae Dux, ſimulque ut egregiis literarum Profeſſoribus Academiam Ferrarienſem illuſtriorem efficeret, praeter *Andream Alciatum*, & *Vincentium Majoragium*, clariſſimos viros, Portum quoque, Anno Chriſti MDXLV. cadente, Ferrariam accivit, eique literarum Graecarum curam demandavit. Quae res Mutinenſibus inſperata, multumque moleſta accidit. Itaque per amicorum literas de

iis,

iis, quae Mutinae gerebantur, certior factus Sigonius, ſub ſpecie patris inviſendi, patriam repetiit, ubi communi Civium ſuffragio in locum Porti olim praeceptoris ſui ſuffectus eſt. Ejuſmodi tamen conſilio obſtabat obligata a Sigonio fides Cardinali Grimano: quare ſuum duxere Conſervatores Urbis Mutinae has literas ad eumdem dare, quas ipſe poſtea Sigonius in concertationibus cum Robortello habitis evulgavit:

Al Reverendiſs. & Illuſtriſs. Signor noſtro colendiſs. Monſignore il Cardinale Grimano.

Eſſendo avvenuto, che Meſs. Franceſco Porto noſtro pubblico Lettore in Modena della Lingua Greca, chiamato dall' Eccellentia del noſtro Signor Duca a leggere nell' Univerſità di Ferrara, ſi è convenuto partire di Modena, non ſenza noſtro grandiſſimo diſpiacere: e conſiderando noi il danno, che la Città noſtra riceve dalla partita di un tal uomo; e volendo ad ogni noſtro potere ajutare e ſoccorrere i noſtri Cittadini, i quali di tali lettere ſon deſideroſi, abbiamo quì intratenuto Meſs. Carlo Sigone Cittadin noſtro, e di V. S. Reverendiſs. & Illuſtriſs. ſervitore: e con pubblico ſalario a queſto ufficio l'abbiamo poſto, non avendo noi alcuno, il quale giudicaſſimo a tale ufficio più ſufficiente di lui. E come che egli a queſta impreſa repugnaſſe per la fede, la quale dice d'aver dato di tornare a V. S. Reverendiſs. & Illuſtriſs. noi nondimeno l'abbiamo coſtretto a reſtare, confidandoci nella corteſia infinita di V. S. Reverendiſs. & Illuſtriſs. la quale ſiamo certi, che non ci vorrà dinegare un noſtro Cittadino in così lodevole impreſa: alla qual coſa fare preghiamo quella ſtrettiſſimamente, e per comune utilità, e per ſatisfazione di Meſs. Carlo. E del tutto n'avremo obbligo a V. S. Reverendiſs. & Illuſtriſs. alla quale umilmente baciando le mani ci raccomandiamo,

Di Modena alli VIII. Gennaro MDXLVI.

Di voſtra Reverendiſs. & Illuſtriſs. Signoria

Servitori umili i Conſervatori della Città di Modena, obedientiſſimi.

Spem Mutinenſium minime fefellit humaniſſimus Cardinalis, magnâ deinde omnium jacturâ eo ipſo Anno e vivis ereptus; uti fidem faciunt ejus literæ, quas heic edendas ſum arbitratus.

Alli Magnifici Conſervatori della Città di Modena, Amici cariſſimi.

Magnifici Viri, Amici cariſſimi.

La molta affezione, che portiamo a coteſta Magnifica Comunità, con la buona volontà, che ſimilmente tenemo verſo Meſſer Carlo Sigone per la dottrina, & per altre buone condizioni ſue, fa che volentieri conſentiamo, e ſia con ſoddisfazione noſtra, ch' ei reſti al pubblico ſervizio voſtro, come per una lettera degli VIII. del paſſato ne ricercate, moſtrandone quell' intenſo deſiderio, che ne dimoſtrate: il quale veramente noi reputiamo degno di molta laude, e d'eſſere ajutato; il che per ordinario giudicio noſtro ſiamo ſolti fare, ſapendo quanto ornamento e commodo le lettere apportino a i Cittadini. Onde s'egli foſſe di preſente in attuale ſervizio noſtro, overo altri aveſſimo in caſa a voſtro propoſito, che nel richiedeſte, di buon' animo ve ne ſoddisfareſſimo. Però potete di lui liberamente ſervirvi, & eſſo eſſere ſicuro di farne coſa grata, non altrimenti che ſe noi ci valeſſimo dell' opera ſua. Se in altra occaſione potemo alla prefata Magnifica Comunità far piacere o commodo alcuno, tengaſi certa, che ſempre il faremo con prontiſſima volontà. Bene valete.

Da S. Vito lo 2. di Febraro del **XLVI.**

M. Cardinalis Grimanus veſter.

Temporibus iis, quibus in patriam revocatus eſt Sigonius, *Thomaſinus Lancelottus* Ephemerides rerum Mutinae geſtarum contexebat, quae manu illius ſcriptae in Sereniſs. Ducis Mutinae Bibliotheca adſervantur. Is ergo ad diem **XIX.** Januarii Anni 1546. in haec verba ſcribit: *Meſſer Carlo figliuolo di Nicolò Maria Sigoni Modeneſe, giovinetto, che ha ſtudiato in Padova Filoſofia, e Greco, è venuto in Modena: e*

per

per avventura ha trovato, che Meſſer Franceſco Greco, che aveva la lettura del Greco con ſalario di Lire 300. l'anno dalla Magnifiea Comunità, ha finito il ſuo ufficio all' ultimo di Dicembre proſſimo paſſato. Et i giovani di Modena hanno fatto pratica co' Signori Conſervatori, che queſto giovine legga in Greco a gli Scolari, e gli hanno coſtituito di Salario Lire 150. l'anno. E Meſs. Franceſco è andato a ſtare a Ferrara con tutta la ſua famiglia, chiamato dall' Illuſtriſs. Duca con buona proviſione. E il detto Meſſer Carlo principiò a leggere alli 12. del preſente. E per coſa, che ho inteſo da perſone dotte, dicono, ch' egli ſia ſimile a Meſſer Franceſco Greco. Addit Lancelottus ad Annum Chriſti 1548. die XIII. Januarii: curante Johanne Caſtelvetro, Ludovici videlicet Viri clariſſimi fratre, factum eſſe, ut Mutinae Conſervatores annuum ſtipendium Sigonio auxerint in poſterum uſque ad trecentas Libras. Tum ad diem 24. Decembris ejuſdem Anni haec ſcribit: *Meſſer Carlo figliuolo di Niccolò Maria Sigoni Cittadino Modaneſe, giovane dottiſſimo in Greco, e che ha proviſione della Comunità di Lire trecento l'anno, per leggere pubblicamente in Palazzo del Comune nella Sala del Collegio de' Notari a' giovani di Modena, è ſtato forzato con prieghi ad andare a ſtare in caſa della Signora Lucrezia conſorte del fu Signor Conte Claudio Rangone Gentiluomo di Modena, a inſegnare al Conte Fulvio ſuo figliuolo d'età d'anni circa XI. & ad un figliuolo del Conte Galeotto Pico al preſente Signore della Mirandola, e fratello della detta Signora Lucrezia, il qual putto è ſuo nipote, d'età d'anni circa VIII. Al quale Meſſer Carlo ſua Signoria ha promeſſo di dare Scudi 150. l'anno di proviſione, che ſono Lire 600. di Bolognini, e la ſpeſa in caſa per lui, & un ſervitore, e tre camere fornite a ſuo comando. E vuole che ſia in quella medeſima libertà, ch' egli era in caſa ſua, e di poter leggere la lezione del Palazzo.*

Poſt parta ſibi in patria haec, quae dixi, commoda, Sigonius quod temporis ſibi ſupererat, e publico ac privato munere, ad illuſtrandas literas, atque ad comparandam ſibi laudem vel extra patriam, impendere coepit. Ut autem tutiori itinere ad ejuſmodi metam contenderet, non levi, ut puto, ſubſidio fuit illi familiaritas inita cum nuper laudato *Ludovico Caſtelvetro* Cive & ipſo Mutinenſi, acerrimi ingenii & ſingularis doctrinae viro, uti ejus editi Libri teſtantur. Erat grandior natu Caſtelvetrus, eumque Magiſtri loco in quotidiana conſuetudine ac ſermone de rebus literariis habuere tum *Sigonius*, tum *Gabriel Faloppius*, celebris ille Medicinae ac Anatomes illuſtrator. Non enim, ut quidam ſcripſere, Faloppius Anno 1490. primam lucem vidit, ſed eo ferme Anno, quo Sigonius Mutinae natus eſt, ita ut, ipſo Sigonio ſuo conterraneo teſte in Praefat. ad Libros Emendat. *ab ineunte pueritia ambo ab iiſdem magiſtris erudirentur, atque in iiſdem ſtudiis ita verſarentur, ut alter alterius induſtriá incitaretur*. Faloppius autem, Clericus, & Canonicus in majori Templo Mutinae Anno 1549. Canonicatui vale dicens, Piſis primo publicus Anatomicae Artis Profeſſor fuit, & ad Patavinam deinde Academiam accitus, illic, non ſecus atque Sigonius, immortale nomen, ut omnes norunt, ſibi conquiſivit. Profecto Caſtelvetrus in Correct. Dialogi *Benedicti Varchii*, honori ſibi ducebat, duobus hiſce literariae rei primoribus viris viam ſtraviſſe monitis, atque, ut ita dicam, magiſterio ſuo, ad culmen gloriae, quod attigerunt: *Potrei*, ita ille ſcribit, *oltre a ciò nominare i Faloppi, i Sigoni, & alquanti altri, che per ſingolari ſcienze ſono ammirati, & onorati dal Mondo, i quali ammaeſtrati, o almeno indirizzati da me, ſono ſaliti a quella glorioſa altezza di dottrina e di fama, dove pochi pervengono*. Primus omnium labor, quem ſibi induſtria Sigonii propoſuit, *Vita* fuit *P. Cornelii Scipionis Aemiliani*, inter Romanos Heroës viri celebratiſſimi. Hunc Librum ab ipſo, dum juvenis eſſet, elucubratum fuiſſe, certum eſt mihi; at Synchronum Auctorem habeo, qui Sigonium ab eo tunc edendo abſtinuiſſe ſcribit. Is eſt ipſe *Ludovicus Caſtelvetrus* mihi nuper laudatus, quem (ut hoc obiter dicam) non *Caſtelvitreum*, ſed *Caſtelvetrum* appellare placet, tum quod ita illum Sigonius non uno in loco appellat, tum etiam quod illius Familiae cognomen derivatum eſt non a *Caſtro Vitreo*, uti *Annibal Carus* illudendi cauſsâ ſomniavit, ſed a *Caſtello Vetere*, quod nomen poſtea in *Caſtelvetro* apud vulgus evaſit. Sunt nempe mihi pauculae quaedam ſchedae, in quibus Caſtelvetrus nonnulla ad Literatorum Mutinenſium ſui temporis vitam pertinentia ſua manu, non tamen ut ederentur, conſcripſit. Inde vero ſublucet, *Antonium Bendinellum* tunc ludi literarii in Urbe Mutinenſi Magiſtrum, virum ſane non vulgaris eruditionis, ludum luſiſſe Sigonio noſtro. Quum enim intellexiſſet Bendinellus ab ipſo, ut opinari fas eſt, Sigonio conſilium ſuſceptum de contexenda Vita Scipionis Aemiliani, ipſemet argumentum idem clam praeoccupavit, eoque rem deduxit, ut eamdem Vitam literis citius quam Sigonius conſignarit, eamque Florentiae ediderit Anno 1549. Quae res Sigonii

gonii laborem non ſine illius indignatione tunc irritum atque inanem effecit. Sed juvat ab ipſo Caſtelvetro integram rem accipere. Neque id Lectori injocundum erit, quippe ſimul ediſcet, quis Bendinellus ille, quaeve ejus fortuna fuerit inter literarum ejus aevi cultores.

Antonio Bendinello (en verba Caſtelvetri) *fu dal Borgo di Lucca molto povero: e andò con Filippo Strozzi, e Bartolomeo Valori per ſoldato, quando andarono a Montemurlo, dove eſſi furono preſi, e la gente ſconfitta, e ſpogliata. Ora tra gli ſpogliati ſi fu queſto Antonio; il quale capitato a Modena, riconobbe un Lodovico del Monte Maſtro da Scuola, il quale già avea tenuto Scuola nel Borgo. E raccomandatogliſi lo pregò, che gli moſtraſſe la via da fare alcuna arte per poter vivere, perciocchè non avendo facultà a caſa ſua, non intendeva d'andarvi. Il quale lo preſe in caſa, avendone compaſſione, e lo faceva inſegnare l'Abicì a' fanciulli, & aſcoltargli. Ma in pochi meſi avendo appreſo alquanto di Grammatica Latina, l'acconciò per Pedagogo in caſa di Nicolò dalla Molza. Poi volendo il predetto Lodovico mutar meſtiere, e divenire di Maeſtro da Scuola Mercatante, e cercando di perſona da ſuſtituire nella Scuola in ſuo luogo, giudicò queſto Antonio ſufficiente a ciò: e gli aſſegnò la Scuola, della quale ſotto la ſua dottrina ſono riuſciti molti valentuomini, e tra gli altri Benedetto Manzuolo. Ebbe tenzone con Carlo Sigone, il quale leggeva allora in Modena pubblicamente lettere Grecbe e Latine. E perchè Carlo Sigone aveva latinizzate alcune Filippiche di Demoſtene, il Bendinello le giudicò, e moſtrò, come erano da lui male ſtate inteſe e latinizzate. Al qual giudicamento il Sigone riſpoſe con una Scrittura, che pubblicò ſotto il nome di Savolo Ronca, ma poco convenevolmente. Appreſſo avendo Carlo Sigone compilata la Vita di Scipione Africano Minore, e volendola ſtampare, & indirizzare a Coſimo de' Medici Duca di Firenze, penſando per tale indirizzamento con groſſo ſalario eſſere tirato da lui a leggere lettere Gentili in Piſa: eſſo Antonio fece ſecretamente ſtampare la predetta Vita prima, in guiſa che il Sigone rimaſe ſcornato, nè più fece ſtampar la ſua. Nella quale eſſo Antonio s'acquiſtò nome di Letterato, moſtrando molti errori degli Scrittori antichi e moderni intorno alla predetta Vita. E fu chiamato da' Luccheſi a leggere a Lucca pubblicamente con gran premio a pruova d'Antonio dalla Paglia, che ſi faceva chiamare Aonio Paleario: il quale per l'avverſario valente ſi partì da Lucca, e andò a leggere a Melano. Poi Antonio domandando a' Luccheſi miglior ſalario, e parendo a' Luccheſi coſa grave il darglielo, andò a Piacenza a leggere, ſalariato dal Duca Ottavio Farneſe. Alla fine i Luccheſi, accreſciutogli il ſalario, lo richiamarono alla Lettura di Lucca.*

Quae hactenus e Caſtelvetro audivimus, componenda nunc ſunt cum iis, quae Sigonius ipſe, ferventibus inter eum & Robortellum controverſiis, hac ipſa de re ſcripſit. Neque enim ignota Robortello fuere, quae Mutinae inter Sigonium & Bendinellum exarſerant, eaque etiam pro more hominum irâ abreptorum Sigonio objecit. Atqui ad iſta quid ille? Diſputationum Patavinarum Librum Secundum adi, in quo Sigonius aemulo Robortello hiſce verbis occurrit. *Habeo, inquis, Orationem a te de Graeco converſam. Fieri poteſt. Annos enim natus, opinor, viginti, memini me neſcio quid tale, ſed ſine meo nomine edidiſſe. Haec à Bendinello, inquis, reprehenſa eſt. Quid hoc reprehenſionis ſit, neſcio. Illud quidem ſcio, Bendinellum hominem eſſe ingenioſum & doctum: ſed me tamen ab eo, cum me multum aetate antecederet, ante annos ferme XVIII. diligenter eſſe auditum: quod non ad ejus contumeliam dictum velim, a quo me plurimi fieri, ex literis quibuſdam ejus ad Sigonem Simonium Lucenſem, Scholae Artiſtarum ſubſtitutum, ſummi ingenii, magnaeque doctrinae juvenem animadverti. Hiſtoriam de rebus Scipionis, inquis, a Bendinello ſumſiſti. Non puto, Bendinellum hoc eſſe dicturum; ne te quidem, ſi meum cum Bendinelli Commentario edito comparahim. Hoc quidem poſſum verè dicere, idque clariſſimo juvene, & omni virtutis laude cumulatiſſimo, Bernardino Lauredano patricio Veneto teſte: hanc unam Hiſtoriam Petro Franciſco Contareno, viro eruditione & judicio ſingulari, adeo quondam fuiſſe probatam, ut hoc uno nomine me dignum, qui in tui locum Venetis ſubrogarer, quamquam admodum juvenem, judicarit.* Hactenus Sigonius; e quibus diſcimus, ejuſdem Scipionis Vitam ab ipſo tamdem editam fuiſſe; atque ipſa reapſe inter illius Opera legitur. At non ſegnis ille obices fortunae ſuae tunc a Bendinello oppoſitos brevi ſuſtulit, aliis ingenii ac eruditionis ſuae foetibus productis. Aggreſſus quippe fuit illuſtrare *Faſtos Conſulares*, ac *Triumphos* Romanorum ab Urbe Condita uſque ad Tiberium Auguſtum, ſubſidio in primis petito e fragmentis ipſorum Faſtorum Romae effoſſis, atque a *Bartholomaeo Marliano* in publicam lucem elatis. Prodit Liber ille primùm Mutinae Anno 1550. Herculi II. Ferrarienſium Duci dicatus. Tum auctior Venetiis Anno 1556. Laurentio Priolo Venetiarum Duci inſcriptus. Deinde Baſileae Anno

1559. atque alibi recuſus. Mirum eſt, quantum exiſtimationis ex hiſce foetibus apud Eruditos Sigonio accreverit. Honeſtiſſimam interea vitam ille Mutinae agebat, perſpectaque morum integritate omnium laudem referebat; quum Anno 1551. V. Idus Aprilis, Nicolaum Mariam parentem ei mors eripuit, parentem tamen a filio diſſimilem: neque enim pudet, quae *Thomaſinus Lancelottus* ejus temporis Scriptor in Ephemeridib. MStis de ejus patre retulit, huc transferre, quum in filii laudem convertantur. Ad illum nempe diem haec ſcribit Lancelottus: *E' morto Nicolò Maria Sigoni, padre di Meſſer Carlo, che legge Greco in Modena, e di Gandolfo ſuo fratello, in caſa di una femina, ch' egli teneva ſino al tempo, che la ſua Conſorte viveva, la quale ha ſpoſato queſta ſettimana paſſata, di età d'anni LV. o circa. E il predetto Meſſer Carlo giovane è reputato tanto da bene, quanto un' altro ſuo pari da Modena.* Neque Sigonio feliciorem hoc nomine *Faloppius* ſupra laudatus ſe ſenſit. Illius quippe pater (Capitaneus Hieronymus nomen ei erat) Lancelotto & Caſtelvetro teſtibus, improbitate morum famoſus evaſit, multaſque injurias Civibus intulit, quo tempore Civitas Alphonſo I. Ferrariae Duci erepta, Pontificiis Magiſtratibus parebat.

Jamque annos ferme ſeptem Sigonius in patria egerat, Graecarum Latinarumque literarum publicus Profeſſor, quum ampliſſimus Venetorum Senatus illius famâ permotus, eum apud ſe habere conſtituit. Itaque ineunte menſe Novembri Anni 1552. Mutinâ Venetias ille ſe contulit, ubi Senatusconſulto die IV. menſis ejuſdem humaniorum Literarum Scholae praefectus, in locum ſucceſſit, non *Baptiſtae Egnatii*, uti Thuanus ſcripſit, ſed *Franciſci Robortelli*, qui ad Patavinam Academiam fuerat nuper translatus. Ibi tamen, ne quid diſſimulem, antea eloquentiam profeſſus fuerat *Regius*, tum *Sabellicus*, tum *Egnatius*, cui ſucceſſit Robortellus, & huic demum Sigonius. Centum ſexaginta Ducati annui pro ſtipendio decreti. Neque multo poſt, hoc eſt Januario menſe Anni 1553. quod is *in ſuo munere obeundo* (ut habet alterum Senatusconſultum) *non ſolum exſpectationi, opinionique Reipublicae de illius doctrina reſponderit, ſed eam etiam ſuperarit, & quod eas Literas docuerit, atque etiam doceat cum magna auditorum frequentia ac voluptate*, auctum eſt illi ſtipendium uſque ad Ducatos CCXX. Venetiis ergo eloquentiam Latinam Sigonius ingenti Civium plauſu tradere coepit: qua occaſione quum ſingulis annis ſolemnem Praefationem haberet, ſeptem propterea *Orationes* luculento ſtilo ab ipſo confectae inter ejus Opera edita leguntur. Anno autem 1553. utiliſſimam lucubrationem evulgavit *de Nominibus Romanorum*: *egregium Libellum a Fabretto*, optimo horum judice, appellatam. Deinde vero Anno 1555. *Scholia in T. Livium*, quibus Hiſtoriam Romanam, ejuſque Epitomen partim emendare, partim explanare conatus eſt. Quod Opus, doctorum omnium ſuffragio probatum & commendatum, ſaepius in typographicis officinis deinde recuſum fuit. Cauſſam dedere Libri iſti acerrimis concertationibus, quae inter Sigonium & *Franciſcum Robortellum* Utinenſem per annos plures poſtea viguere. Equidem ſi Robortello gloriam non vulgaris ingenii, multipliciſque eruditionis negarem, homini egregio, fateor, injurius eſſem. At qui ſimul ejuſdem Libros legerit, & non perfunctorie perpenderit, quae is ſcripſerit, egeritve adverſus *Deſiderium Eraſmum*, *Baptiſtam Egnatium*, *Andream Alciatum*, *Vincentium Madium*, *Paulum Manutium*, *Marcum Antonium Muretum*, *Henricum Stephanum*, *Petrum Nannium*, alioſque ejus temporis doctiſſimos ſine controverſia viros, & in primis contra Carolum Sigonium, nullo negotio ſtatuet, Robortellum ex iis fuiſſe, qui non aemulatione, ſed invidia ſe contorqueri ſinunt: qui ſe ac ſua, quantum poſſunt, magnifacientes, reliquorum ingenia & ſcripta deſpiciunt, meritaque attenuant; qui non tantum ſe ſupra ceteros excellere putant, ſed & peroptare videntur, ut perſuaſum ſit univerſae Literariae Reipublicae, ſe unos judicio atque ingenio pollere, ſe unos nova ac miranda ſcribere; neque carere crimine, qui eorum Libris aut ſententiis non dicam adverſari audet, ſed laudes, eaſque magnificas, non tribuit.

Robortellum virum turgidum atque agreſtem urebat, ut opinor, intueri Sigonium juniorem in Veneta Schola ſibi ſucceſſorem datum, non tantum Linguae ac eloquentiae Latinae laude, ſed, quod plus eſt, judicii maturitate ſibi veterano homini praepoſitum. Quare percitus libidine obtrectandi, quam in eo culpatam ab aliis quoque animadverti, Sigonium maledictis proſcindere, atque ejus Libros, captata qualibet occaſione, arrodere coepit. Verum tantam [illegible]minis iniquitatem atque arrogantiam diutius ferendam non eſſe ratus Sigoni[illegible] Anno 1557. duos *Emendationum Libros* edidit, eoſque *Bernardo Navgerio* Venet[illegible]atricio, inſigni po-

ſtea

ſtea S. R. E. Cardinali, inſcripſit. In iis & doctrinam ſuam nervoſe vindicavit, atque ampliſſime excurrit in caſtigationem Robortellianae eruditionis. Eam occaſionem nactus, ſua quoque Scholia in Livium tutatus eſt adverſus *Henricum Glareanum* Helvetium, qui complures a Sigonio caſtigationes aegre ante duos annos tulerat. Itaque ob ejuſmodi Libros inter ipſum ac Robortellum aucta altercationis ac inimicitiae ſemina, quibus nullus finis futurus videbatur, niſi *Hieronymus Seripandus*, magni nominis, virtutiſque eximiae Cardinalis, tamdem interceſſiſſet. Ad Bononienſe Athenaeum e Patavino Robortellus tranſierat. Illuc quum forte Sigonius divertiſſet, tanta dexteritate & eloquentia Seripandus utriuſque animos delinivit, ut inter illos pacem & gratiam demum redintegrarit. Coram ipſo Cardinali dexteras ambo junxere atque alter alteri mutuum foedus, ac amorem ſuum in poſterum obſtrinxit. Vix abſceſſerat Sigonius, quum literas humanitatis plenas ad ipſum Robortellum dedit, quas in Librum ſecundum Diſputation. Patavinar. inlatas legimus. Dedit & ad *Paulum Manutium*, quem inter pacis hujus participes connumeratum amicus Sigonius voluerat. Proſtat Epiſtola Latina ejuſdem Manutii ad Robortellum Lib. V. Epiſtol. 27. in qua de reconciliata inter eos gratia laetatur, tum ob proprium commodum, *tum vero, quod inter te & Sigonium meum, viros tales, & plane duo noſtrae Italiae lumina, non optime convenire, vix ferendum erat.* Quid Robortellus ad Manutium reſcripſerit, ignoro. Certum eſt, nihil umquam reſcripſiſſe ad Sigonii literas; immo fidei datae oblitum, ad priſtinam ſimultatem rediiſſe, quae majori deinde incendio rurſus exarſit. Interea non publicum munus, non tricae hactenus commemoratae obſtitere, quominus Sigonius egregiis Libris conſcribendis, atque edendis prodeſſe Reipublicae pergeret. Jamque ille Anno 1559. *Fragmenta* e Libris Ciceronis deperditis collegerat, & Scholiis illuſtrarat. Tum Anno 1560. elaboratos Libros *De antiquo jure Civium Romanorum: De antiquo jure Italiae; & de antiquo jure Provinciarum*, ſummo cum Eruditorum plauſu protulit.

Octo jam annos Venetiis exegerat Sigonius in tradendis Venetae juventuti Eloquentiae praeceptis, quum Anno eodem 1560. datus eſt iterum Robortello ſucceſſor in nobiliſſima Academia Patavina, commendatâ videlicet illi Eloquentiae Scholâ, cui Robortellus praefuerat, ad Bononienſe Gymnaſium Anno 1558. tranſlatus: eique conſtitutum fuit trecentorum Florenorum aureorum ſtipendium quotannis. At Anno proxime ſequenti 1561. accidit, ut & Robortellus decreto Veneti Senatus Patavium revocatus, eique par humaniorum Literarum Schola tradita fuerit, in qua docuerat antea *Lazarus Bonamicus* Baſſanenſis, fato poſtremo ſubreptus, Philoſophiae etiam Moralis explicandae provinciâ illis diebus vacantibus adjunctâ. Nec mora: inter aemulos iſtos oborta lis eſt de ſortitione Scholae, ſive Auditorii, quam Sigonius a Rectoribus Gymnaſii rogatus indulgentiſſime compoſuit, locum eligens, in quo olim *Romulus Amaſaeus* docuerat, pari tamen cum aemulo dignitate ſervata. At Robortellus Anno 1562. novis flabellis ſopitos ignes vehementius accendit. Nam ſchedas typis impreſſas ad fores Scholarum Patavinarum, atque in compitis affigens, auditores ad ſe invitavit, pollicitus *Linguae Latinae rationem novo quodam modo ſe traditurum: tum de Dialogo ſe diſceptaturum longe ſecus ac inepti & indocti quidam, quos refellere non erit alienum a re, ut diſcant poſthac cautius ſcribere.* Feriebant poſtrema iſta verba Sigonium, qui praecedente Anno 1561. Librum *de Dialogo* ſcripſerat, atque evulgarat. Reliqua praetereo in Robortellianis iis tabellis oſtentata, quum ſatis ſuperque haec pauca ſint ad agnoſcendas circulatorias hominis artes, effrenemque illius petulantiam in Sigonium; cui (non dicam meo, ſed doctiorum virorum judicio) aequare ſe, nedum anteire, Robortellus non potuit. Ad haec omni conviciorum genere & maledictis Sigonium inſectari tum in privatis colloquiis, tum in publicis concionibus; quodque gravius eſt, non ejus tantum Libris bellum indicere, ſed & illius moribus: nullumque telum praetermittere, quod ejus ingenio, animique & corporis, & fortunae dotibus officere poſſe crederetur. Vulgata quippe Epiſtola fuit, Ephemerides quoque conſcriptae, in quibus & natalium obſcuritas, & corporis defectus, & quidquid vel ab ipſa paene pueritia in inſtitutione vitae atque ſtudiorum, & in reliquis illius actibus aliquid culpae aut naevi praeſeferre videbatur, objectum Sigonio fuit.

Temperare mihi non poſſum, quin heic dicam, furentis plane hominis eſſe, e controverſiis literariis in ejuſmodi criminationes prolabi. Nihil-ne diſcriminis futurum eſt inter viliſſimas feminas jurgantes, viroſque bonis artibus excultos, inter ſe ſe de literis diſceptantes? Humaniores ego literas rideo, ſi non humaniorem,

rem, ſed procaciorem, pronioremque in iras & contumelias hominem faciunt. Attamen quaenam inhoneſtae hujus, & caninae intemperantiae exempla non vidit praeterita aetas? Noſtram quippe lubens omitto. Stulta ſane agendi ratio, quae nihil meliorem facere poteſt ingenii cauſſam, & lividi abjectique animi dumtaxat ſordes oculis omnium abominandas aut ridendas exponit. Verum plebeja ac ignominioſa hujuſmodi agendi ratione perculſus Sigonius, nihil cunctatus, triginta dies in prodenda Robortelli ignorantia exſpatiatus eſt, ſingulis triduis aliquot ejus errorum confutatione typis tradita. Tum ſe, ſuaeque vitae rationem, natales, ac dignitatem tueri exorſus, Anno eodem 1562. Libros duos *Diſputationum Patavinarum* abſolvit, atque in publicum poſtea emiſit. Si & in hiſce Libris minorem ego recriminandi pruritum, ac moderatiorem animi aeſtum, verborumque modeſtiam deſiderarem, concors fortaſſe mecum meliorum judicium haberem. Laeſus quidem graviſſime ab iniquo adverſario ſcripſit; multumque licentiae ſe ſe tuentibus dari novimus: nobis etiam fortaſſe pejora exciderent, ſi alienis contumeliis palam laceſſiti in arenam deſcenderemus. Denique ſi Tullium ipſum, ſi Graecos Oratores conſulimus, non abſimilia tutelae propriae exempla forte deerunt. Nihilo tamen ſecius majorem laudem, quantum quidem mihi videtur, Sigonius tuliſſet, ſi, uti virum Philoſophum, eoque magis Chriſtianum, decet, mitius ac moderatius in hoſtem, quamvis improbum, invectus fuiſſet. Quem vero exitum atrox iſta altercatio habuerit, obſcurum eſt. Quod ego novi, Anno 1567. XV. Kal. Aprilis, Robortellus & vivendi, & doctis omnibus obtrectandi finem fecit. In Commentariis *Antonii Riccoboni* de Gymnaſ. Patav. Lib. I. Robortelli mors ad Annum 1563. refertur, errore, ut arbitror, Typographorum. Ejus vero titulum ſepulcralem Patavii in clauſtris Monaſterii Antoniani legit ac evulgavit *Johannes Imperialis* in Muſaeo Hiſtorico pag. 62. Diem ſuum obiiſſe in eo dicitur *Annos Quinquaginta* natus; quod mirum mihi videri adhuc pergit, quum Sigonius Anno 1562. Robortellum ſibi perquam notum *prope Sexagenarium* appellarit. Ita tamen in Inſcriptione haberi, certior ab amicis ſum factus, qui ſuiſmet oculis, me rogante, lapidem adhuc exſtantem inſpexere. At Sigonius, quamquam ad quinquennium a Senatu Veneto conductus, Anno 1563. Patavinae Scholae munere ſe ſe abdicavit, atque e Lycaeo illo ad Bononienſe conceſſit. Quare id factum, ſi quiſquam ſciſcitetur, non aliam ego conjicere cauſſam poſſum, niſi intolerandam ulterius Sigonio viſam fuiſſe moram in ea Civitate, in qua Robortellum adhuc viventem, ſibique internecino odio infenſum, obvium ſaepe habere, ejuſque maledicta audire cogebatur. Pacatum animum ſtudia literarum depoſcunt. Quaenam vero ſpes quietis Sigonio reliqua erat, in eodem Gymnaſio docente aemulo, quem faſtus, quem petulantia numquam defecit, & quem toties victum atque depreſſum, uti Imperialis teſtatur, nulla umquam adverſa fregere? Neque Robortello, ut uſuvenit in ejuſmodi diſſidiis, deerant ſuae factionis ſectatores, ac pugiles. Fortaſſis etiam ſuae vitae Sigonius timebat in Academia, quam turbulentis motibus non raro concutiebat nimia tunc licentia ſtudioſae ac numeroſae juventutis. Immo fortaſſe ſibi timebat a Robortello ipſo, ferocis animi viro, quem conſtat ob homicidium Lucenſi in Urbe perpetratum, dum publicus ibi Literarum Profeſſor eſſet, exilio multatum fuiſſe. Praeterea diſſimulatum nolo, Sigonium in ipſa Patavina Civitate gladio a quodam Rhodigino impetitum fuiſſe, atque in facie vulneratum. Quod facinus ipſe-ne ſuis furiis actus, an ab alio ſubmiſſus, contra tantae dignitatis virum, togatum, atque inermem, auſus fuerit, incompertum eſt mihi. Rem innuit *Antonius Riccobonus* in quadam Epiſtola Lib. IV. Gymnaſii Patavini. Quamobrem ſatius duxit Sigonius ſub alio coelo ſibi pacem quaerere. Acceſſit & provida cura, atque amica ſolicitatio Bononienſis Senatus. Tunc enim enixius, quam antea cerrabant Bononienſes, ut ad ſe allicerent, adducerentque, quos prae ceteris cum praeſtantia doctrinae, tum gloria nominis in Literatorum Republica commendabat. Atque ii ſane large ac liberaliter cum Sigonio egiſſe, hoc eſt, ei duplum annui ſtipendii, quod e Patavina Schola capiebat, obtuliſſe traduntur.

Ergo miſſione a Venetis impetrata, ad celeberrimum Bononienſe Athenaeum Anno 1563. ſe tranſtulit, ubi eloquentiae Profeſſor, & Civitate donatus, reliquum vitae ſumma cum tranquillitate animi exegit. Exſtat Oratio, quam is habuit Bononiae VIII. Id. Novembris eodem Anno, quum primum Cathedram principem Eloquentiae in illa Academia conſcendit. Porro illic vir impiger novis ingenii ac eruditionis ſuae foetibus luculentius, quam antea illuxit. Anno quippe 1564. publici juris fecit Libros ſuos *de Republica Athenienſium*, & *de Athenienſium*, *Lacaedemonio-*

moniorumque temporibus. Ariſtotelis quoque *Rhetoricorum* Libros a ſe Latio donatos Anno 1565. typis tradidit. Diſceſſerat autem Sigonius in *Libris de antiquo jure Civium Romanorum* a geminis ſententiis *Nicolai Gruchii* Rotomagenſis viri doctiſſimi, qui paucos ante annos Commentarium ediderat *de Comitiis Romanorum*. Hinc origo novo certamini, ſed in quo nihil modeſtiae ac urbanitatis deſideratum eſt: alter enim alterum plurimi faciebat. Prodiit Anno 1565. Gruchii *Reſponſio ad binas Sigonii Reprehenſiones*. Vix illam accepit ac legit Sigonius, quum Gruchio *Diſputationes duas* repoſuit *de binis Comitiis*, & *Lege Curiata*, Bononienſibus typis impreſſas Kal. Februarii Anno 1566. Tum Gruchius Anno proxime ſequenti bellum rurſus inſtauravit, edita *Refutatione ad poſteriorem Caroli Sigonii Diſputationem*: poſt quam proelium inter utrumque ſubſedit. Anno etiam 1574. evulgavit Sigonius Libros tres *de Judiciis, ea diligentia eoque ordine ſcriptos*, quemadmodum teſtatur Johannes Roſinus Lib. IX. Antiquitat. Romanar. *ut nihil melius, & ordine convenientiori omnium judicio tradi poſſit*. Quum vero inter Libros hoſce, ceteroſque ſuperius recenſitos, multum temporis interceſſerit, ita ut aliquando dormitaſſe, atque abjeciſſe literaria negotia Sigonius videri poſſit, huic ſuſpicioni occurrendum nunc eſt. Scilicet iis temporibus vir numquam fatigatus, cui hactenus cum antiquis tantum Graecis atque Romanis conſuetudo perpetua fuerat, aliô lineam ſtudiorum ſuorum convertit. In animum quippe induxit, Hiſtoriam Italicam a declinatione Imperii contexere, quam antea unus tantum aut alter ex Italis jejune admodum, atque oſcitanter delibarat, & de qua juſtum aliquod Opus adhuc Reſpublica Literaria deſiderabat. Suſcepto tam nobili conſilio, nihil intentatum Sigonius reliquit, quo illud cum dignitate ac laude perficeret. Quidquid temporis a vacatione Scholae liberum ſibi fuit, in hanc provinciam aequo animo contulit. Atque in eam rem intentus, quotquot potuit *vetera Italiae, & maxime Lombardiae tabularia perluſtravit: omnia fere, quae apud Civitates, Eccleſias, Monaſteria, Pontificum, Regum, atque Imperatorum Diplomata reſidebant, aut praeſens inſpexit, aut certe abſens beneficio amicorum cognovit. Poſtremo ſingularum etiam Chronica Civitatum, quae poſt Milleſimum a Chriſto Annum confici in Italia coepta, apud privatas nunc etiam familias adſervantur, adjunxit*: ita ipſe praefatur ad Hiſtorias *de Regno Italiae*; quas Anno demum 1574. Venetis typis impreſſas, & *Jacobo Boncompagno*, poſtea Duci Sorae, ac Marchioni Vineolae dicatas, in publicum deduxit. Inſigne profecto Opus & monumentorum copia, & ſplendore ſermonis, & ordine narrationis, ex quo incredibilis lux facta eſt eruditioni barbarorum temporum, in illum uſque diem apud Italos tenebris innumeris circumfuſae. Nam quod aut in iis Libris, aut in Annalibus Eccleſiaſticis Cardinalis Baronii aliquid ſubinde aut emendaverit aut ſuppleverit poſteriorum Scriptorum diligentia, noſque in iis ipſis adhuc alia fortaſſis aut corrigere aut adjicere poſſimus, poſt tanta ſubſidia Hiſtoriae Eccleſiaſticae & profanae Seculo proxime elapſo collata: nil propterea gloriae deperibit umquam Sigonio, eoque minus Baronio, qui primi magnifica aedificia a fundamentis erexere, quibus poſteri quique deinde ſuperſtruere potuerunt. Hiſtoriae huic de Regno Italiae exordium fecerat Sigonius fere ab adventu Langobardorum, hoc eſt ab Anno Chr. 565. ſubſtiteratque ad Annum 1199. Plauſus inde omnium conſequutus, ac preces & hortamenta amicorum in cauſſa deinde fuere, cur is ampliorem campum Hiſtoriae excolendum ſibi propoſuerit. Quare in altero Opere geſta praeſertim Italicorum novis ſcriptis eſt perſequutus ab Anno videlicet 284. excurrens uſque ad tempora ferme inchoati Regni Langobardici: quos Libros *de Occidentali Imperio* inſcriptos, Anno 1577. eidem *Jacobo Boncompagno* luce donatos miſit. Neque heic ſtetere labores viri numquam fatigati: quippe Libris XV. *de Regno Italiae* jam evulgatis quinque alios ſuperaddidit, deducta per eos Italica Hiſtoria uſque ad Annum 1286. quos tamen vivens minime editos vidit. Poſtumum foetum ad lucem adduxit *Alexander Caprara* Patricius Bononienſis, Societatem Jeſu poſtea ingreſſus, quem Sigonius inter paucos carum habuit, & poſt mortem ſcriptorum ſuorum cuſtodem inſtituit. Hoc loco eorum incuriam arguere mihi liceat, qui dum Sigonianam Hiſtoriam de Regno Italiae non ſemel proelo commendarunt, neglexere *Catalogum Hiſtoriarum, & Archivorum*, quibus ille uſus fuerat ad ſuam concinnandam, Bononiae editum Anno 1576. Intererat Reipublicae Literariae, ſeriem quoque monumentorum illorum perpetuam eſſe, tum ut induſtriae ac diligentiae Sigonii ſua laus daretur, tum etiam ut agnoſceremus, quot olim & Chronica manu exarata apud privatos, & Diplomata in tabulariis Civitatum & Eccleſiarum adſervarentur, quae nunc expilata, quo avolarint, ignotum eſt, aut numquam reparando interitu

Digitized by Google

periere: quod experimento a me facto jam didici ac dolui, quum Italica Archiva inviſerem, & ad meam *Rerum Italicarum* Collectionem inſtruendam Chronica quaelibet nondum edita conquirerem.

Interea Sigonius, ut aliquod perenne pignus ſui erga Bononienſes amoris apud poſteros ſupereſſet, Urbis illius ac Reipublicae Hiſtoriam ſibi conſcribendam ſumſit. Multaque jam ſcripſerat; ſed poſtquam comperit, labori ſuo Bononienſium ſuffragia nequaquam accedere, majori ſolicitudine & cura inſtitit in novis monumentis expiſcandis, unde plus decoris & honorificentiae in Bononienſem Populum redundaret: iiſque inventis gaviſus eſt, primum foetum officinae typographicae traditum non fuiſſe, e ſecundis curis ſperans meliorem ſucceſſum, uberioremque apud Bononienſes gratiam. Et haec quidem Hiſtoria in ſex Libros diſtincta tamdem prodiit. Cur vero prior Hiſtoria Bononienſium votis minime reſponderit, conſulendus eſt Vincentius Borghinius in Diſſertat. *An Florentiae Attilas excidium attulerit*, pag. 256. Ad haec Hiſtoriam Eccleſiae Bononienſis illuſtravit Sigonius, conſcriptis Libris V. *de Epiſcopis Bononienſibus*. Hoſce juſſu Cardinalis Palaeoti Archiepiſcopi Bononienſis dumtaxat poſt mortem Sigonii publici juris factos, Monitum ad Lectorem Operi praefixum prodit. Et ſane compertum habeo, illos Anno 1586. in Bononienſi Civitate typis Benatii primam lucem vidiſſe, quamquam non deſint, qui eoſdem antea prodiiſſe ſcribant, Auctore adhuc incolumi atque ſuperſtite. Eo autem Sigonii fama jam conſcenderat, ut Gregorius XIII. Pontifex Maximus Anno 1578. grandem ei provinciam commendarit, nempe *Eccleſiaſticam Hiſtoriam* univerſam conſcribere atque exornare, ut ipſe teſtatur in Epiſtola nuncupatoria ad Libros *de Republica Hebraeorum*. *Onuphrio* quoque *Panvinio*, ſingularis eruditionis, ac judicii viro, id negotii antea commiſſum fertur. Sed utrumque in itinere mors intercepit ejuſque laboris & gloriae curam *Baronio*, *Cardinali* immortalis nominis, reliquit. Quod tantummodo Sigonius praeſtare potuit, fundamenta ab eo jacta ſunt Sacrae ejuſdem Hiſtoriae, editis Anno 1581. *Commentariis in Hiſtoriam Eccleſiaſticam Sancti Severi Sulpicii*, quos Cardinali Palaeoto dicavit. Ad haec Libros VII. *de Republica Hebraeorum* confecit atque emiſit, in quibus Hebraeorum politiam, a ceteris ante illum neglectam, pro virili deſcripſit. Quod opus etſi deinde centeni de eadem re ſuccreverint Libri, adhuc tamen multa in exiſtimatione & pretio eſt apud Eruditos. Prodierunt ii Libri Anno 1582. Gregorio XIII. Pontifici Summo dicati. Brixianis quoque ſe obtulit Sigonius ad eorum Hiſtoriam ſcribendam, uti Octavius Rubeus in Monumentis Brixian. teſtatur: ſed ipſi occaſionem tam bellam illuſtrandae ſuae Civitatis, neſcio ob quam cauſſam, elabi ſibi ſunt paſſi. Bononiae autem dum eſſet Sigonius, praecipue uſus eſt familiaritate praelaudati *Gabrielis Palaeoti* S.R.E. Cardinalis doctiſſimi, primique Bononienſium Archiepiſcopi, qui quanti faceret, quantoque amore proſequeretur Sigonii ingenium atque doctrinam, numquam non ſignificavit, ac praeſertim, quod eum conſiliorum & curarum omnium ſuarum participem ſemper voluit. Sed & ſumma illi neceſſitudo atque concordia fuit cum reliquis doctis viris, quibus a multis Seculis, ſed tum maxime, Bononia abundavit. Immo ipſo potiſſimum hortante inſtitutus ibi fuit eruditorum hominum coetus, quem *Academiam* appellare conſuevimus. Conveniebant ſocii ad frugale convivium, Deipnoſophiſtarum veterum more: tum ſublatis epulis eruditae quaeſtiones, ad quas ſolvendas parati accedebant, inter eos proponebantur. Neque auditorum concurſus deerat. Et quoniam non hujus tantum Academiae, ſed & aliarum aliquot, quae in Italia Seculo XVI. poſt Chriſtum natum emerſere, mentionem fecit ampliſſimus S. R. E. Cardinalis, & Mediolanenſis Antiſtes, *Fridericus Borromaeus*, in iis Libris, quos Bibliotheca Ambroſiana ab ipſo aedificata ac ditata adſervat, Lectorum gratiam initurum me ſpero, ſi quae is Lib. I. Cap. I. *de fugienda oſtentatione* diſſeruit, a me olim excerpta in medium proferam, tum praeſenti argumento accomoda, tum etiam ad Hiſtoriam Literariam illius temporis ſpectantia. Haec ergo ſcribit inſigne illud Mediolanenſis Urbis, ac purpurati Senatus ornamentum.

Ferme ſub eam aetatem (ideſt Sancti Caroli Borromaei) *nonnulli in Italia viri inſignes extitere; coetuſque & Academiae memorantur eorum, quas tamen oblivio fere abolevit, nec ſatis illuſtris ulla memoria de hominibus illis exſtat. Inſtituerat Pomponius Laetus Academiam unam ejuſmodi literatis hominibus, quorum hodie paucos novimus. Ejus Pomponii parva domus prope Thermas Conſtantinianas in Quirinali ad Divi Hieronymi aedes fuit, eaque titulum hunc praeferebat*: Pomponii Laeti, & Sodalitatis Eſquilinalis. *Sed parvum illud hoſpitium non ſine multorum dolore excidio datum eſt ante octa-*

vum

vum hunc Annum. Erat in ea domo atriolum conſtructum ex lapidibus eruditis; vetuſtaque marmora, & Inſcriptiones ibi paſſim cernebantur cum frequenti lauru. Matthaeus *etiam* Gibertus *Academiam aliam fundaverat, cujus reſiduam Inſcriptionem adſpicere memini Romae in hortis una cum Cardinale Aldobrandino, qui poſtea Clemens VIII. fuit. Illuc enim forte ingreſſi eramus, conſideravimuſque ambo Inſcriptionem eam. Familiaris illi fuit* Marcus Antonius Flaminius, *ejuſque viri memoria cuſtodita eſt Turrianorum, aliorumque Veronenſium literis & libris, quos ei certatim dicabant. Nobilis item Academiae veſtigia cernuntur in Julianis hortis, in quorum ingreſſu marmorea tabula titulum Academiae praefert. Is ſane titulus, eaque tabula declarat, ingenio fuiſſe elegantiſſimos homines. Sed qui tamdem fuerint, multum perveſtigando reperire non potui. Conjectura tamen illuc inclinat, ut ſcriptas eſſe leges credas ab Romulo Amaſaeo, qui Julii III. Scriba intimus fuit, eumque virum* Fulvius Urſinus *magnopere commendabat. Sanctus quoque Carolus in Avunculi Pontificatu Vaticanam Academiam inſtituit, de qua Cardinalis* Auguſtinus Valerius *Veronenſis ſaepe nobiſcum loquebatur. Idem de ea Commentariolum confecit, qui una cum ceteris ipſius ſcriptis evulgabitur. Fuere in ea Academia* Silvius Antonianus, *&* Speronius, *& alii plerique. Recentior fuit Academia Bononiae, quam* Convivalem *appellavere. Nobiles & literati Urbis illius homines eam obtinebant, atque Academicorum nomina haec manent:* Franciſcus Bolognettus, Camillus Palaeotus, Fabius Albergatus, Plinius Tomacellus, Lucius Madius, Federicus Pandaſius, Carolus Sigonius, Pompilius Amaſaeus, *& alii. Modeſte epulabantur, ſolutoque convivio, ſchedae dividebantur inter eos, complexae quaeſtiones elegantiſſimas, quas poſtea, ut cuique contigerat, diſerte tractabant: magnuſque concurſus ad audiendum fiebat. Nos Pandaſio, quem inter Academicos nominavimus, Philoſopho & Magiſtro uſi ſumus. Multae literae viro, & modeſtia magna fuit: quumque parvum Librum in Ariſtotelis de Coelo Libros edidiſſet, ſuſpicatus poſtea rem non eſſe perfectiſſimam, magnopere contendit, ut ſupprimeret laborem illum ſuum, & exempla omnia ſedulo conquiſivit. Ceterum in Academia illa Pomponii Laeti fuiſſe videtur* Octavius Pantagatus, *eique rei argumento e MS. in Vaticana Bibliotheca Codex de Arte Grammatica ad Thomam Epiſcopum Leonenſem. Namque Epiſtola, qua dicatur huic Epiſcopo Liber ille, meminit Aſtrei ejuſdem, & Pantagati, ut veriſimile fiat, fuiſſe omnes illos in Academiae illius corpore. Pantagatus Servitarum Ordinis fuit in Provincia Inſubria, magnus Pauli Manutii amicus, & Antonii Auguſtini Carmine nobilitatus, quod ille ad Latinum Latinium miſit. Peritiſſimus erat omnis antiquitatis: vidimuſque ipſius Chronica de Rebus Romanis, MStum Opus. Cognomen ei non Pantagatus, ſed Pagatus; patria Brixia; ipſaque nominis mutatio arguit Pomponianam illam Academiam, cujus fuit mutare ſic nomina, & aſſumere quam quiſque appellationem voluiſſet. Eſt in Bibliotheca Ambroſiana Codex ipſius MStus, qui rationem accepti & expenſi continet cum hac Inſcriptione:* Codex Rationum Octavii Pagati. *Eum Librum qui legat, facile intelligat, quanta notitia fuerit viro ad Veteris Monetae valorem. Laus ipſius tumulo nominatim adſcripta eſt, quod rationum, dimenſionumque antiquarum peritiſſimus fuerit. Vir ſane eximius & dignus, a quo omnes in illo genere erudirentur, nihil umquam typis mandavit. Tantum exire in manus hominum MSta quaedam eſt paſſus, nimirum judicia hominum pertimeſcens, quum verius eſſet Pantagati judicium ab aliis timeri.*

Idem fere genium, atque par ſtudium fuit Petro Giaconi, *qui Latinas Literas publice docuit. Magnus utique Antiquarius multum elaboravit in emendatione Decreti, & Sacra Biblia ad Septuaginta Interpretum veritatem integre & germane caſtigavit atque exegit. Scripſit de Triclinio tantum, & Notas quaſdam in Caſſianum, minime tamen id Opus edere auſus. Edidere alii, poſtquam ipſe deceſſerat. Latinum Latinium novimus ipſi extremá jam ſenectá hominem, & aſpectu venerando, contemtorem hujus famae popularis adeo quidem, ut nihil fere edidiſſe dici poſſit, ſi ſumma & excellentiſſima ipſius literatura conſideretur. Aliquanto minor aetate Fulvius Urſinus praeſtitit ea laude, ut in Librorum delectu nullus fere peritior excellentiorque haberetur. Quum aliquando apud eum eſſemus, forteque Codices quoſdam in ipſius Bibliotheca antiquiſſimos inſpiciremus, concupiveram ego hanc ab ipſo diſciplinam, rationemque accipere, qua Codicum antiquitas & bonitas ad ſincerum exploratur, avebamque in hoc genere diſcipulus ipſius fieri. Sed bonus illico ſenex, ut nos inſidiari ſibi ſenſit, Codicem qui in manibus erat, dextere clauſit, & in alia ſermonem inchoatum avertit. Hanc ego profunditatem hominis aliquando familiariter cavillans, dicere ſolebam, ubi de Libris ageretur, non eſſe ipſi magnopere credendum, quandoquidem eorum tantopere avidus cupiduſque eſſet. Dixerat mihi, ſe ſe legaturum Bibliothecae Vaticanae quidquid Librorum haberet, & legavit utique feſtivam copiam. Magna ei familiaritas fuit cum* Achille Statio, *homine Luſitano, Graecis Latiniſque literis erudito: iſque multos Codices Urſino donavit, qui teſtamento pariter ad religioſas manus pervenere.*

Digitized by Google

nere. Achillem hunc Statium magnopere amavit Cardinalis Sirletus, *& exſtant Divi Caroli literae, quas ei commendatitias ad Cardinalem Infantem Luſitaniae dedit, quum in patriam ad Regem ipſe proficiſceretur.* Johannes Carga *Forlivienſis fuit Manutio intimus: dolendumque magnopere eſt, quod exquiſitae doctrinae vir plura non ediderit. Inter initia Sixti V. quum nobis ille innotuiſſet, obtulit Latinum Carmen, Odamque elegantiſſimam; qua nos amice laudabat. Fuerat olim Sancti Caroli familiaris, & una cum Amalteo ſcribendis Epiſtolis operam navarat. Ob id ille voluerat eſſe memor noſtri, debuimuſque ipſi viciſſim de eo meminiſſe. Cargam hunc ipſum & ſtudiorum & moris ac perſonae ſimilitudine ferme repraeſentabat* Petrus Morinus, *natione Gallus, qui item in editione Bibliorum, & emendatione Decreti multum elaboravit. Nihil ab eo ſcriptum vidimus, niſi quod animadverſiones in ſchedula quaſdam aliquando mihi obtulit in ſacra Biblia, quae ad LXX. virorum interpretationem tunc primum edita erant.* Franciſcus Odoardus Cartuſianus *Antonii Auguſtini alumnus fuit, venitque Romam Sixti V. Pontificis juſſu, ut Auguſtini illius volumina duo complexa Jus civile Vetus ordinaret. Nos ſaepe cum eo colloquebamur, virumque eſſe doctiſſimum credidimus; qui quum praeclari aliquid in ſuo illo genere efficere poſſet, nihil fere aliud effecit, quod quidem ipſe viderim. Quoniam de editione Bibliorum incidit mentio, nobis faciendum etiam videtur, ut praecipuam ejus Operis laudem* Flaminio Nobili *aſſignemus. Patriâ Lucenſis hic fuerat, & ex nobilitate illa in Piſanam Academiam adſcitus, publice ibi docuit eam Philoſophiae partem, quae in naturae obſcuritate verſatur. Edidit Dialectica quaedam, & de Felicitate librum unum, duoſque de Generatione Libros Ariſtotelis Commentariis illuſtravit, & de Honore quaedam alia ſubtiliter eſt commentatus. Ac denique Romae editioni Bibliorum, & emendationi Decreti ſtudium operamque inſumſit. Literariae iſtae exercitationes, homineſque literati, & eorum ſtudia* &c. *Eſt illud Andreae Veſſalii dictum. Is magnam in arte ſua famam adeptus, invidere ſe multum ajebat* Ambroſio Calepino *illi, cujus nomen in ore omnium verſaretur, cujus Liber tereretur omnium manibus, fatigaretque proela & typos aſſidue, neque repudiaretur umquam.*

Haec Fridericus I. Cardinalis Borromaeus. At currente Anno 1583. novum negotium ac lis oborta eſt Sigonio. Sub initium Anni ejuſdem prodiit Venetiis Libellus, cui titulus: *Marci Tullii Ciceronis Conſolatio, ſive de Luctu minuendo*, cura *Franciſci Vianelli*. Nulla ibi Praefatio, nullum verbum, ubi Liber inventus, a quo datus, a quo editus fuerit. Omnibus exploratum erat, a Tullio Libellum fuiſſe conſcriptum, quo ſuum in morte filiae Tulliae dolorem conceptum levaret; atque ex eo loca quaedam ſupererant, quae Sigonius ipſe Anno 1559. collegerat, quum Fragmenta reliqua e Libris deperditis Ciceronis evulgavit. Eadem fragmenta deinde etiam *Andreas Patritius* Anno 1565. illuſtrarat. Opuſculi hujus jacturam, uti & aliorum a Tullio ſcriptorum, dolebant Eruditi. Quare ubi excuſus Venetiis Liber in lucem atque aſpectum omnium prolatus eſt, diverſis affectibus concuſſi ſunt doctorum Virorum animi, nonnullis geſtientibus ob receptum, ut ſibi perſuadebant, aureum hunc Libellum, aliis vero dubitantibus, ne figmentum ibi lateret, quo quis Reipublicae literariae fucum facere in animum induxiſſet. Itaque diviſa ſunt hominum judicia. Hi germanum Ciceronis Opus cenſuere. Alii recentioris alicujus Scriptoris luſum ſuſpicabantur. Primus inter poſtremae opinionis patronos emerſit *Antonius Riccobonus*, Sigonii olim diſcipulus, & in Patavina Academia Anno 1570. ad eamdem Eloquentiae Scholam traductus, cui ante paucos annos Robortellus praefuerat, Vir ſane eximius, quem & ingenium rarum, & doctrinae copia, multorum laudibus dignum effecere. Is ergo literis ad *Hieronymum Mercurialem* V. Cl. datis V. Kal. Majas Anni 1583. rationes exeruit, quibus Opuſculum illud a Cicerone abjudicandum cenſebat. In eamdem poſtea ſententiam conceſſere *Juſtus Lipſius* Epiſtol. 35. *66.* & *91.* Centuriae I. Miſcell. & Epiſtol. 14. Centuriae ad Italos & Hiſpanos, ſimulque *Janus Guilelmius* in Aſſertione adverſus Sigonium edita Pariſiis Anno 1684. Sigonius vero pro contraria ſententia ſtetit, atque pugnavit; non quod praefracte contenderet, ſtatueretque, Tullio revera Opuſculum rribuendum, ſed quod exiſtimaret, nil hactenus depromtum fuiſſe, unde illorum opinio labefactarerur, qui Tullium in eo opere ſe ſentire affirmabant. Eum in finem ipſo eodem Anno 1583. *duas Orationes* edidit *pro Conſolatione Ciceronis*, quibus Riccoboni argumenta atque cenſuram multa eruditione ac judicio amoliri & evertere conatus eſt. Poſt quae in arenam iterum Riccobonus deſcendit, & Sigonii Orationibus novo Opuſculo refutatis, per quoſdam poſtea nobiles viros ipſum Sigonium rogandum curavit, ut conrroverſiam ſatis agitatam jam dimitteret doctorum hominum judicio. Rogarunt ii quaſi ſuo, non alieno, conſilio permoti:

qui-

Google

quibus Sigonius firmiſſime ſe aſſentiri poſſe negavit; addiditque, ſibi conſtitutum, dum vita ſuppeteret, ultimum in ſcribendo ſe eſſe velle. Nam quando etiam ultro daret, crederetve, minime a Tullio profectum fuiſſe Librum, adhuc ita infirmae ac elumbes ſibi videbantur Riccoboni rationes, ut ab iis potius ad contrarium credendum impelleretur. Et reapſe duabus jam editis Orationibus Tertiam adjunxit, poſtremum ingenii ſui foetum, quam dumtaxat poſt ejus mortem *Antonius Gigantus* Venetias ad Franciſcum Vianellum miſit: is vero ab edendo abſtinuit, ne in Riccoboni amici odium incurreret. At Anno 1599. vix ſublato e vivis Riccobono, tertia eadem Oratio e typis *Johannis Rubei* Bononiae erupit.

Nunc autem a me Lector minime exſpectet, quid de Libello tunc edito *de Conſolatione* ſentiam, aut ſentiendum putem. Jam communis fere doctorum hominum opinio illuc inclinavit, neutiquam Libri illius auctorem fuiſſe Tullium, ſed quidem Sigonium ipſum, cui propoſitum fuerit experiri, quid ſuae vires poſſent in imitatione Ciceronis: & ſi forte a doctis viris uti Tullianus foetus Liber exceptus fuiſſet, tum ſe illius Auctorem prodere. Haec adhuc meliorum ſententia: neſcio enim, cur in mentem venerit *Johanni Rhodio* in Libro de Scriptoribus pſeudonymis obtrudere nobis *Carolum Vianellum*, tamquam ejus Opuſculi auctorem. Et multa hercle concurrunt, ut nobis perſuadeant, non alium quam Sigonium juſtam praebere ſuſpicionem conficti a ſe Libelli. Vix enim alterum in Italia oſtendas, cui tantum ingenii ac eloquentiae tunc foret, ut ea ſententiarum gravitate, verborum ſplendore, ac totius ſtructurae elegantia, Librum dare poſſet, cujus ne ipſum quidem Tullium fortaſſe puduiſſet. Accedit, quod Fragmenta ejuſdem Libri *de Conſolatione* Sigonius ipſe collegerat, & ſcholiis exornarat; & ut primum cenſores ſenſit adverſus nuper editum Librum inſurrexiſſe, is unus continuo, & quidem vehementi animi aeſtu, ejus patrocinium ſuſcepit, quaſi non de re aliena, ſed de ſua, ageretur. Ceterum non deſunt, qui tradant, Sigonium denique ipſum in amicorum auribus ſe Libri auctorem fuiſſe confeſſum. Qua in re ab eorum ſententia diſcedere cogor, quum certiora documenta mihi ſint, quibus contrarium perſuadeatur. Quippe *Antonius Gigantus*, vir ſumme literatus, atque unus ex intimis ejus amicis, affirmabat, ſe enixe a Sigonio petiiſſe, ut candide ediceret, an revera auctor eſſet Libri *de Conſolatione* ſub Tullii nomine editi, unde controverſia inter eum & Riccobonum profluxerat; atque ipſum conſtanter negaſſe. Ajebat inſuper, ſe poſt mortem Sigonii una cum *Fabio Albergato* diligentiſſime perſcrutatum fuiſſe ſchedas, Libroſque MStos ab eo relictos, ut agnoſceret, an aliqua chartula, aut adnotatio illius manu ſcripta reperiretur, in qua aliquid ad Librum illum pertinens occurreret, nihilque inveniſſe. Utcumque res ſe ſe habuerit, conſtans omnium doctorum confeſſio eſt, Opuſculum illud elegantiſſime ſcriptum fuiſſe, dignumque eſſe, quod omnes legant, uti etiam ante aliquot annos vir ex omnigena eruditione laudatiſſimus *Johannes Albertus Fabricius* teſtatus eſt. Novimus etiam, ipſius in variis Italiae ac Germaniae locis repetitas fuiſſe editiones, & demum in Gallicam & Anglicam Linguam fuiſſe translatum. Ita ut inanem omnino falſumque reputem rumorem obortum, mortem quae Sigonium fervente ejuſmodi lite ſuſtulit, non aliunde proceſſiſſe, quam e concepto moerore, quod ereptam ſibi videret gloriolam, quam e ſuppoſiticio foetu ſperarat. Haec temere in vulgus ſparſa a Riccobono, ejuſve aſſentatoribus fortaſſe fuere. Quamquam quid Riccobonum heic memoro? Primus & unus *Johannes Imperialis* in Muſaeo Hiſtorico Anno 1640. ſuſpicionem hanc in ſuo cerebro natam nobis venditaſſe videtur. Neque enim ante illum, alium habeo illius rumoris teſtem. Hercle ſi auctor Libri Sigonius non fuit, nihil erat, cur tantum triſtitiae & angoris contraheret pro alieno foetu. Si fuit, jam ſatis gloriae retulerat, poſtquam multi Tullianum opus crediderant, & nemo, ſi paucos lividos excipias, negabat Libro laudem feliciter imitatae Tullianae eloquentiae.

Riccobonum tamen prius non dimittam, quam rationem ab eo repoſcam coram Literatorum omnium coetu, cur de Sigonio e vivis jam ſublato in haec verba ad Johannem Cratonem ſcripſerit Lib. IV. de Gymnaſio Patavino: *Cum autem hoc Anno* (1584.) *Sigonius mortuus ſit, fama erat, eum ad Dialogum meum reſcripſiſſe, ac priuſquam moreretur mandaſſe, ut quae reſcripſiſſet, propediem in lucem & adſpectum hominum proferrentur*. Quae quicumque perpendat, facile intelligat, quam longe abfuerit Sigonius ab illo moerore, ut ferunt, contracto, quod ſe victum ſentiret, quum vel moriens ſibi victoriam e novo illo foetu polliceretur. Pergit Riccobonus: *In quem apud Aeacum, hominibus Europae datum a Jove*

Judicem, ſuam ipſius cauſam pro me dixiſſet Cicero, ſi illud reſponſum editum fuiſſet. Ac multum quidem permiſi, quoad potui, amicitiae, multum ceſſi auctoritati, multum tribui ſenectuti. Sed quoniam homo ille indigna de me ſcripſit, coëgit me oblitum noſtrae amicitiae habere rationem meae dignitatis. Itaque ut arbitror, ferrum retudi, flammamque reſtinxi; furioſumque impetum, & inſanam ferociam prorſus, ni fallor, compreſſiſſem & fregiſſem, ſi diutius vixiſſet. Ita Riccobonus barbam mortuo leoni intrepide vellens. Ar proſtant Sigonii ſcripta pro *Conſolationis* Libello non ſemel edita. Proſtant & Literae tum illius, tum Riccoboni, in eiſdem Libris de Gymnaſio Patavino editae a Riccobono ipſo. Sigonianas Orationes & Epiſtolas modeſtiae plenas deprehendent Eruditi; inſolentiae & arrogantiae Riccobonianas: ita ut indigne plane a Riccobono ſcriptum mihi videatur, Sigonium indigna de illo ſcripſiſſe. Neque fortaſſis opus eſt, Libros tunc editos repetere ac perſcrutari. Pauca, quae attuli, palam facere poſſunt, quam impotenter de praeceptore olim ſuo, quam venroſe de ſe ipſo Riccobonus loquatur. Sed quando Cl. V. *Nicolaus Comnenus Papadopoli*, vivens Academiae Paravinae ornamentum, heic ſuum interpoſuit judicium, audire illum praeſtat, ita loquentem Lib. III. Sect. 2. Cap. 20. Hiſtor. Gymnaſii Patavini, poſtquain Riccoboni verba protulit, glorioſi militis inſtar effuſa: *Narrat haec de ſe ipſo Riccobonus ipſe pluſquam glorioſe in opere de Gymnaſio, quod conſcripſiſſe videtur non tam, ut Gymnaſium deſcriberet, ac poſteris commendaret, quam ut ſe, ſuaque opportune importune jactaret; ita quae pertinent ad Gymnaſium perfunctorie, ſtrictim, atque jejune dat: ſua ex induſtria late atque eleganter uſque ad ſatietatem proſequitur* &c. *Inſeritque Operi contentiones, quas habuit cum Viris doctis, Orationes, quas dixit* &c. *Hinc mirum eſt, quod profert* Jacobus Philippus Thomaſinus, *cum ſcribat, vixiſſe eum ſua ſorte quamvis mediocri contentum, amicis gratiſſimum, diſcipulis amabilem, ſimul & utilem ex facilitate docendi; addens, eumdem pacatae indolis fuiſſe, animoque modeſtum. At ſi quae notavimus, perpendiſſet Vir bonus, cum Riccoboni Libros exſcribebat, modeſtiam hominis non probaſſet: indolem vero pacatam vidiſſet numquam, ea penſiculatius rimatus, quae ſcripſit adverſus Sigonium amicum & Praeceptorem, ſtantem pro Libro Ciceronis de Conſolatione; quae contra* Johannem Marium Matium *Brixianum circa notata per* Quinctilianum de Cotnificio; *quae objecit* Nicolao Colonio *Bergomati in methodum Horatianae Epiſtolae de Arte Poëtica; quae denique pro laurea Patavina* Julii Bordoni, *ſeu* Julii Caeſaris Scaligeri *Scioppio dictavit, Belgarum calamos ad grave bellum excitatura.* Sed nos tamdem progrediamur.

Jamque advenerat Annus 1584. quo Sigonius inviſurus patriam, ſuoſque cognatos Mutinam repetiit. Erat ei mos ferme quotannis, quum nempe ſibi per ferias licebat, e Schola abſcedere, & ad ſuos Cives regredi, ut in avita, ſive a ſe emta Villa ultta Gabelum fluvium ad inferiorem Pontem, Aeſtatem & Autumni partem in loco quietiore tranſigeret. At illum ibi diuturnior, quam vellet, quies invaſit; nam gravi aegritudine correptus, poſtquam Chriſtianae pietatis officiis omnibus ab eo ſatisfactum eſt, poſtremum diem clauſit. Deductum in Urbem cadavet ſolenni funere elatum fuit ad Sancti Auguſtini, utroque Clero ptaeeunte, proſequente Doctotum Collegio, ibique tumulo non ſine omnium moerore datum. Sed nullus ibi titulus ſepulcralis, nullum ſingulare ac perenne monumentum poſitum viro tot nominibus Clariſſimo, ob cujus Libros Mutinenſis Civitatis fama illuſtrior ad remotas Europae oras, & ubicumque ſunt in pretio Literae Latinae, pervaſit. Si hac de cauſſa majorum noſtrorum, ac praeſettim ejus nepotum, incuriam culparem, veniam mihi facile dandam confiderem. Laudandus contra mihi *Alphonſus Saxius*, Aquarii Comes ac Patricius Mutinenſis, qui Anno 1600. ſaltem Viri tanti in tela pictam effigiem (utinam marmore inſculptam) publico in loco expoſuit, hoc eſt in auguſto Templo Sancti Petri Monachorum Caſinenſium in pariete Sacelli gentis Saxiae. Nimirum ibi viſuntur imagines aliquot inſignium S. R. E. Cardinalium Mutinenſium, hoc eſt *Gabrielis Rangonii*, qui Anno 1468. a Sixto IV. in ſacrum illud Collegium cooptatus fuit; *Johannis Baptiſtae Ferrarii*, quem Anno 1500. Alexander VI. purpurâ decoravit: *Herculis Rangonii*, cui Leo X. Anno 1517. parem honorem contulit: *Jacobi Sadoleti*, qui Anno 1536. a Paullo III. eâdem purpurâ donatus fuit: *Gregorii Corteſii*, & *Thomae Badiae*, quos Anno 1542. Paullus III. ad idem culmen evexit, & *Petri Bertani*, quem Anno 1551. Julius III. in auguſtum Cardinalium Senatum legit. Illuſtriſſimis hiſce viris non indignum putavit Saxius *Sigonium* quoque adjungere, non ſacrâ quidem purpurâ exornatum, ſed gloriâ literarum ſupra illos in Chriſtiano Orbe celebratiſſimum. Inſcriptionem, quae ibi legitur, diuturniorem, quantum mihi licet, in hunc locum transferendo efficiam.

D. O. M.

D. O. M.

IMAGINES. AMPLISSIMORVM. S. R. E. CARDINALIVM. MVTINENSIVM.
AD. TANTAM. DIGNITATEM. OB. EGREGIAS. ANIMI. CORPORISQVE. DOTES.
AC. EXIMIAM. VIRTVTEM. EVECTORVM. ALPHONSVS. SAXIVS. I. V. D.
AQVARII. COMES. IN. HOC. SACELLO. PINGENDAS. CVRAVIT. VT. QVORVM.
MEMORIA. TOTO. IN. ORBE. NVLLA. VMQVAM. OBLIVIONE. DELENDA. VIGET.
EORVMDEM. QVOQVE. EFFIGIES. AD. EXCELSAE. IPSORVM. VIRTVTIS. ET. GLORIAE.
CVMVLANDAE. INCITAMENTVM. AB. OMNIBVS. SPECTARETVR. QVIBVS. ADDI.
VOLVIT. CAROLVM. SIGONIVM. SVI. AMICISSIMVM. EAMDEM. PROMERITVM.
DIGNITATEM. SI. QVAM. PRAECLARE. DE. SACRIS. BONISQVE. LITERIS. MERITVS.
FVERIT. INSPICIATVR. ANNO. DOMINI. MDC.

Habeo Auctores, atque inter eos *Vedrianum* noſtrum in Libr. de Doctorib. Mutinenſib. qui memoriae prodiderunt, Sigonii mortem contigiſſe *V. Kal. Sebtembris*, ſive die XXVIII. Auguſti. Alii ſcribunt die XVIII. Anno nuper memorato 1584. ipſumque Anno climacterico, hoc eſt Anno aetatis ſuae *Sexageſimo Tertio*, obiiſſe diem ſuum. Quam ſententiam & Ricciolius tenuit. At publici Urbis noſtrae Libri, quos vidi, ubi emortuales Civium dies, ſive dies ſepulturae adnotantur, teſtes mihi ſunt, & quidem fide digniores, *Magnificum Virum Carolum Sigonium die XII. Auguſti Anno MDLXXXIV. in Sancti Auguſtini tumulatum fuiſſe*. Ad aetatem ejus quod attinet, non LXIII. annos, ſed tantum LX. & aliquot menſes natus, vitâ exceſſiſſe mihi creditur. Hos ei aetatis annos tribuit *Thuanus*, & in hanc ſummam conveniunt quae jam dixi de ejus nativitate, redituque in patriam, quum eloquentiae Schola ei tradita fuit. Quid plura? Sigonius ipſe in Epiſtola ad Riccobonum ſcripta *IX. Kal. Januarii Anno* 1583. commemorat *Sexaginta annos, quos non habui niſi nunc*. Illud quoque certum, deceptum fuiſſe *Henricum Spondanum* in Annal. Eccleſiaſtic. alioſque ipſum ſequutos, quando ad Annum 1585. Sigonii mortem diſtulere. Recte tamen *Spondanus* ſcripſiſſe videtur, ipſum *in patria deceſſiſſe, quum annum ſupergreſſus eſſet ſexageſimum, variis editis monumentis ad aeternitatem victurus*. Addit nuper laudatus *Vedrianus*, viſam ſibi fuiſſe Orationem in funere Sigonii ab *Horatio Tenzonio*, & quidem, ut opinor, Bononiae. Ego in iſta conquirenda inutilem adhuc operam poſui. Neque hoc omittendum, videlicet Sigonium poſtremis tabulis fortunarum ſuarum heredes ſcripſiſſe cognatos ſuos; univerſam vero Scriptorum ſuorum ſupellectilem, ipſo ita jubente, titulo legati traditam fuiſſe *Alexandro Caprarae*, de quo mihi ſupra ſermo fuit. At nihil horum penes ſe Caprara tamdem retinuit, ſed cuncta *Fabio Albergato* dedit, ad *Jacobum Boncompagnum* Ducem Sorae eorum avidiſſimum mittenda.

Fuit Carolo Sigonio vultus liberalis, lata rugoſaque frons, gravis aſpectus; ſtatura mediocris. Deſiderabatur in eo clara jocundaque vox, & expeditum linguae obſequium, ita ut quum in erudiendis diſcipulis pleroſque poſt ſe relinqueret verborum & orationis latinae elegantiâ, in pronuntiando tamen non ſatis gratum auditorum auribus ſe praeberet: quae res Robortello anſam dedit, ut eum blaeſum (per calumniam tamen, ut Sigonio viſum eſt) appellaret. Hanc etiam ob cauſſam deceptus *Antonius Teiſſierius* in ejus Vita ſcripſit, Sigonio quidem facilem in ſcribendo fuiſſe Latinae Linguae uſum, at difficilem in loquendo. Ceterum lenes, honeſtique mores Sigonio fuere; amicitias facile junxit, & conſtanter retinuit; meditanti ſimilis dum incederet, in colloquentium tamen coetu lepore & hilaritate minime carebat. Amicorum conviviis ſe ſe minime negabat, ſed in quibus nobiles joci, & arguti ſales, & de literis diſputationes ciborum ſaporem condirent, & cum queis ſobrietas conciliari poſſet. Ob ejuſmodi oblectamenta praecipue ab eo commendata eſt Patavii menſa *Johannis Vincentii Pinelli* V. Clariſs. & Bononiae Gabrielis Palaeoti Cardinalis ampliſſimi, ad quas identidem Sigonius invitabatur. Ad prandendum vero ſecum die quadam compulſus a *Petro Donato Caeſio* Cardinali & Legato Bononiae, perpetuum ſilentium tenuit, dolens interea duorum ſcurrarum procacitatem, qui inſulſis, immo & parum honeſtis jocis auditores detinebant; ſimulque ſtupens Cardinalem, ceteroſque convivas ex iis ineptiis ſolutos in riſum, & inficetis illis gerronibus, nulla dignitatis ratione habita, effuſe plaudentes. Bononienſibus autem cariſſimus fuit, multumque honoris apud eos eſt ei ſemper habitum, tum propter illius merita atque virtutem, tum etiam, quod ſui nominis famâ plurimos ad Bononienſe Gymnaſium exteros eruditionis cupidos attraheret. Quum ſemel per Urbem deambularet, comite Antonio Giganto, quem

ſupra

ſupra laudavimus, duo nobiles adoleſcentes, Cives ambo Bononienſes, nullum non modo honoris ſignum ei detulere, ſed & locum viae honoratiorem, contra morem gentis, uſurparunt; quod & alià ab iis ſactum animadverterat. Tum ad Gigantum converſus Sigonius inquit: *Hoſce juvenes manet infauſtus finis, quod neque virtuti, neque canis ſapientum ullum honorem habeant*. Praedictionem comprobavit eventus. Uterque enim diverſis poſtea temporibus rixantes inimicorum gladiis cecidere. Interrogatus a diſcipulis atque amicis de quaeſtionibus literariis, numquam e veſtigio reſponſum dabat: ſed quaſi alio cogitatione diſtractus fuiſſet, aut interrogationem non ſatis percepiſſet, aliquantiſper meditabatur. Tum vero interroganti ſatisfaciebat, dicere ſolitus, reſponſa improviſa in arduis raro eſſe laudanda. Quod & *Boterus* commemoravit in Libro de dictis memorabilibus. Suadentibus interdum, ut uxorem duceret, & bene dotatas feminas offerentibus, ſubridens reſpondebat, ne ipſis quidem Diis aut Deabus ſimul nitentibus contingere unquam potuiſſe, ut Venerem Palladi conciliarent: quare coelibem vitam ſemper amavit.

Rarum autem ac mirabile fuit Sigonii ingenium pariter atque judicium. Non ſatis velox primo viſum eſt, ut dixi, illius ingenium. At ubi vigiliae, ſtudiumque abditas ejus vires explicuere, tum maturitas judicii ſucceſſit, qua ingenia ignea carere ſolent. Succeſſit & invidenda vis, & copia in recte ac celeriter ſcribendo & componendo quaecumque ipſe ſibi proponebat: quod praeſertim in Diſputationibus Patavinis prodidit, ita ut interdum quae vix inchoata amici arbitrabantur, ipſe ad umbilicum jam perducta habuerit. Dicere etiam conſuevit, ſi quis brevi penſum a ſe exigeret, ac bene collocatam a ſe vellet operam ſuam, oportere unum ſibi opus faciendum offerre, ut nulla alia re occupatus, in illam unam ingenii nervos intendere poſſet. Et ſane ſi dixero, praegrandia fuiſſe Sigonii noſtri merita in Rempublicam Literariam, non meis profecto verbis, ſed omnium Eruditorum voce atque conſenſu loqui mihi videbor. Ferme ipſe primus fuit, qui Romanas Antiquitates juſtis & accuratiſſimis Commentariis colligere atque illuſtrare aggreſſus eſt, ita ut a *Johanne Roſino* in Praefatione ad Libr. IX. Antiquitat. Roman. non immerito *Antiquitatis inſtaurator & illuſtrator* fuerit appellatus; & de eo haec ſcribere non dubitavit *Johannes Matthaeus Toſcanus* in Italiae Peplo: *Totius antiquitatis peritiorem* (Sigonio) *nec noſtra ſecula, nec priora tuliſſe, ſi affirmem, facile me iis probaturum ſententiam noſtram confido, ad quorum manus Latina ejus monumenta pervenerint*. Clariſſimus quoque vir mihi ſupra laudatus *Nicolaus Comnenus Papadopoli* in Hiſtor. Gymnaſii Patavin. Lib. III. Sect. 2. Cap. 17. *Carolum Sigonium Mutinenſem Eruditorum ſua aetate principem* appellavit. Atque heic Teiſſierius iterum nobis emendandus venit, quum in Elog. Doctor. Viror. ait, Sigonium *ſuivant les traces d'Onufrio Panvinio expliqua les Antiquitez Romaines*, hoc eſt, *Onuphrii Panvinii veſtigia ſectando in explicandis Urbis antiquitatibus inſudaſſe*. Haec ille a Thuano, & eum poſtea ſequuto *Henrico Spondano* mutuatus eſt, ſcribentibus, Sigonium *inter cetera Antiquitatem Romanam iiſdem, quibus Onuphrius Panvinius veſtigiis inſiſtendo, maxime illuſtraſſe*. Aperte non ajunt illi, Panvinium praeceſſiſſe: ſi vero ajunt, falluntur & ipſi; quippe ante Panvinium ex ejuſmodi ſtudio famam ſibi Sigonius quaeſierat, tum ambo eodem tempore in eodem ſtadio proceſſerunt. Panvinius profecto, Veronenſis Urbis decus, vir ſingulari ingenio & doctrina praeſtans, quem quiſque miretur, quod tam brevi tempore tot ac tanta lucubrarit (illum quippe annos tantum XXXIX., aut ut quidam tradidere, XXXVIII. natum immatura mors Anno 1568. ſuſtulit) magnificis elogiis Sigonium ſaepe exornat. Neque ſilet, quantum ex ejus Libris, & familiaribus colloquiis ad ſua contexenda profecerit. *De Carolo Sigonio* (ita ille ſcribit in fine Commentarii ad Lib. II. Faſtorum) *Mutinenſi, quem poſtremum omnium Venetiis cognovi, non eſt quod heic multa dicam: quum ſuperius ſaepe tum ex inſtituto, tum obiter de ejus diligentia, doctrina, & probitate verba fecerim. Fateor autem, & ex ejus lucubrationibus excuſis, & ex iis diſputationibus, quas cum eo familiariter Venetiis habui, multum in tota antiquitate Romana profeciſſe, cujus ille mirum in modum peritiſſimus eſt*. Haec Panvinius, quae confirmata videas a *Paullo Manutio* Libr. II. Epiſtol. 4. Accedit alterum peculiare Sigonii ornamentum, Hiſtoriam videlicet barbaricam Italiae ante omnes iis ſubſidiis ac diligentia pertractaſſe, ut poſt tantam lucem & incrementum Eruditionis maximo ſemper in honore ſint, ac perpetuo futuri ſint ejus Libri hac de re conſcripti.

Denique ſumma laus Sigonio ſemper delata eſt ob inſignem Linguae Latinae peritiam, ſtilum elegantiſſimum, & eloquentiam aureo Romanorum Seculo proximam.

ximam. Equidem etſi anteactam aetatem meam, quantum potui, in rebus potius, quam verbis addiſcendis traduxerim, fateor tamen, me poſt Romanos Scriptores nuſquam parem, quam in legendis Sigonii lucubrationibus, voluptatem capere. Summopere autem Sigonius ipſe delectabatur ſtilo *Jacobi Sadoleti* celeberrimi Cardinalis Mutinenſis, eumque *Bembi* ſtilo anteferebat; & praecipue in commendationem *Epiſtolarum* ab illo editarum ferebarur, quas ſemel lectas iterum legerar, quamquam, uti ajebar, ſibi tanrum otii non eſſet, ut bis eumdem librum legere ſoleret ac poſſet. Er ſane quanti is faceret Sadolerum, proditum eſt in ipſius Sigonii Epiſtola, evulgara inter Epiſtolas *Paulli Sacrati* Lib VI. ubi ait: *Habeo ornatiſſima ſcripta ejus* (ſcilicet *Sadoleti*) *quibus aſſidue relegendis praeclaram illam animi atque ingenii indolem recognoſco. Habeo pictam ejus imaginem, quam miram oris illius gravitatem, dignitatemque egregie referentem, quotidie cubiculum ingrediens, non ſine praecipua virtutis ipſius veneratione ſaluto.* Quare nil mirum, ſi tum eorum temporum, tum ſubſequentium Scriptores in Sigonii laudes certatim excurrant: quorum nominibus parco, ne Lectori erudito, quaſi haec noriſſima non ſint, injuriam quodammodo facere videar. Expetitus etiam fuit a magnis Principibus in ornamentum Aulae ſuae Sigonius. Sed is quietem jam ſibi partam utilitati praepoſuit. Inter ceteros tamen mihi commemorandus *Stephanus* Poloniae Rex, qui ut ſcribit *Stanislaus Reſcius* Epiſtol. XIV. *magna contentione, magniſque propoſitis praemiis laboravit, ut in Poloniam, & ad ſe pertraheret illa Seculi noſtri lumina* Muretum, Urſinum, Sigonium, Bellarminum, Flaminium, Gregorium *de Valentia*. Reſtar nunc, ut Catalogum Librorum omnium a Sigonio editorum contexam (*), e quibus eiſi pleroſque anre recenſui, ingratum tamen Lectori futurum non puto, omnia ſub uno aſpectu collecta exhiberi.

Demoſthenis Orationem in Philippum e Graeco translatam adoleſcens circiter aetatis ſuae annum XX. Mutinae, ſed ſine ſuo nomine, edidit Anno, ut videtur, 1544.

Confutationem cenſurae *Antonii Bendinelli*, ſub nomine *Sauli Ronchi*, evulgavit Mutinae circiter Annum 1547.

De Vita & rebus geſtis *P. Scipionis Aemiliani*.

Faſti Conſulares ac Triumphi acti a Romulo Rege uſque ad Tiberium Auguſtum. Anno 1550. tum auctiores Anno 1556.

De Nominibus Romanorum. Anno 1553.

Scholia in *Titum Livium*. Anno 1555.

Orationes VII. Venetiis habitae ab Anno 1552. uſque ad 1559.

Emendationum Libri II. Anno 1557.

Fragmenta e Libris deperditis Ciceronis collecta, & ſchollis illuſtrata. Anno 1559.

De Antiquo jure Civium Romanorum Libri II. Anno 1560.

De Antiquo jure Italiae Libri III. Anno 1560.

De Antiquo jure Provinciarum Libri III. Anno 1560.

De Dialogo Liber. Anno 1561.

Diſputationum Patavinarum Libri II. Anno 1562.

Oratio habita in Academia Bononienſi. Anno 1563.

De Republica Athenienſium Libri IV. Anno 1564.

De Athenienſium & Lacaedemoniorum temporibus Liber. Anno 1564.

Ariſtotelis Rhetoricorum Libri III. e Graeco in Latinum converſi. Anno 1565.

Diſputationes de binis Comitiis, & Lege Curiata. Anno 1566.

De Judiciis Libri III. Anno 1574.

De Regno Italiae Libri XV. Anno 1574.

De eodem Regno Italiae noviſſimi Libri V. poſtumi. Venetiis primo, deinde Francofurti Anno 1591.

(*) Nos autem de ineditis ſuo loco dicemus,

Oratio pro Rectoratu *Roderici de Pazos Figueroa*. Anno 1575.

De Occidentali Imperio Libri XX. Anno 1577.

Commentarius in Hiſtoriam Eccleſiaſticam *B. Sulpicii Severi*. Anno 1581.

De Republica Hebraeorum Libri VIII. Anno 1582.

Orationes duae pro Libro, cui titulus: *Conſolatio Ciceronis*. Anno 1583.

Acceſſit & Tertia Oratio, Anno 1599. edita.

Hiſtoriarum Bononienſium Libri VI. ad quas poſt mortem Sigonii non uno in loco additamenta facta fuere, quae in editione Hannoviana leguntur. Et ſane non omnia, quae illic occurrunt, auctorem habent Sigonium.

De Epiſcopis Bononienſibus Libri V. Anno 1586.

De Vita & rebus geſtis *Andreae Doriae* Melphiae Principis Lib. II. Anno 1586.

Vita *Nicolai Albergati* Carthuſiani, S. R. E. Cardinalis, & Epiſcopi Bononienſis, viri ſumme pii.

Vita *Aegidii Foſcararii* Juriſconſulti.

Vita *S. Petronii* Epiſcopi Bononienſis, ſub nomine Sigonii edita fuit. At iſtam ſibi tribuit *Petrus Galeſinius* in Martyrologio ad diem IV. Octobris. Vide Surium in Vitis Sanctorum ad illum diem.

Vita *Beati Pariſii* Bononienſis, e Libris *Jacobi de Varagine* excerpta a Sigonio, *Gabrielis Palaeoti* Cardinalis juſſu, breviſſima eſt, atque evulgata ab eodem Surio ad diem XI. Junii.

Vita itidem *Beati Ludovici Morbioli* Bononienſis ab eodem Sigonio e carminibus *Baptiſtae Mantuani* excerpta, breviſſima eſt, atque a Surio edita ad diem XXVIII. Octobris.

Vita quoque *Onuphrii Zarabbinii* Cotineolenſis, Canonici Regularis e Congregat. Salvator. a Sigonio literis conſignata fertur; atque in Italicam Linguam converſa a *Burgaruccio de Burgaruccis*, edita habetur ante Conciones Quadrageſimales ejuſdem *Zarabbinii*.

Nam quod *Antonius Riccobonus* in Comment. de Gymnaſio Patav. Lib I. tribuit Sigonio *Hiſtoriam de Regno Orientali*, parum accurati Scriptoris errorem puto; & ſcribendum eſt *Imperio Occidentali*. Poſtremum hoc Opus ſupra innui; at alterum *de Regno Orientali* nemo hactenus vidit, immo & ipſe titulus fabulam prodit; ſcribendum quippe fuiſſet *de Imperio Orientali*, non vero *de Regno*.

Neque praeteribo, *Placcium* in Libro de Scriptorib. Anonym. tribuere Sigonio *Scholia in Ciceronis Orationes*, uti & *Commentaria in Ciceronis Orationes de Re Agraria*: qui Libri circumferuntur ſub nomine *Bernardini Lauredani*. Auctor itidem eſt Placcius, *Commentaria in Epiſtolas familiares Ciceronis*, quae ſub nomine *Hieronymi Ragazzonii* prodiere, atque ab aliis *Paullo Manutio* tribuuntur, e Sigonii calamo profluxiſſe. Excerpta fortaſſis iſta fuere e quotidianis lectionibus Sigonii in Scholis. At haec revera ad Sigonium referenda eſſe, ego neque negare velim, neque praeſtare poſſum.

Teiſſierius quoque, Thuanum teſtem advocans, in Elogiis Viror. Doctor. ſcribit, Sigonii opus eſſe Librum *de Titulis Regis Hiſpaniae* editum ſub nomine *Jacobi Manoldi*: uti & alterum Opus perutile *de Senatu*, publici juris factum ſub nomine *Johannis Zamoſchi*. De his quod dicam nihil habeo, quum nulla domeſtica monumenta ſuppetant, nihilque Italica eruditio mihi miniſtret, unde iſta aut confirmentur, aut falſi arguantur. Falſo tamen haec Sigonio tributa ſuſpicor.

Editum quidem habeo in Francofurtenſi editione Operum Sigonii Anno 1604. typis *Claudii Marnii*, *Caroli Sigonii judicium de Romanae Hiſtoriae Scriptoribus*. Ali-

qua

qua ſunt in eo libello, quae ab Eruditis minime probantur. At ille (ſi quidem Sigonii foetus eſt) non in eum finem ſcriptus fuerat, ut evulgaretur. Poſt ejus mortem inter ſchedas ipſius repertus, inemendatus, impolitus, inſcio Auctore, fortaſſis etiam contra ejus mentem, in lucem fuit deductus. Quod & dictum velim de aliis Libris poſt ejus funus editis, in quibus etiam ſuſpicari licet, aliena manu adjecta quaedam fuiſſe: neque enim fidem fabulis adjungere, eaſque divendere vir cautiſſimus conſuevit; neque ad dignoſcenda Diplomata patentiſſime ſpuria homini inter veteres Chartas verſatiſſimo peritia defuit. Haec interim habui, quae de iſto omnium celeberrimo Scriptore Mutinenſi dicerem.

COROLLARIUM.

HAec de Sigonii Vita ſcripſeram, immo typis tradita jam omnia fuerant, quum mihi ſe pauca obtulere, quae & accepiſſe me gaudeo, atque heic addidiſſe erit fortaſſis operae pretium. Scilicet nobilis vir Comes Guido Aſcanius Urſius, Senator Bononienſis, in quem ex hereditate devenere Libri quidam apud Comites Caprarios olim adſervati, ut novit conſilia mea de illuſtrandis Sigonii rebus, humaniſſime e veſtigio ad me miſit faſciculum Epiſtolarum a P. *Alexandro Caprara Societatis Jeſu* ad Hieronymum parentem, aut ad germanos fratres ſuos ſcriptarum, ut ſi quid ibi ad Sigonium ſpectaret, in uſum meum, atque in Eruditorum commodum, converterem. Uti jam antea monui, fuit nobilis adoleſcens Alexander Caprara inter paucos Sigonio carus, utpote qui non minus honeſtate morum, quam ingenii foecunditate, maturitate judicii, ac Religionis amore, ceteris ejus diſcipulis praeſtaret. Quadriennio antequam Sigonius e vivis excederet, hoc eſt Septembri Menſe Anni 1580. Societatem Jeſu ingreſſus, mirabili virtutum conſenſu in ea per annos multos militavit, & ſingularis prudentiae, humilitatis, ac pietatis famam etiam poſt ſe reliquit. Quare nil mirum, ſi illum ſuorum Librorum, ac praeſertim manu ſcriptorum, ut pridem ſignificavi, Sigonius heredem inſtituerit. Is ergo, ubi amici viri mortem, benevolumque erga ſe animum intellexit, Mutinam convolavit. Habeo nunc illum teſtem, non parum inſudaſſe Sigonium in contexenda *Hiſtoria Eccleſiaſtica*: quod penſum ei impoſuerat Gregorius XIII. Pontifex Maximus. Et quidem eo ſucceſſu vir impiger ejuſmodi ſtudiis ſeſe tradiderat, ut tribus ante illius mortem annis ſpes eſſet Capraræ, publicis typis Hiſtoriam hanc fore propediem tradendam. Quid iſte ſcripſerit, Veronae degens, ad Albertum fratrem ſuum XVII. Kal. Decembris Anno 1581. accipe: *Avendo noi qua una buona parte de i Libri del Sigonio, nondimeno ce ne mancano alcuni, come il Libro del Dialogo, e l'Iſtoria di Severo Sulpicio, nuovamente ſtampata. Averei caro, che uſaſte diligenza, per mandarci queſti Libri. Il ſimile dico della Iſtoria Eccleſiaſtica, quando ſarà mandata in luce: & ancora ſe altro ſuo Libro è ſtato ſtampato, che non ſaprei.*

Praecipua Patris Alexandri Capraræ cura fuit, inter Sigonii Libros, eamdem Hiſtoriam Eccleſiaſticam conquirere, cujus nempe pretium norat a nulla aequari ex illius poſtumis lucubrationibus. Sed quem exitum tot conatus habuerint, prodit ipſe in literis, Mutinae exaratis, ac miſſis Bononiam ad Hieronymum patrem ſuum, XIII. Kal. Novembris Anno 1584. *Non mancherò* (ita ſcribit) *di dire a V. S. che fin quì non ſi truova l'Iſtoria Eccleſiaſtica, la quale però è delle coſe più* IMPORTANTI, *che abbia laſciato il Sigonio. E per averla dalle mani di chi per avventura la teneſſe naſcoſta, biſognerà valerſi di que' mezzi, che s'adoprano in caſi tali.* Tum aliis literis VII. Kal. Novembris ad eum datis certiorem facit, ſe a Praeſide Mutinae impetraſſe, ut amoveretur ſequeſtrum impoſitum Scriptis & Libris Sigonii ad eorum petitionem, quos poſtremae ſuae voluntatis curatores idem Sigonius conſtituerat; ſed fruſtra quaeſitam fuiſſe Hiſtoriam Eccleſiaſticam. Tum haec addit: *Il Dottore Saſſo dice, che furono teſtimonj preſenti, quando levò alcune Scritture del Signor Carlo, fra le quali non v'era queſta Iſtoria. Lo Scrittore diſſe, che mai non l'avea viſta qui, ma ſolo due Libri in Bologna.* Sunt etiam ejus verba: *Sebbene è comune opinione di tutti, che ne avea fatto Diecinove Libri, nondimeno neſſuno dice di averla viſta qua. E potria eſſere, che foſſe ſtata tolta qui, & ancora in Bologna, quando gli altri; e che non ſia ſtata reſa, come quelli.* Mihi etiam ſub oculis verſatur Catalogus Librorum Sigonii a ſupra laudato Comite ac Senatore Urſio ad me miſſus, & paucis a Sigonii morte menſibus ſcriptus, in quo poſt Libros editos haec adduntur: *Hi Libri ſunt*

in lucem editi. Iſti autem adhuc in tenebris ſunt involuti. De Regno Italiae Libri V. Hiſtoriae Bononienſis Libri **XI.** *Vita Andreae Doriae, Libri II. Hiſtoriae Eccleſiaſticae Libri VIII.* Verum, uti ex Elogio infra edendo conſtabit, reſcivit demum Caprara, Sigonianae Eccleſiaſticae Hiſtoriae Libros Bononiae correptos, atque ad manus Pontificis Maximi delaros, Romae conquieviſſe. De *Bononienſi* quoque *Hiſtoria* a Sigonio elaborata, & jamdudum proelo parata, ſimulque de impedimentis ad ejus edirionem vel poſt mortem Auctoris a Bononienſi Populo interpoſitis, verba facit Caprara. Ut erat Sigonius vit emunctae naris, & veritaris anxius inquiſitor, a qua recedere piaculum ducebat: aut aliquid in eamdem Hiſtoriam intuletat, quod Civitati alioquin amantiſſimae ingratum moleſtumque videbatur; aut, quod veriſimilius puto, aliquid omiſerat, quod Bononienſes tanti viri auctotitate confirmatum iti ſperabant, ſive cupiebant: cujuſmodi fuerit, dicis cauſſa, Gymnaſii Bononienſis vulgo credita origo atque antiquitas. Hinc Civium querelae, hinc objecta Hiſtoriae illi repagula, ne in publicam diem quamquam exoptata ptodiret. Proinde quum P. Alexander Caprara a Hieronymo patre ſolicitaretur, ut de ea evulganda demum cogitaret, in haec verba ad illum reſcripſit, dum Brixiae degeret, XIII. Kal. Aprilis Anno 1586. *V. S. ſa le difficultà, che vi ſono ſtate con la Città noſtra ſopra queſto; e che io non mi metterei mai a volere contraſtare con eſſa di queſto: e nè pure me lo permetterebbono i miei Superiori. Oltre che mi pare, che ſiamo noi diſobbligati da queſto, poichè tutte l'altre Scritture ha avuto il Signor Giacomo* (Boncompagnus, Gregorii XIII. Nepos, Sorae Dux, ac Vineolae Marchio) *fra le quali c'è anco un' Iſtoria di Bologna più ampla di queſta: dal quale dubiterei anco qualche fortuna. Però ſtando le coſe in queſto modo, mi pare, che il Libro s'abbia a tenere anco così ſegretamente, finchè ſe gli apra la ſtrada con qualche concordia di tutti, & avere quella pazienza, che ha avuto lo ſteſſo Autore, quando viveva.* Quibus autem aut adjectis, aut reciſis, Hiſtoria Bononienſis ptodierit, nunc mei inſtituti non eſt altius inquitere.

Verum quod praeſertim non mediocri mihi fuit voluptati, intet Caprarae ipſius Literas compendium Sigonianae Vitae reperi, appoſite in rem meam cadens, & dignum profecto, quod efferatur in lucem; quippe ab homine profectum, qui Sigonium intime norat, ejuſque familiaritate ac neceſſitudine in adoleſcentia fuerat prae ceteris uſus. Expetiverat ab eo pater, ut ad ſe mitteret Encomium Caroli Sigonii, cujus effigiem quum penes ſe haberet, geſta quoque ac lineamenta animi ſubjicere tabulae cupiebat. Paruit continuo Alexander, & quanta potuit brevitate Viram celebris viri ac amici contexuit, quam nunc e tenebris ereptam volo. Cum illa componet Lector, quae hactenus ego in idem argumentum congeſſi; atque animadvertet, connumerari a Caprara inter Sigonii adoleſcentis magiſtros *Romulum Amaſaeum*; ac tradi, Sigonium ipſum Venetias *in locum Baptiſtae Egnatii* ad tradendas Literas Humaniores accitum fuiſſe: quod etiam memoriae prodidir Thuanus in Hiſtoria, ad cujus fortaſſe manus hoc ipſum Elogium pervenerat. Ego utrumque negavi. De *Amaſaeo* fieti poteſt, ut auditorem Sigonium habuerit: quod ubi conſtaret, mirari adhuc pergerem, cur in Praeceptoribus ſuis recenſendis Sigonius eum praeterierit. At certe ſucceſſiſſe *Robortello*, non autem *Egnatio*, Sigonium in Carhedra Venera, melioribus ego tabulis fultus ſcripſi. Sed jam tanti Viri geſta ab alrero Scriptore Lector accipiat.

ELOGIUM CAROLI SIGONII

A P. ALEXANDRO CAPRARA SOC. JESU

COMPOSITUM,

ATQUE ILLIUS IMAGINI SUBJECTUM.

HOc fuit habitu oris & vultus Carolus Sigonius, quum aetate extrema, annumque ſexageſimum agens vita functus eſt. Vir in lucem omnino editus, ne veterum rerum memoria diutius in tenebris deliteſceret; tam multa ingenii & artis ſubſidia in eo confluxerunt, quae ad eam illuminandam valere viderentur. Is Mutinae natus eſt, Galliae Ciſalpinae antiqua Urbe, ac nobili: parentibus illius Urbis Civibus ſatis honeſtis. Natus eſt autem ea tempeſtate, qua illa Civitas miram quamdam copiam praeſtantium ingeniorum tulit. Eo enim adoleſcente florebant Sadoleti, Corteſii, Molzae, Milanii, Fallopii, & alii multi, qui optimis in Artibus gloriam ſummam conſequuti ſunt. Quorum

exem-

exemplo ad ſtudia Humanitatis eſt incitatus, familiariterque in iis eruditus. Verſatus autem eſt etiam in publicis Academiis, Bononiae praeſertim, ubi ſub celeberrimis ea aetate Magiſtris, Franciſco Buccaferreo, & Romulo Amaſaeo, Philoſophiae atque Eloquentiae operam dedit. Aulam Romanam illius ſpectabat animus, quum in Marini Grimani Cardinalis familiaritatem, qui Pontificius Legatus Parmam venerat, ſe dedit. Verum quum id, Cardinalis importuna morte, parum ex ſententia ſucceſſiſſet, invitatur a ſuis Civibus ad Graecam Linguam publice docendam. Quo in munere ejus opera primo anno ita probata eſt, ut ſequenti Latina etiam Schola illi crederetur. In quo quum triennium ferme poſuiſſet, ejuſque nomen jam latius vagari inciperet, illum Senatus Venetus ad eaſdem Literas Venetiis tradendas in locum Baptiſtae Egnatii accerſivit. In quo ingenii curriculo quum ſemper novis cum exiſtimationis acceſſionibus ſe exercuiſſet, tum ad Gymnaſium Patavinum ſibi gradum fecit. In quo vix credibile eſt, quanto hominum concurſu & contentione per triennium auditus ſit. Quum enim de ingenii laude ab eo cum potentiſſimo adverſario dimicaretur, ad eam pugnam ſpectandam ceterarum etiam Artium Diſcipuli excitati ſunt atque inflammati. Dum alteri huic, alteri illi ſtudent, res tandem glorioſum illum exitum habuit, quem indicare poſſunt utrinſque Libri, hac de re ſcripti. Illud conſtat, hunc noſtrum ex eo tempore majorem in dies Eruditionis famam ſibi conciliaſſe. Quare a Bononienſibus vocatus, in eorum Gymnaſium conceſſit: in quo uſque ad vitae finem ita manſit, ut tum ob primarii loci honorem, tum ob ſtipendii honorifici magnitudinem, tum ob nobilium Auditorum frequentiam, tum denique ob clariſſimi nominis gloriam, omnes, qui illum anteceſſerant, ſuperarit. Quibus rebus nihil majus optari poterat; ſi addas, multas Principum virorum neceſſitudines, quorum non conjunctione modo, ſed & munificentia ac liberalitate quandoque recreatus eſt.

Interea tamen dum in Gymnaſio operam ſuam omnibus navare ſtudet, intra domeſticos parietes, quantum per otium licuit, aliquod immortalitate dignum opus moliri, & literis conſignare perſeveravit. Ad ſcribendum vero ſe admodum adoleſcens contulit, ad idque multa adjumenta a natura acceperat, multa ipſe ab induſtria attulit. Quod enim ex diuturna & intima conſuetudine ejus ingenium Ego percipere quivi, animo ille fuit quieto, & ſtudioſae ſolitudinis amanti; conſtanti etiam, ut ſi quid inveſtigandum vel explorandum foret, in eo perſtaret ac moraretur, nec modo huc, modo illuc, animi impotentia atque intemperantia ſe dilabi pateretur, niſi rem ad exitum perduxiſſet. In aggrediendis porro rebus, ſi ulla alia re, certe judicio praeſtitit: nam nec parvi momenti, nec res nullius uſus capeſſebat, ſed graves ſemper elegit res, & de quibus inter doctos homines quaeſtio verteretur, ut de iis ipſe ſcriberet. Qua de re, quaſi munere divino conceſſa, ſibi ipſe gratulabatur. Diligentiam vero in primis a ſe poſtulari exiſtimavit, ut res undique indagaret, atque ex reconditis & abditis locis erutas in lucem conſpectumque hominum poneret. Secunda cura illi fuit faciendae orationis, in qua id ſequebatur, non modo ut Latina oratio eſſet, & quamdam ingenii elegantiam praeſeferret, verum etiam ut grandi quodam & magnifico ornatu eluceſceret. Quod aſſidua & accurata alicujus probati Scriptoris lectione aſſequebatur, & quod lucubrationes ſuas identidem in manus ſumeret, eaſque ſcriberet & reſcriberet. Hoc ſtudio quantum profecerit, illi intelligent, qui eo in genere illum non dicam ſuperare, ſed aequare cogitarint. Quum adoleſcens Mutinae animum applicuiſſet ad Latinam rem juvandam, in eo plurimum elaboravit, ut in Hiſtoria Romana annorum rationem, & eorum, qui Reipublicae Romanae praefuerunt, nomina ſtabiliret. Quibus luminibus ſi deſtituatur Hiſtoria, nihil ejus luce fieri poteſt tenebricoſius. Id ille perfecit, juſto Commentario in Faſtos compoſito. Huic vero proximum fuit, ut Hiſtoriae Romanae parentem Livium ab innumeris, quibus aſperſus erat, maculis elueret: quod Venetiis fecit, eruditiſſimis Scholiis ejus operi adjectis. Eo vero quaſi oſtio ad Romanas res aperto, tum ille ibidem Jus Civium Romanorum deſcripſit. Inde Patavii Jus Italiae ab eo literis explicatum eſt. Bononiae vero & Jura Provinciarum, & Judicia Romana expoſuit. Nedum vero Linguae Latinae ſtudioſis opem attulit, ſed & Graeca ſtudia illuſtrare conatus eſt. Nam & Reipublicae Athenienſis inſtituta literis prodidit, & eorumdem ſimul & Lacaedemoniorum tempora in ordinem redegit. Quo tempore idem de Dialogo ſcripſit, quo frequentius Graeci uſi fuerant. Quum hoc modo Populi Romani atque Athenienſis memoriam complexus eſſet, tum ab eo contenderunt Bononienſes, ut res Civitatis ſuae geſtas Latinis monumentis conſignaret. Quod dum perficere ſtudet, & operae ſuae quaſi libamentum quoddam Civitati offerre, nonnullus de Hiſtoria ſcrupulus inter ipſum & Cives incidit: quo res in aliud tempus dilata eſt. Verum ille, qui jam proſpexerat, ſi ad ea tempora illuſtranda animo incubuiſſet, magnam inde gloriae ſegetem colligi poſſe, non ſolum Bononienſis Populi, ſed totius Italici Regni res contexuit. Quod Opus quum non minorem ſpe exitum accepiſſet, mox Occidentale Imperium celebrandum ſuſcepit. In quae duo Volu-

mina,

mina, ita Hiſtoricorum omnium ornamenta contulit, atque ita Principes, Annos, Loca, & Mores cujuſque Seculi diſtinxit, ut omne ſuperioris aetatis harum rerum inveſtigandarum ſtudium ad hos Libros pertinuiſſe, & ex illis quaſi radicibus hi maturrimi fructus perfecti eſſe videantur. In illis vero id orationis genus probavit, quod Caeſari, Livio, Curtioque placuiſſe cognorat.

Quae quum ad Gregorii Romani Pontificis aures perveniſſent, illi Eccleſiaſticae Hiſtoriae deſcribendae munus mandavit: quod Opus quum incboatum fuiſſet, nec perfectum, in lucem exire haud potuit. Id tamen cujuſmodi fuit, eo mortuo, eidem Pontifici eſt redditum. Edidit autem ipſe Libros de Republica Hebraeorum, quibus ad Eccleſiaſticam Hiſtoriam viam ſibi muniri ſcripſit. Praeter haec autem nonnulla etiam alia Opuſcula in cetera vita evulgavit. Unum vero illud tam felici ingenio obeſſe poterat, ſi nimiae felicitati ſuae indulgens, in rebus parum attentus & conſideratus fuiſſet. Id vero ne accideret, & ut in Hiſtoriae ſcriptione providentiam, & vigilantiam omnem adhiberet, effecere difficultates Bononienſes. In Antiquitate vero Romana ejus ſtudium excitarunt acerrimi duo adverſarii Franciſcus Robortellus, & Nicolaus Grucchius. Ceteros enim tanti non fecit, ut cum iis aperto Marte pugnaret. Hujuſmodi vero de Literis contentiones non quidem detrectabat, quod ſemper aliquid novi pulcrive inveniri diceret; ſi tamen de rebus, vel ingenio certamen fuiſſet, & ab ea maledicendi licentia, quae in his obrepere ſolet, temperatum fuiſſet. Qua de cauſſa in ſenectute juveniles iras rurſus in aſpectum hominum venire cum ceteris ſuis Libris noluit: & quum etiam tum nonnihil controverſiae natum eſſet, id modeſtiſſime perſequutus eſt. Moribus gravis fuit ac ſeverus; & ut vir occupatiſſimus, ab iis vitiis liber, quae otioſos homines emollire ſolent. Nihil in eo ficti ac ſimulati fuit, ſed morum ſinceritatem amavit quammaxime; veritatem vero ita, ut ſi eam ulla in re ſibi agnoſcere viſus fuiſſet, ab ea nullis machinis, nec prece, nec praemio, illum dimovere potuiſſes. Quae ſi non in alio, certe in Hiſtorico non eſt exigua laus. Pietati praecipue in ultima aetate deditus fuit, quum in tractatione rerum ſacrarum, & religioſorum hominum conſuetudine verſaretur: maxime vero Illuſtriſſimi Cardinalis Gabrielis Paleotti familiaritate, & admirabili vitae exemplo profecit. Quo auctore & in Severum Sulpicium, & de Epiſcopis Bononienſibus ſcripſit. Ceterum vita deceſſit Mutinae, quo ſeceſſerat, ut ſuburbanum ſibi appararet in eum finem, quem ipſe loco inſcripſerat hac ratione:

UT MIHI VIVAM, QUOD SUPEREST ÆVI.

Bononiae namque nonnullis ante annis ſuburbanum quoddam incoluerat, amici cujuſdam benevolentia exceptus; ſed propriam credo, ac patriam ſedem dum requirit, propriam vere ac ſempiternam patriam invenit, in qua faxit Optimus Deus, ut uberem laborum ſuorum mercedem acceperit. Obiit Anno MDLXXXIV. Menſe Auguſto.

Digitized by Google

CAROLI SIGONII
FASTI CONSULARES,
AC
TRIUMPHI ACTI
A ROMULO REGE USQUE AD TIBERIUM CÆS.

EJUSDEM

IN FASTOS ET TRIUMPHOS,
IDEST

IN UNIVERSAM ROMANAM HISTORIAM

COMMENTARIUS
D. JOSEPHI MARIÆ STAMPA
CLER. REG. SOM.

ADNOTATIONIBUS ILLUSTRATUS,

ATQUE

Ab Auguſti obitu ad imperium Diocletiani & Maximiani, unde Occidentalis Imperii libros idem SIGONIUS exorditur,

PRODUCTUS.

Digitized by Google

CAROLI SIGONII MUTINENSIS,

FASTI CONSULARES, AC TRIUMPHI ACTI A ROMULO REGE USQUE AD TIBERIUM CÆS.

ILLUSTRISSIMO ET POTENTISSIMO

FERRARIENSIUM DUCI,

HERCULI SECUNDO

CAROLUS SIGONIUS S.

ROMANI *Populi res, domi foriſve geſtas*, HERCULES DUX POTENTISSIME, *qui hoc tempore ſcribere, aut aliquo pacto litteris illuſtrare aggrediuntur, ii mihi demum videntur in has potiſſimum duas poſſe hominum reprehenſiones incurrere, nam & ab iis, qui eas ſatis habere ſplendoris ex antiquorum monumentis putant, impudentiæ; & ab iis, qui amiſſa earum ornamenta nulla reſtitui ratione poſſe cenſent, imprudentiæ ne accuſentur, eis valde pertimeſcendum eſt. Impudentis enim judicabunt eſſe, ea quæ T. Livius, ac Dionyſius Halicarnaſſeus, ceterique Romanarum antiquitatum ſcriptores graviſſime ornatiſſimeque tractarunt, velle attingere; imprudentis vero, quæ tenebris vetuſtatis oppreſſa prorſus obſoleverunt, ea ſine antiquorum monumentorum ope aggredi renovare. Me vero tantum abeſt ut harum hujuſmodi reprehenſionum ſuſpicio ullo umquam tempore perturbarit, ut nullum gravius aut majus ſtudium eſſe duxerim, in quo ipſe vel uberiore aliorum cum utilitate, vel nonnulla mea etiam cum laude, ſi qua modo mea poteſt eſſe laus, elaborarem: præſertim vero, ſi aut alia ratione iiſdem de rebus ſcriberem ac priſci illi fecerunt; aut quæ veteribus monumentis vel deletis vel depravatis, obſcuriſſima his temporibus facta ſunt, quantum per ea quæ ſuperſunt illorum fragmenta licet, illuminarem. Neque enim ignorare te arbitror*, DUX MAXIME, *fato neſcio quo populi R. miſero contigiſſe, ut quo quiſque de rebus ejus geſtis accuratius atque elegantius ſcripſerat, eo magis libros ejus hoc tempore aut omnino deſideremus, aut magna ex parte mutilatos & corruptos habeamus. Hac igitur ratione adductus, cum totam magiſtratuum Romanorum deſcriptionem annuam labantem & inconſtantem, eamdemque multis partibus imperfectam apud omnes rerum Ro. ſcriptores eſſe intelligerem, cumque ſummam in annis ab urbe condita numerandis eorum diſſenſionem & errorem eſſe animadverterem; ſuſcepi laborem hoc tempore omnibus, ut putavi, futurum utiliſſimum; ut de Romanis magiſtratibus pro annorum ratione deſcriptis, deque illorum triumphis breviter ea traderem, quæ mihi diutius ac diligentius inquirenti, ea quæ relicta ſunt antiquitatis monumenta ſuppeditarent. Hoc enim ſi feciſſem, ſperavi me totam populi R. hiſtoriam, quam plerique ſuperioribus temporibus carptim tractarant, breviter uno quaſi corpore poſſe complecti; cujus cognitio cum per ſe jucundiſſima, tum vero etiam ad Latinorum ſcripta illuſtranda, quod fieri maxime cupiebam, quam accommodatiſſima eſſet futura. Hoc igitur dicere non dubitabo, me, ut ad hunc laborem accederem, primum communi utilitate adductum fuiſſe; deinde vero, cum jam rem eſſem ipſam aggreſſus, Dei quodammodo ipſius voluntate commotum, in eam acrius in dies incubuiſſe.*

Nam cum in hac ſcriptione, veterum & hiſtoriarum & lapidum amiſſa monumenta deſiderarem; tum divino credo eſſe conſilio factum, primum, ut Dionyſius ac Dio, quorum Græca exemplaria jampridem incredibili legendi cupiditate flagrabam, aut certe illorum particula, Græcis litteris exarata ex Galliis in Italiam afferretur; deinde vero, ut eodem prope etiam tempore, Romæ in foro ipſo Romano, vetuſtiſſimorum marmorum fragmenta quædam effoderentur, atque in Capitolio exponerentur: in quibus hæc fere magiſtratuum ratio, quam ipſe animo deſignaveram, jamque inchoaveram, erat inciſa. Quorum fragmentorum exemplum ſatis accurate, quantum ego intelligere poteram, à Bartholomæo Marliano deſcriptum cum legiſſem; ac quanta inde percipi utilitas poſſet, animadvertiſſem; incredibile eſt quam valde ad eam quam inchoaveram, deſcriptionem perficiendam fuerim inflammatus. Neque vero tantummodo ad id quod inſtitueram, abſolvendum ſum inflammatus; ſed ad mutandum etiam, quod initio ceperam, conſilium ea ſum lectione impulſus. Nam cum prætores, tribunos plebis, ædiles curules, alioſque ejuſmodi magiſtratus annuos à principio colligere inſtituiſſem; omnes tamen, his notatis Capitolinorum marmorum inſcriptionibus, mihi omittendos eſſe decrevi: partim, quod auctorum eorum quos habemus, incuria me reperire omnes poſſe diffidebam; partim, quod in his item Capitolinis tabulis eos eſſe prætermiſſos intelligebam, abunde autem ſatisfactum iri huic parti putavi, ſi regum, conſulum, & dictatorum faſtos una cum eorum triumphis ex annorum ordine diſtinctos notaſſem, quam potiſſimum rationem illi mihi videbantur, qui his olim incidendis marmoribus præfuerant, ſtudioſiſſime conſervaſſe; quorum cum ego diligentiam, & in illis deſcribendis magiſtratibus incredibilem quandam hiſtoriæ Romanæ ſcientiam admirarer; feci illud, ut non ſolum eorum lapidum teſtimonia ad hos, quos inſtitueram Faſtos conſcribendos adhiberem, ſed eodem etiam tempore illa, quæ fracta, & plurimis in locis exeſa, erant effoſſa, quoad poſſem reſtituerem. Itaque hoc facto, quo omnibus meus labor illuſtrior eſſet, atque eodem etiam tempore, & utilitatis aliorum, & meæ diligentiæ rationem haberem, marmorum verba majoribus, mea vero ut minoribus litteris diſtinguerentur, curavi, in eo tantum ab illorum ratione receſſi, quod triumphos, quos illi ſeparatim inciderant, ipſe ſub annuis magiſtratibus ſubjeci; nimirum eo conſilio, ut qui hæc noſtra legiſſent, uno aſpectu omnia unius anni maxime memorabilia populi R. facta cognoſcerent. Cum autem hanc totam deſcriptionem à Romulo rege uſque ad Ti. Cæſarem per octingentos ferme annos perduxiſſem, atque in ea conficienda variis annalium, lapidum, & nummorum veterum teſtimoniis uſus eſſem; tum viſum eſt, quo omnibus magis ea quæ ſcripſeram, probarem, librum adjungere; in quo cum rationem ſigillatim earum rerum omnium redderem, quæ à me in magiſtratibus & triumphis digerendis eſſent ſcriptæ: tum etiam, quæ in fragmentis horum Capitolinorum (ut dixi) marmorum eſſent inciſa, partim explicarem, partim etiam vetuſtorum monumentorum, quotquot habemus, ſententia confirmarem. Itaque liber ille continere omnem prope Romanæ rationem hiſtoriæ videtur. Etenim in eo non ſolum hæc omnia quæ in Faſtis & Triumphis deſcripta ſunt, veterum teſtimonio comprobamus; ſed ſi quando illi parum nobis diligentes in hiſtoriæ expoſitione videantur fuiſſe, notamus: ſi qua inter eos de re, aut de annis controverſia ſit, non omittimus: de nominum Romanorum cauſſis uſuque latiſſime diſputamus: clariſſimam atque antiquiſſimam quamque familiam fere à ſtirpe deſcribimus, quique in ea clari viri fuerint, & magiſtratus ceperint, ſubteximus: ex qua deſcriptione facile illuſtrium virorum, eorumque præſertim, quos tantopere admirari ſolemus, certiſſimæ propagines cognoſcentur. Atque ex his quidem rebus omnibus, quantum nos prodeſſe voluerimus aliis, apparebit, neque enim omnino quantum cupiebamus, conſequi propter manca ipſa (ut dixi) Romanarum rerum monumenta potuimus. Quod ſi nobis vita ſuppeditaverit, atque Deus ipſe noſtris cæptis aſpiraverit, non vereor ne hæc ipſa, quæ nunc etiam multis partibus imperfecta eduntur, longe omnium perfectiſſima aliquando ad poſteros eodem operam me navante perveniant, cui quidem rei polliceor me, quoad potero, nullo umquam tempore defuturum. Hoc autem quod nunc nunc editur, DUX POTENTISSIME, *ego in tuo potiſſimum clariſſimo nomine divulgari atque apparere non ſolum volui, ſed id etiam facere me debere exiſtimavi, neque enim video, cui potius otii mei fructus dedicem quam tibi, cujus præſertim ſingulari prudentia, & mihi, & ceteris qui in iſto tuo beato degunt imperio, pacate quieteque in hoc ejuſmodi literarum curriculo licet verſari, atque etiam ſic intelligo, ut omnem ſuperiorem litterarum calamitatem in eos jure, qui tum terris imperabant, eſſe translatam, quorum incuria omnium bonarum artium ſtudia labefactata obſoleverunt; ita omnem earum reſtitutionem, quæ his temporibus facta eſt, in hos merito, qui nunc terras regunt, eſſe conferendam: quorum ſingulari in gubernandis regionibus ſapientia, hæc ipſa ſtudia non ſolum reparata, ſed multo etiam nitidiora facta eſſe, quam ante fuerant, videntur, ex quorum tu numero omnium hominum judicio viſus es*

haud

haud extremum locum ſemper obtinuiſſe. Ut ut tamen res eſt, me certe, cum jampridem & me ipſum, meaque omnia tibi, in cujus imperio & natus & educatus ſum, conſecraverim, hos etiam parvulos ingenii atque induſtriæ meæ quaſi fœtus quoſdam dedicaſſe, atque auctoritatis tuæ graviſſimo numine fultos in vulgus edidiſſe, numquam pœnitebit. Vale. Mutinæ Id. Mart. MDL.

PRÆNOMINUM NOTÆ COMPEND.

A. Aulus.	N. Numerius.
Ap. Appius.	P. Publius.
C. Cajus.	Q. Quinctus.
Cn. Cnæus.	Ser. Servius.
D. Decimus.	Sex. Sextus.
K. Cæſo.	Sp. Spurius.
L. Lucius.	T. Titus.
M. Marcus.	Ti. Tiberius.
M. Manius.	Vol. Voluſus.
Mam. Mamercus.	

De ceteris prænominibus, nominibus, cognominibus, agnominibus late poſt Commentarium diſſeritur, in tractatu de Nominibus Romanorum.

De numeralibus notis linea ſuperpoſita inſignitis, docetur infra in conſſ. a. CCXLV.

=== defectus ſigna ſunt. Quæ minutiore & pendulo charactere ſunt exarata, à Sigonio ſuppleta ſunt; cetera è Capitolinis lapidibus ſunt exſcripta.

Digitized by Google

D. JOSEPHI MARIÆ
S T A M P A
AD SUAS
IN CAROLI SIGONII
DE FASTIS CONSULARIBUS,
AC
ROMANORUM TRIUMPHIS
COMMENTARIA,
ADNOTATIONES.

PRÆFATIO.

QUanti ſit apud omnes antiquioris Hiſtoriæ vel tradendæ amatores, vel evolvendæ, Sigonii auctoritas nemo neſcit, qui vel docendæ Chronologiæ provinciam, vel diſcendæ ſuſceperit. Quia tamen in opere tanti viri commendabiliùs recudendo quam plurima deerant, quæ omiſſa Scriptori tanto vel interrupta, vel mutila, vel, ni falſa, Lectori tamen, haud ſine falſi ſuſpicione, ſeveriori cenſuræ ſubjicienda; cujuſmodi ſunt: ejus in Faſtos Capitolinos, atque in Romanorum Triumphos accuratiſſima quidem Commentaria, ſed cum iis, quæ alii compegere volumina, diligenter & ſeriò conferenda, & per annos ducentos & quinquaginta, uſque ad Imperium Diocletiani, & Maximiani, à quo rurſus Hiſtoriam Occidentalis Imperii repetit, æquo paſſu continuanda: ejus item de Imperio eodem Occidentali, ac de Regno Italiæ, non citatis auctoribus, unde ſuas Hiſtorias hauſerit, erudita, necniſi raró à veritate aberrantia monumenta: ejus quoque de rebus Bononienſibus, de Andrea Doria, de Athenienſium, Hebræorumque Republica libri ſanè doctiſſimi, ſed ſolius Auctoris fide ſubnixi, atque ita cetera Sigonii noſtri ſcripta criterio ſtrictiore diſcutienda, in id maximè incumbendum erat, ut quoniam tot à tanto Scriptore ſcripta, nec ſemel in lucem edita opera, in unum corpus colligere, quod hactenus nemini contigit, (cum nec ipſe Vechelius invenire potuerit univerſa) mens erat, id quoque oportebat adjiceretur, quod, ubi adjectum fuiſſet, publico nihil ulterius deſiderandum ſupereſſet.

Cum ergo tempus inſtaret, nec ardor mentis, quo tantum opus ex impetu quodam primo conceptum erat, haud moras ferret, nec eſſet ſpes tam præclari facinoris aliquando complendi, ſi primus fervor intepuiſſet, Eruditorum Virorum delectus fieri oportebat, qui quod unius adhibito ſtudio properanter abſolvi poſſe non videbatur, id plurium cura obtineri quamprimùm poſſet. Nec invenire doctiſſimos Viros, qui operam ſuam in hoc rei conferrent, res *Argelato*, tam de Republica literaria, quàm quis alter, emerito, totque datis Hiſtoriæ Italicæ monumentis in lucem claro, difficilis fuit, cum & haberet Mediolani, quos in conſortium legeret, nec deeſſent, qui vel ex diſſitis hinc longo tractu Regionibus ultro illi ſe offerrent. Rogatis ergo, quam quiſque mallet ex tot Sigonii Operibus illuſtrandam ſuis adnotationibus aſſumere portionem, dataque ſingulis eligendi optione, iis illam reliquit, quam elegere, perficiendam. Cum autem alii aliam, arbitrio ſuo ducti aſſumpſiſſent, nec eſſet, qui Commentaria in Faſtos excutienda ſuſciperet, nec qui prius rogati fuerant, eo ſe onere gravari ferrent, me tandem famæ nullius virum, nec niſi leviter in hac parte Chronologiæ verſatum, deceptus fortè, qua neſcio, mei exiſtimatione *Argelatus*, invitum licet reluctantemque ſubjicere tanto oneri humeros, expugnavit, nec expugnaſſet profectò, ſi quanta mihi ſe poſtea difficultas in procinctu objectura eſſet, intellexiſſem. Suſcepi ergo, quam deferebat Provinciam, librìſque mihi quam pluribus Petavii, Noriſii, Panvinii, Pighii, Cuſpiniani, Blanchinii, Almelovenii, Echardi, ac Relandi, undecumque collectis, in tot offendi à principio ſcopulos, ut ſpe lapſus, & valetudine infirma confractus, in portum nudus redire, vix portu egreſſus optaſſem, ſi potuiſſem. Sed *Argelatus* fidei datæ ſollicitus, & anhelus exactor, obverſabatur, ac temporis brevitate, quam mihi præſcripſerat, officioſè me coarctabat. Induciis igitur, quas paciſci, dum convaleſcerem, neceſſe fuit, in integrum reſtitutus, impoſito mihi penſo, rem potius iterum tentaturus, quàm expleturus, admovi manum, Deoque tandem favente opus eò perduxi, ut ad finem deduci poſſe jam ſperem.

Quod autem primo ſe obtulit mihi diſcutiendum, diverſa fuit, ac diſcors antiquos inter Auctores, & nobis ævo proximiores opinio, cujus anno Olympiadis, tertio, an quarto ſextæ, vel ſeptimæ anno primo (tranſmiſſis iis, quos ire à communiori certiorique ſententia longiùs comperi) ſuæ Urbis à Romulo jacta primò ſint fundamenta, & quo menſe, an Octobri, aut Aprili in Palilibus. Cum tres ergo diſcordes mihi ſententiæ objicerentur, in duas ego tantummodo redigendas exiſtimavi, uno tantum invicem anno diſcretas, adeò ut alii Olympiadis ſextæ anno tertio exeunte, ſive anno quarto ineunte Urbem conditam velint, alii verò vel Olympiadis ſextæ anno quarto exeunte, vel ſeptimæ anno primo ineunte fundatam putent. Videbar mihi ſecurius primæ adhærere, cum plures viri doctiſſimi in eam ducti graviſſimis veterum teſtimoniis, nec ineptis illuſi ratiociniis, convenirent, ut Onuphrius Panvinius, Dionyſius Petavius, Henricus Noriſius, & alii plurimi præclariſſimæ notæ viri; ſed poſtquam vidi doctiſſimi Præſulis, atque Aſtronomi præſtantiſſimi Franciſci Blanchini luculentiſſima in Anaſtaſium Prolegomena, eumque ſenſi ſecundam ſequi cum Pighio, & Sigonio noſtro ſententiam, cui quoque concordem prorſus Almelovenium comperi, ac Petrum Relandum, quos ego accuratiores quàm alium quemquam in Conſularium emendatione Faſtorum vidi, hanc & ego ſectari tandem decrevi, tantoque libentius, quanto noſtro Sigonio propius eam accedere deprehendi, quemadmodum fuſius in ſubjectis ad Romuli annos adnotationibus meis oſtendam.

Secundo loco de ſpoliis Romanorum primis, ſecundis, tertiis diſſertatio habenda fuit, quam explanare ſub Romulo contigit, ubi mihi Virgilii locus inſignis expendi occurrit, ac longe ſecus, ac alii ſenſerint, explicari. Quod quidem mihi, atque aliis admirandum videri poſſit, eſt illud certè, quod cum de primis, ſecundis, ac tertiis ſpoliis mentionem plerique reconditæ antiquitatis Interpretes fecerint, nemo tamen illorum, quos ego penè abſque numero evolvi, & expendi, quæ prima fuerint ſpolia, quæ ſecunda, quæ tertia, declaravit. Quare ne pede Lector offenderet, ubi & ego præſidio deſtitutus offenderam, Quæſtione propoſita opinionem ingenue meam, vel cum periculo irriſionis exprimere malui, quàm videri ex induſtria præteriſſe, ac ſtudioſè diſſimulaſſe quod ignorabam.

Quæ tertio mihi loco difficilis alia Diſſertatio habenda fuit, expendere fuit annos à Romulo primum in decem Lunares menſes diremptos, ac poſtea in duodenos à Numa Pompilio, tum deinde à Decemviris primum menſem & ultimum ſede motos, atque alterum in alterius ſtationem migrare juſſos, ac denuò à Julio Cæſare annos in ordinem ſic digeſtos, ut aurei cycli ope ſolaribus exæquaret Lunares, & ſola unius diei poſt quatuor quoſque annos additione in futurum facienda, ne inpoſterum loco ſuo dimoverentur, ſtabiliori periodo caſtigaret, vel excreſcentes immodicè, vel a recto deficientes; ac demum à Gregorio XIII. longo ætatis decurſu anno ſupra menſuram ſuam diebus decem creſcente, ſublato exceſſu, ac parum permutato Solari cyclo, ac Lunari, accuratius in futurum ſtabiliuſque correctos. Hæc igitur ſingula ut ordine Chronologico, & clariore, qua poteram, brevitate narrarem, neceſſe fuit, ut ſingulas anni emendationes in Tabulis exhiberem, ne Arithmeticis uſus ratiociniis, quæ vitare tamen omninò non potui, mihi caput, ac poſtea ceteris, quibus ea contingeret legi, confringerem. At inquies: quorſum hæc? Cum nec ipſe Sigonius de minutis hujuſmodi Quæſtionibus ſit locutus? Inutilis fateor labor erat, ſi cum uno mihi Sigonio res fuiſſet, at quoniam præclariſſimi viri Franciſci Blanchini libranda prius offerebatur opinio, atque ea præcipuè, quam de anno Dominicæ Paſſionis inducit, ut cum ea conciliarem Sigonianam, ſi poſſem, vel altera alteram emendarem, vel ambas extruderem, ſenſi tandem me neceſſariò impingi, quò non volebam.

Quod autem mihi poſtremo loco negotium fecit, id fuit, quæ circa primos Conſules inſtitutos opinio eſſet Auctoribus explorare: Qua ſilicet Olympiade, & quo conditæ Urbis anno, cum eorum alter ab altero diſcreparet, quatenus alii aliter Urbis annos ordiebantur. Adhibito igitur pro communi menſura æræ noſtræ vulgaris ductu, quingentos ac novem annos à primo Conſulatu ad initium Chriſtianæ communis æræ tranſactos exiſtimari à Panvinio, Sigonio, Pighio, Petavio, Noriſio, & Almelovenio, deprehendi, quingentos tantum, atque octo præteritos aſſerente Cuſpiniano, Blanchino verò quingentos ac decem annos, cum hic veram Chriſti Nativitatem adfigat anno ſeptingenteſimo quadrageſimo octavo ab Urbe condita, ille verò ſeptingenteſimo quinquageſimo. Sed omiſſo Cuſpiniano, quem nemo recentiorum ſecutus eſt, explorata Blanchini mente in hoc etiam eum à communiori ſententia diſſidere intellexi, quod Conſulum ordini à ceteris conſtituto, annum ſine Conſulibus inſerit, itaut quadrageſimo primo æræ noſtræ vulgaris anno poſt Chriſtum natum, ſeriem Conſulum, quam alii univerſi continuant, interrumpat, atque ideo ſuperiorum ordinem Conſulum in annum proximè antecedentem reducat. Quo fundamento innitatur, id Tomo II. pag. 18. ſuarum ad Anaſtaſium adnotationum conatur oſtendere; ſed an tulerit punctum, ſit tuum, Lector, dijudicare, nam mihi non facit ſatis; tametſi ejus opinio de Dominica Paſſione anno XXVIII. æræ noſtræ vulgaris fixa, in quem annum Fuſii Gemini, & Rubellii Gemini Conſulatum reducit, & quem proinde biſſextum facit, arrideat mihi præ ceteris, ut Evangelicæ Hiſtoriæ, SS. Patrum, vetuſtiorumque Scriptorum auctoritati conformis. At ſuo loco de ſingulis differemus.

In Conſulum ſerie digerenda, cum Stephanus Vinandus Pighius, Theodorus Janſonius ab Almeloven, ac Petrus Relandus circa tempus, quo Conſularis poteſtas expulſis Roma Regibus poſt annos ducentos, & quadraginta quatuor ab Urbe condita inducta fuit, Sigonii veſtigia premere videantur, quamvis Relandus Conſulares Faſtos ab anno tantum centeſimo, & quadrageſimo ſexto æræ noſtræ vulgaris exordiatur, illorum quoque veſtigiis in illuſtrando, vel emendando Signnio, inhærebimus, neque tamen Petavium, & Noriſium, licet annis ab Urbe condita numerandis anno pleno diſcordent, inutiles quaſi teſtes, & veritati contrarios, dimittemus, cum eos in computandis æræ noſtræ communis annis omninò Sigonio noſtro concordes inveniamus. Quid enim refert eoſdem nobis in computo annorum ab U. C. anno pleno anteire, dum nobis in computo eorum qui Chriſtum natum, vel anteceſſere, vel ſubiere, concordes eant? Præterquam

quam

quam quod præclariſſimus Card. Noriſius Conſulares Faſtos à Chriſto nato ad ducenteſimum trigeſimum uſque annum tot adjumento Numiſmatum, Lapidum, veterumque monumentorum fretus ſic emendavit, ut nihil ſeræ poſteritati reliquerit amplius inquirendum. Utinam & Faſtis antecedentibus Chriſti vulgarem æram extremam manum adhibuiſſet! Produxit quidem eos, ut reperit in Cod. antiq. Bibliot. Cæſ. ſcriptos, emendavitque nonnulla Conſulum nomina, ſed fatetur intruſa plura fictitia, de quibus admonuiſſe Lectorem, atque in ſuſpicionem traxiſſe contentus, antiquis fortè Lapidibus, & Numaria re deſtitutus, informes adhuc, ut reperit, ſic reliquit. Almelovenius omnium, ut reor, extremus, qui corrigendis Romanorum ſuperioribus faſtis adhibuit operam, videtur quidem ſecuriori nos tramite directurus, at cum nec ipſe ſe fidere ſibi ipſi, ut in ſuæ Præfationis extremo teſtatus eſt, ore ſuo confeſſus ſit, cujus ego veſtigiis inhæſurus ad corrigenda Sigonii Commentaria ſim, circa prima, quæ à Bruto ad Julium Cæſarem interceſſere Conſulum paria, incertus, ac dubius, id conabor efficere, ut ad ſingula Conſulum, quæ per annos ferè quingentos interfuere Collegia; ea ego ſubjiciam, quæ vel conſona, vel diverſa Panvinius, Pighius, Petavius, Noriſius, & Almelovenius recenſuerint, ut quæ Lector exiſtimaverit pleniori conſenſu ſulcita, ea ſuo ſuffragio firmiora conſtituat, aut libraris Auctnrum hinc atque inde ſententiis, ei tan em, quæ veritati proximior ſuerit ipſi viſa, vel auſpice nullo ductus inſiſtat. At non libertas hæc ſuerit, ubi Tyrannico preſſa jugo Republica, uberior longè quàm retro Numiſmatum copia, Lapidumque ſub oculos venit, ac ſemper in dies ſubit, adeout inopiam copia aliquando ſactura ſit; tot enim Conſulum paria prodierunt, quæ prius, haud legebantur in Faſtis, ut vix diſcerni conceſſum ſit ordinarios Conſules à ſuffectis. Acceſſit quoque ſub aliis aliquando nominibus eoſdem in Faſtis Conſules inveniri deſcriptos, atque ideo pro diverſis acceptos, aut ipſos ſibi ſuffectos videri poſſe, aut ut illis daretur locus, ingeminatos ſuiſſe, & Conſulatum alterius occupaſſe. Quis igitur admoneri potuerit unam eſſe eandemque Perſonam, quæ ſub diverſo vocabulo in diverſis Auctorum Faſtis expreſſa ſit, niſi prius ex veteris ævi latebris explorarit, quid eſſet cuique prænominis, nominis, & cognominis, cum Romanis bæc nunquam tria deſuerint, nec deſuerint etiam, qui nobilitatis antiquæ oſtentatione tot ſibi arrogaverint cognomenta, quot integra vix habere familia inveniatur. Qnid ergo mihi Nummariæ ſuppellectilis aderat, ut me tot obſitum tenebris, inopemque reconditæ hujuſmodi eruditionis, de tot, ac tantis ambagibus exſtricarem, niſi alii viam feciſſent, facemque ignaro, quà pergerem, prætuliſſent tot eruditi Scriptores, qui omnem lapidem moverunt, & è ruderibus quid quid ætas abſconderat pretioſi, evolverunt, ne quid futuræ poſteritati de veterum penu monumentorum lateret? Superſunt quidem de primis multa Conſulibus inquirenda, ſed quis viginti ab hinc ſeculis conſepultas illius ævi reliquias, è ruinis effodere pergat, & effodi poſſe ſperet? Sit ergo ſatis ad noſtri Sigonii Commentaria, vel illuſtranda, vel corrigenda, vel magis, magiſque locupletanda, ea documenta ſubjicere, quæ poſt Sigonium noſtrum celebriorum virorum labor detexit, & quoniam, quod intereſt maximè, Conſulares præſertim Faſtos emendatiores proferre, quam fieri poſſit, in votis eſt, atque ea uſque ad Imperii Occidentalis hiſtoriam, quam Sigonius ab Imperio Diocletiani, & Maximiani exorditur, proferre, in hoc uno omnem operam impendemus, quæque obviæ eruditionis occurrerint, ne opus in immenſum eat prætermittemus. Accipe igitur qualecumque paupertas noſtra munuſculum tibi Lector ex corde præbet, & ſiquid ſorte, vel deficit, vel abundat, vel ex ingenii tenuitate ſublapſum eſt, id nequæsò ægrè ſeras, at bonam ſaltem voluntatem excuſes; Invitus enim ſuperiorem viribus laborem ſuſcepi, quem ſi venia dignum exiſtimaveris, id pro laude fac mihi ſacturum ſatis. Vale.

Digitized by Google

FASTI CONSULARES, AC TRIUMPHI ACTI

A ROMULO REGE USQUE AD TI. CÆSAREM.

REGES.

Romulus Rex Regnavit. — *Annos.* X X X V I I.
Romulus Rex De Caeninenſibus. Et Antemnatibus Primus Triumphavit. — *Anno.* V. C. IIII. //
Idemque Primus Spolia Opima Rettulit Caeninenſium — *Rege Acrone Interfecto.*
Romulus Rex. II. De Camerineis. — *Anno.* XVI. K. *Sextilib.*
Romulus Rex. III. De Fidenatibus. Et Vejentibus. — *An.* / / / *Ibid. Octobr.*
Interreges — *Annum. I.*
Numa Pompilius Pomponis F. Rex. — *Annos.* X L I I I.
Tullus Hoſtilius Hoſti. F. Hoſti. N. Rex. — *Annos.* X X X I I.
Tullus Hoſtilius Hoſti. F. Hoſti. N. Rex. De Albaneis. — *Ann.* / / / / / / / /
Tullus Hoſtilius Hoſti. F. Hoſti. N. Rex. II. De Fidenatibus. — *Ann.* / / / / / / / / /
Tullus Hoſtilius Hoſti. F. Hoſti. N. Rex. III. De Sabineis. — *Ann.* / / / / / / / /
Ancus Marcius Numæ. F. M. N. Rex. — *Annos.* X X I V.
Ancus Marcius Numæ. F. M. N. Rex. De Vejentibus. — *Ann.* / / / / / / / / /
Ancus Marcius Numæ. F. M. N. Rex II. De Sabineis — *Ann.* / / / / / / / /
L. Tarquinius Damarati F. Priſcus. Rex. — *Ann.* X X X V I I.
L. Tarquinius Damarati. F. Priſcus. Rex. De *Latineis* — *Ann.* / / / / / / / /
L. Tarquinius Damarati. F. Priſcus. Rex. II. De Etruſceis — *Ann.* / / / / / /
L. Tarquinius Damarati. F. Priſcus. Rex. III. De Sabineis. — Ann. CXX / / Idib. Sept.
Ser. Tullius. Rex. — *Annos* X L I V.
Ser. Tullius. Rex. De Etruſcis. — VI. K. Dec. A. CXXCII.
Ser. Tullius. Rex. II. De Etruſc. — VIII. K. Jun. A. CXXCVI.
Ser. Tullius. Rex. III. De Etruſceis. — Ann. CXXC // IIII. Non.—
Ser. Tullius. Rex — *Luſtrum Fecit. I. II. III. IIII.*
L. Tarquinius. L. F. Damarati. N. Superbus. Rex. — *Annos. XXV.*
L. Tarquinius. *L. F.* Damarati. *N. Superbus. Rex. De Volſceis.* — *Ann.* / / / /
L. Tarquinius. *L. F. Damarati. N.* Superbus. *Rex de Sabineis.* — *Ann.* / / /

ANNO POST R. COND. CCXLIIII. CONSULES PRIMUM CREARI COEPTI.

L. Junius. M. F. Brutus. In Prælio Poſteaquam Sibi. Conleg. Subrog. Occis. Eſt. In Ejus Loc. Fact. Eſt. — *L. Tarquinius. = = Aruntis. N. Collatinus. Coactus Abdicavit. In Ejus Loc. Fact. Eſt.*
Sp. Lucretius. Tricipitinus. In Mag. Mortuus Eſt. In Ejus Loc. Fact. Eſt. — *P. Valerius Voluſi. F. Qui In Hoc Honore Poplicola Appellatus Eſt.*
M. Horatius Pulvillus.
P. Valerius. *Voluſi. F.* Poplicola. Cos. *Primus De Vejentibus. Et Tarquinienſib. An. CCXLIV. K. Mart.*
P. Valerius. Voluſi. F. Poplicola. II. — *T. Lucretius. T. F. Tricipitinus. Luſtr. F. V.*
P. Valerius. Voluſi. F. Poplicola. III. — *M. Horatius Pulvillus. II.*
Sp. Lartius. Flavus. — *T. Herminius. Aquilinus.*
M. Valerius. Voluſi. F. — *P. Poſthumius. Q. F. Tubertus.*
M. Valerius. *Voluſi. F.* Cos. *De Sabineis.* — *Ann. CCXLVIII.* = = =
P. Poſtumius. *Q. F. Tubertus.* Cos. *De Sabineis.* — *Ann. CCXLVIII.* = = =
CCL. · *P. Valerius. Voluſi. F. Poplicola. IIII.* — *T. Lucretius. T. F. Tricipitinus. II.*
P. Valerius. *Voluſi. F.* Poplicola. *II. Cos. IIII. De Sabineis.* Et Vejentibus. *An. CCXLIX.* == Nonas. Mai.
P. Poſtumius. Q. F. Tubertus. II. — *Agrippa Menenius. C. F. Lanatus.*
P. Poſtumius. *Q. F. Tubertus.* Cos. II. *Ovans Primus De Sabineis* Ann. CCL. III. Non. Apr.
Agrippa *Menenius. C. F.* Lanatus Cos. De *Sabineis.* Ann. CCL. *Pridie* Non. Apr.
Opiter Virginius Tricoſtus. — *Sp. Caſſius Viſcellinus.*
Sp. Caſſius *Viſcellinus.* Cos. *De Sabineis* — Ann. CCLI. = = = =
Poſtumus Cominius. Auruncus. — *T. Lartius Flavus.*
Ser. Sulpicius. P. F. Camerinus. — *M'. Tullius. Longus In Mag. M. E.*
P. Veturius Geminus. — *T. Æbutius. T. F. Elva.*
T. Lartius. Flavus. II. — *Q. Clœlius. Siculus.*
T. Lartius Flavus. Dictator. Primus. — *Sedit. Sedandæ. Et Rei Gerundæ Cauſſa. L. F. VI.*
Sp. Caſſius Viſcellinus. Magiſter Eq. Primus.
A. Sempronius Atratinus. — *M. Minucius. Augurinus.*
A. Poſtumius. P. F. Albus. Qui Poſtea Regillenſis Appellat. Eſt. — *T. Virginius. Tricoſtus. Cœlimontanus.*
A. Poſtumius. P. F. Albus. Qui In Hoc Honore Regillenſis Appell. Eſt. — *Dictat. Rei Gerund. Cauſſa.*
T. Æbutius. T. F. Elva. — *Mag. Eq.*

A. Poſtumius. P. F. Albus. Regillenſis. Dict. Primus. De Latineis An. CCLVII. ====
M. Claudius. Regillenſis Sabinus. P. Servilius. P. F. Priſcus.
A. Virginius. A. F. Tricoſt. Cælimontanus. T. Veturius Geminus. Cicurinus.
M. Valerius Voluſi. F. Qui Dict.
In Hoc Honore Maximus. Appel. Eſt Sedit. Sedandæ. Et Rei Ger. Cauſſa.
Q. Servilius. P. F. Priſcus. Mag. eq.
M'. Valerius Voluſi. F. Dict. De Sabineis Ann. CCLIX. / / /
CCLX. Sp. Caſſius Viſcellinus. II. Poſtumus Cominius. Auruncus II. L. F. VII.
T. Geganius Macerinus. P. Minucius Augurinus.
A. Sempronius Atratinus. II. M. Minucius Augurinus. II.
Q. Sulpicius Camerin. Cornutus. Sp. Lartius Flavus. II.
C. Julius. L. F. Julus. P. Pinorius. Mamercinus. Rufus.
Sp. Nautius. Rutilus. Sex. Furius Fuſus.
C. Aquilius Tuſcus. T. Sicinius. Sabinus.
T. Sicinius Sabinus. Cos. De Volſceis. Ann. CCLXVI. / / / /
C. Aquilius Tuſcus. Cos. Ovans De Herniceis. Ann. CCLXVI. / / / /
Sp. Caſſius Viſcellinus. III. Proculus Virginius Tricoſtus. Rutilus.
Sp. Caſſius Viſcellinus. II. Cos. III. De Volſceis. Et Herniceis. Ann. CCLXVII. //// Jun.
Q. Fabius. K. F. Vibulanus. Ser. Cornelius. L. F. Maluginenſis. Coſſus.
L. Aimilius. Mam. F. Momercus. K. Fabius. K. F. Vibulanus.
CCLXX. M. Fabius. K. F. Vibulanus. L. Valerius Valuſi. F. Potitus. Voluſus.
C. Julius. C. F. L. N. Julus. Q. Fabius. K. F. Vibulanus. II.
K. Fabius. K. F. Vibulanus. II. Sp. Furius. ///. N. Fuſus.
Cn. Manlius. P. F. Cincinnatus. In Prœlio. Occis. Eſt. M. Fabius. K. F. Vibulanus. II.
K. Fabius. K. F. Vibulanus. III. T. Virginius. // F. T. N. Tricoſt. Rutil.
L. Aimilius. Mam. F. Mamercus. II. C. Servilius. Structus. Ahala.
In Mag. Mort. Eſt. In Ejus Loc. F. E.
C Cornelius. Lentulus. Eſquilinus.
C. Horatius. M. F. Pulvillus. T. Menenius Agrippæ. F. C. N. Lanatus.
A. Virginius Tricoſtus. Rutilus. Sp. Servilius. Structus.
P. Valerius. P. F. Voluſi. N. Poplicola. C. Nautius. Sp. F. Sp. N. Rutilus.
P. Valerius. P. F. Voluſi. N. Poplicola. Cos. De Vejentib. Sabineiſque. Ann. CCLXXIIX. K. MAJ.
L. Furius Medullinus. A. Manlius. Cn. F. P. N. Vulſo. Luſtrum. F. VIII.
A. Manlius. Cn. F. P. N. Vulſo. Cos. Ovans De Vejentibus. Ann. CCLXXIX. Idibus Mart.
CCXXC. L. Aimilius Mam. F. Mamercus. III. Vopiſcus Julius Julus.
L. Pinarius Rufus Mamercinus. P. Furius Fuſus.
T. Quinctius. Capitolinus. Barbatus. Ap. Claudius. M. F. Sabinus.
L. Valerius. Valuſi. F. Potitus. II. Ti. Aimilius. L. F. Mam. N. Mamercin.
A. Virginius. A. F. A. N. Cælimontanus. T. Numicius. Priſcus.
T. Quinctius Capitolin. Barbat. II. Q. Servilius. Q. F. P. N. Priſcus. Structus.
T. Quinctius Capitolin. Cos. II. De Antiatibus. A. CCXXcv. ////
Ti. Aimilius. L. F. Mam. N. Momercin. II. Q. Fobius. M. F. K. N. Vibulanus.
Sp. Poſtumius. A. F. P. N. Albus Regillenſis. Q. Servilius. Q. F. P. N. Priſcus. Structus. II.
Q. Fabius. M. F. K. N. Vibulanus. II. T. Quinctius Capitolinus Barbat. III. L. F. IX.
A. Poſtumius. A. F. P. N. Albus Regillenſis. Sp. Furius Medullinus. Fuſus.
CCXC. P. Servilius. Sp. F. P. N. Priſcus. L. Æbutius Elva. In Mag. M. E.
L. Lucretius. T. F. T. N. Tricipitinus. T. Veturius. T. F. P. N. Geminus. Cicurin.
L. Lucretius. T. F. T. N. Tricipitinus. Cos. De Æqueis. An. CCXCI. /////
T. Veturius. T. F. P. N. Geminus. Cicurin. Cos. Ovans De Volſceis. An. CCXCI. ////
P. Volumnius. M. F. M. N. Amintin. Gallus. S. Sulpicius. Ser. F. P. N. Camerinus.
P. Valerius. P. F. Voluſi. N. Poplicola. II. C. Claudius. M. F. Regillens. Sabinus.
In Mag. Mortuus eſt. In Ejus. L. F. E.
L. Quinctius. L. F. L. N. Cincinnatus.
Q. Fabius. M. F. K. N. Vibulanus. III. L. Cornelius. Ser. F. L. N. Maluginenſis. Coſſus. L. F. X.
Q. Fabius. M. F. K. N. Vibulonus. Cos. III. De Æqueis. An. CCXCIIII. Nanis Maj.
L. Cornelius. Ser. F. L. N. Maluginenſis. Coſſus. Cos. De Volſceis Antiatib. IV. Id. Maj. An. CCXCIV.
C. Nautius. Sp. F. Sp. N. Rutilus. II. L. Minucius. Augurinus.
Coactus. A. Dict. Abd. In Ejus. L. F. E.
Q. Fabius. M. F. K. N. Vibulanus. IIII.
L. Quinctius. L. F. L. N. Cincinnatus. Dict. Rei Ger. Cauſſa.
L. Tarquitius. L. F. Flaccus. Mag. eq.
L. Quinctius. L. F. L. N. Cincinnatus. Dict. De Æqueis. Idibus. Septembr. An. CCXCV.
C. Horatius. M. F. M. N. Pulvillus. Q. Minucius. Augurinus.
M. Valerius. M'. F. Voluſi. N. Maxumus. Sp. Verginius. Cælimont. Tricoſtus.
T. Romilius. T. F. T. N. Rocus Vaticanus. C. Veturius. Cicurinus.
Sp. Tarpejus. M. F. M. N. Montan. Capitolin. A. Aterius. Fontinalis.
CCC. Sex. Quinctilius. Sex. F. P. N. Varus. In M. M. E. P. Horatius. Tergeminus.
P. Sextius. Q. F. Vibi. N. Capitolinus. T. Menenius. T. F. Agripp. N. Lanotus.

Ap. Claudius. Ap. F. M. N. Craſſin. Regillenſis. T. Genucius. L. F. L. N. Augurinus.
Abdicarunt. Ut Duodecim Tabular. Scribendar. cauſſo.
Decemviri Conſularei Poteſtats Sine Provocations Crearentur.
Ap. Claudius. Ap. F. M. N. Craſſinus. Regill. Sp. Poſtumius. A. F. P. N. Albus. Regillens.
T. Ge-

T. Genucius. L. F. L. N. Augurinus. *Ser. Sulpicius. Ser. F. P. N. Camerinus.*
Sp. Veturius. Sp. F. P. N. *Craſſus. P. Seſtius. Q. F. Vibi. N. Capitolinus.* XVIRI.
C. Julius. C. F. L. N. *Julus. T. Romilius. T. F. T. N. Rocus. Vaticanus.*
A. Manlius. Cn. F. P. *N. Vulſo.* P. *Horatius. Tergeminus.*

Ap. Claudius. *Ap. F. M. N. Craſſinus Regillens.* II. *Q. Fabius. M. F. K. N. Vibulanus.*
M. Cornelius. *Ser. F. L. N. Maluginenſis. M. Rabulejus.*
L. Minucius. Augurinus. Q. Poetelius.
T. Antonius. Merenda. K. Duilius.
M. Sergius. Sp. Oppius. Cornicen. XVIRI.

Ap. Claudius. Ap. F. M. N. Craſſinus Regillens. III. *Q. Fabius. M. F. K. N. Vibulanus.* II.
M. Cornelius. Ser. F. L. N. Maluginens. II. *M'. Rabulejus.* II.
L. Minucius. Augurinus. II. *Q. Poetelius.* II.
T. Antonius. Merenda. II. *K. Duilius.* II. XVIRI.
M. Sergius. II. *Sp. Oppius. Cornicen.* II.
Coacti Abdicarunt. In Eorum Locum Facti Sunt Cos.
L. *Valerius.* P. F. P. N. — *Poplicola. Potitus. M. Horatius. M. F. M. N. Barbatus.*
M. Horatius. M. F. *M. N.* Barbatus. *Cos. de* Sabineis Ann. CCCIV. VII. K. Septembr.
L. *Valerius* P. F. P. N. Poplica. Potit. *Cos.* De Aequeis. Idibus Sextil. Ann. CCCIV.
Lar. Herminius. T. Verginius. Cælimontanus. Tricoſtus.
M. Geganius. M. F. Macerinus. C. Julius. Julus.
T. Quinctius. Capitolin. Barbat. IIII. *Agrippa Furius. Fuſus.*
M. Genucius. L. F. L. N. Augurinus. C. Curtius.

A. Sempronius. A. F. Atratinus.
T. Cloelius. Siculus. *TRIB. MILIT. CONS. POTEST. PRIMI.*
L. Atilius. Longus.
Vitio Facti Abdicarunt. In Eorum Loc. Facti Sunt Cos.
L. Papirius. Mugillanus. L. Sempronius. A. F. Atratinus.

CCCX. *M. Geganius. M. F. Macerinus.* II. *T. Quinctius. Capitolin. Barbat.* V.
M. Geganius. M. F. *Macerinus. Cos.* De *Volſceis.* Ann. CCCX. Nonis *Septembr.*
Cenſores Primi. L. Papirius. Mugillanus. L. Sempronius. A. F. Atratin. L. F. XI.
M. Fabius. Q. F. M. N. Vibulanus. Poſtumus Acbutius. Elva Cornicen.
C. Furius. Fuſus. Pacilus. M'. Papirius. Craſſus.
Proculus Geganius. Macerinus. L. Menenius. T. F. Agripp. N. Lanatus.
T. Quinctius. Capitolinus. VI. *Agrippa Menenius. T. F. Agripp. N. Lanatus.*
L. Quinctius. L. F. L. N. Cincinnatus. II. *Dict.* *Seditionis Sedandae cauſſa.*
C. Servilius. Structus Ahala. Mag. eq.

Mam. Aemilius. M. F. Mamercinus.
L. Quinctius. L. F. L. N. Cincinnatus. *TRIB. MIL.*
L. Julius Vopiſci. F. Julus.

M. Geganius. M. F. Macerinus. III. *L. Sergius. C. F. C. N. Qui in Hoc Honore Fidenas Appellatus Eſt.*
Mam. Aemilius. M. F. Mamercinus. Dict. *Rei Ger. Cauſſa.*
L. Quinctius. L. F. L. N. Cincinnatus. Mag. eq.
Mam. Aemilius. M. F. Mamercinus. Dict. De Faliſceis. Vejentib. Et Fidenatib. An. CCCXVI. Idib. Sept.
M. Cornelius. M. F. Ser. N. Maluginenſis. L. Papirius. M. F. Craſſus.
C. Julius. Julus. II. *L. Virginius. Tricoſtus.*
Q. Servilius. P. *F. Sp. N. Priſcus. Qui In Hoc Honore Fidenas Appell. Eſt* *Dict.* *Rei Ger. Cauſſa.*
Poſthumus Acbutius. Elva. Cornicen. Mag. eq.
Cenſor. C. Furius. Fuſus. Pacilus. M. Geganius. M. F. Macerinus. L. F. XII.
C. Julius. Julus. III. *L. Virginius. Tricoſtus.* II.
Mam. Aemilius. M. F. Mamercinus. II. *Dict.* *Rei Gerund. Cauſſa.*
A. Poſtumius. Tubertus. Mag. eq.

M. Fabius. Q. F. M. N. Vibulanus.
CCCXX. *M. Foslius. Flaccinator.* *TRIB. MIL.*
L. Sergius. C. F. C. N. Fidenas.

L. Pinarius. Mamercus.
L. Furius. Medullinus. *TRIB. MIL.*
Sp. Poſtumius. Albus Regillens.

T. Quinctius. L. F. L. N. Pennus. Cincinnat. C. Julius. Mento.
A. Poſtumius. Tubertus. Dict. *Rei Gerundae Cauſſa.*
L. Julius Vopiſci F. Julus. Mag. eq.
A. Poſtumius. Tubertus. Dict. De Aequeis. Et Volſceis. Ann. CCCXXII. *I I*
L. Papirius. Craſſus. II. *L. Julius Vopiſci. F. Julus.*
L. Sergius. C. F. C. N. Fidenas. II. *Hoſtus Lucretius. Tricipitinus.*
T. Quinctius. L. F. L. N. Cincinnat. Pennus. II. *A. Cornelius. Coſſus.*
A. Cornelius. Coſſus. Cos. De Vejentibus. Iſque Spolis Opima Ret-

	Rettulit Duce Hoſtium	*Larte*	*Tolumnio Interfecto.*	*Ann. CCCXXV. = = =*	
	C. Servilius.	*Structus. Ahala.*	*L. Papirius.*	*Mugillanus. II.*	
	T. Quinctius. L. F. L. N.	*Pennus. Cincinnat.*	*C. Furius.*	*Pacilus.*	TR. MIL.
	M. Poſtumius.	*Albus Regillens.*	*A. Cornelius.*	*Coſſus.*	
	Mam. Aimilius. M. F.	*Mamercinus. III.*	*Dict.*	*Rei Gerund. Cauſſa.*	
	A. Cornelius. M. F. L. N.	*Coſſus.*	*Mag. eq.*		
	Mam. Aimilius. M. F.	*Mamercinus. II.*	*Dict.*	*III. De Vejentibus.*	
	Et	*Fidenatibus*	*An.*	*CCCXXVII. = = =*	
	A. Sempronius. L. F. A. N.	*Atratinus.*	*L. Furius.*	*Medullinus. II.*	TR. MIL.
	L. Quinctius. L. F. L. N.	*Cincinnatus. II.*	*L. Horatius.*	*Barbatus.*	
	Ap. Claudius. Ap. F. Ap. N.	*Craſſus.*	*Sp. Nautius. Sp. F.*	*Rutilus.*	TR. MIL.
	L. Sergius. C. F. C. N.	*Fidenas. II.*	*Sex. Julius.*	*Julus.*	
	Cens. = = = =		= = = =	*L. F. XIII.*	
CCCXXX.	*C. Sempronius. A. F. A. N.*	*Atratinus.*	*Q. Fabius. Q. F. M. N.*	*Vibulanus.*	
	L. Manlius.	*Capitolinus.*	*Q. Antonius.*	*Merenda.*	TR. MIL.
	L. Papirius.	Mugillan.	*L. Servilius.*	*Structus.*	
	T. Quinctius. T. F.	Capitolin. Barbat.	N. Fabius. *Q. F. M. N.*	*Vibulanus.*	
	N. Fabius. Q. F. M. N.	*Vibulanus. Cos.*	*Ovans. De Aequeis.*	*An. CCCXXXII. = = =*	
	T. Quinctius. L. F. L. N. Penn.	Cincinnatus. II.	M. Manlius.	*Capitolinus.*	TR. MIL.
	L. Furius.	Medullinus. III.	A. Sempronius. *L. F. A. N.*	*Atratin. II.*	
	Agrippa Menenius T. F.	Agripp. N. Lanatus.	Sp. Nautius. *Sp. F. Sp. N.*	*Rutilus.*	TR. MIL.
	P. *Lucretius. Hoſti. F.*	Tricipitinus.	C. Servilius. *Q. F. C. N.*	*Axilla.*	
	M. Papirius.	Mugillanus.			
	C. Servilius. Q. F. C. N.	Axilla. II.	*TR. MIL.*		
	L. Sergius. C. F. C. N.	Fidenas. III.			
	Q. Servilius. P. F. Sp. N.	Priſcus Fidenas. II.	*Dict.*	*Rei Ger. Cauſſa.*	
	C. Q. F. C. N.	Axilla.	Mag. *eq.*		
	Cens. L. Papirius. M'. F.	*Craſſus.*	= = = = = =	*L. F. XIV.*	
	P. Lucretius Hoſti. F.	*Tricipitin. II.*	*Sp. Veturius.*	*Craſſus.*	TR. MIL.
	Agrippa Menenius. T. F. *Agrippa. N.*	*Lanat. II.*	*L. Servilius.*	*Structus II.*	
	A. Sempronius. L. F. A. N.	*Atratinus. III.*	*M. Papirius.*	*Mugillanus. II.*	TR. MIL.
	Q. Fabius. Q. F. M. N.	*Vibulanus.*	*Sp. Nautius. S. F. Sp. N.*	*Rutilus. II.*	
	P. Cornelius. P. N.	*Coſſus.*	= . *Quinctius.*	*Cincinnatus.*	TR. MIL.
	C. Valerius. L. F. Voluſi. N.	*Potitus Voluſus.*	*N. Fabius. Q. F. M. N.*	*Vibulanus.*	
	Q. Fabius. Q. F. M. N.	*Vibulanus. II.*	*Cn. Cornelius.*	*Coſſus.*	TR. MIL.
	P. Poſtumius. A. F. A. N.	*Albinus Regillenſis.*	*L. Valerius. L. F. P. N.*	*Potitus.*	
CCCXL.	*M. Cornelius.*	*Coſſus.*	*L. Furius. L. F. Sp. N.*	*Medullinus.*	
	Cens. = = = =		= = = =	*L. F. XV.*	
	Q. Fabius. M. F. Q. N.	*Ambuſtus.*	*C. Furius. C. F.*	*Pacilus.*	
	M. Papirius.	*Mugillanus.*	*C. Nautius.*	*Rutilus.*	
	M'. Aimilius. Mam. F. M. N.	*Mamercinus.*	*C. Valerius. L. F. Voluſ. N.*	*Potitus. Voluſus.*	
	C. Valerius. L. F. Voluſi. N.	*Potitus Voluſus Cos.*	*Ovans. De Aequeis*	*Ann. CCCXLIII. = = =*	
	Cn. Cornelius. A. F. M. N.	*Coſſus.*	*L. Furius. L. F. Sp. N.*	Medullin. II.	
	C. Julius. L. F. Vopiſci. N.	Julus.			
	P. Cornelius. A. F. M. N.	Coſſus.	TR. MIL.		
	C. Servilius. P. F. Q. N.	Ahala.			
	P. Cornelius. M. F. L. N.	Rutilus Coſſus.	Dict.	Rei Gerundae Cauſſa.	
	C. Servilius P. F. Q. N.	Ahala.	Mag. eq.		
	C. Valerius. L. F. Voluſi. N.	Potit. Voluſus. II.	C. Servilius. P. F. Q. N.	Ahala. II.	TR. MIL.
	L. Furius. L. F. Sp. N.	Medullinus.	N. Fabius. Q. F. M. N.	Vibulanus. II.	
	P. Cornelius. M. F. L. N.	*Rutilus* Coſſus.	L. Valerius. L. F. P. N.	Potitus. II.	TR. MIL.
	Cn. Cornelius.	Coſſus.	N. Fabius. M. F. Q. N.	Ambuſtus.	
	C. Julius. L. F. Vopiſci. N.	Julus. II.	M'. Aimilius Mam. F. M. N.	Mamercinus. II.	
	T. Quinctius.	*Capitolin.* Barb.	L. Furius. L. F. Sp. N.	Medullinus. II.	TR. MIL.
	Q. Quinctius.	*Cincinnatus.*	A. Manlius. A. F. Cn. N.	Vulſo Capitolin.	
	P. Cornelius.	*Maluginenſis.*	Sp. Nautius. Sp. F. Sp. N.	Rutilus. III.	
	Cn. Cornelius.	*Coſſus. II.*	C. Valerius. L. F. Vol. N.	Potit. Voluſ. III.	TR. MIL.
	K. Fabius. M. F. Q. N.	*Ambuſtus.*	M'. *Sergius. L. F. L. N.*	Fidenas.	
	M'. Aimilius. Mam. F. M. N.	*Mamercin. II.*	M. *Furius.*	Fuſus.	
CCCL.	*Ap. Claudius. Ap. F. A. N.*	*Craſſin. Regillenſis.*	L. Julius.	Julus.	TR. MIL.
	M. Quinctilius.	*Varus.*	L. Valerius, *L. F. P. N.*	Potitus. III.	
				Cens.	

Cens. M. Furius. Camillus. M. Poſtumius. A. F. A. N. Albinus Regillens. L. F. XVI.

C. Servilius. P. F. Q. N. Abala. iii. Q. Sulpicius. Ser. F. Ser. N. Camerin. Cornut.
Q. Servilius. Q. F. P. N. Priſcus Fidenas. A. Manlius. A. F. Cn. N. Vulſo Capitol. ii. TR. MIL.
L. Virginius. Tricoſtus. M'. Sergius. L. F. L. N. Fidenas. ii.

L. Valerius. L. F. P. N. Potitus. iiii. L. Julius. L. F. Vopiſci. N. Julus.
M. Furius. Camillus. M'. Aimilius Mam. F. M. N. Mamercin. iii. TR. MIL.
Cn. Cornelius. Coſſus. ii. K. Fabius. M. F. Q. N. Ambuſtus. ii.

---

*P. Licinius. Calvus. Primus E Plebe. P. Mæ*lius. Sp. F. C. N. Capitolinus.
P. Mænius. L. *Fu*rius. L. F. Sp. N. Medullinus. TR. MIL.
* *L. Titinius.* L. *Publi*lius. L. F. Voler. N. Philo Vulſcus.

M. Pomponius. L. Atilius. K. F. K. N. Longus.
C. Duilius. M. Veturius. Ti. F. Sp. N. Craſſ. Cicurin. TR. MIL.
*Cn. Genucius. Augurinus. Volero Publi*lius. P. F. Voler. N. Philo.

L. Valerius. L. F. P. N. Potitus. v. *L. Furius. L. F.* Sp. N. Medullinus. iii.
M. Valerius. Maximus. Q. Servilius. Q. F. P. N. Priſcus. Fidenas. ii. TR. MIL.
M. Furius. Camillus. ii. *Q. Sulpicius. Ser. F. Ser. N. Camerin. Cornut.* ii.

L. Julius. L. F. Vopiſci. N. Julus. ii. *L. Furius. L. F. Sp. N. Medullinus.* iiii.
L. Sergius. Fidenas. A. Poſtumius. Albinus Regillenſis. TR. MIL.
P. Cornelius. Maluginenſis. ii. *A. Manlius. A. F. Cn. N. Vulſo. Capitoln.* iii.
Vitio Facti. Abdicarunt.

P. Licinius. P. F. Calvus. L. Titinius. ii.
Cn. Genucius. Augurinus. ii. *In Prælio Occis. E. P. Mænius.* ii. TR. MIL.
L. Attilius. K. F. K. N. Longus. ii. *P. Mælius. Sp. F. C. N. Capitolinus.* ii.
M. Furius. Camillus. Dict.
P. Cornelius. Scipio. Mag. eq. Rei Ger. Cauſſa.
M. Furius. Camillus. Dict. De Vejentibus. Ann. CCCLVII. = = = =

P. Cornelius. Coſſus. P. Cornelius. Scipio.
M. Valerius. Maximus. ii. *K. Fabius. M. F. Q. N. Ambuſtus.* iii. TR. MIL.
L. Furius. L. F. Sp. N. Medullinus. v. *Q. Servilius. Q. F. P. N. Priſcus Fidenas.* iii.

M. Furius. Camillus iii. *L. Furius. L. F. Sp. N. Medullinus.* vi.
C. Aimilius. Mamercinus. L. Valerius. Poplicola. TR. MIL.
Sp. Poſtumius. Albinus. Regillenſis. P. Cornelius. Scipio. ii.

CCCLX. *L. Lucretius. Flavus. Ser. Sulpicius. Camerinus.*

L. Valerius. L. F. L. N. Potitus. M. Manlius. Capitolinus.
Cenſor. C. Julius. L. F. Vopiſci. N. Julus. L. Papirius. Curſor. L. F. XVII.
In Mag. Mort. Eſt. In E. L. F. E.
M. Cornelius. Maluginenſis.
L. Valerius. L. F. L. N. Potitus. Cos. De Aequeis. An. CCCLXI.
M. Manlius. Capitolin. Cos. Ovans. De Aequeis. An. CCCLXI.

L. Lucretius. Flavus. Ser. Sulpicius. Rufus Prætextatus.
M. Aimilius. Mamercinus. L. Furius. L. F. Sp. N. Medullinus. vii. TR. MIL.
Agrippa Furius. Fuſus. C. Aimilius. Mamercinus. ii.

Q. Fabius. M. F. M. N. Ambuſtus. Q. Sulpicius. Longus.
K. Fabius. M. F. M. N. Ambuſtus. Q. Servilius. Q. F. P. N. Priſcus Fidenas. iiii. TR. MIL.
C. Fabius. M. F. M. N. Ambuſtus. Ser. Cornelius. Maluginenſis.
M. Furius. Camillus. ii. *Dict.*
L. Valerius. L. F. L. N. Potitus. Mag. eq. Rei Ger. Cauſſa.
M. Furius. Camillus. II. Dict. II. De Galleis. An. CCCLXIII. Idibus Febr.

L. Valerius. Poplicola. ii. *L. Virginius. Tricoſtus.*
P. Cornelius. A. Manlius. A. F. A. N. Capitolinus. TR. MIL.
L. Aimilius. Mamercinus. L. Poſtumius. Regillenſis. Albinus.
M. Furius. Camillus. iii. *Dict.*
C. Servilius. Abala. Mag. eq. Rei Ger. Cauſſa.
M. Furius. Camillus. III. Dict. III. De Volſceis.
Aequeis. Etruſceis. An. CCCLXIIII. = = = = =

T. Quinctius. Cincinnatus. Q. Servilius. Q. F. P. N. Priſcus Fidenas. v.
L. Julius. Julus. L. Aquillius. Cornus. TR. MIL.
L. Lucretius. Tricipitinus. Ser. Sulpicius. Rufus.

L. Papirius. Curſor. C. Sergius. Fidenas.
L. Aimilius. Mamercin. ii. *L. Menenius. Lanatus.* TR. MIL.
L. Valerius. Poplicola. iii. *C. Cornelius.*
Cenſor. = *Luſtr. Fecer. XVIII.*

M. Furius. Camillus. iiii. *Ser. Cornelius. Maluginenſis.* ii.
Q. Ser-

Q. Servilius. Q. F. P. N. Priſcus Fidenas. VI. L. Quinctius. Cincinnatus. TR. MIL.
L. Horatius. Pulvillus. P. Valerius. L. F. L. N. Poplicola Potitus.

A. Manlius. A. F. A. N. Capitolinus. II. T. Quinctius. Capitolinus.
P. Cornelius. L. Quinctius. Capitolinus. TR. MIL.
L. Papirius. Curſor. II. C. Sergius. Fidenas. II.
A. Cornelius. Coſſus. Dict.
T. Quinctius. Capitolinus. Mag. eq. Seditionis Sedandæ. Et R. G. C.
A. Cornelius. Coſſus. Dict. De Volſceis. An. CCCLXIIX. = = = =

Ser. Cornelius. Maluginenſis. III. P. Valerius. L. F. L. N. Potitus Poplicola. II.
M. Furius. Camillus. V. Ser. Sulpicius. Rufus. I. TR. MIL.
C. Papirius. Craſſus. T. Quinctius. Cincinnatus. II.

L. Valerius. Poplicola. IIII. L. Lucretius. Tricipitinus. II.
CCCLXX. A. Manlius. A. F. A. N. Capitolinus. III. L. Aimilius. Mamercinus. III. TR. MIL.
Ser. Sulpicius. Rufus. III. M. Trebonius. Flavus.

Sp. Papirius. Craſſus. Q. Servilius. Q. F. Q. N. Priſcus Fidenas.
L. Papirius. Craſſus. C. Sulpicius. M. F. Q. N. Peticus. TR. MIL.
Ser. Cornelius. M. F. Maluginenſis. IIII. L. Aimilius. Mamercinus. IIII.

M'. Furius. Camillus. VI. L. Furius. Sp. F. L. N. Medullinus.
A. Poſtumius. Albinus. Regillenſis. L. Poſtumius. Albinus Regillenſis. TR. MIL.
L. Lucretius. Tricipitinus. III. M. Fabius. K. F. M. N. Ambuſtus.

L. Valerius. Poplicola. V. L. Menenius. Lanatus. II.
P. Valerius. Potitus Poplicola. III. Sp. Papirius. L. F. Curſor. TR. MIL.
C. Sergius. Fidenas. III. Ser. Cornelius. M. F. Maluginenſis. V.
Cens. C. Sulpicius. Camerinus. Sp. Poſtumius. Albinus Regillenſis.
Abdicavit. In Mag. Mortuus. Eſt
In Eorum Locum Facti Sunt.
= = = = = = = = = = = Vitio Facti Abdicarunt.
T. Quinctius. Cincinnatus. Dict.
A. Sempronius. Atratinus. Mag. eq. Rei. Ger. Cauſſa.
T. Quinctius. Cincinnatus. Dict. De Praeneſtineis. An. CCCLXXIII. = =

P. Manlius. A. F. A. N. Capitolinus. C. Sextilius.
C. Manlius. Capitolinus. M. Albinius. TR. MIL.
L. Julius. Julus. L. Antiſtius.

Sp. Furius. Sp. F. L. N. Medullinus. P. Cloelius. Siculus.
Q. Servilius. Q. F. Q. N. Priſcus Fidenas. II. M. Horatius. Pulvillus. TR. MIL.
C. Licinius. Calvus. L. Geganius. Macerinus.
Cens. Sp. Servilius. Priſcus. Q. Cloelius. Siculus. L. F. X!X.

L. Aimilius. Mamercinus. V. Ser. Sulpicius. Rufus Prætext. II.
P. Valerius. L. F. L. N. Potitus Poplicola. IIII. L. Quinctius. Cincinnatus. II. TR. MIL.
C. Veturius. Craſſus. Cicurinus. C. Quinctius. Cincinnatus.

C. Licinius. C. F. P. N. Calvus.
L. Sextius. Sex. F. N. N. Sextin. Lateran. Trib. Pl. Sine Curul. Mag.

C. Licinius. C. F. P. N. Calvus. II.
CCCXXC. L. Sextius. Sex. F. N. N. Sextin. Lateran. II. Trib. Pl. Sine Curul. Mag.

C. Licinius. C. F. P. N. Calvus. III.
L. Sextius. Sex. F. N. N. Sextin. Lateran. III. Trib. Pl. Sine Curul. Mag.

C. Licinius. C. F. P. N. Calvus. IIII.
L. Sextius. Sex. F. N. N. Sextin. Lateran. IIII. Trib. Pl. Sine Curul. Mag.

C. Licinius. C. F. P. N. Calvus. V.
L. Sextius. Sex. F. N. N. Sextin. Lateran. V. Trib. Pl. Sine Curul. Mag.

= = = = = = = = = = . actus eſt.
= = = = = = = = = t. dedicavit.

L. Furius. Sp. F. L. N. Medullinus. II. P. Valerius. L. F. L. N. Potitus Poplicola. V.
A. Manlius. A. F. A. N. Capitolinus. Ser. Sulpicius. Prætext. III. TR. MIL.
C. Valerius. Potitus. Ser. Cornelius. Maluginenſis. VI.

Q. Servilius. Q. F. Q. N. Priſc. Fidenas. III. M. Cornelius. Maluginenſis.
C. Veturius. Craſſus. Cicurin. II. Q. Quinctius. Cincinnatus. TR. MIL.
A. Cornelius. Coſſus. M. Fabius. K. F. M. N. Ambuſtus. II.

L. Quinctius. Capitolin. Sp. Servilius. C. F. C. N. Structus.
Ser. Cornelius. M. F. Maluginenſis. VII. L. Papirius. Sp. F. C. N. Craſſus. TR. MIL.
Ser. Sulpicius. M. F. Praetextat. IIII. L. Veturius. L. F. Sp. N. Craſſus Cicurinus.
M. Furius. Camillus. IIII. Dict.
L. Aimilius. L. F. Mamercinus. Mag. eq. Rei Gerundae Cauſſa.

Ob

Ob Edictum In Milites Ex S.C. Abdicarunt. In Eorum Locum Facti Sunt.
P. *Manlius. A. F. A. N.* Capitolinus. Dict. Seditionis Sedandae. Et R. G. C.
C. *Licinius. Calvus.* Primus E Plebe. Mag.eq.

A. Cornelius. Coſſus. ii. L. Veturius. L. F. Sp. N. Craſſus. Cicurinus. ii.
M. Cornelius. *Maluginenſis.* ii. P. Valerius. L. F. L. N. *Potitus.* Poplicola. vi. TR. MIL.
M. Geganius. *Macerinus.* P. Manlius. A. F. A. N. Capitolinus. ii.
M. Furius. Camillus. v. Dict. Rei Gerundae Cauſſa.
T. Quinctius. *Pennus Cincinnatus.* Mag.eq.
M. Furius. *Camillus. IIII. Dict. V. De Galleis. Senonib. An. CCCXXCVI.* = = =

CONSULES E PLEBE PRIMUM CREARI COEPTI.

L. Aimilius. L. F. *Mamercinus.* L. Sextius. Sex. F. N. N. Sextin. Lateran. Primus e plebe.
Cens. = Poſtumius. Regillenſis Albinus. C. Sulpicius. M. F. Q. N. Peticus.
L. Genucius. M. F. Cn. N. *Aventinenſis.* Q. Servilius. Q. F. Q. N. Ahala.
C. Sulpicius. M. F. Q. N. Peticus. C. Licinius. C. F. P. N. Calvus.
CCCXC. *L. Aimilius. L. F.* *Mamercinus.* ii. Cn. Genucius. M. F. M. N. Aventinenſis.
L. Manlius. A. F. A. N. Capitolinus. Imperioſſus. Dict. Clavi. Fig. Cauſſa.
L. *Pinarius.* Natta. Mag.eq.
Cens. M. Fabius. K. F. M. N. Ambuſtus. L. Furius. Sp. F. L. Nepos Medullinus. L. F. XX.
Q. Servilius. Q. F. Q. N. Ahala. ii. L. Genucius. M. F. Cn. N. Aventinenſis. ii.
Ap. Claudius. P. F. Ap. N. *Craſſin.* Regillenſis Dict. Rei Gerundae Cauſſa.
L. Cornelius. *Scipio.* Mag.eq.
Ap. Claudius. P. F. Ap. N. Craſſin. Regillens. Dict. Ovans de Herniceis. Ann. CCCXCI. = Novemb.
C. Licinius. C. F. P. N. *Calvus.* ii. C. Sulpicius. M. F. Q. N. Peticus. ii.
T. Quinctius. *Barbatus.* Capitolinus Criſpinus. Dict. Rei Gerund. Cauſſa.
Ser. Cornelius. = = M. N. Maluginenſis. Mag.eq.
T. Quinctius. Barb. Capitolin. Criſpin. Dict. de Galleis. Quirinalibus. Anno CCCXCII. = = = =
C. Sulpicius. M. F. Q. N. Peticus. Cos. II. De Herniceis. An. CCCXCII. = Mart.
M. Fabius. N. F. M. N. *Ambuſtus.* C. Poetelius. C. F. Q. N. Libo Viſolus.
Q. Servilius. Q. F. Q. N. Ahala. Dict. Rei Gerund. Cauſſa.
T. Quinctius Barb. Capitolin. Criſpinus. Mag.eq.
C. Poetelius. C. F. Q. N. Libo. Viſolus. Cos. de Galleis. Et Tiburtibus. *An. CCCXCIII.* = = *Mart.*
M. Fabius. M. F. M. N. Ambuſtus. Cos. Ovans. De Herniceis. An. CCCXCIII. Non. Sept.
M. Popillius. M. F. C. N. Laenas. Cn. Manlius. L. F. A. N. Capitolin. Imperioſs.
C. Fabius. *Ambuſtus.* C. Plautius. P. F. P. N. Proculus.
C. Sulpicius. M. F. Q. N. *Peticus. Dict.* *Rei Gerund. Cauſſa.*
M. Valerius. *Poblicola. Mag.eq.*
Cenſor. = = = = = = = = = = = = = = = = = *Luſtr. Fecer. XXI.*
C. Sulpicius. M. F. Q. N. Peticus. II. Dict. De Galleis. Ann. CCCXCV. Nonis Maj.
C. Plautius. P. F. P. N. Proculus. Cos. De Herniceis. Ann. CCCXCV. Idibus. Maj.
C. Marcius. L. F. C. N. *Rutilus. Cn. Manlius. L. F. A. N. Capitolinus Imperioſſ.* ii.
C. Marcius. L. F. C. N. Rutilus. Cos. De Privernatibus. Ann. CCCXCVI. K. Jun.
M. Fabius. N. F. M. N. *Ambuſtus.* ii. *M. Popillius. M. F. C. N.* *Laenas.* ii.
C. Marcius. L. F. C. N. Rutilus. Primus E Plebe. Dictat. *Rei Gerund. Cauſſa.*
C. Plautius. P. F. P. N. *Proculus. Mag.eq.*
C. Marcius. L. F. C. N. Rutilus. Dict. De Tuſceis. Ann. CCCXCVII. Pridie Non. Maj.
CD. *C. Sulpicius. M. F. Q. N.* *Peticus.* iii. *M. Valerius.* *Poplicola.*
M. Fabius. N. F. M. N. *Ambuſtus.* iii. *T. Quinctius.* *Barbatus Capitolin. Criſpinus.*
M. Fabius. N. F. M. N. Ambuſtus. II. Cos. iii. De Tiburtibus. Ann. CCCXCIX. III. Non. Jun.
C. Sulpicius. M. F. Q. N. *Peticus.* iiii. *M. Valerius.* *Poplicola.* ii.
T. Manlius. L. F. A. N. *Imperioſſ. Torquat.* *Dict.* *Rei Gerund. Cauſſa.*
A. Cornelius. P. F. A. N. *Coſſus. Aruina.* *Mag.eq.*
P. Valerius. *Poplicola.* *C. Marcius. L. F. C. N.* *Rutilus.* ii.
C. Julius. *Julus.* *Dict.* *Rei Ger. Cauſſa.*
L. Aimilius. L. F. L. N. Mamercin. Qui poſtea *Mag.eq.*
Privernas Appell. Eſt.
C. Sulpicius. M. F. Q. N. *Peticus.* v. *T. Quinctius.* *Pennus Cincinnatus.*
M. Fabius. N. F. M. N. *Ambuſtus.* *Dict.* *Comit. Hab. Cauſſa.*
Q. Servilius. Q. F. Q. N. *Ahala.* *Mag.eq.*
Cenſor. Cn. Manlius. L. F. A. N. Capitolin. Imperioſſ. C. Marcius. L. F. C. N. Rutilus. Qui L. F. XXII.
Primus Cenſor E Plebe Factus Eſt.
M. Popillius. M. F. C. N. *Laenus.* iii. *L. Cornelius.* *Scipio.*
L. Furius. M. F. *Camillus.* *Dict.* *Comit. Hab. Cauſſa.*
P. *Cornelius.* *Scipio.* *Mag.eq.*
M. Popillius. M. F. C. N. Laenas. Cos. III. *De Galleis.* An. CDIII. Quirinalibus.
L. Furius. M. F. *Camillus.* P. Claudius. P. F. *Ap. N. Craſſin.* Regillenſis.
In Mag. Obiit.
T. Manlius. L. F. A. N. Imperioſſ. Torquat. ii. Mag.eq. Comit. Habend. Cauſſa.
A. Cornelius. P. F. A. N. *Coſſus Aruina.* ii. Dict.
M. Popillius. M. F. C. N. *Laenas.* iiii. *M. Valerius.* M. F. M. N. Corvus.
= = = = = = Dict. Comit. Habend. Cauſſa.
= = = = = = *Mag.eq.*

C. Plautius. *Venno.* *T. Manlius. L. F. A. N.* *Imperioſs.* Torquatus.
M. Valerius. M. F. M. N. *Corvus.* II. *C. Poetelius. C. F. C. N.* *Libo* Viſolus.
Cenſor. = = = = = = = = = *Luſtr. Fec. XXIII.*
M. Valerius. M. F. M. N. Corvus Cos. II. *De* Antiatibus Volſceis. Satricaneiſq. An. CDVII. K. Febr.
M. Fabius. *Dorſo.* *Ser. Sulpicius.* *Camerinus.*
L. Furius. M. F. *Camillus.* II. *Dict.* *Rei Grund. Cauſſa.*
Cn. Manlius L. F. A. N. *Capitolin. Imperioſs.* *Mag. eq.*
C. Marcius. L. F. C. N. *Rutilus.* III. *T. Manlius. L. F. A. N.* *Imperioſſ. Torquat.* II.
P. Valerius. P. F. L. N. *Poplicola.* *Dict.* *Latin. Fer. Cauſſa.*
Q. Fabius. *Ambuſtus.* *Mag. eq.*

BELLUM SAMNITICUM.

CDX. *M. Valerius. M. F. M. N.* *Corvus.* III. *A. Cornelius. P. F. A. N.* *Coſſus Aruina.*
M. Valerius M. F. M. N. Corvus. II. *Cos.* III. De Samnitibus. Ann. CDX. X. K. Oct.
A. Cornelius. P. F. A. N. Coſſus Aruina. Cos. De Samnitibus. Ann. CDX. VIII. K. Oct.
Q. Servilius. Q. F. Q. N. *Abala.* *C. Marcius. L. F. C. N.* *Rutilus.* II. I.
M. Valerius. M. F. M. N. *Corvus.* *Dict.* *Rei. Ger. Cauſſa.*
L. Aimilius. L. F. L. N. Mamercinus Privernas. II. *Mag. eq.*
L. Aimilius. L. F. L. N. Mamercinus. Privernas. *C. Plautius.* *Venno.* II.
T. Manlius. L. F. A. N. *Imperioſſ. Torquat.* III. *P. Decius. Q. F.* *Mus. Qui ſe devovit.*
T. Manlius *L. F.* A. N. Imperioſſus Torquat. *Cos.* III. De Latineis. Campaneis. A. CD. XIII.
Sidicineis Aurunceis. XV. K. Junias.
L. Papirius. L. F. M. N. *Craſſus.* *Qui Idem Prætor. Erat.* *Dict.* *Rei Ger. Cauſſa.*
L. Papirius. Sp. F. L. N. *Curſor.* *Mag. eq.*
Ti. Aimilius. *Mamercinus.* *Q. Publilius. Q. F. Q. N.* *Philo.*
Q. Publilius. Q. F. Q. N. Philo. Cos. De Latineis. Ann. CDXIV. Idib. Januar.
Q. Publilius. Q. F. Q. N. *Philo.* *Dict.* *Rei. Ger. Cauſſa.*
D. Junius. *Brutus. Scaeva.* *Mag. eq.*
L. Furius. Sp. F. M. N. *Camillus.* *C. Maenius. P. F. P. N.*
L. Furius. Sp. F. M. N. Camillus. Cos. De Pedaneis. Et Tiburtibus. An. CDXV. IIII. K. Oct.
C. Maenius. P. F. P. N. Cos. De Antiatibus. Lavinieis. Veliterneis. An. CDXV. Pridie. K. Oct.
C. Sulpicius. Ser. F. Q. N. *Longus.* *P. Ailius.* *Paetus.*
C. Claudius. Ap. F. Ap. N. *Craſſin.* *Regillens.* *Dict.* *Rei Ger. Cauſſa.*
C. Claudius. *Hortator.* *Mag. eq.*
Vitio Facti *Abdicarunt.*
L. Papirius. L. F. M. N. *Craſſus.* *K. Duilius.*
M. Valerius. M. F. M. N. *Corvus.* IIII. *M. Atilius. M. F.* *Regulus.*
M. Valerius. M. F. M. N. Corvus. III. Cos. IV. De Caleneis.
An. C D X I I X. Ibid. Mart.
L. Aimilius. L. F. L. N. *Mamercinus. Qui*
Poſtea Privernas *Appell. Eſt.* *Dict.* *Comit. Habend. Cauſſa.*
Q. Publilius. Q. F. Q. N. *Philo.* *Mag. eq.*
T. Veturius. *Calvinus.* *Sp. Poſtumius.* *Albinus.*
P. Cornelius. *Rufinus.* *Dict.* *Rei Ger. Cauſſa.*
M. Antonius. *Mag. eq.*
Vitio Creati. *Abdicarunt.*
CDXX. *Hoc Anno Sine* *Conſulibus Reſp. Fuit.*
A. Cornelius. P. F. A. N. *Coſſus Aruina.* II. *Cn. Domitius.* *Calvinus.*
M. Papirius. L. F. M. N. *Craſſus.* *Dict.* *Rei Ger. Cauſſa.*
P. Valerius. P. F. L. N. *Poplicola.* *Mag. eq.*
Cens. Q. Publilius. Q. F. Q. N. *Philo.* *Sp. Poſtumius.* *Albinus. L. F. XXIIII.*
L. Valerius. *Potitus Flaccus.* *M. Claudius.* *Marcellus.*
Cn. Quinctilius. *Varus.* *Dict.* *Clavi Fig. Cauſſa.*
L. Valerius. *Potitus Flaccus.* *Mag. eq.*
L. Papirius. L. F. M. N. *Craſſus.* II. *L. Plautius. L. F.* *Venno.*
L. Aimilius. L. F. L. N. *Mamercinus.* II. *C. Plautius. P. F. P. N.* *Decianus.*
L. Aimilius. L. F. L. N. Mamercin. Privernas. Cos. II. De Privernatib. Ann. CDXXIV. K. Mart.
C. Plautius. P. F. P. N. Decianus. Cos. De Privernatibus. Ann. CDXXIV. K. Mart.
P. Cornelius. *Scapula.* *P. Plautius. C. F. P. N.* *Proculus.*
L. Cornelius. *Lentulus.* *Q. Publilius. Q. F. Q. N.* *Philo.* II.
M. Claudius. *Marcellus.* *Dict.* *Comit. Hab. Cauſſa.*
Sp. Poſtumius. *Albinus.* *Mag. eq.*
Vitio Facti *Abdicarunt.*
L. Papirius. Sp. F. L. N. *Curſor.* *C. Poetelius. C. F. C. N.* *Libo Viſolus.* II.
Q. Publilius. Q. F. Q. N. Philo. II. Primus. Pro. Cos.
De Samnitibus. Palaepolitaneis. Ann. CDXXVII. K. Mai.
L. Furius. Sp. F. M. N. *Camillus.* II. *D. Junius.* *Brutus Scaeva.*

L. Papirius. Sp. F. L. N. *Curſor.* *Dict.* *Rei Ger. Cauſſa.*
Q. Fabius. M. F. N. N. *Max. Rullian.* *Mag. eq.*
Hic A Dictatore Coactus Abdicavit. In Ejus Locum Factus Eſt
L. Papirius. L. F. M. N. *Craſſus.* *Mag. eq.*
Hoc Anno Dictator. Et Magiſter Eq. Sine Cos. Fuerunt.
L. Papirius. Sp. F. L. N. Curſor. Dict. De Samnitibus. Ann. CDXXIX. III. Non. Mart.

C. Sul-

CDXXX. *C. Sulpicius. Ser. F. Q. N.* *Longus.* II. *Q. Aulius. Q. F. Ai. N.* *Cerretanus.*
Q. Fabius. M. F. N. N. *Maxim. Rullian.* *L. Fulvius. L. F. L. N.* *Curvus.*
A. Cornelius. P. F. A. N. *Coſſus Arvina.* *Dict.* *Ludorum Ro. Cauſſa.*
M. Fabius. M. F. N. N. *Ambuſtus.* *Mag. eq.*
L. Fulvius. L. F. L. N. Curvus. Cos. De Samnitibus. Ann. CDXXXI. Quirinalibus.
Q. Fabius. M. F. N. N. Maximus Rullianus. Cos.
De Samnitibus. Et Apuleis. Ann. CDXXXI. XII. K. Mart.
Ti. Veturius. *Calvinus.* II. *Sp. Poſtumius.* *Albinus.* II.
Q. Fabius. *Ambuſtus.* *Dict.* *Comit. Hab. Cauſſa.*
P. Aelius. *Paetus.* *Mag. eq.*
Vitio Creati Abdicarunt. In Eorum Loc. Facti Sunt
M. Aemilius. *Papus.* *Dict.* *Comit. Hab. Cauſſa.*
L. Valerius. *Flaccus.* *Mag. eq.*
L. Papirius. Sp. F. L. N. *Curſor.* II. *Q. Publilius. Q. F. Q. N.* *Philo.* III.
C. Mainius. *P. F. P. N.* *Dict.* = = = = *Cauſſa.*
M. Foslius. *C. F. M. N.* *Flaccinator.* *Mag. eq.*

L. Cornelius. *Lentulus.* *Dict.* *Rei Ger. Cauſſa.*
L. Papirius. *L. F. Sp. N.* *Curſor.* II. *Mag. eq.*

T. Manlius. L. F. *A. N.* *Imperioſ. Torquatus.* III. *Dict.* = = = = *Cauſſa.*
L. Papirius. *L. F. M. N.* *Curſor.* *Mag. eq.*
L. Papirius. *Sp. F. L. N.* *Curſor.* III. *Q. Aulius. Q. F. Ai. N.* *Cerretanus.* II.
L. Papirius. Sp. F. L. N. Curſor. II. Cos. III. De Samnitibus. Ann. CDXXXIV. X. K. Septemb.
Cens. = = = = C. *Sulpicius. Ser. F. Q. N.* = *Longus.*
L. Plautius. L. F. L. N. Venno. M. Foslius. C. F. M. N. Flaccinator.
Cens. L. Papirius. L. F. M. N. Craſſus. C. Mainius. P. F. P. N. Luſtrum Fecer. XXV.
Q. Aimilius. Q. F. L. N. Barbula. C. Junius. C. F. C. N. Bubulcus Brutus.
Sp. Nautius. Sp. F. Sp. N. Rutilus. M. Popillius. M. F. M. N. Laenas.
L. Aimilius. L. F. L. N. Mamerc. Privernas. II. Dict. Rei Ger. C.
L. Fulvius. L. F. L. N. Curvus. Mag. eq.
L. Papirius. Sp. F. L. N. Curſor. IV. Q. Poblilius. Q. F. Q. N. Philo. IIII.
Q. Fabius. M. F. N. N. Maximus Rullianus. Dict. R. G. C.
Q. Aulius. Q. F. Ai. N. Cerretan. In Proelio Occiſus eſt. In Ejus. L. F. Eſt. Mag. eq.
C. Fabius. M. F. M. N. Ambuſtus. Mag. eq.
M. Poetelius. M. F. M. N. Libo. C. Sulpicius. S. F. Q. N. Longus. III.
C. Mainius. P. F. P. N. II. Dict. Rei Gerund. Cauſſa.
M. Foslius. C. F. M. N. Flaccinator. Mag. eq.
C. Sulpicius. Ser. F. Q. N. Longus. Cos. III. De Samnitibus. Anno. CDXXXIX. K. Quint.
CDXL. L. Papirius. Sp. F. L. N. Curſor. V. C. Junius. C. F. C. N. Bubulcus Brutus. II.
P. Poetelius. C. F. C. N. Libo Viſolus. Dict. Rei Gerund. Cauſſa.
M. M. F. M. N. Libo. Mag. eq.
M. Valerius. M. F. M. N. Maximus. P. Decius. P. F. Q. N. Mus.
C. Sulpicius. Ser. F. Q. N. Longus. Dict. Rei Gerund. Cauſſa.
C. Junius. C. F. C. N. Bubulcus Brutus. Mag. eq.
Cens. Ap. Claudius. C. F. Ap. N. Caecus. C. Plautius. C. F. C. N. Qui In Hoc. L. F. XXVI. Honore Venox Appellatus Eſt.
M. Valerius. M. F. M. N. Maximus Cos. De Samnitibus. Soraneisq. Ann. CDXXXXI. Idib. Sext.
C. Junius. C. F. C. N. Bubulcus Brutus. III. Q. Aimilius. Q. F. L. N. Barbula. II.
C. Junius. C. F. C. N. Bubulcus Brutus. Cos. III. De Samnitibus. An. CDXLII. Nonis Sext.
Q. Aimilius. Q. F. L. N. Barbula. Cos. II. De Etruſceis. An. CDXLII. Idib. Sext.
Q. Fabius. M. F. N. N. Maxim. Rullian. II. C. Marcius. C. F. L. N. Rutilus. Qui Poſtea Cenſorinus Appellatus Eſt.

L. Papirius. Sp. F. L. N. Curſor. II. Dict. Rei Gerund. Cauſſa.
C. Junius. C. F. C. N. Bubulcus Brutus. II. Mag. eq.
Hoc Anno Dictator. Et Magiſter Eq. Sine Cos. Fuerunt.
L. Papirius. Sp. F. L. N. Curſor. III. Dict. II. De Samnitibus. An. CDXLIV. Idibus Oct.
Q. Fabius. M. F. N. N. Maximus Rullian. II. Pro Cos. De Etruſceis. An. CDXLIV. Idib. Nov.

P. Decius. P. F. Q. N. Mus. II. Q. Fabius. M. F. N. N. Maxim. Rullian. III.
Ap. Claudius. C. F. Ap. N. Caecus. L. Volumnius. C. F. C. N. Flamma Violens.
Cens. M. Valerius. M. F. M. N. Maximus. C. Junius. C. F. C. N. Bubulc. Brutus. L. F. XXVII.
Q. Marcius. *Q. F. Q. N.* Tremulus. P. *Cornelius. A. F. P. N.* *Arvina.*
Q. Marcius. Q. F. Q. N. Tremulus Cos. De Anagnineis. Herniceisq. An. CDXLVII. Prid. K. Quint.
P. Cornelius. = = = N. Scipio Barbatus. *Dict.* *Comit. Habend. Cauſſa.*
P. Decius. P. F. *Q. N.* Mus. *Mag. eq.*
L. Poſtumius. L. F. Sp. N. Megellus. Ti. *Minuci. Augurin. In Proel. Occis. E. In. E. L. F. E.*
M. Fulvius. L. F. L. N. *Curvus* *Paetinus.*
M. Fulvius. L. F. L. N. Curvus Paetin. Cos. De Samnitibus. Ann. CDXLIIX. III. Non. Oct.
P. Sempronius P. F. C. N. Sophus. P. *Sulpicius Ser. F. P. N.* *Saverrio.*
Cens. Q. Fabius. M. F. N. N. Maxim. Rullianus. P. *Decius. P. F. Q. N.* *Mus. L. F. XXVII.*
P. Sempronius. P. F. C. N. Sophus Cos. De Aequeis. Ann. CDXLIX. VII. K. Oct.
P. Sulpicius. Ser. F. P. N. Saverrio Cos. De Samnitibus. Ann. CDXLIX. IIII. K. Nov.

CDL. *Ser. Cornelius.* Cn. F. Cn. N. Lentulus. *L. Genucius.* *Aventinenſis.*
M. Livius. = = C. N. Denter. *M. Aimilius. L. F. L. N.* *Paullus.*
C. Junius. C. F. C. N. Bubulcus *Brutus. Dict.* *Rei Gerund. Cauſſa.*
M. Titinius. C. F. C. N. *Mag. eq.*
C. Junius. C. F. C. N. Bubulcus Brutus. II. Dict. De Aequeis. An. CDLI III. K. Sext.

Q. Fabius. M. F. N. N. Max. *Rullian. ii. Dict.* *Rei Gerund. Cauſſa.*
M. Aimilius. L. F. L. N. *Paullus. Mag. eq.*
Hoc Anno Dictator. *Et Magiſter Eq. Sine Cos. Fuerunt.*
M. Valerius. M. F. M. N. *Corvus. ii. Dict.* *Rei Ger. Cauſſa.*
P. *Sempronius. P. F. C. N.* *Sophus. Mag. eq.*
M. Valerius. *M. F. M. N. Corvus.* IV. Dict. II. *De Etruſceis.* *An. CDLII.* X = K. Dec.

Q. Appulejus. = F. C. N. *Panſa.* *M. Valerius. M. F. M. N.* *Corvus. v.*
M. Fulvius. Cn. F. Cn. N. *Paetinus.* *T. Manlius. T. F. T. N.* *Torquatus. In Mag. Mort. Eſt. In Ejus Locum Fact. Eſt.*
M. Valerius. M. F. M. N. *Corvus. vi.*
Cens. P. Sempronius. P. F. C. N. *Sophus.* *P. Sulpicius. Ser. F. P. N.* *Saverrio. L. F. XXIX.*
M. Fulvius. Cn. F. C. N. Paetinus. Cos. De Samnitibus. Nequinatibusque. An. CDLIV. VII. K. Oct.
L. Cornelius. Cn. F. *Scipio.* *Cn. Fulvius. Cn. F. Cn. N.* *Max. Centumalus.*
Cn. Fulvius. Cn. F. Cn. N. Max. Centumalus. Cos. De Samnitibus. Etruſceisq. An. CDLV. Idibus. Nov.
Q. Fabius. M. F. N. N. *Maxim. Rullian. iiii.* *P. Decius. P. F. Q. N.* *Mus. iii.*
Ap. Claudius. C. F. Ap. N. *Caecus. ii.* *L. Volumnius. C. F. C. N.* *Flamma. Violens. ii.*
Q. Fabius. M. F. N. N. M. Rullianus. *v.* *P. Decius. P. F. Q. N. Mus. iiii.* *Qui Se* devovit.
Q. Fabius. M. F. N. N. Maximus. Rullianus III. Cos. V. De Samnitibus. Et Etruſceis. Galleis. An. CDLIIX. Prid. Non. Sept.
L. Poſtumius. L. F. Sp. N. Megellus *ii.* *M. Atilius. M. F. M. N.* *Regulus.*
Cens. P. Cornelius. A. F. P. N. Aruina. *C. Marcius. C. F. L. N.* *Rutilus. L. F.* XXX. *Qui Poſtea Cenſorinus. Appell. Eſt.*
L. Poſtumius. L. F. Sp. N. Megell. Cos. II. De Samnitib. Et Etruſceis. VI. K. Apr. CDLIX.
M. Atilius. M. F. M. N. Regulus Cos. De Volſonibus. Et Samnitib. A. CDLIX. V. K. Apr.
CDLX. L. Papirius. L. F. Sp. N. Curſor. *Sp. Carvilius. C. F. C. N.* *Maximus.*
Sp. Carvilius. C. F. C. N. Maximus Cos. De Samnitibus. An. CDLX. Idibus Jan.
L. *Papirius.* L. F. Sp. N. Curſor *Cos.* *De Samn*itibus. An. CDLX. Idibus Febr.
Q. Fabius. Q. F. M. N. *Maxim. Gurget.* *D. Julius D. F.* *Brutus Scaeva.*
L. Poſtumius. L. F. Sp. N. *Megellus. iii.* *C. Junius. C. F. C. N.* *Brutus Bubulcus.*
Q. Fabius. Q. F. M. N. Maximus Gurges Pro. Cos. De Samnitibus. An. CDLXII. = = = K. Sext.
P. *Cornelius. P. F.* *Rufinus.* *M'. Curius. M'. F. M'. N.* *Dentatus.*
M'. Curius. M'. F. M'. N. Dentatus. Cos. De Samnitibus. *An. CDLXIII.* = = =
P. Cornelius. P. F. Rufinus. Cos. De Samnitibus. *An. CDLXIII.* = = = = =
M'. Curius. M'. F. M'. N. Dentatus. II. Cos. De Sabineis. *An. CDLXIII.* = = =
M'. Curius. M'. F. M'. N. Dentatus. III. Cos. Ovant. De Lucaneis. *An. CDLXIII.* = = =
M. Valerius. M. F. M. N. *Corvinus.* *Q. Caidicius. Q. F.* *Noctua.*
Cens. M'. Curius. M'. F. M'. N. Dentatus. *L. Papirius. L. F. Sp. N. Curſor* *L. F. XXXI.*
Q. Marcius. Q. F. Q. N. *Tremulus. ii.* *P. Cornelius. A. F. P. N.* *Aruina. ii.*
M. Claudius. M. F. *Marcellus.* *Sp. Nautius. Sp. F. Sp. N.* *Rutilus.*
M. Valerius. *Potitus.* *C. Ailius.* *Paetus.*
Q. Hortenſius. In Mag. Mort. E. Dict. *Seditionis Sedandae cauſſa.*
= = = = = *Mag. eq.*
C. Claudius. *Canina.* *M. Aimilius.* *Lepidus.*
C. Servilius. *Tucca.* *L. Caecilius.* *Denter. In Proelio Occis. E. In Ejus Loc. F. E.*
M'. Curius. M'. F. M'. N. *Dentatus. ii.*
Cens. = = = = = = = = *Sp. Carvilius. C. F. C. N. Maximus.*
CDLXX. *P. Cornelius.* *Maximus. Dolabella.* *Cn. Domitius. Cn. F.* *Calvinus.*
P. Cornelius. Dolabella Maximus. Cos. De Galleis. Et Etruſceis. *A. CDLXX.* = = =
C. Fabricius. C. F. C. N. *Luſcinus.* *Q. Aimilius. Cn. F.* *Papus.*
C. Fabricius. C. F. C. N. Luſcinus. Cos. De Etruſceis. Galleiſque. *An. CDLXXI.* III. Non. Mart.

BELLUM TARENTINUM.

L. Aimilius. Q. F. Q. N. *Barbula.* *Q. Marcius. Q. F. Q. N.* *Philippus.*
Q. Marcius. Q. F. Q. N. Philippus. *Cos.* *De* Etruſceis. An. CDLXXII. K. Apr.
P. *Valerius.* *Laevinus.* *Ti. Coruncanius. Ti. F. Ti.* *Nepos.*
Cens. Q. Fabius. Q. F. M. N. Max. Gurges. = *Cn. Domitius. Cn. F. Calvinus. Qui. L. F. XXXII. Primus E Plebe Luſtrum Fecit.*
Ti. Coruncanius. Ti. F. Ti. N. Cos. *De* Vulſinienſibus. Et Vulcientib. An. CDLXXIII. K. Febr.
L. Aimilius. Q. F. Q. N. Barbula. Pro. Cos. De Tarentineis. Samnitibus Et Sallentineis. An. CDLXXIII. VI. Idus. Quint.
P. Sulpicius. P. F. Ser. N. *Saverrio.* *P. Decius. P. F. P. N.* *Mus. In Proel. Occis. Eſt.*
C. Fabricius. C. F. C. N. *Luſcinus. ii.* *Q. Aimilius. Cn. F.* *Papus. ii.*
C. Fabricius. C. F. C. N. Luſcinus. II. Cos. II. De Lucaneis. Bruttieis. Tarentin. Samnitibus. An. CDLXXV. Idibus. Decembr.
P. Cornelius. P. F. *Rufinus. ii.* *C. Junius. C. F. C. N.* *Brutus Bubulcus. ii.*
C. Junius. C. F. C. N. Brutus. Bubulc. Cos. II. De Lucaneis. Et Bruttieis. An. CDLXXVI. Non. Jan.

Q. Fa-

Q. Fabius. Q. F. M. N. Maxim. Gurges. II. C. Genucius. Clepſina.
Q. Fabius. Q. F. M. N. Maximus Gurges II. Cos. II. De Samnitibus. Lucaneis. Bruttieis.
An. CDLXXVII. Quirinalib.
P. Cornelius. P. F. Rufinus. Dict.
= = = = = = Mag. eq. = = = = Cauſſa.
M'. Curius. M'. F. M'. N. Dentatus. III. L. Cornelius. Ti. F. Ser. N. Lentulus.
M'. Curius. M'. F. M'. N. Dentat. IV. Cos. III. De Samnitib. Et Rege Pyrrho. A. CDLXXIIX. = = Febr.
L. Cornelius. Tit. F. Ser. N. Lentul. Cos. De Samnitibus. Et Lucaneis. An. CDLXXIIX. K. Mart.
Cens. C. Fabricius. C. F. C. N. Luſcinus. Q. Aimilius. Cn. F. Papus. L. F. XXXIII.
Ser. Cornelius. Merenda. M'. Curius. M'. F. M'. N. Dentatus. IIII.
CDXXC. C. Fabius. M. F. Dorſo. Licinus. C. Claudius = F. C. N. Canina. II.
C. Claudius. = F. C. N. Canina. Cos. II. De Lucaneis Samnitibus. Et Bruttieis. An. CDXXC. Quirinalibus.
L. Papirius. L. F. Sp. N. Curſor. II. Sp. Carvilius. C. F. C. N. Maximus. II.
Sp. Carvilius. C. F. C. N. Maximus. II. Cos. II. De Samnit. Lucan. Bruttieis. Et Tarentineis. An. CDXXCI. = =
L. Papirius. L. F. Sp. N. Curſor. II. Cos. II. De Tarentineis. Samnit. Lucaneis. Et Bruttieis. An. CDXXCI. = =.
C. Quinctius. Claudus. L. Genucius. Clepſina.
C. Genucius. Clepſina. II. Cn. Cornelius. L. F. Cn. N. Blaſio.
Cn. Cornelius. L. F. Cn. N. Blaſio Cos. De Saſſinatibus. A. CDXXCIII. = = =
Cens. T. Coruncanius. Ti. F. Ti. N. = = = = = = = = Luſtr. Fec. XXXIIII.
C. Fabius. C. F. M. N. Pictor. Q. Ogulnius. L. F. A. N. Gallus.
P. Sempronius. P. F. P. N. Sophus. Ap. Claudius. Ap. F. C. N. Rufus.
P. Sempronius. P. F. P. N. Sophus. Cos. De Peicentibus An. CDXXCV. = = =
Ap. Claudius. Ap. F. C. N. Craſſus. Cos. De Peicentibus. An. CDXXCV. = = =
M. Atilius. M. F. L. N. Regulus. L. Julius. L. F. L. N. Libo.
M. Atilius. M. F. L. N. Regulus. Cos. De Sallentineis. An. CDXXCVI. VIII. = = = =
L. Julius. L. F. L. N. Libo. Cos. De Sallentineis. An. CDXXCVI. VII. K. Febr.
N. Fabius. C. F. M. N. Pictor. D. Junius. D. F. D. N. Pera.
D. Junius. D. F. D. N. Pera. Cos. De Saſſinatibus. An. CDXXCVII. V. K. Octobr.
N. Fabius. C. F. M. N. Pictor. Cos. De Saſſinatibus. An. CDXXCVII. III. Non. Oct.
N. Fabius. C. F. M. N. Pictor. II. Cos. De Sallentineis. Meſſapieiſque. An. CDXXCVII. K. Febr.
D. Junius. D. F. D. N. Pera. II. Cos. De Sallentineis. Meſſapieiſque. An. CDXXCVII. Non. Febr.
Q. Fabius. Q. F. M. N. Max. Gurges. III. L. Mamilius. Vitulus.
Cens. Cn. Cornelius. L. F. Cn. N. Blaſio. C. Marcius. C. F. L. N. Rutulus. II. Qui. L. F. XXXV.
In Hoc Honore Cenſorin. Appel. E.

BELLUM PUNICUM PRIMUM.

Ap. Claudius. C. F. Ap. N. Caudex. M. Fulvius. Q. F. M. N. Flaccus.
M. Fulvius. Q. F. M. N. Flaccus. Cos. De Vulſinienſibus. An. CDXXCIX. K. Nov.
CDXC. M'. Valerius. M. F. M. N. Maximus. M'. Otacilius. C. F. M'. N. Craſſus.
Qui In Hoc Honore Meſſal. Appel. E.
Cn. Fulvius. Cn. F. Cn. N. Maxim. Centumalus. Dict. Clavi Fig. Cauſſa.
Q. Marcius. Q. F. Q. N. Philippus. Mag. eq.
M'. Valerius. M. F. M. N. Maxim. Meſſalla. Cos. De Poenis. Et Rege Siculor. Hierone.
An. CDXC. XVI. K. April.
L. Poſtumius. L. F. L. N. Megellus. Q. Mamilius. Q. F. M. N. Vitulus.
L. Valerius. M. F. L. N. Flaccus. T. Otacilius. C. F. M'. N. Craſſus.
Cn. Cornelius. L. F. Cn. N. Scipio Aſina. C. Duilius. M. F. M. N.
C. Duilius. M. F. M. N. Cos. Primus. Navalem De Sicul. Et Claſſe
Poenica. Egit. An. CDXCIII. K. Interkalar.
L. Cornelius. L. F. Cn. N. Scipio. C. Aquillius. M. F. C. N. Florus.
L. Cornelius. L. F. Cn. N. Scipio. Cos. De Poenis. Et Sardin.
Corſica. An. CDXCIV. V. Id. Mart.
A. Atilius. A. F. C. N. Calatinus. C. Sulpicius. Q. F. Q. N. Paterculus.
C. Aquillius. M. F. C. N. Florus Pro Cos. De Poenis. An. CDXCV. IIII. Non. Oct.
C. Sulpicius. Q. F. Q. N. Paterculus Cos. De Poenis. Et Sardeis An. CDXCV. III. Non. Oct.
Cens. C. Duilius. M. F. M. N. L. Cornelius. L. F. Cn. N. Scipio. L. F. XXXVI.
C. Atilius. M. F. M. N. Regulus. Cn. Cornelius. L. F. Cn. N. Blaſio. II.
Q. Ogulnius. L. F. A. N. Gallus. Dict. Latinar. Fer. Cauſſa.
M. Laetorius. M. F. M. N. Plancianus. Mag. eq.
A. Atilus. A. F. C. N. Calitanus. Pr. Ex Sicilia De Poenis. An. CDXCVI. XIIII. K. Feb.
C. Atilius. M. F. M. N. Regulus Cos. De Poenis Navalem Egit. VIII. = = = An. CDXCVI.
L. Manlius. A. F. P. N. Vulſo Longus. Q. Caedicius. Q. F. Q. N. In Mag. Mort. E.
In Ejus Locum Factus Eſt.
M. Atilius. M. F. L. N. Regulus. II.
L. Manlius. A. F. P. N. Vulſo Long. Cos. De Poenis Navalem Egit. VII. = = = An. CDXCVII.
Ser. Fulvius. M. F. M. N. Paetin. Nobilior. M. Aimilius. M. F. L. N. Paullus.
Cn. Cornelius. L. F. Cn. N. Scipio Aſin. II. A. Atilius. A. F. C. N. Calatinus. II.
Ser. Fulvius. M. F. M. N. Paetinus Nobilior Pro. Cos. De Coſſurenſibus. Et Poeneis.
Navalem Egit. XIII. K. Febr. A. CDXCIX.
M. Aimilius. M. F. L. N. Paullus. Pro. Cos. De Coſſurenſib. Et Poeneis. Navalem.
Egit. XII. K. Febr. An. CDXCIX.
D. Cn. Servilius. Cn. F. Cn. N. Caepio. C. Sempronius. Ti. F. Ti. N. Blaeſus.
Cens.

Cens. D. Junius. D. F. D. N. Pera. Abd. L. Poſtumius. L. F. L. N. Megell. Idem Qui Pr. Erat. In Mag. M. Eſt.
Cn. Cornelius. L. F. C. N Scipio Afioa. Pro. Cos. De Poenis. X. K. April. An. D.
C. Sempronius. Ti. F. Ti. N. Blaeſus. Cos. De Poeoeis. K. April. An. D.
C. Aurelius. L. F. C. N. Cotta. P. Servilius. Q. F. C. N. Geminus.
Ceos M'. Valerius. M. F. M. N. Maxim. Meſſal. P. Sempronius. P. F. P. N. Sophus. L. F. XXXVII.
C. Aurelius. L. F. C. N. Cotta. Cos. De Poeneis Et Siculeis. Idibus April. An. DI.
L. Caecilius. L. F. C. N. Metellus. C. Furius. C. F. C. N. Pacilus.
C. Atilius. M. F. M. N. Regulus. ii. L. Manlius. A. F. P. N. Vulſo. ii.
L. Caecilius. L. F. C. N. Metellus Pro Cos. De Poeoeis. VII. Idus Septemb. A. DIIi.
P. Claudius. Ap. F. C. N. Pulcher. L. Junius. C. F. L. N. Pullus.
M. Claudius. C. F. Glicia. Qui Scriba Fuerat. Dictator. Coact. Abdic. Sine. Mag. eq. In Ejus Locum Factus Eſt.
A. Atilius A. F. C. N. Calatinus. Dict. Rei Geruod. Cauſſa.
L. Caecilius. L. F. C. N. Metellus. Mag. eq.
C. Aurelius. L. F. C. N. Cotta. ii. P. Servilius. Q. F. Cn. N. Geminus. ii.
L. Caecilius. L. F. C. N. Metellus. ii. N. Fabius. M. F. M. N. Buteo.
Cenſores. A. Atilius. A. F. C. N. Calatinus. A. Manlius. T. F. T. N. Torquat. Attic. L. F. XXXVIII.
M'. Otacilius. C. F. M. N. Craſſus. ii. M. Fabius. C. F. M. N. Licinus.
Ti. Coruncanius. Ti. F. Ti. Nepos. Dict. Comit. Hab. Cauſſa.
M. Fulvius. Q. F. M. N. Flaccus. Mag. eq.
M. Fabius. M. F. M. N. Buteo. C. Atilius. A. F. A. N. Bulbus.
A. Manlius. T. F. T. N. Torquat. Attic. C. Sempronius. Ti. F. Ti. N. Blaeſus. ii.
DX. C. Fuodaoius. C. F. Q. N. Fundulus. C. Sulpicius. C. F. Ser. N. Gallus.
C. Lutatius. C. F. C. N. Catulus. A. Poſtumius. A. F. L. N. Albinus.
A. Maolius. T. F. T. N. Torquat. Attic. ii. Q. Lutatius. C. F. C. N. Cerco.
Cens. C. Aurelius. L. F. C. N. *Cotta. N. Fabius. M. F. M. N. Buteo. L. F. XXXIX.*
C. Lutatius. C. F. C. N. Catulus. Pro. Cos. De Poeois. Ex Sicilia *Navale m* Egit. IIII. Non. Octob. A. DXII.
Q. Valerius. Q. F. P. N. Falto. Pro. Pr. Ex Sicilia Navalem Egit. Prid. Non. Octob. An. DXII.
Q. Lutatius. C. F. C. N. Cerco. Cos. De Faliſceis. K. Mart. An. DXII.
A. Manlius. T. F. T. N. Torquatus Atticus. Cos. II. De Faliſceis. IV. Non. *Mart.* Aon. DXII.
C. Claudius. Ap. F. C. N. Centho. M. Sempronius. C. F. M. N. Tuditanus.
C. Mamilius. Q. F. Q. N. Turrious. Q. Valerius. Q. F. P. N. Falto.
Ti. Semprooius. Ti. F. C. N. Gracch. P. Valerius. Q. F. P. N. Falto.
L. Cornelius. L. F. Ti. N. Lentul. Caudin. Q. Fulvius. M. F. Q. N. Flaccus.
L. Cornelius. L. F. Ti. N. Lentulus. Caudinus. Cos. De Liguribus. Idib. Inter. An. DXVii.
P. Cornelius. L. F. Ti. N. Leotul. Caudin. C. Licinius. P. F. P. N. Varus.
Cens. L. Cornelius. L. F. Ti. N. Lent. Caudin. Q. Lutatius. C. F. C. N. Cerco. In M. M. E.
T. Manlius. T. F. T. N. Torquatus. C. Attilius. A. F. A. N. Bulbus. ii.
T. Maolius. T. F. T. N. Torquatus. Cos. De Sardeis. VI. Id. Mart. An. DXViii.
L. Poſtumius. A. F. A. N. Albinus. Sp. Carvilius. Sp. F. C. N. Maximus.
Cens. C. Atilius. A. F. A. N. Bulbus. A. Poſtumius. A. F. L. N. Albious. L. F. XL.
Sp. Carvilius. Sp. F. C. N. Maximus. Cos. De Sardeis. K. April. Ao. Dxix.
DXX. Q. Fabius. Q. F. Q. N. Maxum. Verrucos. M'. Pomponius. M'. F. M'. N. Matho.
Q. Fabius. Q. F. Q. N. Maximus Verrucoſſus. Cos. De Liguribus. K. Febr. Anno. DXX.
M'. Pomponius. M. F. M. N. Matho. Cos. De Sardeis. Idibus. Mart. An. DXx.
M. Aimilius. M. F. M. N. Lepidus. M. Poblicius. L. F. L. N. Malleolus.
M. Pompooius. M'. F. M'. N. Maſo. C. Papirius. C. F. L. N. Matho.
C. Duilius. M. F. M. N. Dict. Comit. Habeod. Cauſſa.
C. Aurelius. L. F. C. N. Cotta. Mag. eq.
Cens. T. Manlius. T. F. T. N. Torquatus. Q. Fulvius. M. F. Q. N. Flaccus. Vit. Facti Abd.
C. Papirius. C. F. L. N. Maſo. Cos. De Corſeis Primus Io Moote Albano. III. Nooas. Mart. An. DXXII.
M. Aimilius L. F. Q. N. Barbula. M. Junius. D. F. D. N. Pera.
Cens. Q. Fabius. Q. F. Q. N. Maxim. Verrucos. M. Sempronius. C. F. M. N. Tuditan. L. F. XLI.
L. Poſtumius. A. F. A. N. Albious. ii. Cn. Fulvius. Cn. F. Cn. N. Centumalus.
Sp. Carvilius. Sp. F. C. N. Maximus. ii. Q. Fabius. Q. F. Q. N. Maxim. Verrucos. ii.
Cn. Fulvius. Cn. F. Cn. N. Centumalus. Pro. Cos. Ex Illurieis Naval. Egit. X. K. Quint. An. DXXV.
P. Valerius. L. F. M. N. Flaccus. M. Atilius. M. F. M. N. Regulus.
M. Valerius. M'. F. M. N. Meſſalla. L. Apuſtius. L. F. C. N. Fullo.

BELLUM GALLICUM CISALPINUM.

L. Aimilius. Q. F. Cn. N. Papus. C. Atilius. M. F. M. N. Regulus.
Cens. C. Claudius. Ap. F. C. N. Centho. M. Junius. D. F. D. N. Pera. L. F. XXXXII.
L. Aimilius. Q. F. Cn. N. Papus. Cos. De Galleis. IIII. Idus. Mart. An. DXXIIX.
T. Manlius. T. F. T. N. Torquatus. ii. Q. Fulvius. M. F. Q. N. Flaccus. ii.
L. Caecilius. L. F. C. N. Metellus. Dict. Comit. Habend. Cauſſa.
N. Fabius. M. F. M. N. Buteo. Mag. eq.
DXXX. C. Flaminius. C. F. L. Nepos. P. Furius. Sp. F. M. N. Philus.
C. Flaminius. C. F. L. N. Cos. De Galleis. VI. Idus Mart. An. DXXX.
P. Furius. Sp. F. M. N. Philus. Cos. De Galleis. Et Liguribus. IIII. Idus Mart. Ann. DXXX.
Cn. Cornelius. L. F. L. N. Scipio Calu. M. Claudius. M. F. M. N. Marcellus.
M. Claudius. M. F. M. N. Marcellus. Cos. De Galleis Inſubribus. Et German. Iſque Spolia Opima Rettulit Duce Hoſtium Virdumaro ad Claſtidium Ioterſecto. Ao. DXXXI. *K. Mart.*

P. Cor-

P. Cornelius. Cn. F. L. N. *Scipio Aſina.* *M. Minucius.* *Rufus.*
P. Cornelius. *Scipio Aſina.* *Cos. De Iſtreis.* *An. DXXXII.* ====
Q. Fabius. Q. F. Q. N. *Max. Verrucos.* *Dict.*
C. Flaminius. C. F. L. *Nepos.* *Mag. eq.* ==== *Vit. Facti. Abd.*
L. Veturius. L. F. *Philo.* *C. Lutatius.* *Catulus.*
Cens. L. Aimilius. Q. F. Cn. N. *Papus.* *C. Flaminius. C. F. L. N.* *L. F. XLIII.*
M. Livius M. F. M. N. *Salinator.* *L. Aimilius. M. F. M. N.* *Paullus.*
L. Aimilius. M. F. M. N. *Paullus. Cos.* *De Illurieis.* *An. DXXXIIII.* ====
M. Livius. M. F. M. N. *Salinator. Cos.* *De Illurieis.* *An. DXXXIIII.* ====

BELLUM PUNICUM SECUNDUM.

P. Cornelius. L. F. L. N. *Scipio.* *Ti. Sempronius. C. F.* *Longus.*
C. Flaminius. C. F. L. N. II *In Proel.* *Cn. Servilius.* *Geminus.*
Occis. Eſt. In Ejus Loc. Fact. Eſt.
M. Atilius. M. F. M. N. *Regulus.* II.
Q. Fabius. Q. F. Q. N. *Maxim. Verrucos.* II. *Dict.*
M. Minucius. *Rufus.* *Mag. eq.* *Rei Gerund. Cauſſa.*
Horum Deinde Aequatum Imperium Eſt.
L. Veturius. L. F. *Philo.* *Dict.*
M'. Pomponius. M'. F. M'. N. *Mattho.* *Mag. eq.* *Comit. Hab. Cauſſa. Vit. Facti. Abd.*
A. Terentius. *Varro.* *L. Aimilius. M. F. M. N.* *Paulus.* II.
In Proelio Occiſus Eſt.
M. Junius. D. F. D. N. *Pera.* *Dict.*
Ti. Sempronius. Ti. F. Ti. N. Gracchus. Qui *Rei Ger. Cauſſa.*
Idem Aedilis. Curulis. Erat. *Mag. eq.*
N. Fabius. M. F. M. N. *Buteo.* *Dict.* *Senatus Leg. Cauſſa.*
Sine Magiſtro Equitum
L. Poſtumius. A. F. A. N. *Albinus.* III. *Ti. Sempronius. Ti. F. Ti. N.* *Gracchus.*
Antequam Iniret. Occis. E. In E. L. F. F.
M. Claudius. M. F. M. N. *Marcellus.* II.
Vitio Factus Abdicavit. *In. E. L. F. F.*
Q. Fabius. Q. F. Q. N. Max. *Verrucoſſus.* III.
Q. Fabius. Q. F. Q. N. *Maxim. Verrucoſſus.* IIII. *M. Claudius. M. F. M. N.* *Marcellus.* III.
Cens. M. Atilius. M. F. M. N. *Regulus.* *P. Furius. Sp. F. M. N.* *Philus.*
Abdicavit. *In Mag. Mortuus. Eſt.*
DXL. *Q. Fabius. Q. F. Q. N.* *Maximus.* *Ti. Sempronius. Ti. F. Ti. N.* *Gracchus.* II.
C. Claudius. Ap. F. C. N. *Centho.* *Dict.*
Q. Fulvius. M. F. Q. N. *Flaccus.* *Mag. eq.* *Comit. Hab. Cauſſa.*
Ap. Claudius. P. F. Ap. N. *Pulcher.* *Q. Fulvius. M. F. Q. N.* *Flaccus.* III.
P. Sulpicius. Ser. F. P. N. *Galba. Maxim.* *Cn. Fulvius. Cn. F. Cn. N.* *Centumalus.*
M. Claudius. M. F. M. N. Marcellus. Pro. Cos. II. De Syracuſaneis. In Monte Albano. An. DXLII. ==
M. Claudius. M. F. M. N. Marcellus. Pro. Cos. III. Ovans. De Syracuſaneis. *An. DXLII.* ===
M. Valerius. *Laevinus.* *M. Claudius. M. F. M. N.* *Marcellus.* IIII.
Q. Fulvius. M. F. Q. N. *Flaccus.* *Dict.*
P. Licinius. P. F. P. N. *Craſſus Dives.* *Mag. eq.* *Comit. Hab. Cauſſa.*
Cens. L. Veturius. *Philo.* *P. Licinius. P. F. P. N.* *Craſſus Dives.*
In Mag. Mortuus. Eſt. *Abdicavit.*
Q. Fabius. Q. F. Q. N. *Max. Verrucoſſus.* V. *Q. Fulvius M. F. Q. N.* *Flaccus.* IIII.
Cens. M. Cornelius. M. F. M. N. *Cethegus.* *P. Sempronius. C. F. C. N.* *Tuditanus.* *L. F. XLIII.*
Neuter Horum Conſularis Erat.
M. Claudius. M. F. M. N. *Marcellus.* V. *T. Quinctius.* *Criſpinus.*
In Proel. Occis. Eſt. *In Proel. Occiſus eſt.*
T. Manlius. T. F. T. N. *Torquatus.* *Dict.*
C. Servilius. C. F. P. *Nepos. Qui* *Mag. Eq.* *Comit. Hab. Et Ludor. Faciend. Cauſſa.*
Idem Aedilis Curulis Erat.
C. Claudius. Ti. F. Ti. N. Nero. M. Livius. M. F. M. N. Salinator.
M. Livius. M. F. M. N. *Salinator. Cos. De Poenis. Et Aſdrubale.* *An. DXLVI.* ====
C. Claudius. Ti. F. Ti. N. *Nero. Cos. De Poenis. Et Aſdrubale.* *An. DXLVI.* ====
M. Livius. M. F. M. N. Salinator. Dict.
Q. Caecilius. L. F. L. N. Metellus. Mag. eq. Comit. Hab. Cauſſa.
Q. Caecilius. L. F. L. N. Metellus. L. Veturius. L. F. L. N. Philo.
P. Cornelius. P. F. L. N. Scipio. Qui Poſtea. P. Licinius. P. F. P. N. Craſſ. Dives,
African. Appell. Eſt.
Q. Caecilius. L. F. L. N. Metellus. Dict.
L. Veturius. L. F. L. N. Philo. Mag. Eq. Comit. Habend. Cauſſa.
M. Cornelius. M. F. M. N. Cethegus. P. Sempronius C. F. C. N. Tuditanus.
Cens. M. Livius. M. F. M. N. Salinator. C. Claudius. Ti. F Ti. N. Nero. L. F. XXXXV.
DL. Cn. Servilius. Co. F. Cn. N. Caepio. C. Servilius. C. F. P. Nepos.
P. Sulpicius, Ser. F. P. N. Galba Maximus. Dict.
M. Servilius. C. F. P. N. Pulex. Geminus. Mag. Eq. Comit. Habend. Cauſſa.
Ti. Claudius. P. F. Ti. N. Nero. M. Servilius. C. F. P. N. Pulex Geminus.
C. Servilius C. F. P. Nepos. Dict.
P. Atilius. Q. F. P. N. Paetus. Mag. Eq. Comit. Habend. Cauſſa.

Cn. Cor-

Cn. Cornelius. L. F. L. N. Lentulus. P. Ailius. Q. F. P. N. Paetus.
P. Cornelius. P. F. L. N. Scipio African. Pro. Cos. De Poeneis. Annibale.
Et Syphace Rege Ex Africa Ann. DLII.===

BELLUM PHILIPPICUM.

P. Sulpicius. Ser. F. P. N. Galba. Maxim. II. C. Aurelius. C. F. C. N. Cotta.
L. Cornelius. L. F. L. N. Lentulus. Pro. Cos. Ovans. Ex Hiſpania Citeriore. A. DLIII.===
L. Furius. Sp. F. Sp. N. Purpureo. Pr. De Galleis. An. DLIII.===
L. Cornelius. L. F. L. N. Lentulus. P. Villius. Ti. F. Ti. N. Tappulus.
Cens. P. Cornelius. P. F. L. N. Scipio African. P. Ailius. Q. F. P. N. Paitus. L. F. XXXXVI.
T. Quinctius T. F. L. N. Flamininus. Sex. Ailius. Q. F. P. N. Paitus. Catus.
C. Cornelius. L. F. M. N. Cethegus. Q. Minucius. C. F. C. N. Rufus.
C. Cornelius. L. F. M. N. Cethegus. Cos. De Inſubrib. Et Caenomaneis. An. DLVI.===
Q. Minucius. C. F. C. N. Rufus. Cos. De Liguribus. Bojeiſque Galleis. In Monte Albano. An. DLVI.===
L. Furius. Sp. F. Sp. N. Purpureo. M. Claudius. M. F. M. N. Marcellus.
Cn. Cornelius Lentulus. Pro Cos. Ovans. Ex Hiſpania. Citer. An. DLVII.===
M. Claudius. M. F. M. N. Marcellus. Cos. De Comenſib. Et Inſubribus. A. DLVII. IV. Non. Mart.
M. Porcius. M. F. Cato. L. Valerius. P. F. L. N. Flaccus.
M. Helvius. Blaſio. Pro Pr. Ovans Ex Hiſpan. Citeriore. An. DLVIII.===
Q. Minucius. Q. F. L. N. Thermus Pro Pr. Ex Hiſpania Citeriore. An. DLVIII.===
P. Cornelius. P. F. L. N. Scipio African. II. Ti. Sempronius. Ti. F. C. N. Longus.
Cens. Sex. Ailius. Q. F. P. N. Paitus Catus. C. Cornelius. L. F. M. N. Cethegus. L. F. XXXXVII.
M. Porcius. M. F. Cato. Pro. Cos. Ex Hiſpania Citeriore. An. DLIX.===
T. Quinctius. T. F. L. N. Flaminius. Pro. Cos. Ex Macedonia.
Et Rege Philippo Per Triduum. A. DLIX.===
DLX. L. Cornelius. L. F. == Merula. Q. Minucius. Q. F. * Q. N. Thermus.
L. Quinctius. T. F. L. N. Flaminin. Cn. Domitius. L. F. L. N. Ahenobarbus.

BELLUM ANTIOCHINUM.

M'. Acilius C. F. L. N. Glabrio. P. Cornelius. Cn. F. L. N. Scipio Naſica.
M. Fulvius. M. F. Ser. N. Nobilior. Pr. Ovans. Ex Hiſpania Ulteriore. An. DLXII.===
P. Cornelius. Cn. F. L. N. Scipio Naſica. Cos. De Bojeis. An. DLXII.===
L. Cornelius. P. F. L. N. Scipio. Qui poſtea C. Laelius. C. F. C. Nepos.
Aſiaticus Appellatus. Eſt.
M'. Acilius. C. F. L. N. Glabrio. Pro. Cos. De Aetoleis. Et Rege Antiocho. An. DLXIII.===
Cn. Manlius. Cn. F. L. N. Vulſo. M. Fulvius. M. F. Ser. N. Nobilior.
Cens. T. Quinctus. T. F. L. N. Flaminin. M. Claudius M. F. M. N. Marcellus. L. F. XXXXVIII.
L. Aimilius. M. F. Regilius. Pro Pr. De Rege Antiocho Navalem Egit. An. DLXIIII. K. Febr.
L. Cornelius. P. F. L. N. Scipio Aſiaticus Pro. Cos. De Rege Antiocho Ex Aſia. An. DLXIIII. Prid. K. Mart.
Q. Fabius. Q. F. Q. N. Labeo. Pr. Navalem Egit. Ex Creta Inſula. An. DLXIIII.===
C. Livius. M. F. M. N. Salinator. M. Valerius. M. F. M'. N. Meſſalla.
M. Aimilius. M. F. M. N. Lepidus. C. Flaminius. C. F. C. Nepos.
M. Fulvius. M. F. Ser. N. Nobilior. Pro. Cos. De Aetolis. Et Cephallenia. An. DLXVI. X. K. Jan.
Cn. Manlius. Cn. F. L. N. Vulſo. Pro. Cos. De Galleis Aſiaticeis. An. DLXVI. III. Non. Mart.
Sp. Poſtumius. L. F. A. N. Albinus. Q. Marcius. L. F. Q. N. Philippus.
Ap. Claudius. Ap. F. P. N. Pulcher. M. Sempronius. M. F. C. N. Tuditanus.
L. Manlius. L. F. L. N. Acidin. Fulvian. Pro. Pr. Ovans. Ex Hiſpania Citeriore. A. DLXVIII.===
P. Claudius. Ap. F. P. N. Pulcher. L. Porcius. L. F. M. N. Licinus.
Cens. L. Valerius. P. F. L. N. Flaccus. M. Porcius. M. F. Cato. L. F. XXXXVIIII.
C. Calpurnius. C. F. Cn. N. Piſo. Pr. De Luſitaneis. Et Celtibereis. An. DLXVIIII.===
L. Quinctius Criſpinus. Pr. De Luſitaneis. Et Celtibereis. An. DLXVIIII.===
DLXX. Q. Fabius. Q. F. Q. N. Labeo. M. Claudius. M. F. M. N. Marcellus.
L. Aimilius L. F. M. N. Paullus. Cn. Baebius. Q. F. Cn. N. Tamphilus.
A. Terentius. Varro. Pro Pr. Ovans Ex Hiſpania Citeriore. An. DLXX.===
P. Cornelius. L. F. P. N. Cethegus. M. Baebius. Q. F. Cn. N. Tamphilus.
L. Aimilius. L. F. M. N. Paullus. Pro. Cos. De Ligurib. Ingauneis. A. DLXXII.===
A. Poſtumius. A. F. A. N. Albinus. C. Calpurnius. C. F. C. N. Piſo. In M. M. E. In E. L. F. E.
Q. Fulvius. Cn. F. M. N. Flaccus.
P. Cornelius. L. F. P. N. Cethegus. Pro. Cos. De Liguribus. An. DLXXIII.===
M. Baebius. Q. F. Cn. N. Tamphilus. Pro. Cos. De Liguribus. An. DLXXIII.===
Q. Fulvius. Q. F. M. N. Flaccus. Pro. Pr. Ex Hiſpania Citeriore. An. DLXXIII.===
L. Manlius. L. F. L. N. Acidinus Fulvian. Q. Fulvius. Q. F. M. N. Flaccus.
Hei Fratres Germani Fuerunt.
Cens. M. Aimilius. M. F. M. N. Lepidus. M. Fulvius. M. F. Ser. N. Nobilior. Luſtr. F. L.
Q. Fulvius Q. F. M. N. Flaccus. II. Cos. De Liguribus. Ann. DLXXIV.===
M. Junius. M. F. L. N. Brutus. A. Manlius. Cn. F. L. N. Vulſo.
Ti. Sempronius. P. F. Ti. N. Gracchus. Pro Pr. De Celtibereis. Ann. DLXXV.===
L. Poſtumius. A. F. A. N. Albinus. Pro. Pr. De Vaccaeis. Et Luſitaneis. An. DLXXV.===
C. Claudius. Ap. F. P. N. Pulcher. Ti. Sempronius. P. F. Ti. N. Gracchus.
C. Claudius. Ap. F. P. N. Pulcher. Cos. De Iſtreis. Et Liguribus. An. DLXXVI.===
Cn. Cornelius. L. F. L. N. Scipio Hiſpalus. Q. Petillius. C. F. Q. N. Spurinus. In Mag.
In Mag. Mortuus Eſt. In Ejus L. F. E. Poſtea quam Sibi Conleg. Subrog. Occis. E.
C. Valerius. M. F. P. N. Laevinus.

P. Mu-

P. Mucius. Q. F. P.N. Scaevula. M. Aimilius. M. F. M. N. Lepidus. II.
Ti. Sempronius. P. F. Ti. N. Gracchus. Pro. Cos. II. *De Sardeis.* *Ann. DLXXIIX.* ===
C. Volerius. M. F. P. N. *Laevinus. Pro Cos.* *De Li*guribus. *An. DLXXVIII.* ====
P. *Mucius*. Q. F. P. N. *Scaevula. Cos. De Li*guribus. *An. DLXXVIII.* ====
Sp. Poſtumius. A. F. A. N. Albin. Paullul. Q. Mucius. Q. F. P. N. Scaevula.
Cens. Q. Fulvius. Q. F. M. N. Flaccus. A. Poſtumius. A. F. A. N. Albinus. Luſtr. F. LI.
Ap. Claudius. *C. F. Centho Pro.* Pr. Ovans. *Ex Celtiberia.* *An. DLXXIX.* ====
DXXC. L. Poſtumius. A. F. A. N. Albinus. M. Popillius. P. F. P. N. Laenas.
C. Popillius. P. F. P. N. Laenas. P. Ailius. P. F. P. N. Ligus.
Ambo Primi De Plebe.
C. Cicerejus ==it. Pro. Pr. Ex Corſica In Monte Albano. An. Dxxc1. K. Oct*ob.*

BELLUM PERSICUM.

P. Licinius. C. F. P. N. Craſſus. C. Caſſius. C. F. C. N. Longinus.
A. Hoſtilius. L. F. A. N. Mancinus. A. Atilius. C. F. C. N. Serranus.
Q. Marcius. L. F. Q. N. Philippus. II. Cn. Servilius. Cn. F. Cn. N. Caepio.
Cens. C. Claudius. Ap. F. P. N. Pulcher. Ti. Sempronius P. F. Ti. N. Gracchus. L. F. LII.
L. Aimilius. L. F. M. N. Paullus. II. C. Licinius. C. F. P. N. Craſſus.
Q. Ailius. P F. Q. N. Pætus. M. Junius. M. F. M. N. Pennus.
L. Aimilius. L. F. M. N. Paullus II. Pro. Cos. Ex Macedon. Et Rege Perſe.
Per Triduum. IIII. III. Pridie K. Decemb. A. DXXCVI.
Cn. Octavius. Cn. F. Cn. N. Pro. Pr. *Ex* Macedon. Et Rege Perſe Naval. Egit. An. DXXCVI. K. Dec.
*L. Ani*cius. L. F. M. N. Gallus. Pro. Pr. De Rege Gentio. Et Illurieis. A. DXXCVI. Quirinalibus.
C. Sulpicius. C. F. C. N. Gallus. M. Claudius. M. F. M. N. Marcellus.
*M. Cl*audius. M. F. M. N. Marcellus. Cos. De Galleis Contrubeis. Et
Liguribus === tibuſque. An. DXXCVII. == Interk.
*C. Sulpici*us. C. F. C. N. *Gallus.* Cos. *De Ligur*ibus Ta==rneis. An. DXXCVII. X. K. Mart.
T. Manlius. A. F. T. N. Torquatus. Cn. Octavius. Cn. F. Cn. N.
A. Manlius. A. F. T. N. Torquatus. Q. Caſſius. L. F Q N. Longinus. In M. M. E.
Cens. L. Aimilius. L. F. M. N. Paullus. Q. Marcius. L. F Q N. Philippus. L F. LIII.
DXC. Ti. Sempronius. P. F. Ti. N. Gracchus. II. M'. Juventius. T. F. T. N. Thalna.
P. Cornelius. P. F. Cn. N. Scipio Naſica. C. Marcius. C. F. Q N. Figulus.
Vitio Facti Abdicarunt. In Eorum Loc. Facti Sunt.
P. Cornelius. L. F. L. N. Lentulus. Cn. Domitius. Cn. F. L. N. Ahenobarbus.
M. Valerius. M. F. M. N. Meſſalla. C. Fannius. C. F. C. N. Strabo.
L. Anicius. L. F. L. N. Gallus. M. Cornelius. C. F. C. N. Cethegus.
Cn. Cornelius. Cn. F. Cn. N. Dolabell. M. Fulvius. M. F. M. N. Nobilior.
Cens. P. Cornelius. P. F. Cn. N. Scipio Naſica. M. Popillius. P. F. P. N. Lænas. L. F. LIIII.
M. Aimilius. M'. F. M'. N. Lepidus. C. Popillius. P. F. P. N. Lænas II.
M. Fulvius. M. F. M. N. Nobilior. Pro. Cos. *De Ligur*ibus. Et *V*eleatibus. A. DXcv. XII. K. Sept.
Sex. Julius. Sex. F. L. N. Cæſar. L. Aurelius. L. F. L. N. Oreſtes.
L. Cornelius. Cn. F. L. N. Lentul. Lupus. C. Marcius. C. F. Q. N. Figulus II.
P. Cornelius. P. F. Cn. N. Scipio Naſic. II. M. Claudius. M. F. M. N. Marcell. II.
M. Claudius. M. F. M. N. Marcellus. II. Cos. II. *De* ====us. Et ===== An. DXcviii. ===
P. *Cornelius.* P. F. *Cn. N.* *Scipio. Naſica Cos. De Dalmateis. An. DXCVIII.* ====
Q. Opimius. Q. F. Q. Nepos. L. Poſtumius Sp. F. L. N. Albin. In M. M E. In E. L. F. E.
M'. Acilius. M'. F. C. N. . Glabrio.
Cens. M. Valerius. M. F. M. N. Meſſalla. C. Caſſius. C. F. C. N. Longinus. Luſtr. F. LV.
Q. Opimius. Q. F. Q. N. Cos. De Liguribus. *An. DXCIX.* ===
DC. *Q. Fulvius. M. F. M. N.* Nobilior. Ti. Annius. T. F. *Luſcus.*
L. Mummius. Pr. De Luſitaneis. *An. DC.* =====
M. Claudius. M. F. M. N. . Marcell. III. L. Valerius L. F. P. N. *Flaccus. In Mag.* M. E.
L. Licinius. ===N. Lucullus. A. Poſtumius. A. F. A. N. Albinus.
M. Claudius. M. F. M. N. Marcellus. III. Pro. Cos. De Celtiberis. *An. DCII.* ===
T. Quinctius. T. F. T. N. Flaminin. M'. Acilius. L. F. K. N. Balbus.

BELLUM PUNICUM TERTIUM.

L. *Marcius.* C. F. =. N. Cenſorinus. M'. Manilius. P. F. P. N.
Sp. Poſtumius. Sp. F. A. N. Albinus Magn. L. Calpurnius. C. F. C. N. *Piſo Caeſonin.*
P. *Cornelius.* P. F. P. N. *Scipio* African. Aimil. C. Livius. M. *Aimiliani F. M. N.* Druſus.
Cens. L. *Cornelius. Cn.* F. L. *N.* Lentulus Lupus. L. Marcius. C. F. C N. *Cenſorin.* L. F. LVI.
Cn. Cornelius. Lentulus. L. Mummius. L. F. L. N.
Q. Caecilius. Q. F. L. N. Metellus. Pro. Pr. *Ex Macedonia. De Andriſco. An. DCVII.* ===
P. *Cornelius.* P. F. P. N. *Scipio African. Aimil.* Pro. *Cos. De* Poeneis. *Et*
Aſdrubale. Ex Africa. An. DCVII. ====
Q. Fabius. *Q. F. Q. N.* *Maxim.* Aimilian. L. Hoſtilius. A. F. L. N. Mancinus.
L. Mummius. II. *Pro. Cos. De Achaeis. Et Corinthiis. An. DCVIII.* ===
Ser. Sulpicius. Ser. F. P. N. Galba. L. Aurelius. N. Cotta.
DCX. *Ap. Claudius. Ap. F. Ap. N.* Pulcher. Q. Caecilius. *Q. F. * L. N.* *Metell.* Macedon.
Ap. Claudius. Ap. F. Ap. N. *Pulcher. Cos.* *De Salaſſeis Ex Alpibus.* *An. DCX.* ===
L. Caecilius. Q. F. L. N. *Metellus.* Calvus. *Q. Fabius. Q. F. Q. N.* *Maxim.* Servilian.
Cens. P. *Cornelius.* P. F. P. N. *Scipio African.* Aemilian. L. *Mummius.* *Achaicus.* L F. LVII.

Digitized by Google

Cn. Servilius. Cn. F. Cn. N. Caepio. Q. Pompejus. A. F.
C. Laelius. C. F. C. N. Sapiens. Q. Servilius. Cn. F. Cn. N. Caepio.
Cn. Calpurnius. Piſo. M. Popillius. M. F. P. N. Laenas.
P. Cornelius. P. F. P. N. Scipio Naſica Serapio. D. Junius. M. F. M. N. Brutus.
Qui Poſtea Callaicus Appellat. Eſt.
M. Aimilius. M. F. M. N. Lepidus Porcina. C. Hoſtilius. Mancinus.
P. Furius. = Philus. Sex. Atilius. Serranus.
Cens. Ap. Claudius. Ap. F. Ap. N. Pulcher. Q. Fulvius. M. F. M. N. Nobilior. L. F. LVIII.
Ser. Fulvius Flaccus. C. Calpurnius. Piſo.
M. Perperna. Pr. Ovans De Serveis Fugitiveis Ex Sicilia. An. DCXVIII. / / / /
Ser. Fulvius. Flaccus Cos. De Vardaeis. Ex Illurico. An. DCXVIII. ===
P. Cornelius. P. F. P. N. Scipio African. Aimil. II. C. Fulvius. Flaccus.
DCXX. P. Mucius. P. F. Q. N. Scaevula. L. Calpurnius. Piſo Frugi.
P. Popillius. C. F. P. N. Laenas. P. Rupilius. P. F. P. N.
D. Junius. M. F. M. N. Brutus. Pro Cos. De Luſitaneis. Et Galleceis. Ex Hiſpania Ulteriore. An. DCXXI. ====
P. Cornelius. P. F. P. N. Scipio Afric. Aimilian. II. Pro. Cos. De Numantineis. Ex Hiſpania Citeriore. An. DCXXI. ====
P. Licinius. P. F. P. N. Craſſus. Mucianus. L. Valerius. L. F. L. N. Flaccus. Flam. Mart.
Cens. Q. Caecilius. Q. F. L. N. Metellus Macedon. Q. Pompejus. A. F. L. F. L. I X.
Ambo Primi E Plebe.
P. Rupilius. P. F. P. N. Pro Cos. Ovans De Serveis Fugitiveis Ex Sicilia. An. DCXXII. ===
M. Perperna. C. Claudius. C. F. Ap. N. Pulcher. Lentulus.
C. Sempronius. C. F. C. N. Tuditanus. M'. Aquillius. M'. F. M'. N.
C. Sempronius. C. F. C. N. Tuditan. Cos. De Japudibus. An. DCXXIV. K. Oct.
Cn. Octavius. Cn. F. Cn. N. T. Annius. T. F. T. N. Rufus.
L. Caſſius. Q. F. L. N. Longinus. Ravilla. L. Cornelius. L. F. Cinna.
M. Aimilius Lepidus. L. Aurelius. L. F. L. N. Oreſtes.
M'. Aquillius. M'. F. M'. N. Pro. Cos. Ex Aſia. Ann. DCXXVII. III. Idus. Novembr.
Cens. Q. Fabius. Q. F. Q. N. Max. Servilian. L. Caecilius. Q. F. L. N. Metellus. Calvus.

BELLUM ALLOBROGICUM.

M. Plautius. Hypſæus. M. Fulvius. M. F. Q. N. Flaccus.
Cens. Cn. Servilius. Cn. F. Cn. N. Caepio. L. Caſſius. Q. F. L. N. Longinus. Ravilla. L. F. LX.
C. Caſſius. C. F. C. N. Longinus. C. Sextius. Calvinus.
DCXXX. Q. Caecilius. Q. F. Q. N. Metell. Balear. T. Quinctius. T. F. T. N. Flamininus.
M. Fulvius. M. F. Q. N. Flaccus. Pro. Cos. De Liguribus Vocontieis. Et Salvieis. An. DCXXX. ===
Cn. Domitius. Cn. F. Cn. N. Abenobarbus. C. Fannius. C. F. C. Nepos.
C. Sextius Calvinus. Pro. Cos. De Salvieis. An. DCXXXI. ===
Q. Fabius. Q. F. Q. N. Maxim. Qui Poſtea Allobrogicus Appellat. Eſt. L. Opimius.
Q. Caecilius. Q. F. Q. N. Metell. Balearicus. Pro. Cos. De Balearibus A. DCXXXII. ===
Cn. Domitius. Cn. F. L. N. Abenobarbus. Pro Cos. De Allobrogib. Et Arverneis. An. DCXXXII. ===
P. Manilius. C. Papirius. Carbo.
Q. Fabius. Q. F. Q. N. Maxim. Allobrog. Pro. Cos. De Allobrogibus. Ruteneis. Arverneis. Et Rege Bituito. An. DCXXXIII. ====
Cens. L. Calpurnius. Piſo Frugi. Q. Caecilius. Q. F. Q. N. Metell. Balear. L. F. LXI.
L. Caecilius. L. F. Q. N. Metellus. Calvus. L. Aurelius. Cotta.
M. Porcius. M. F. M. N. Cato. In M. M. Eſt. Q. Marcius. Rex.
L. Caecilius. Q. F. Q. N. Metell. Qui In Hoc Honore Dalmatic. Appell. Eſt. Q. Mucius. Q. F. Q. N. Scaevula.
Q. Marcius. Rex. Pro Cos. De Galleis. An. DCXXXVI. ===
C. Licinius. Geta. Q. Fabius. Maximus. Eburnus.
L. Caecilius. Q. F. Q. N. Metell. Dalmatic. Cos. De Dalmateis. An. DCXXXVII. ===
M. Aimilius. Scaurus. M. Caecilius. Q. F. Q. N. Metellus.
Cens. L. Caecilius. L. F. Q. N. Metell. Calvu. Cn. Domitius. Cn. F. Cn. N. Abenobarbus. L. F. LXII.
M. Aimilius. Scaurus. Cos. De Liguribus. A. DCXXXVIII. ===
M'. Acilius. M'. F. L. N. Balbus. C. Porcius. M. F. M. N. Cato.

BELLUM CIMBRICUM.

DCXL. C. Caecilius. Q. F. Q. N. Metell. Caprarius. Cn. Papirius. C. F. Carbo.
M. Caecilius. Q. F. Q. N. Metellus. Pro. Cos. De Sardeis. An. DCXL. ====
T. Didius. T. F. Sex. N. Pro. Pr. Ex Thracia. De Scordiſceis. An. DCXL. ====
C. Caecilius. Q. F. Q. N. Metellus. Caprar. Cos. Ex Thracia. An. DCXL. ====
M. Livius. C. F. M. N. Druſus. L. Calpurnius. L. F. Piſo Caeſoninus.

BELLUM JUGURTHINUM.

P. Cornelius. P. F. P. N. Scipio Naſica. In M. M. E. L. Calpurnius. Beſtia.
M. Livius. C. F. M. N. Druſus. Pro. Cos. De Scordiſceis Ex Macedonia. Ann. DCXLII. ===
M. Minucius. Q. F. Rufus. S. Poſtumius. Sp. F. Sp. N. Albinus.
Q. Caecilius. L. F. Q. N. Metellus. Qui Poſtea Numidicus Appell. Eſt. M. Junius. Silanus.
Cens. M. Aimilius. Scaurus. Abdic. M. Livius. C. F. M. N. Druſus. In Mag. M. E.
M. Minucius. Q. F. Rufus. Pro. Cos. De Scordiſceis. Et Triballeis. An. DCXLIV. ===
Ser.

Ser. Sulpicius. Ser. F. Ser. N. Galba. = = = = = Damn. Eſt. In E L. F. E.
M. Aurelius. Scaurus.
Cens. Q. Fabius. Q. F. Q. N. Max. Allobrog. C. Licinius. Geta. L. F. LXIII.
Q. Servilius. Q. F. Cn. N. Caepio. Pro. Pr. De Luſitaneis Ex Hiſpania Ulteriore. A. DCXLV. ===
L. Caſſius. L. F. Longinus. In M. Occis. Eſt. C. Marius. C. F.
Q. Caecilius. L. F. Q. N. Metellus. Numidic. Pro. Cos. De Numideis. Et Rege Jugurtha Ann. DCXLVI. = = = = =
C. Atilius. Serranus. Q. Servilius. Q. F. Cn. N. Caepio.
P. Rutilius. M. F. Ruſus. Cn. Mallius.
C. Marius. C. F. II. C. Flavius. Fimbria.
C. Marius. C. F. Cos. II. De Numideis. Et Rege Jugurtha. An. DCXLIX. K. Jan.
DCL. C. Marius. C. F. III. L. Aurelius. L. F. L. N. Oreſtes. In M. M. E.
C. Marius. C. F. IIII. Q. Lutatius. Q. F. Catulus.
M. Antonius. Pro. Pr. De Pirateis. Ex Cilicia. An. DCLI. ===
Cens. Q. Caecilius. L. F. Q. N. Metell. Numidic. C. Caecilius. Q. F. Q. N. Metellus Caprarius. L. F. LXIIII.
C. Marius. C. F. V. M'. Aquillius. M'. F. M.' N.
C. Marius. C. F. II. Cos. V. De Ambronib. Teutoneis. Et Cimbreis. Ann. DCLII. ===
Q. Lutatius. Q. F. Catulus Pro. Cos. De Cimbreis. Ann. DCLII. ===
C. Marius C. F. VI. L. Valerius. Flaccus.
= = = = Pro. Cos. De Luſitanis Ex Ulteriore Hiſpania. An. DCLII. ==
M. Antonius. A. Poſtumius. A. F. A. N. Albinus.
M'. Aquillius. M' F. M'. N. Pro. Cos. Ovans De Servis Ex Sicilia. A. DCLIIII. ====
Q. Caecilius. Q. F. Q. N. Metellus Nepos. T. Didius. T. F. Sex. N.
L. Cornelius. L. F. L. N. Dolabell. Pro. Cos Ex Hiſpania Ulterior. De Luſitan. DCLV. V. K. Feb.
Cn. Cornelius. ===. N. Lentulus. P. Licinius. M. F. P. N. Craſſus.
Cens. L. Valerius. ===. N. Flaccus. M. Antonius. L. F. LXV.
Cn. Domitius. Cn. F. Cn. N. Ahenobarb. C. Caſſius L. F. Longinus.
L. Licinius. L. F. Craſſus. Q. Mucius. P. F. P. N. Scaevula.
C. Coelius. Caldus. L. Domitius. Cn. F. Cn. N. Ahenobarbus.
DCLX. C. Valerius. ===. N. Flaccus. M. Herennius.
T. Didius. T. F. Sex. N. II. Pro. Cos. Ex Hiſpania De Celtibereis. An. DCLX. IIII. Id. Jun.
P. Licinius. M. F. P. N. Craſſus. Pro. Cos. De Luſitaneis. An. DCLX. Pridie. Idus. Jun.
C. Claudius C. F. C. N. Pulcher. M. Perperna. M. F.
Cens. Cn. Domitius. Cn. F. Cn. N. Ahenobarb. L. Licinius. L. F. Craſſus.
L. Marcius. Q. F. Q. N. Philippus. Sex. Julius. C. F. Sex. N. Caeſar.

BELLUM MARSICUM.

L. Julius. L. F. Sex. N. Caeſar. P. Rutilius. L. F. L. N. Lupus. In Proel. Occis. E.
Cn. Pompejus. Sex. F. Cn. N. Strabo. L. Porcius. M. F. M. N. Cato. In Pr. Occis. E.
Cn. Pompejus. Sex. F. Cn. N. Strabo. Cos. De Aſculaneis. Picentibus. An. DCLXIV. VI. K. Jan.
Cens. P. Licinius. M. F. P. N. Craſſus. L. Julius. L. F. Sex. N. Caeſar.
L. Cornelius. L. F. P. N. Sulla. Qui poſtea. Felix Appellatus. Eſt. Q. Pompejus. Q. F. Rufus. In Mag. Occiſus. Eſt.
=. Servilius. C. F. M. N. Vatia. Pro. Pr. De = = = = An. DCLXV. XII. K. Novem.
Cn. Octavius. Cn. F. Cn. N. In Mag. Occ. E. L. Cornelius. L. F. L. N. Cinna. Ex. S. C. Mag. Ei Abrogat. E. In Ejus Locum Fact. Eſt.
L. Cornelius. Merula. Flam. Dial. In Mag. Occiſus Eſt.
L. Cornelius. L. F. L. N. Cinna. II. C. Marius. C. F. C. N. VII. In M. M. E. In E. L. F. E.
L. Valerius. Flaccus. II.
Cens. L. Marcius. Q. F. Q. N. Philippus. M. Perperna. M. F. L. F. LXVI.
L. Cornelius. L. F. L. N. Cinna. III. Cn. Papirius. Cn. F. C. N.
Cn. Papirius. Cn. F. C. N. Carbo. II. Solus. Conſulatum. Geſſit. L. Cornelius. L. F. L. N. Cinna. IIII. In Mag. Occiſus Eſt.
DCLXXI. L. Cornelius. L. F. L. N. Scipio Aſiaticus. C. Norbanus.
C. Marius. C. F. C N. In Mag. Occis. Eſt. Cn. Papirius. Cn. F. C. N. Carbo. III. In M. Occis. E.
L. Cornelius. L. F. P. N. Sulla Felix. Dict. Reip. Conſtituendae Cauſſa.
L. Valerius. L. F. L. N. Flaccus. Mag. eq.
M. Tullius. M. F. A. N. Decula. Cn. Cornelius. Dolabella.
L. Cornelius. L. F. L. N. Sulla Felix. Dict. De Rege Mithridate Ex Graecia. Et Aſia Per Biduum. A. DCLXXII. III. K. Febr.
Cn. Pompejus. Cn. F. Sex. N. Magnus. Pro Pr. Ex Africa De Hiarba Rege Primus Eques Ro. A. DCLXXII.
L. Cornelius. L. F. P. N. Sulla Felix. II. Q. Caecilius. Q. F. L. N. Metellus. Pius.
L. Licinius. Murena Pro. Pr. Ex Ponto De Mithridate Rege. An. DCLXXIII.
P. Servilius. C. F. M. N. Vatia. Qui Poſtea. Iſauricus. Appellatus. Eſt. Ap. Claudius. C. F. C. N. Pulcher.
M. Aimilius. Q. F. M. N. Lepidus. Q. Lutatius. Q. F. Q. N. Catulus.
D. Junius. D. F. M. N. Brutus. Mam. Aimilius. Mam. F. Lepid. Livianus.
Cn. Cornelius Dolabella. Pro. Cos. Ex Macedonia. An. DCLXXVI. ===
Cn. Octavius. M. F. Cn. N. C. Scribonius. C. F. Curio.
L. Octavius. Cn. F. Cn. N. C. Aurelius. M. F. Cotta.

L. Licinius. L. F. L. N. Lucullus. M. Aurelius. *M. F.* *Cotta.*
P. Servilius. C. F. M. N. Vatia Iſauricus. Pro Cos. De Iſaureis. Ex Cilicia. An. DCLXXIX. = =
DCXXC. M. Terentius. M. F. *Varr.* Lucull. C. *Caſſius.* L. F. *Varus.*
L. Gellius. L. F. *Cn. Cornelius. Cn. F. Lentulus. Clodianus.*
C. Scribonius. C. F. Curio. Pro. Cos. De Dardaneis Ex Macedonia. An. DCXXCI. = = =
Cn. Aufidius. Oreſtes. P. *Cornelius.* = = P. N. *Lentulus Sura.*
M. Terentius. M. F. Varro. Lucullus. Pro. Cos. De Beſſeis. Ex Macedonia. An. DCXXCII. = = =
M. Licinius. P. F. M. N. Craſſus. Pro. Pr. Ovans De Fugitivis. Et Spartaco. A. DCXXCII. = = =
Q. Caecilius. Q. F. Q. N. Metellus Pius. *Pro. Cos. Ex Hiſpania. A. DCXXCII. III. K. Jan.*
Cn. Pompejus. Cn. F. Sex. N. Magnus. II. Pro. Cos. Ex Hiſpania Adhuc Eques Ro. An. DCXXCII. Prid. K. Jan.
Cn. Pompejus. Cn. F. Sex. N. Magnus. M. Licinius. P. F. M. N. Craſſus. Dives.
Cens. Cn. Cornelius. Cn. F. Lentulus. Clodianus. L. Gellius. L. F. L. F. LXVII.
Q. Hortenſius. L. F. Q. Caecilius. L. F. Q. N. Metellus. Qui. Poſtea. Creticus. Appell. Eſt.
M. Puppius. M. F. Piſo. *Pro. Cos. Ex Hiſpania. An. DCXXCIIII.* = =
L. Caecilius. L. F. Q. N. Metellus. In M. M. E. Antequam Mag. Iniret. In E. L. F. E. = = = = = = = = *In Mag. Mort. Eſt.* *Q. Marcius. Q. F. Rex. Solus. Conſulatum Geſſit.*
C. Calpurnius. Piſo. M'. Acilius. M'. F. Glabrio.
M'. Aimilius. Lepidus. L. Volcatius. Tullus.
P. Cornelius. Ser. F. P. N. Sulla. P. Autronius. Paetus.
Hi Anteq. Inirent. Damnati Sunt. In Eorum Locum Facti Sunt.
L. Aurelius. M. F. Cotta. L. Manlius. L. F. Torquatus.
Cens. Q. Lutatius. Q. F. Q. N. Catulus. M. Licinius. P. F. M. N. Craſſus. Abdicarunt.
L. Julius. L. F. L. N. Caeſar. C. Marcius. C. F. Figulus.
Cens. L. Aurelius. M. F. Cotta. P. Servilius. C. F. M. N. Vatia. Iſauricus.
DCXC. *M. Tullius. M. F. M. N. Cicero. C. Antonius. M. F.*
L. Licinius. L. F. L. N. Lucullus. Pro. Cos. De Ponto. Cappadocia. Armenia. Et Regib. Mithridate. Et Tigrane. An. DCXC. = = = =
D. Junius. M. F. Silanus. L. Licinius. L. F. Murena.
Q. Caecilius. L. F. Q. N. Metellus Creticus. Pro. *Cos. Ex Creta Inſula. A. DCXCI.* K. Jun.
M. Pupius. M. F. Piſo. M. Valerius. M. F. Meſſalla. Niger. Cens. L. F. LXVIII.
Cn. Pompejus. Cn. F. Sex. N. Magnus. III. Pro. Cos. *Ex Aſia. Ponto.* Paphlagonia. Cappadocia. *Cilicia. Syria. Armenia.* Pirateis. *Iberia. Creta. De Regib. Mithridate. Et Tigrane. Per Biduum. III. Prid.* K. Octo. An. DCXCII.
L. Afranius. A. F. Q. Caecilius. Q. F. Metellus Celer
C. Julius. C. F. C. N. *Caeſar. M. Calpurnius. Bibulus.*
L. Calpurnius. L. F. L. N. *Piſo Caeſonin. A. Gabinius. A. F.*
P. Cornelius. P. F. *Lentulus Spinther. Q. Caecilius. Q. F. Q. N. Metellus Nepos.*
Cn. Cornelius. P. F. = N. *Lentulus Marcellin. L. Marcius. L. F. Q. N. Philippus.*
Cn. Pompejus. Cn. F. Sex. N. Magnus II. M. Licinius. P. F. *M. N. Craſſus. II.*
Cens. M. Valerius. M. F. Meſſalla. Niger. = = = = = = =
L. Domitius. Cn. F. Cn. N. Ahenobarbus Ap. Claudius. Ap. F. C. N. Pulcher.
C. Pontinius. *Pro. Cos. De Allobrogibus. An.* DCXCIX.
DCC. *Cn. Domitius. M. F. M. N. Calvinus. M. Valerius. Meſſalla.*
Cn. Pompejus. Cn. F. Sex. N. Magnus. III. Sine Conlega. Primus. Q. Caecilius. Q. F. Q. N. Metellus Pius Scipio. Ex A. D. K. Sextil.
Ser. Sulpicius. Q. F. Rufus. M. Claudius. M. F. M. N. Marcellus.
P. Cornelius. P. F. Lentulus Spinther. Pro. Cos. Ex Cilicia. An. DCCII. = =
L. Aimilius. M. F. Paullus. C. Claudius. C. F. M. N. Marcellus.
Cens. Ap. Claudius. Ap. F. C. N. Pulcher. L. Calpurnius. L. F. L. N. Piſo Caeſonin. L. F. LXIX.
C. Claudius. M. F. M. N. Marcellus. L. *Cornelius.* P. F. *Lentulus.*
Eodem Anno.
C. Julius. C. F. C. N. Caeſar. Dict. *Sine Mag. eq. Comit. Hab. Cauſſa.*

C. Julius. C. F. C. N. Caeſar. II. P. *Servilius. P. F. Cn. N. Vatia Iſauricus.*

C. Julius. C. F. C. N. Caeſar. II. Dict. *R. P. C. Et R. Ger. C.*
M. Antonius M. F. M. N. Mag. *eq.*
Eodem Anno.
Q. Fuſius. Q. F. C. N. Calenus. P. Vatinius. P. F.
M. Aimilius. M. F. Q. N. Lepidus. Pro. Pr. Ex Hiſpania. An. DCCVI. = = =

C. Julius. C. F. C. N. Caeſar. III. M. *Aimilius. M. F. Q. N. Lepidus.*
C. Julius. C. F. C. N. Caeſar. Cos. III. De Galleis. An. DCCVII. = = =
C. Julius. C. F. C. N. Caeſar. II. Cos. III. Ex Ponto De Pharnace Rege. An. DCCVII. = = =
C. Julius. C. F. C. N. Caeſar. III. Cos. III. Ex Aegypto. An. DCCVII. = = =
C. Julius. C. F. C. N. Caeſar. IIII. Cos. III. Ex Africa De Juba Rege. An. DCCVII. = = =

C. Julius. C. F. C. N. Caeſar. III. Dict. *R. P. C. Et R. G. C.*
M. Aimilius. M. F. Q. N. Lepidus. Mag. *eq.*
Eodem Anno.

C. Ju-

C. Julius. C.F.C.N. Caeſar. IIII. Sine *Conlega.*
Eodem Anno.
Q. Fabius. Q. F. Q. N. Maximus. In Mag. *C. Trebonius. C. F.*
Mortuus Eſt. In Ejus *Locum Factus Eſt.*
C. Caninius. C. F. C. N. *Rebilus.*
C. Julius. C. F. C. N. Caeſar. V. Cos. IIII. Ex Hiſpania. An. DCCVIII. = Octob.
Q. Fabius. Q. F. Q. N. Maximus. Cos. Ex Hiſpania. An. DCCVIII. III. Idus. Oct.
Q. Pedius. M. F. Pro. Cos. Ex Hiſpania. An. DCCVIII. Idib. Dec.

C. Julius. C. F. C. N. *Caeſar. IIII. Dict.*
M. Aimilius. *M. F. Q. N. Lepidus. II. Mag. eq.* *R. P. C. Et R. G. C.*
C. Octavius. C. F. C. N. Mag. eq.
Ut Qum. *M. Aimilius* Lepidus. Paludatus. *Exiſſet. Iniret.*
Cn. Domitius. M. F. M. N. *Calvinus.*
In Inſequentem *Annum Deſignatus.*
Erat. Non. Iniit.
C. Julius. C. F. C. N. Caeſar. V. *M. Antonius. M. F. M. N.*
P. Cornelius. P. F. Dolabella.
C. Julius. C. F. C. N. Caeſar. VI. Dict. IIII. Ovans Ex Monte Albano. An. DCCIX. VII. K. Febr.

DCCX C. Vibius. *C. F. C. N. Panſa.* *A. Hirtius. A. F.*
In Mag. *Occis.* E. *In* E. *Loc. Fact. Eſt.* *In Mag. Occis. E. In E. Loc. Fact. Eſt.*
C. Julius. C. F. *C. N. Caeſar. Qui* *Q. Pedius. M. F. In Mag. Mort. Eſt.*
Poſtea Imperator *Caeſar Auguſtus Appell.* *In Ejus Locum Factus Eſt.*
Eſt. Abd. In *Ejus Locum Fact. Eſt.*
C. Carrinas. C. F. *P. Ventidius. P. F. Qui idem Praetor Erat.*
M. Aimilius. M. F. Q. N. Lepidus.
M. Antonius. M. F. M. N. } *III. VIRI. R. P. C. Ex. A. D. V. K. Dec. AD. PR. K. Jan. Sex.*
Imp. Caeſar. C. F. C. N.
L. Munatius. L. F. L. N. Plancus. Pro. Cos. Ex Gallia. An. *DCCX.* IIII. K. Jan.
M. Aimilius. M. F. Q. N. Lepidus. II. III. Vir. R. P. C. Pro. Cos. Ex Hiſpania. Pridie. K. *Jan.*

L. Munatius. L. F. L. N. Plancus. *A. Poſtumius. Albinus. Brutus.*
Anteq. iniret. Damn. In. E. Loc. Fact. E.
M. Aimilius. M. F. Q. N. Lepidus. II.
Cens. L. Antonius. M. F. M. N. P. Sulpicius. *P. F. Quirinus. Luſtr. Non Fecer.*
P. Vatinius. P. F. Pro. Cos. De Illurico *Pridie* = =
P. Servilius. P. F. C. N. Vatia. Iſauric. II. *L. Antonius. M. F. M. N.*
L. Antonius. M. F. M. N. Cos. Ex Alpibus. K. Jan.
Cn. Domitius. M. F. M. N. Calvinus. II. *C. Aſinius. Cn. F. Pollio.*
Abdicavit. In Ejus. Loc. Fac. Eſt. *Abdicavit. In Ejus Loc. Fact. Eſt.*
L. Cornelius. P. F. Balbus. *P. Canidius. P. F. Craſſus.*
Imp. Caeſar. Divi. F. C. N. III. Vir. R. P. C. Ovans. Quod Pacem Cum M. Antonio Fecit.
M. Antonius. M. F. M. N. III. Vir. R. P. C. Ovans. Quod Pacem Cum Imp. Caeſare Fecit.
L. Marcius. L. F. C. N. Cenſorinus. *C. Calviſius. C. F. Sabinus.*
L. Marcius. L. F. C. N. Cenſorinus. Cos. Ex Macedonia. An. *DCCXIIII.* K. Jan.
C. Aſinius. Cn. F. Pollio. Pro. Cos. Ex Parthineis. An. DCCXIV. VII. K. Novem.
Ap. Claudius. C. F. Pulcher. *C. Norbanus. C. F. Flaccus.*
P. Ventidius. P. F. Pro. Cos. Ex Tauro Monte. Et Partheis. An. DCCXV. V. K. Decem.

M. Aimilius. M. F. Q. N. *Lepidus.*
M. Antonius. M. F. *M. N.* } *IIIVIRI. R. P. C. II.* * *Ad Prid. K. Quinct.*
Imp. Caeſar Divi. *F. C. N.*
M. Agrippa. L. F. *L. Caninius. L. F. Gallus.*
Abdicavit. In Ejus Loc. Fact. Eſt.
T. Statilius. T. F. Taurus.
L. Gellius. L. F. L. N. Poplicola. *M. Coccejus. M. F. Nerva.*
Abdicavit. In Ejus Loc. Fact. Eſt. *Abdicavit. In Ejus Loc. Fact. Eſt.*
L. Munatius. L. F. L. N. Plancus. *P. Sulpicius. P. F. Quirinus.*
Eodem Anno.
M. Aimilius. M. F. Q. N. Lepidus. IIIVir. R. P. C. II. *Coactus A Conlega*
Imp. Caeſare Divi F. Abdicavit.
Cn. Domitius. M. F. M. N. Calvinus. Pro. Cos. Ex Hiſpania. An. DCCXVII. * XVII. K. Sextil.
Imp. Caeſar Divi. F. C. N. II. IIIVir. R. P. C. II. Ovans. Ex Sicilia. A. DCCXVII. Idib. Novembr.
L. Cornificius. L. F. *Sex. Pompejus. Sex. F.*
L. Scribonius. L. F. Libo. *M. Antonius. M. F. M. N. II. K. Jan.*
Abdic. In Ejus Loc. Fact. Eſt. *Abdic. In Ejus Loc. Fact. Eſt.*
= = = = = = = = = = *L. Sempronius. L. F. L. N. Atratinus.*
Ex K. Julis. *Paullus Aimilius L. F. M. N. Lepidus.*
C. Memmius.
Ex K. Nov. *C. Herennius.*
T. Statilius. T. F. Taurus. Pro. Cos. Ex Africa. A. DCCXIX. Pridie K. Jul.
C. Soſius. C. F. T. N. Pro. Cos. Ex Judaea. An. DCCXIX. III. Nonas Septembr.
C. Norbanus. C. F. Flaccus. Pro. Cos. Ex Hiſpania. An. DCCXIX. * III. Id. Octob.
Imp.

DCCXX. Imp. Caeſar. Divi. F. C. N. II. K. Jan. Sex. Pompejus. Cn. F. Cn. N. Magnus.
Abdic. In Ejus Loc. F. E. Anteq. Iniret. Occis. E. In E. L. F. E.
L. Autronius. L. F. Craſſus. L. Volcatius. L. F. Tullus.
Ex K. Mais. L. Flavius.
Ex K. Julis. M. Atilius.
C. Fontejus.
Ex K. Sept. L. Vinucius.
Ex K. Oct. L. Laenonius.
Cn. Domitius. Cn. F. Cn. N. Ahenobarbus. C. Soſius. C. F. T. N.
Ex K. Julis. Paullus Aemilius. M. F. Q. N. Lepidus.
L. Cornelius.
Ex K. Nov. N. Valerius. M. F. M. N. Meſſalla.
Imp. Caeſar. Divi. F. C. N. III. M. Antonius. M. F. M. N. III.
Anteq. Iniret. Hoſtis Jud. In E. L. F. E.
M. Valerius. M. F. M. N. Meſſalla Corvin.
Ex K. Mais. M. Titius. M. F. Rufus.
EODEM ANNO.
IMP. CAESAR. DIVI F. C. N. EX A. D. IIII. NON. SEPT. VICTO AD ACTIUM
M. ANTONIO IIIVIRO R. P. C. II. SOLUS. REMP. TENUIT.
Ex K. Oct. Cn. Pompejus.
Imp. Caeſar Divi F. C. N. IIII. M. Licinius. M. F. M. N. Craſſus.
Ex K. Julis. C. Antiſtius. Vetus.
Ex Id. Sept. M. Tullius. M. F. M. N. Cicero.
Ex K. Nov. L. Saonius. Rufus.
Imp. Caeſar. Divi F. C. N. V. Sex. Appulejus. Sex. F. Sex. N.
Ex K. Julis. Potitus Valerius. M. F. M. N. Meſſalla.
Ex K. Nov. C. Furnius.
C. Cluvius.
Imp. Caeſar. Divi. F. C. N. III. Cos. V. De Pannonieis. A. DCCXXIIII.
Dalmatis. Japudibus. Et Gallis. VIII. Id. Sext.
C. Carrinas. C. F. Pro. Cos. De Morineis. Galleis. Et Sueveis. A. DCCXXIIII. VIII. Id. Sext.
Imp. Caeſar Divi. F. C. N. IIII. Cos. V. Ex Macedonia. A. DCCXXIIII. VII. Id. Sext.
Imp. Caeſar Divi. F. C. N. V. Cos. v. Ex Aegypto. An. DCCXXIV. VI. Id. Sextil.
L. Autronius. P. F. Craſſus. Pro. Cos. Ex Africa. An. DCcxxIIII. XVII. K. Septembr.
Imp. Caeſar Divi. F. C. N. Auguſtus. M. Agrippa. L. F. Luſtrum Fecerunt. LXX.
Imp. Caeſar Divi. F. C. N. VI. M. Agrippa. L. F. II.
M. Licinius. M. F. M. N. Craſſus. Pro. Cos. Ex Traecia. Et Getheis. A. DCCXXV. * Non. Jul.
Imp. Caeſar Divi. F. C. N. Qui VII. M. Agrippa. L. F.
In Hoc Honore Auguſtus Appell. Eſt.
M. Valerius. M. F. M. N. Meſſalla Corvinus. Pro. Cos. Ex Gallia. A. DCCXXVI. VII. K. Oct.
Imp. Caeſar Divi F. C. N. Auguſtus. VIII. T. Statilius. T. F. Taurus. II.
Sex. Appulejus Sex. F. Sex. N. Pro. Cos. Ex Hiſpania. A. DCCXXVII. VII. K. Febr.
Imp. Caeſar Divi F. C. N. Auguſtus. VIIII. M. Junius. D. F. M. N. Silanus.
Imp. Caeſar Divi F. C. N. Auguſtus. X. C. Norbanus. C. F. C. N. Flaccus.
DCCXXX. Imp. Caeſar Divi F. C. N. Auguſtus. XI. A. Terentius. Varro Murena.
Abd. In Ejus Loc. Fact. Eſt. In Mag. Mort. Eſt. in E. L. F. E.
L. Seſtius. P. F. Vibi. N. Cn. Calpurnius. Cn. F. Cn. N. Piſo.
Imp. Caeſar Divi F. Auguſt. Poſtq. Dictator Appellatus E. Abdicavit Tribunic. Pot.
M. Claudius. M. F. M. N. Marcell. Aeſernin. L. Arruntius. L. F. L. N.
Imp. Caeſar Divi. F. Auguſtus Tribunic. Poteſtatis.
Cenſor. L. Munatius. L. F. L. N. Plancus. Paulus Aemilius. L. F. M. N. Lepid. Luſt. Non Fec.

Imp. Caeſar Divi F. Auguſtus. Pont. Max. Tr. Pot. II.
Imp. Caeſar Divi. F. Auguſtus XII. In
Inſeq. Ann. Deſ. Erat. Non. Iniit. In E. L. F. E.
Q. Aemilius. M. F. Lepidus. M. Lollius. M. F.
L. Sempronius. L. F. L. N. Atratinus. Pro. Cos. Ex Africa. A. DCCXXXII. IIII. Idus Octob.

Imp. Caeſar Divi. F. Auguſtus. Tribunic. Poteſt. III.
M. Appulejus. Sex. F. Sex. N. P. Silius. P. F. Nerva.

Imp. Caeſar Divi F. Auguſtus. Tribunic. Pot. IIII.
Imp. Caeſar. Divi. F. Auguſtus. XII. In
Inſeq. Ann. Deſ. Erat. Non. Iniit. In E. L. F. E.
Q. Lucretius. Q. F. Veſpillo. C. Sentius. C. F. C. N. Saturninus.
Ex K. Julis. M. Vinucius. P. F.
L. Cornelius. P. F. Balbus Pro. Cos. Ex Africa. An. DCCXXXIV. VI. K. April.

Imp. Caeſar Divi. F. Auguſtus. Tribunic. Poteſt. V.
M. Agrippa. L. F. Tribuniciae Poteſtatis.
P. Cornelius. P. F. Cn. N. Lentul. Marcellin. Cn. Cornelius. L. F. Lentulus.

Imp. Caeſar Divi. F. Auguſtus. Trib. Poteſt. VI.
M. Agrippa. L. F. Tribunic. Pot. II.
C. Furius. C. F. C. Junius. C. F. Silanus.

Imp.

Imp. Caeſar. Divi. F. Auguſtus. Trib. Poteſt. vii.
M. Agrippa. L. F. Trib. Poteſt. iii.
L. Domitius. Cn. F. Cn. N. Ahenobarbus. P. Cornelius. P. F. P. N. Scipio.
Ex K. Julis. L. Tarius. Rufus.
P. Silius. P. F. P. N. Nerva. Pro. Cos. Ex Alpibus. Et Pannonieis. Ann. DCCXXXVII.
L. Aſinius. C. F. Cn. N. Gallus. Pro Cos. De Saurmateis. An. DCCXXXIX.

Imp. Caeſar Divi F. Auguſtus. Trib. Poteſt. viii.
M. Agrippa. L. F. Trib. Poteſt. iiii.
M. Livius. L. F. Druſus Libo. L. Calpurnius. F. F. L. N. Piſo. Caeſonin.

Imp. Caeſar Divi F. Auguſtus. Trib. Poteſt. ix.
M. Agrippa. L. F. Trib. Poteſt. x.
M. Licinius. M. F. M. N. Craſſus. Cn. Cornelius. Cn. F. Lentulus. Qui
Poſtea Gaetulicus Appellat. Eſt.

Imp. Caeſar Divi F. Auguſtus. Pont. Max. Tribunic. Poteſt. x.
M. Agrippa. L. F. Tribunic. Poteſt. vi.
DCCXL. *T. Claudius. T. F. Nero. P. Quinctilius. Sex. F. Varus.*
Qui Poſtea Ti. Caeſar Auguſt. Appell. F.

Imp. Caeſar Divi. F. Auguſt. Pont. Max. Tribun. Poteſt. xi.
M. Agrippa. L. F. Trib. Poteſt. vii. *Hoc Anno Mortuus Eſt.*
M. Valerius. M. F. M. N. Meſſal. Barbat. Aimilian. *P. Sulpicius. P. F. P. N. Quirinus.*
In *Magiſt. Mortuus. E. In* E. L. F. E.
C. Valgi. C. F. Saturnin. Ruf. Abdic. In E. L. F. E.
C. Caninius. C. F. C. N. Rebil. In Mag. M. E.

Imp. Caeſar Divi. F. Auguſtus Pont. Max. Trib. Pot. xii.
Q. Ailius. Q. F. *Tubero. Paullus Fabius. Q. F. Q. N. Miximus.*

Imp. Caeſar. Divi F. Auguſtus Pont. Max. Tr. Poteſt. xiii.
Julus Antonius. M. F. M. N. Africanus. Q. Fabius. Q. F. Q. N. Maximus.

Imp. Caeſar Divi F. Auguſtus. Pont. Max. Trib. Pot. xiv.
Nero Claudius. Ti. F. Druſus Germanic. T. Quinctius. T. F. Criſpinus.
In Mag. Mort. Eſt. In E. L. F. Eſt.
= = = = = = = = = = = = =
Ti. Claudius. Ti. F. Ap. N. Nero Germanicus. Pro. Cos. Ovans De Dalmateis.
Pannonieis. Et Daceis. Ex Illurico. Ann. DCCXLIIII. = = = =

Imp. Caeſar Divi F. Auguſtus. Pont. Max. Trib. Pot. xv.
C. Marcius. L. F. L. N. Cenſorinus. C. Aſinius. C. F. Cn. N. Gallus.

Imp. Caeſar Divi F. Auguſtus. Pont. Max. Trib. Pot. xvi.
Ti. Claudius. Ti. F. Ap. N. Nero. ii. *Cn. Calpurnius. Cn. F. Cn. N. Piſo.* ii.
Ti. Claudius. Ti. F. Ap. N. Nero Germanicus. II. Cos. ii. *De Germaneis.*
An. DCCXLVI. *K. Januar.*

Imp. Caeſar Divi F. Auguſtus. Pont. Max. Trib. Poteſt. xvii.
Ti. Claudius. Ti. F. Ap. N. Tribuniciæ Poteſtatis.
C. Julius Auguſti F. Divi N. Caeſar.
In Inſeq. Ann. Des. Erat. Non. Iniit.
D. Laelius. D. F. D. N. Balbus. C. Antiſtius. C. F. Vetus.
Ex K. Julis. L. Manilius.
Q. Nonius. Aſprenas. Torquatus.
Ex K. Oct. = = = = = = = = = = = =

Imp. Caeſar Divi F. Auguſtus. Pont. Max. Trib. Pot. xviii.
Ti. Claudius. Ti. F. Nero. Trib. Pot. ii.
Imp. Caeſar. Divi F. Auguſtus. xii. *L. Cornelius. P. F. P. N. Sulla.*
Abdic. In Ejus Loc. Fact. Eſt.
= = = = = = = = = = = = =

Imp. Caeſar Divi. F. Auguſtus. Pont. Max. Tr. Pot. xix.
Ti. Claudius. Ti. F. Ap. N. Nero. Trib. Pot. iii.
C. Calviſius. C. F C. N. Sabinus. L. Paſſienus. Rufinus.

Imp. Caeſar Divi. F. Auguſtus. Pont. Max. Tr. Pot. xx.
Ti. Claudius. Ti. F. Nero. Trib. Pot. iiii.
L. Julius Auguſti F. Divi N. Caeſar.
In Inſeq. Ann. Des. Erat. Non. Iniit.
DCCL. *L. Cornelius. L. F. Lentulus. M. Valerius. M. F. M. N. Meſſallinus Cotta.*

Imp. Caeſar Divi F. Auguſtus. Pont. Max. Tr. Pot. xxi.
Ti. Claudius. Ti. F. Nero. Tr. Pot. v.
Imp. Caeſar Divi F. Auguſtus. xiii. *M. Plautius. M. F. A. N. Silvanus.*
Abd. In Ejus Loc. Fact. Eſt.
= = = = = = = = = = = = =
Ex K. = = *C. Caninius. Gallus.*

Imp.

Digitized by Google

Imp. Caeſar Divi F. Auguſtus. Pont. Max. Trib. Pot. xxii.
Coſſus Cornelius. Cn. F. Lentulus. L. Calpurnius. Cn. F. Piſo Augur.
Qui poſtea Gætulicus Appell. Eſt.

Imp. Caeſar Divi F. Auguſtus. Pont. Max. Tr. Pot. xxiii.
C. Julius Auguſti F. Divi N. Caeſar. L. Aimilius. L. F. M. N. Paullus.

Imp. Caeſar Divi F. Auguſt. Pont. Max. Tr. Pot. xxiiii.
P. Vinucius. M. F. P. N. P. Alfinius. P. F. Varus.

Imp. Caeſar Divi F. Auguſt. Pont. Max. Tr. Pot. xxv.
L. Ailius. L.F. Lamia. M. Servilius. M. F.

Imp. Caeſar Divi F. Auguſtus. Pont. Max. Trib. Pot. xxvi.
Sex. Ailius. Q. F. Catus. C. Sentius. C. F. C. N. Saturninus.
Imp. Caeſar Auguſtus Cenſum Egit. Luſtrum. Non Fecit.

Imp. Caeſar Divi F. Auguſtus. Pont. Max. Tr. Pot. xxvii.
Ti. Caeſar Auguſti F. Divi N. Trib. Pot. vi.
Cn. Cornelius. L. F. L. N. Cinna Magn. L. Valerius Potiti *F. M. N. Meſſalla Voluſus.*

Imp. Caeſar Divi. F. Auguſtus. Pont. Max. Tr. Pot. xxviii.
Ti. Caeſar Auguſti F. Divi N. Trib. Pot. vii.
M. Aimilius. L. F. Lepidus. L. Arruntius. L. F. L. N.
Ex K. Julis. C. Atejus. Capito.
C. Vibius. C. F. Poſtumus.

Imp. Caeſar Divi F. Auguſt. Pont. Max. Tr. Pot. xxix.
Ti. Caeſar Auguſti F. Divi N. Trib. Pot. viii.
A. Licinius. A. F. Nerva Silianus. Q. Caecilius. Q. F. Q. N. Metell. Cretic.
Ex K. Julis. P. Cornelius. Cn. F. Lentulus. Scipio.
T. Quinctius. T. F. Criſpinus. Valerianus.

Imp. Caeſar. Divi F. Auguſtus. Pont. *Max.* Tr. Pot. xxx.
Ti. Caeſar Auguſti F. Divi N. Trib. Poteſt. ix.
DCCLX. M. Furius. P. F. P. N. Camil. Sex. Nonius. L. F. L. N. Quinctilian.
Ex K. Jul. L. Apronius. C. F. C. N.
A. Vibius. C. F. C. N. Habitus.

Imp. Caeſar Divi F. Auguſtus. Pont. Max. Tr. Pot. xxxi.
Ti. Caeſar Auguſti F. Divi N. Trib. Poteſt. x
C. Poppaeus. Q. F. Q. N. Sabinus. Q. Sulpicius. Q. F. Q. N. Camerinus.
Ex K. Jul. M. Papius. M. F. M. N. Mutilus.
Q. Poppaeus. Q. F. Q. N. Secund.

Imp. Caeſar Divi. F. Auguſtus. Pont. Max. Tr. Pot. xxxii.
Ti. Caeſar. Auguſti F. Divi N. Trib. Poteſt. xi.
P. Cornelius. P. F. P. N. Dolabella. C. Junius. C. F. M. N. Silanus. Flam. Mart.
Ex K. Jul. Ser. Cornelius. Cn. F.
Cn. N. Lentul. Malug. Flam. Dial.

Imp. Caeſar Divi *F. Auguſtus Pont. Max. Trib. Pot.* xxxiii.
Tit. Caeſar Auguſti *F. Divi N. Tribun. Poteſt.* xii.
*M. Æ*milius. Q. F. M. N. Lepidus. *T. Statilius. T. F. T. N. Taurus.*
Ex K. Jul. L. Caſſius. L. F. = N. Longinus.
Imp. Caeſar Divi F. Augu*ſtus. Pont. Max. Trib. Pot.* xxxiiii.
*Ti. Caeſar A*uguſti F. Divi *N. Tr. Pot.* xiii.
Germanicus Caeſar Ti. F. Auguſti. N. C. Fontejus. C. F. C. N. Capito.
Ex K. Julis. C. Viſellius. C. F. C. N. Varro.
Ti. Caeſar Auguſti F. Divi. N. III. Pro. Cos. De Illurieis. An. DCCLXIV.
Pannonieis. Dalmateis. Et Germaneis.
Imp. Caeſar Divi F. Auguſtus Pont. Max. Tr. Pot. xxxv.
Ti. Caeſar Auguſti F. Divi N. Tr. Pot. xiiii.
C. Silius. P. F. P. N. L. Munatius. L. F. L. N. Plancus.

Imp. Caeſar Divi F. Auguſtus Pont. Max. Tr. Poteſt. xxxvi.
Ti. Caeſar Auguſti F. Divi N. Tr. Pot. xv.
Sex. Pompejus. Sex. F. Sex. Appulejus. Sex. F.
*Imp. Caeſar Divi F. Auguſtus. Ti. Caeſar Auguſti F. Luſtrum F. * LXXI.*
HOC ANNO IMP. CAESAR AUGUSTUS ANTE DIEM XIIII. K. SEPT. MORT. E.
TI. CAESAR AUGUSTUS IMPERIUM EXCEPIT.

F I N I S.

SERE-

SERENISSIMO AC ILLUSTRISSIMO VENETIARUM PRINCIPI LAURENTIO PRIOLO,

CAROLUS SIGONIUS S. D.

Cum multis locis excellentem humani ingenii vim ſoleo mirari, SERENISSIME PRINCEPS, *tum maxime in eo, quod cum lubrica & præceps ejus natura ſponte ad vitium deferatur, unius tamen dignitatis atque honeſtatis amore, non ſolum à fraude atque flagitio revocetur, ſed ad præclaras etiam atque honeſtas res obeundas facile traducatur. Cujus rei ſi cauſſa ſubtilius inveſtigetur, profecto nulla alia, niſi naturale quoddam, quo noſtrum quiſque trahitur, ſtudium gloriæ invenietur. Quæ, cum in conſtanti, eaque præclara aliorum de noſtra virtute opinione ſit poſita; incredibile eſt, quibus ipſa quaſi facibus noſtras mentes ad res etiam difficiles aggrediendas, & maxima adeunda pericula, exigui ſæpe fructus ſpe, uno dumtaxas ardore famæ accendat. Eſt etiam altera nobis ingenerata cupiditas; ut, quam caduco ipſo & fragili corpore adipiſci æternitatem non poſſumus, eam animo, atque egregiis animi, qui immortalis eſt, actionibus aſſequamur. Æternitas autem noſtrarum actionum, honeſta eorum hominum, qui futuri ſunt, prædicatione & memoria continetur. Quæ quo puriori virtutum è fonte ducentur, eo ſine dubio ab iis ad nos uberior gloria permanabit. Præclara autem agendi ratio, etſi latiſſime patere, atque in multas diffuſa eſſe partes videtur; illa tamen, neſcio quo modo, omnium hominum judicio, excellere, ac proxime ad deorum vim natura mortali accedere exiſtimatur, quæ tota in ipſis juvandis hominibus occupata, ut merito quondam etiam ii, qui tanta laude floruerint, pro diis ab hominibus habiti, ac divinis honoribus aucti atque ornati ſint. Quod ſi qui in hoc ſtudio ulla aliquando cum laude verſati ſunt, ii mihi fuiſſe potiſſimum videntur, qui vel civitates ſuas ſancte adminiſtrarunt, vel alienis jura integre reddiderunt, quorum quo magis virtus in hominum genere ſublevando enituit, eo commendatior erit hominum memoriæ ſempiternæ; niſi forte aut Ariſtidis, aut Themiſtoclis, aut Camilli, aut Catonis memoriam ulla aliquando ſæcula obſcurabunt: aut Curii, Fabricii, & Paulli gloriam aliqua inimicæ vetuſtatis procella labefactabit. Ego vero non tam horum hominum, qui ſuis olim in civitatibus regendis virtute præſtiterunt, quam eorum, qui admirabili poſteà ſapientia hanc rempublicam iis legibus atque opibus munierunt, ut ab inteſtinis tuta ſeditionibus, firmiſſimum aliquando laborantis Italiæ præſidium eſſet, famam futuram immortalem exiſtimo. Inter quos patere quæſo,* SERENISSIME PRINCEPS, *ut te ſine ulla aſſentationis ſuſpicione potiſſimum referam. Etenim cum tu in hac Republica ſummo genere natus, iiſdem atque majores tui, omni dignitate ornatiſſimi, moderationis atque innocentiæ gradibus ad illud amplitudinis faſtigium aſcenderis, ad quam ſummam civilibus ſtudiis vera pervenire virtus poteſt; cum nobiliſſimas hujus imperii urbes atque provincias, fidei ac poteſtati tuæ traditas, ſanctiſſime gubernaris: cum hanc demum Rempublicam in omni ſenatorio munere acerrime ſemper defenderis; pro certo habere debes, te ejuſmodi actiones tuas non ad præſentis ſolum, ſed ad futuri quoque temporis perpetuam prædicationem ſuſcepiſſe; eaſque non in diurna, verum in ſempiterna hominum memoria defixiſſe; neque alio plauſu poſteros memoriam nominis tui celebraturos, atque eorum, quorum ipſe facta egregia imitatus es, à nobis nunc etiam poſt te demum ſæcula celebratur, ſiquidem illud inter omnes conſtat, te cum naturæ tuæ habitu prope divino, excellenti animo atque virtute præditum eſſe, tum vero maxime bonarum artium, quibus ſemper ſtudueris, cognitione, ac veterum magnorum virorum admiratione, ad ſingularem hanc virtutis laudem perveniſſe. Quo etiam ego incenſus ſum vehementius, ut commentarium hunc, quem de rebus Romanis ſcripſi, ad te hoc tempore mitterem; non ut hæc te, cui omnia notiſſima ſunt, edocerem; ſed ut tibi ſummis aliis, præſertim novi principatus occupationibus impedito, exiguam earum rerum, quarum ſtudio delectaris, memoriam renovarem, ac longioris lectionis laboris aliquid adimerem; eſt enim hic liber ita copioſe ſcriptus, ut nihil octingentorum ferme annorum intervallo memorabile prætermiſſum ſit; ita breviter, ut in tanta tamen rerum & bellorum multitu-*

dine, non admodum diuturna lectione cupidum diſtinere lectorem poſſit; atque omnino otioſo homini non ingratus, occupato vero non inutilis fore videatur. Fuit etiam illa hujus conſilii mei non contemnenda cauſſa, quod cum hæc ad te ſcriberem, me huic ſenatui, cujus tu princeps es, otii hujus honeſtiſſimi, quod ab illo conſecutus ſum, quodammodo rationem reddere mihi videbar, cujus otii præter alios multos clariſſimos hujus Reipubl. ſenatores, auctorem habeo MATTHÆUM DANDULUM, *uxoris tuæ mulieris lectiſſimæ fratrem, virum omni virtute ac dignitate præditum: cujus non tam doleo, quod magnitudinem ſummorum erga me meritorum nullo officii genere conſequi, quam quod ne eximiam quidem ejus gravitatem, ac ſingularem ſapientiam ſatis oratione complecti pro mea vel opum tenuitate, vel ingenii poſſum, ſed ut aliquando poſſim, certe, dum vivam, elaborabo; nunc redeo ad commentarium. Me autem ut hunc librum ſcriberem, non rerum Romanarum, ut ceteros olim, majeſtas; ſed earum, quod neminem fortaſſe alium, difficultas adduxit; cum viderem, quæ veteres illi prope divini homines nobis pleniſſime atque pulcherrime ſcripta reliquiſſent, ea nos fere aut manca ac plane decurtata, aut fœdata & corrupta ita habere, ut vix intelligi poſſent. Quamobrem omnibus hiſtoriarum Romanarum in unum locum teſtimoniis collatis, perpetuam earum ſeriem, quæ apud graviſſimum quemque illarum ſcriptorem hodie interrupta eſt, à primo urbis ortu uſque ad Auguſti interitum, ſervatis diligenter notatiſque temporibus contexui, ac quid quaque de re, quæ habere quæſtionem videretur, ex Romanæ antiquitatis obſervatione ſentirem, verbis plerumque eorum allatis expoſui. Quo factum eſt, ut nullus fere annus inciderit, quo breviter non aut quid domi foriſve geſtum ſit, aut quid injuria vetuſtatis interierit, indicaverim; nam qua cura ac diligentia, & cetera, & præcipue eximia ſingulorum Imperatorum facta, bellorumque memorabilium cauſſas atque eventus, iis præſertim temporibus, quibus Liviana deſideratur hiſtoria, collegerim atque aperuerim, vereor ne dicere aut ambitioſum, aut putidum forte videatur. Hac autem in re, cum aliorum veterum monumentorum ſubſidio uſus ſum, tum maxime nobilium quorundam lapidum; quos paucis ante annis è foro Romano, ubi diu in occulto latuerant, in Capitolium translatos ego non ſolum ſequutus, ſed etiam diligenter interpretatus ſum; nummorumque etiam multorum, quorum mihi antiquitatis omnis indagator diligentiſſimus,* ANDREAS LAUREDANUS, *affinis tuus, liberaliſſime copiam fecit. Omnino mea voluntas fuit,* SERENISSIME PRINCEPS, *ut hoc commentario, iiſque quos de familiis & provinciis Romanorum inſtitui, præclara hæc Romanæ antiquitatis ſtudia ſi non jampridem jacentia ſublevarem, at certe quoad poſſem, labentia ſuſtinerem. Quod ipſum ſi hoc libro, atque felicibus celſitudinis tuæ auſpiciis aliqua ex parte conſecutus fuero, diuturni me laboris mei non minimum tuliſſe fructum exiſtimabo. Vale.*

Venetiis prid. Non. Julias MDLVI.

CAROLI

CAROLI SIGONII
MUTINENSIS
IN COMMENTARIUM
FASTORUM AC TRIUMPHORUM ROMANORUM

PRÆFATIO.

QUo adducti olim conſilio veteres, eruditiſſimi homines, Capitolinas conſulares ac triumphales tabulas compoſuerint; quoniam, niſi quæ Romanæ Reipublicæ forma fuerit, ac quibus ipſa quaſi gradibus ad ſummum Imperii faſtigium aſcenderit, notum ſit, ne intelligi quidem omnino videtur poſſe: propterea nihil nos alienum ab inſtituto noſtro facturos eſſe arbitrati ſumus, ſi hæc ipſa hoc commentario, quem in eas tabulas ſcripſimus, primum paucis explicaremus. Deinde vero ſingula, quæ in iis tabulis ſcripta ſunt, graviſſima, quo ad poſſemus, veterum monumentorum auctoritate comprobaremus. Multiplex ergo omnis fere ratio Reip. exiſtimatur. Etenim civitas ipſa, cujus deſcriptio ac conſtitutio quædam eſſe Reſpubl. dicitur, vel unius, vel paucorum, vel multorum in Imperio ſit neceſſe eſt. Qui ſi ita Remp. gubernarint, ut omnia ad eorum, quibus præſint, commoda referant, nihilque niſi civium ac communis utilitatis cauſſa faciant, (1) tria conſtituunt recta Reip. genera; ſin contra, ſuo commodo omnia metientes, quæſtui Remp. habeant, depravata item tria. Nam cum bene ac juſte res geritur ſive ab uno Rege, ſive à paucis Optimatibus, ſive ab univerſo populo, Reſp. eſt, & quidem recta; at cum injuſtus eſt Rex, quem antiqui Tyrannum: aut injuſti optimates, quorum conſenſum factionem vocarunt: aut injuſtus populus, cui nomen uſitatum nullum repererunt, niſi ut etiam ipſum Tyrannum appellarent: non modo vitioſa, ſed omnino nulla Reſp. exiſtimanda eſt. Harum autem formarum, quæ præcipue Romanæ Reip. conveniat, difficillimum eſſe judico non modo dictu, ſed etiam intellectu. Neque enim aut Polybius, aut Cicero, ſatis mihi ſpeciem ejus Reip. videntur aut mente comprehendiſſe, aut oratione expreſſiſſe, cum uno verbo eam optimam fuiſſe tradiderunt: optimam autem, quæ ex tribus juſtis, regia, optimatum, ac populi, juncta eſſet, intellexerunt: quod in ea Conſules regiam, Senatores optimatum, plebs popularem auctoritatem ac poteſtatem haberet. (2) Ille, Græcus, eam unam Rempubl. adumbravit, quam ipſe vidit, & quæ cum P. Africano, cujus ipſe æqualis ac ſocius fuit, exſpiravit: hic, noſter, eam Remp. informavit, quam idem Africanus, quem in ſuis libris loquentem fecit, adminiſtravit; quam quidem cum perfectam, quia æquiſſimis erat legibus temperata: tum ſanctam, quia ſummus in ea paupertati ac parſimoniæ honos habebatur, ii viri tractarunt, qui à Pyrrhi Regis bello uſque ad tertium Punicum floruerunt: quo tempore nulla nobilium diſſenſio, nullus populi motus, ſumma honorum ac rerum omnium inter eos communio fuit: nullum in privata re cumulanda atque augenda, omne omnium in amplificando ac propagando Imperio ſtudium eſt collocatum. Nam reliqua tempora ab hac ætate magis, eo ab optimæ Reipubl. ſpecie longius abſuerunt; ſiquidem extremis temporibus, partim Regum, partim Imperatorum: mediis autem, modo optimatum, modo populi parum moderatum Imperium civitas pertulit. Neque vero negare poſſum, quin Reges aliquot juſti, publicæque ſtudioſi utilitatis extiterint: quos iis legibus ac inſtitutis Romanam fundaſſe Remp. video, ut ab iis primordiis ad certiſſimum exterarum omnium gentium ac populorum bello paceque principatum eam pervenire non difficile fuerit, ſed quod plerique eorum aut patricios, quorum ipſi è corpore erant, vehementius extulerunt, plebem depreſſerunt; aut quod Regnum per vim partum, imperioſius quam decebat, adminiſtrarunt: ne juſtum quidem omnino eorum fuiſſe dominatum exiſtimo. Exactis autem propter immoderatam quandam eorum in cives libidinem atque audaciam Regibus, ne tum quidem moderata videtur Reipub. forma inſtituta. Etenim quid tam non dicam injuſtum, ſed à temperata Repub. alienum eſſe potuit, quam univerſam Rempub. paucorum patriciorum Imperio committi, plebem omni prorſus Reipub. munere excludi? patricios ſolos conſulatum, ideſt Regium Imperium, ſacra, comitia fere, atque omnem in plebem & vitæ & necis poteſtatem habere: plebem ipſam non modo omnis expertem honoris optimatibus obedire, ſed diremptis connubiis, vitæ etiam ipſius prope communione privatam, maxima cum indignitate ſer-

(1) Hæc quidem genera Sigonius clarè non explicat, ſuppleat igitur Lipſius Polit. lib. pr. cap. 2. *Imperium*, inquit ille, *triplex: Principatus, Optimatum, & Populi ſtatus*. Tacitus lib. 4. Annalium cap. 33. *Nam cunctas Nationes, & urbes, Populus, aut Primates, aut ſinguli regunt*. Tria verò Reipublicæ peſſima genera ſunt: ſervitus populi ſub Tiranno: Populi effræna licentia ſuo arbitrio ducta: & ſocialis commercii diſſolutio, ubi ſoli potentiores imperium in partes trahunt.

(2) Hic Sigonius Polybium intelligit Hiſtoriarum Græcarum Scriptorem celeberrimum, & facilè Principem. Polybius enim fuit a P. Cornelio Scipione Aphricano in ſecundo punico bello comes adſcitus, & cum ipſo fuit uſque ad Carthaginis excidium. Utebatur autem Scipio ejus conſilio, & opere in ejus Urbis expugnatione. Jo. Gerardus Voſſius de Hiſt. Græcis lib. 1. cap. 19.

ſervire ? Ergo ut quæ tum nulla in Repub. erat, moderatio induceretur, atque ut tenuiores cum principibus æquarentur, & plebs pari cum patriciis in civitate jure uteretur, ſacroſanctus ei fuit tribunatus à patribus concedendus, quo ipſa tamquam acerrimo quodam telo, contra optimatum potentiam atque libidinem, ſe, libertatem, ac pudicitiam ſuam tueretur atque defenderet; connubia communicanda fuerunt, ne pars civium, tamquam contaminata atque indigna, à nobilibus contemni, ac nullo numero haberi videretur (3) patriciis denique ſummi honores impertiendi, ne ſoli optimates in Rep. dominarentur. Quam ob rem cum plebs conſulatum, quæ firmiſſima ſemper prope arx potentiæ patriciorum fuerat: præterea dictaturam, cenſuram, imperium, ſacra, ſacerdotia, quæ unius ante nobilitatis fuerant, non ſine magnis Reip. motibus ipſa ſibi vindicaſſet, jamque nihil aliud ad jus totius Reip. adæquandum, quam ut plebiſcita, quibus tum ſola plebs tenebatur, omnes Quirites aſtringerent, quæreretur: tum denique hoc etiam, ſeceſſione in Janiculum facta, lege Hortenſia conſequuta eſt. Ita æquiſſimis demum legibus temperata Rep. atque plebe omnium rerum in ſocietatem vocata, magna Italiæ parte devicta, cum Tarentinis, & cum Pyrrho Rege bellum ſuſceptum eſt; ex quo tempore præclara, atque ad omnis poſteritatis famam illuſtria abſtinentiæ, modeſtiæ, juſtitiæ, fortitudinis, civilis denique concordiæ uſque ad tertium Punicum bellum exempla edita ſunt; tum enim Curii, tum Fabricii, tum Coruncanii viguerunt; tum Metelli, Fabii, Marcelli, Scipiones, Paulli, Lepidi floruerunt: quorum cum eximiam in bello animi magnitudinem ac prudentiam, tum incredibilem in pace juſtitiam ac moderationem merito admirareris & coleres. Poſt autem cum, vetere labente diſciplina, totius civitatis mores inclinare, & ad levitatem jam nimiam atque ambitionem incumbere cœpiſſent, præſertim vero luxuria per Aſiaticos jam triumphos in civitatem invecta, atque exterarum gentium metu amoto, à quibus, Pyrrho Rege pulſo, Pœnis duobus aſperrimis bellis devictis, tertio etiam funditus deletis, Philippo, Perſeo, Antiocho Regibus potentiſſimis ſuperatis, Sicilia, Sardinia, Hiſpania, Illyrico, Macedonia, Græcia provinciis in ditionem populi R. redactis, juſtam principatus orbis terrarum atque Imperii (4) confeſſionem extorſerant: qui uſque eo vere optimus Reip. ſtatus ex Polybii & Ciceronis ſententia fuerat, is primum ſenſim ac leviter tentatus; deinde aperte, translata jam ad injuſtum populi dominatum Republ. funditus labefactatus atque everſus eſt. Hunc autem ſtatum duo Gracchi, Saturninus, Druſus, tribuni plebis furioſi atque amentes, partim agrariis & judiciariis legibus ferendis, quibus optimatum potentiam frangerent, plebis confirmarent; cum aut eorum agros plebi diviſiſſent, aut antiquam judiciorum auctoritatem à Senatoribus ad equites tranſtuliſſent; partim civitate ſociis danda, ut ſuffragiorum plebejorum multitudine facilius nobilitatis opes in comitiis comminuerent: partim frumento largiendo, quo ad omnia, quæ in Repub. molirentur, plebem eo devinctam munere paratiorem haberent, intulerunt, ac præſtantiſſimum illum optimæ conſenſum Reip. perturbarunt. Ab eo igitur tempore majores in Republ. plebis quam optimatum opes extitere: quippe quæ omnium jam bonorum, quos ſoli ante patricii obtinuerant, particeps facta; præterea tribunatum, ac tributa comitia, quibus omnino patriciis interdictum erat, adepta; ad hæc agris, judiciis, ſtumento, ſociorum ſuffragiis aucta atque locupletata: univerſam Remp. ut in poteſtate haberet, ſic ex libidine adminiſtraret. Hunc autem plebis dominatum L. Sulla dictator ſuſtulit: qui Imperio, quod à Senatu acceperat, lege tribunicia à C. Mario ſpoliatus, extorta armis ex inimicorum manibus Republica tribunorum plebis poteſtate imminuta, plebe agris pulſa ac trucidata, judiciis Senatui redditis, rurſus optimatum Remp. ſtabilivit, popularemque convellit: Verum ne hic quidem ſtatus diuturnus admodum fuit. Nam paucis poſt annis, Cn. Pompejus in primo conſulatu antiqua tribunis plebis poteſtate ac dignitate reſtituta, plebe ad judicia cum Senatoribus & equitibus lege Aurelia advocata, vetus illud optimæ Reip. quæſiſſe temperamentum videtur, quod mutatis, immo corruptis jam penitus totius civitatis moribus, atque avaritia jam & ambitione latiſſime graſſante, aſſequi nullo modo potuit. Ita perturbato ſæpe Reip. ſtatu, crebro à paucis de univerſa occupanda Rep. cogitatum eſt; tum enim Piſo, tum Catilina, cum aliis ejuſdem furoris ſociis adverſus Rempubl. conſpirarunt; tum Cæſar, Craſſus, & ipſe mutata (credo) mente Pompejus, inita ſocietate, extraordinarias opes, quæ liberæ civitati jure formidabiles eſſent, ſibi quæſiverunt, qua dirempta, civilis repente diſcordia, ac totius Reipubl. perturbatio conſequuta eſt: cum Cæſaris potentiam Senatus, Pompeji (nam Craſſus interierat) populus ferre non poſſet. Victo autem fatali prœlio Pompejo, atque optimatum factione afflicta, rurſus ad injuſtum unius Cæſaris dominatum Reſpub. recidit, quo ab iis qui libertati ſtudebant, interfecto, cum reviviſcere priſca patrum gravitas, atque ad ſpem auctoritatis priſtinæ quodammodo reſpirare videretur: haud ita multo poſt, in ipſomet recuperandæ Reip. apparatu, (5) à populo, cui Antonius, ac poſt etiam Octavius, qui Cæſaris partes ambo ſuſceperant, ſervierunt, ſublata funditus atque oppreſſa eſt: cum inauditum ante triumviratum in Rempubl. intuliſſent, ac nefariam optimatum atque inimicorum ſuorum proſcriptionem & cædem feciſſent. Triumviris autem duobus ſublatis, tertius Octavius tamquam bellorum civilium, quæ ipſe confecerat, præmium, totius ad ſe Reipub. jus, poteſtatem, atque Imperium, quod ab initio regum, poſt Magiſtratuum, Senatus ac populi fuerat, in perpetuum tranſtulit. Quibus ex rebus ſatis intelligi poſſe arbitror, vix, Reip. Rom. forma qualis fuerit, ut ante dicebam, poſſe exponi: quippe quæ modo unius, modo paucorum, nunc multorum, nunc æquo omnium Imperio adminiſtrata fuerit, atque pro naturali rerum humanarum viciſſitudine, iterum atque iterum commutata ſit. Quam ob rem ſi quis vel militaris laudem Romanis, in qua cum virtute multum, tum diſciplina plurimum valuerunt, tribuerit; ſi in iis gravitatem, conſtantiam, magnitudinem animi, probitatem, fidem, excellentem in omni genere virtutem admiratus fuerit, jure, mea quidem ſententia,

(3) Quid hic *Patritii?* malim legi. *Plebi denique &c.*
(4) Scriberem potius *conceſſionem*: ita enim legendum exiſtimamus.
(5) Bene: Antonius enim, & Octavius populi Romani jura adverſus potentiores poſt C. Julii Cæſaris necem tueri a principio videbantur, at poſtea longè aliter ſe res habuit, nam & potentiores & populum in ſervitutem redegerunt.

tentia, ſecerit, at vero ſi aut rectiorem Reip. gerendæ rationem, aut majorum civilis tuendæ concordiæ curam deſiderarit, ne injuſte ille quidem mihi eſſe facturus videtur. Nam ut illi neglecta civili diſciplina, relictam à majoribus libertatem atque Imperium amiſerunt: ſic militari ſtudio conſervato, ſubacta intra quingentos annos Italia, facile, ac brevi temporis ſpatio, magnam orbis terrarum partem (6) ſub ſuum Imperium ſubjunxerunt. Has autem Reipubl. mutationes, atque Romani progreſſus & incrementa Imperii, ii mihi breviter omnibus exponere videntur voluiſſe, qui olim Conſulares faſtos (ſic enim jam ex antiquorum conſuetudine appellandi videntur) ac triumphos Capitolinos, ratione & ordine digeſtos in publico poſuerunt. Illi enim, & qui Rempubl. quotannis domi militiæque adminiſtraverint, ſive reges, ſive conſules, ſive decemviri, ſive tribuni conſulares atque plebeji, ſive triumviri Reip. conſtituendæ fuerint: & qui quoque triumpho acto rem Romanam auxerint, ſive conſulari, ſive dictatorio, ſive prætorio, ſive extraordinario cum Imperio triumpharint, ſumma fide, atque incredibili diligentia continent. Quos quidem nos innumerabilibus prope (ut ſupra diximus) in locis ex veterum ſcriptorum ſententia ante perfectos, nunc hoc etiam commentario interpretandos, ac priſcorum annalium verbis confirmandos ſuſcepimus. Sed hæc hactenus, neque enim dubito quin ex iis quæ diximus, ſatis eorum qui has tabulas ſcripſerunt, ratio atque conſilium patefactum ſit. Reliqua perſequamur.

---

(6) Lege: *conjunxerunt*, ne particula *ſub* fruſtra bis repetatur, & offendat auditum.



CAROLI SIGONII MUTINENSIS IN FASTOS CONSULARES, AC TRIUMPHOS ROMANOS, *COMMENTARIUS*.

DE ROMULO REGE.

VRbs Roma, Regum ab initio Imperio paruit, tantæ futuræ Reipublicæ non ſolum utili, verum prope etiam neceſſario, neque enim paſtorum convenarumque congregata illa multitudo, quæ ex ſuis populis ad novam urbem incolendam transfugiſſe dicitur, cum adhuc nec

A conjugum aut liberorum, nec ipſius ſoli, cui longo tempore aſſueſcitur, caritas animos eorum conſociaſſet; ſoluta metu Regio, agitari popularibus ſeditionibus, aut in aliena urbe cum patribus civili contentione decertare ſine ſumma totius Reipub. pernicie potuiſſet. Primus autem Romæ regnaſſe, qui eandem etiam condidiſſe, Romulus proditur. Hunc quidem incerto patre natum, & ſpurium fuiſſe cum aliis placet auctoribus, tum maxime Plutarcho in Theſeo; vetus tamen opinio fuit, eum ex Marte & Ilia, ſive Rhea, ſive Silvia (hæc enim omnia ejus nomina traduntur) Veſtali virgine, Numitoris Albani Regis filia, Albæ furtivo fuiſſe concubitu genitum; eundemque à ruma, ideſt ab ubere, *Romum* primum, deinde blandiendi cauſſa *Romulum* dictum: quod parvulus, & lactens, uberibuſque lupinis inhians, ſit inventus. Hic idem una cum fratre Remo,

quem

A (1) quem poſtea interfecit, urbem in Palatio condidit: eamque Romam à ſuo nomine (ut plerique putant) appellavit. De anno, quo urbis fundamenta jacta ſunt (2) inter Scrip-

---

(1) Nempe anno primo Urbis conditæ ex mutua altercatione, uter duorum fratrum, qui gemelli erant, nomen Urbi daret, eamque Imperio regeret.

(2) Alii enim aliud ſentiunt. Celebriores tamen Chronologi biennio tantum diſſentiunt; immo unico tantum anno integro, ut paullo infra oſtendemus. Rejectis ergo eorum opinionibus, qui longius à communi ſententia recedentes, aut nullum, aut paucos ſectatores habent, celebriores Auctores nos expendemus, & cui libentius adhæreamus, inferius explicabimus. Alii ergo conditam Romam volunt anno III. Olympiadis VI. alii ejuſdem Olympiadis anno IV., alii primo Olympiadis VII. Prima opinio, quam valdè probabilem docet Petavius B de Doctr. temp. tom. 2. lib. 9. cap. 50. & ſequ. eſt L. Tarruntii Firmani, qui fuit inſignis Mathematicus Ciceroni, & Varroni familiaris, cui inter alios plures conſentit Eutropius diligentiſſimus Hiſtoriæ Romanæ Scriptor, ut legit Georgius Merula, & ut legi vult Codex Oxonienſis Oxonii impreſſus anno 1704. cujus etiam notæ conſulendæ ſunt, licet alii legant Olympiadis VI. anno IV. ut legitur in Hiſtoria Miſcella Mediolani impreſſa tom. I. Rerum Italicarum. Secunda opinio eſt M. Terentii Varronis (quem tamen Panvinius contra opinionem communem inter primæ opinionis aſſeclas recenſet) plurimorumque aliorum, quos Panvinius Comment. in lib. 1. Faſt. pag. 16. enumerat. Tertia opinio eſt Dionis Halicarnaſſei, & Verrii Flacci Faſtorum Capitolinorum Auctoris. C Panvinius primæ adhæret: Petavius, Noriſius, Bucherius, Uſſerius, Pagius ſecundæ. Cuſpinianus, Sigonius, Pighius, tertiæ. Quomodo autem tres hujuſmodi opiniones in duas tantum reſolvantur, paullo infra exponemus, at prius pauca præmonere neceſſe eſt, ut facile deinde Sigonii noſtri, noſtramque ſimul opinionem anno integro à communiori diſcordem in medium proferamus.

Olympiades initium deſumebant à ludis Olympicis, quos Iphphitus inſtauravit anno, juxta Petavium 408. ab excidio Trojano, anno autem Juliano 3938. ante Chriſtum natum, juxta communem Epocham noſtram 776. Anno igitur ante Chriſtum natum 776. cœpit annus primus Olympiadis primæ. Olympiades autem ſingulæ conſtabant ex quatuor annis integris, qui initium capiebant a ſolſtitio æſti- D vo, quo ludi Olympici celebrari conſueverant. Hujuſmodi enim ludi quinto quoque anno celebrabantur, hoc eſt ineunte anno quinto poſt eorum celebrationem quatuor integros ante annos factam.

Cum igitur Olympiades initium caperent à ſolſtitio æſtivo, hinc fit ut communis annus, qui à Calendis Januarii initium ſumit, ſicuti & annus Julianus includat ultimos menſes $5\frac{2}{3}$ anni Olympici, & primos menſes $6\frac{1}{3}$. anni Olympici ſubſequentis; atque hinc fit, quod accuratiſſimus, idemque doctiſſimus Franciſcus Blanchinus in ſua Chronologia ad Pontificum vitas ab Anaſtaſio ſcriptas ſingulis annis communibus adſignet duos annos Olympicos, nimirum partem ultimam unius, & partem E primam ſequentis. Petavius tamen, & alii ferè omnes Chronologi communi cuique anno adſignant integrum annum Olympicum, perinde ac ſi omnis annus Olympicus initium ſumat à Calendis Januarii, quamvis initium verè ſumat ab æſtivo ſolſtitio ejuſdem anni. Ita annus primus primæ Olympiadis incipit apud Petavium cum anno communi ante Chriſtum natum 776. licet idem primus annus primæ Olympiadis initium verè ſumat a ſolſtitio æſtivo ejuſdem communis anni 776. Anno autem ſequenti 775. ante Chriſtum natum aſſignat Petavius annum ſecundum Olympiadis primæ, licet uſque ad ſolſtitium æſtivum ejuſdem anni 775. continuetur Olympiadis primæ primus annus. Namque *poſt Julianum annum receptum* (ita Petavius docet de Doctr. temp. Tom. 2. lib. 9. cap. 56. §. 1.) *qui à Calendis Januarii orditur* (ſicuti etiam communis annus) *annorum Urbis Epocha* (ſicuti & annorum Olympicorum) *ab iiſdem Calendis fere procedit*. Hoc autem recentiores Chronologi eo fine conſtituerunt, ut in annorum computatione confuſio evitaretur, cum revera major inde confuſio exorta ſit.

Quod in Olympiadum computatione recentiores Chronologi inſtituerunt, id in computatione annorum ab Urbe condita concordes omnes obſervant. Cum enim Urbis fuiſſe jacta fundamina in Palilibus ludis, qui quotannis die 21. Aprilis à Paſtoribus celebrari conſueverant, vetus fama ſit, ut Ovidius in metam. lib. 14. verſ. 774.

Feſtiſque Palilibus Urbis
Mœnia conduntur.

& Propertius lib. 4. eleg. in verſu 19.

Urbi feſtus erat, dixere Palilia Patres:
Hic primus cœpit, mœnibus eſſe dies.

& Cicero lib. 2. de divinatione cap. 47. *L. Tarrutius Firmanus, familiaris noſter, inprimis Chaldaicis rationibus eruditus, Urbis etiam noſtræ natalem diem repetebat ab iis Palilibus, quibus eam à Romulo conditam accepimus:* aliique teſtantur, recentiores tamen Chronologi conditæ Urbis annos ita computare conſueverunt, perinde ac ſi commune principium cum anno communi haberent, atque à Calendis Januarii initium ſumerent, quamvis revera eorum initium deſumendum ſit a die 21. Aprilis, nempe poſt menſes $3\frac{2}{3}$. ab anni communis exordio. Hinc ergo eſt, quod Clariſſimus V. Blanchinus quemadmodum duos annos Olympicos communi cuique anno aſſignat, duos pariter annos ab Urbe condita unicuique communi anno aſſignavit. Annus enim communis includit menſes $3\frac{2}{3}$. ante Palilia, & menſes $8\frac{1}{3}$. poſt Palilia.

Rurſus cum annus Urbis conditæ exordium ſumeret a 21. Aprilis, & annus Olympicus poſt duos menſes inchoaretur, nempe circa ſolſtitium æſtivum, ſive circa 21. Junii, hinc factum eſt, ut anni Urbis conditæ idem ferè principium ſortiri videantur, quod anni Olympici, cum duobus tantum inter ſe menſibus diſcrepent. En igitur quomodo tres illæ ſuperiùs a nobis adductæ de anno primo Urbis conditæ opiniones in duas tantum rediguntur. Chronologi enim illi, qui conditam Urbem volunt anno quarto Olympiadis VI., vel conveniunt cum illis, qui conditam volunt Urbem ineunte anno primo Olympiadis ſeptimæ, namque idem ferè eſt dicere: Urbs condita eſt exeunte anno tertio Olympiadis VI., ac dicere: Urbs condita eſt ineunte anno quarto Olympiadis VI., ac dicere: Urbs condita eſt ineunte anno primo Olympiadis ſeptimæ, uſqueadeo nullius momenti habetur diſcrepantia duorum menſium tantùm inter initium anni Olympici, & initium anni Urbis conditæ. Mirum ergo non fuerit, ſi recentiores Chronologi, & Panvinius maximè, antiquos in diverſum trahant. Cum enim M. Terentius Varro conditam Romam dixerit ineunte anno quarto Olympiadis VI., Panvinius eum in ſuam ſententiam trahit, qua aſſerit Romam conditam exeunte anno tertio ejuſdem ſextæ Olympiadis. Cum vero Faſti Capitolini Romam aſſerant conditam ineunte anno primo Olympiadis VII. Panvinius eos in eorum ſententiam trahit, qui Romam conditam volunt exeunte anno quarto Olympiadis VI. Petavius autem Dionyſium Halicarnaſſeum in eorum ſententiam trahit, qui conditam Romam volunt exeunte anno quarto, cum Dionyſius Halicarnaſſeus conditam Romam velit ineunte anno primo Olympiadis VII. Duæ ergo, non tres diverſæ opiniones celebriorum Auctorum ſunt circa annum Urbis conditæ. Alii enim Urbem conditam volunt vel exeunte anno tertio, vel ineunte anno quarto, quod idem eſt Olympiadis VI. ut L. Taruntius Firmanus, M. Terentius Varro, M. Tullius Cicero, Eu-

tro-

A Scriptores non convenit. Ego tamen Dionyſio, qui (3) ſeptimæ Olympiadis anno primo, poſt Ilium captum anno CDXXXIII., jacta prodidit, potiſſimum aſſentior; quod recitatis aliorum multorum, refutatiſque ſententiis, ſuam opinionem firmiſſimis, ac certiſſimis rationibus tu ri atque aſſerere videatur. (4) Parilibus autem jacta, qui dies ſacer fuit deæ Pali, XI. Kal. Majas, Plutarcho, Solino, Meſſalla, & vetere Kalendario auctoribus arbitror. (5) Hic idem cum populi conſenſu regnaſſet annos XXXVII. (tot enim annos Romulo Regi omnes tribuunt, præter unum Eutropium, qui XXXIX.) atque Imperium Romanum præclaris multis legibus ac inſti B tutis fundaſſet, domeſticamque ac militarem diſciplinam ſtabiliſſet, Nonis Quinctilibus mortuus eſt; qui dies, *Nonæ Caprotinæ*, quod is ad Capræ paludem exercitum recenſens non comparuerit; ac † *Populi fuga*, ob conſternatum repentina Regis morte populum, Plutarcho & Dionyſio teſtibus, poſtea appellatus eſt. Idem poſt conſecrationem *Quirinus* dictus, cujus cognominis has cauſſas reddit in Faſtis Ovidius:

Sive, quod haſta Curis priſcis eſt dicta Latinis,
Bellicus à telo venit in † aſtra Deus:
Sive ſuum Regi nomen poſuere Quirites:
Seu † quia Romanis junxerat ille Cures.

Eadem etiam ſcribit Plutarchus. Quod autem C à Quiritibus Quirinus dici potuerit, teſtes locupletiſſimi ſunt Dionyſius & Plutarchus, qui tradunt, ita inter Romulum, & T. Tatium Sabinorum Regem, quem Sabino bello Romulus in Civitatis & Imperii ſocietatem accepit, conveniſſe, ut urbs à Romulo Roma diceretur: populus à Curibus, T. Tatii patria Quirites vocaretur. Eundem ſine uxore vitam traduxiſſe, multi fuere qui ſcriberent. Livius autem Erſiliam Sabinam ſibi deſpondiſſe prodidit, quam non ſibi, ſed Hoſto Hoſtilio fortiſſimo viro deſpondiſſe ab aliis traditum eſt. Dionyſius Erſiliam matrem Romulo, filiam Hoſtilio nupſiſſe ait. Eadem ratione ne liberos quidem ullos ipſum reliquiſſe ſunt qui putent, ut Plutarchus, & Dionyſius: cum tamen Zenodotus, teſte Plutarcho, filiam nomine Primam, & filium Aollium, poſt Abillium nominatum, ipſum ſuſcepiſſe tradiderit. Atque hæc quidem, quatenus ad Magiſtratuum tabulas pertinet, de Romulo hactenus.

De Triumpho inſtituto, III. Triumphis Romuli Regis, & ſpoliis opimis ab eo relatis.

DE Triumphis autem hæc habemus, quæ dicamus. Triumphum eximium honorem fuiſſe quendam, quem is qui auſpicio ſuo hoſtes prælio deviciſſet, ut urbem cum incolumi exercitu rediens, Senatus primum decreto, poſt etiam populi juſſu conſequeretur, ſatis inter omnes anctores conſtat. Dictum autem eſse triumphum Varro putat libro de Lingua Latina V., quod cum Imperatore milites

---

tropius, aliique clariſſimæ famæ viri, atque inter Neotericos Panvinius, Noriſius, Petavius, Bucherius, & Uſſerius, atque alii plerique celebriores Auctores: alii conditam Urbem volunt vel exeunte anno quarto Olympiadis VI., vel ineunte anno primo Olympiadis VII. quod idem ferè eſt, ut Dionyſius Halicarnaſſeus, Verrius Flaccus cui Faſti Capitolini tribuuntur, C. Cornelius Nepos, Clemens Alexandrinus, Cuſpinianus, Pighius, Sigonius noſter, ac Theodorus Janſonius ab Almeloven.

(3) Intellige hic anno primo ineunte Olympiadis ſeptimæ, itaut annus primus Olympiadis ſep- D timæ, ſit primus Urbis conditæ, ut ſuperius admonuimus. Cum enim Ilium captum ſit anno ante Chriſtum natum MCLXXXIIII., ut docet accuratiſſimus Vir Petavius de doct. temp. Tom. II. lib. IX. cap. XXX., & XXXI., & annus primus Olympiadis ſeptimæ incidat in annum ante Chriſtum natum DCCLII. juxta communem Chriſti Epocham, ideo ſubtracto anno DCCLII. ab anno MCLXXXIIII remanebunt anni CCCCXXXII. à Trojæ incendio ad Olympiadis ſeptimæ primum annum excluſivè, quo plane anno juxta Sigonium fuit Urbs condita. Ergo annus CCCCXXXIII. à Trojæ incendio conveniet cum anno primo Olympiadis ſeptimæ, quo per Sigonium condita Roma fertur, atque ideo Sigonius intelligendus eſt dicere Urbem conditam anno primo ineunte Olympiadis ſeptimæ. Quod ſi no- E ſter Sigonius intellexiſſet Urbem conditam anno primo exeunte Olympiadis ſeptimæ, tunc Roma fuiſſet condita anno poſt Trojæ excidium CCCCXXXIIII., non anno CCCCXXXIII., ut Sigonius docet, qui Faſtos Capitolinos in temporum computatione ſectatur integro anno ſententiæ Varronianæ poſteriores.

(4) *Palilibus* (ſive Parilibus, ut ſcribit Sigonius) *autem jacta* (Urbis fundamenta) *qui dies ſacer fuit Deæ Pali XI. Kal. Majas Plutarcho, Solino, Meſſalla, & vetere Calendario auctoribus arbitror*; ita & Ovidius, & Propertius, & Cicero, & Lucius Tarruntius Firmanus, & alii. Condita igitur fuit Urbs ex Sigonio intra duos illos menſes, qui vigeſimam primam diem Aprilis, & vigeſimam primam diem Junii, qua Solſtitium æſtivum haberi ſolet, intercidunt, exeunte anno quarto Olympiadis ſextæ, & primo ineunte Olympiadis ſeptimæ, ut ſupra ex Sigonio ipſo docuimus.

(5) Hic cum regnaſſet annos XXXVII. (præter Eutropium, qui XXXIX.) &c. Intelligit credo Sigonius triginta ſeptem communes annos, quorum ſinguli duodecim menſibus conſtant, cujuſmodi noſtri ſunt, ut & Panvinius docet, licet Romuli tempore decem tantum menſibus conſtaret annus, nec Solis, nec Lunæ ſervato curſu. Probabile tamen eſt, ut Panvinius arbitratur, annos illos Romuleos intercalaribus menſibus, aut diebus fuiſſe completos, ne proceſſu temporis idem menſis, qui brumali tempore fuerat primò inſtitutus æſtivo tempore aliquando adveniret, ac temporum ordo conturbaretur.

Totidem autem annos integros Romulum regnaſſe, Panvinius docet. Petavius triginta & octo annos regnaſſe refert ex Dionyſio Halicarnaſſeo, qui Romulum natum docet Olympiadis ſecundæ anno tertio. Quare anno, quo Romam condidit decimum octavum annum agebat, itaut addito numero XXXVII. ad numerum XVIII. Romulus vixerit annos LV. ut omnes ferè conſentiunt celebriores auctores. Cum enim Sigonius Romam conditam velit anno integro poſt annum Varronianum, bene anno minus regnaſſe Romulum ſcribit, ut conveniat cum Varrone in aſſignando mortis anno, quæ contigit, ut Petavius docet, anno ſecundo Olympiadis XVI. ante Chriſtum natum DCCXV.

Quod autem addit Sigonius de Eutropio aſſerente Romulum regnaſſe XXXIX. annos, id in editione Oxonienſi facta anno MDCCIIIL falſum videtur: namque illum regnaſſe XXXVII. Eutropius refert. At in Hiſtoria Miſcella, cujus prima potiſſimum pars Eutropio adſcribitur, Mediolani impreſſa Tom. I. Rer. Italic. legitur Romulum regnaſſe XXXIX. annos, ut Sigonius de illo verè teſtatur, nec aliter legendum puto, nam cum Eutropius ſtatuat Urbem conditam anno tertio Olympiadis ſextæ, duos videlicet annos ante Urbem conditam ex Sigonii opinione, ideo ut Eutropius conveniat cum ceteris in aſſignando Romuleæ mortis anno, neceſſe eſt ut eum dicat regnaſſe XXXIX. annos, ſaltem inchoatos.

lites redeuntes, clamitarent per Urbem in Capitolium euntes, *Io triumphe*; idque à Θριάμβῳ, græco Liberi patris cognomine, dictum exiſtimat; qui primus devicta India, hujus honoris auctor fuiſſe traditur. Itaque Livius lib. XLV. ait; *Milites laureati triumphum nomine cient*. Triumphorum vero duo genera fuerunt, unus, major; qui præcipue Triumphus; alter, minor, quæ *Ovatio* nominata eſt. Ex his autem alii terreſtres, alii navales; itemque alii in Urbe, alii in monte Albano, acti ſunt. Horum autem quidque, qui primi, & quo anno, & qua cauſſa fecerint, & quid inter Triumphum & Ovationem interfuerit, ſuo loco demonſtrabo; nunc tantum id quod inſtar, agendum eſt. Quis igitur primus Romæ Triumphum egerit, parum inter Scriptores convenit. Dionyſius, Plutarchus, & Meſſalla Romulum hujus inſtituti auctorem nominant; ſed iidem tamen tradunt ab aliis quibuſdam L. Tarquinio Priſco Regi hoc tribui, quos Florus & Eutropius ſequuti ſunt; & fortaſſe etiam Livius, qui nullius Regii Triumphi, niſi ejus quem L. Tarquinius Priſcus de Sabinis egit, meminit. Plutarchus autem Priſcum, primum illum quidem fuiſſe putat qui curulem in urbem Triumphum invexerit: ſed qui triumphandi morem inſtituerit, Romulum prodit. Itaque reprehendit etiam Dionyſium, qui Romulum curru Urbem ingreſſum in Triumpho ſcripſerit; ſcilicet quod non Romulus, ſed aut Priſcus, aut certe (ut alii tradiderunt) P. Valerius Poplicola Conſul, primi curru Urbem Triumphi cauſſa invecti ſint. Hic honos omnium maximus ſtante Republ. ſemper habitus eſt: everſa autem Republica triumphalia ornamenta pro Triumpho ab Auguſto primum decerni cœpta ſunt. Ceterum prima Romanis arma illata ſunt (6) à Latinis finitimis; ſecunda, ab Etruſcis. Latinos ad bellum dolor acceptæ à Romulo Rege injuriæ accendit; quos benigne atque amice cum uxoribus ad ludos invitatos, (7) raptis in urbe ex compoſito mulieribus, graviſſima ille contumelia affecerat. Hi Cæninenſes, Cruſtomini, Antemnates, & Sabini fuerunt. Camerinos autem ex Latinis, ac Fidenates & Vejentes ex Etruſcis, ſpes prædæ ad Ro-

A manum agrum populandum incitavit. Itaque omnibus iis bello intra paucos dies devictis, Romulus primum de Cæninenſibus & Antemnatibus, (8) iterum de Camerinis, tertium de Fidenatibus & Vejentibus triumphavit, ut ait Dionyſius lib. II. Nam (9) de Cruſtominis, quamquam prœlio fractis, triumphus nullus actus eſt, & Sabini in ipſo ſummo prælii diſcrimine icto fœdere, in partem etiam Civitatis & Reipublicæ vocati ſunt. Solinus tamen cap. II. Romulum primum de Cæninenſibus, iterum de Camerinis, tertium de Vejentibus triumphaſſe prodit. Nam Plutarchus de Cæninenſibus tantum, ac poſt de Vejentibus & Fidenatibus triumphatum, & quidem

B Vejentium Regem ipſum ſenem in triumpho ductum eſſe Idibus Octobr. prodit. Quoniam autem in Capitolinis triumphis dies & annus ab urbe condita, unicuique triumpho adſcriptus eſt, propterea conatus ſum, ut ne ab eorum ratione diſcederem; quoties quidem poſſem. Itaque anno ab urbe condita IIII., de Cæninenſibus triumphatum eſſe ſcripſi; quod Dionyſius eo anno mulieres raptas eſſe credat potius, quam (ut multi ſcripſerunt) menſe quarto. Quod ſi quarto anno mulieres raptæ ſunt, eodemque anno victi ſunt Cæninenſes, qui mulierum cauſſa bellum Romulo intulerant, profecto eodem etiam anno triumphatum eſt. De Camerinis autem anno XVI.

C Kal. Sextil. triumphatum ſcripſi; quia Plutarchus ait victos Camerinos à Romulo eo anno, eoque die Romam eſſe translatos, ex quo intelligi poteſt, aut eodem die, aut paullo ante, triumphum actum. De Vejentibus porro Idibus Octobr. triumphatum idem ſcribit; annum ejus triumphi certum conſequi conjectura non potui. Cum autem varia ſint (ut dixi) genera triumphorum, obſervatum eſt nobis, eos qui Capitolinos triumphos inciderunt, quoties curulem triumphum, cumque terreſtrem & in urbe actum ſignificare velint, (10) hanc fere ſcribendi formulam adhibere, quam nos adſcripſimus; eſt enim præciſa oratio, cum verbum *triumphavit* ubique deſide-

D retur. In reliquis autem quæ ſcribendi ratio ſervata ſit, ſuo loco demonſtrabimus. (11) Quæ porro de *opimis ſpoliis* ſcripſi, à Romulo inter-

(6) Nempe à variis populis, qui Latium incolebant, cujuſmodi erant Rutuli, Volſcit, Sabini, Camerini, Æquicolæ, Hernici, Veji, Gabit. Sabinorum autem populi erant Fidenates, Cruſtumini, Curetes, Antemnates, & Cæninenſes, ſeu Cæninates.

(7) Sabinarum raptus, unde ortum primum Romanis bellum anno quarto ab Urbe condita, contigit, ſi Petavium ſequimur ac Pighium. Primum igitur bellum Romanis moverunt Sabini, ac præcipue inter Sabinos, Cæninenſes, & Antemnates, Urbi viciniores, quorum mulieres Romani rapuerant, ac de quibus Romulum primò triumphaſſe paullo infra Sigonius tradit, quòd eodem anno, aut ſequenti contigiſſe oportet.

(8) Romulum de Camerinis triumphaſſe poſt primum de Cæninatibus, & Cruſtuminis Triumphum actum, Sigonius refert anno ab U. C XVI. menſe ſextili paullo infra; ſed Romulum tertiò triumphaſſe, ſcribit de Vejis, ſive Vejentibus intra menſem Octobris nullo anno indicato, quem ſe neſcire Sigonius refert. At nos eodem anno id eveniſſe arbitramur, quo de Camerinis triumphavit, nempe poſt duos menſes. Cum enim Faſti Capitolini enuncient annum, quo Romulus triumphavit de Camerinis, & menſem, ac poſtea enuncient menſem poſteriorem, quo Romulus triumphavit de Vejis, nec annum indicent, clarum eſt eodem anno utrumque Romuli Triumphum contigiſſe.

(9) Cruſtuminos à Romulo bello fractos fuiſſe, nec Romulum de ipſis triumphaſſe, Sigonius refert, eos enim levibus prœliis, & ſine periculo domuit. At ceteri Sabinorum populi, Romulum, & Romanos viciſſent, niſi mulierum interventu pax inter eos fuiſſet pacta, acceptis in Regni conſortium iiſdem Sabinis, ac Tatio eorum Rege anno ſeptimo U. C., qui poſtea ſex annos cum Romulo commune Imperium rexit, donec Regni anno ſexto, ac decimo tertio ab U. C. per inſidias interemptus, Imperium ſoli Romulo, & Romanorum, & Sabinorum reliquit.

E

(10) Nempe vox *triumphavit*, quæ Faſtis Capitolinis adjungi non conſuevit, cum tamen ſubintelligi debeat.

(11) Opima ſpolia ea erant, quæ ſupremus belli Dux ſupremo Hoſtium Duci victo detrahebat, ita ut ille Dux, ſive Victus, ſive Victor, exiſteret, aut Rex eſſet, aut talis ſupremus Dux, ut ſuis auſpiciis bellum gereret. Atque ut ea, quæ de hujuſmodi ſpoliis ſentio, paucis exponam, hæc brevis Diſſertatio demonſtrabit, ut ſequitur.

De Spoliis Opimis.

Ac primò, quid hæc vox *Opimus* ſignificet, exponendum videtur. *Opimus* igitur idem ſignificat

A ficat ac *pinguis*, neque alium porrò ſignificatum habere poſse arbitramur, ut alii habere putant, qui *Opimus*, & *Opulentus*, idem ſignificare contendunt. Habemus enim exempla quamplurima apud priſcos Auctores, quod *Opimus* ſumatur pro *pingui*, nec habemus exemplum, quod ſumatur pro *opulento*. Si noſtram ergo proferre ſententiam liceat, inde nomen hoc ſpoliis datum videtur, quòd hæc ſpolia Feretrio Jovi pro victimis pinguibus, ſeu tamquam victimæ pingues offerebantur ex Romuli inſtitutione. Quemadmodum igitur hoſtiæ, quæ Diis immolabantur, *Opimæ* dici conſueverant, eo quòd pinguiores victimæ, ut Boves, Vaccæ, atque Oves in Divûm ſacrificia ſeligebantur, ita & ſpolia hujuſmodi, utpote cæteris glorioſiora, deſumpto ab hoſtiis nomine, metaphoricè Opima vocabantur, tamquam futura Jovi Feretrio cariora, quo illi B cariores futuræ Victimæ credebantur, cum pinguiores. Primus omnium Romanorum Romulus fuit, qui anno quarto ab U. C. ſpolia hæc retulit, & Jovi Feretrio conſecravit, Acroni Cæninenſium Regi, ac ſummo Duci à ſe victo, & interfecto detracta. Quod facinus, quia præclariſſimum videbatur, in Faſtis recenſeri, conſueverat. Quia tamen ex Marci Varronis teſtimonio ea etiam ſpolia Opima erant, quæ vel gregarius miles hoſtium ſupremo Duci detraxiſset, hinc nobis orta ſuſpicio eſt quænam prima, ſecunda, & tertia ſpolia fuerint, circa quæ Numa Pompilius legem ſcripſit allatam à Feſto Pompejo. Hanc nos, quemadmodum fuit a Joſepho Scaligero emendata, atque à Roſino libro X. antiquit. Roman. cap. XXIX. producta, producimus, paullo ab ea diverſam, quam Sigonius juxta Plutarchi verba in vita Marci Marcelli C proponit. Ea autem hujuſmodi eſt, ut Roſinus adducit.

QVOIVS. AVSPICIO. CLASSE. PROCINCTA. OPEIMA. SPOLIA. CAPIVNTVR. IOVEI FERETRIO. BOVEM. CAEDITO. QVEI. CEPIT AERIS. DVCENTA. DARIER. OPORTETO.

SECVNDA. SPOLIA. IN. MARTIS. ARAM. IN. CAMPO. SOLITAVRILIA. VTRA. VOLVERIT. CAEDITO.

TERTIA. SPOLIA. IANO. QVIRINO. AGNVM. MAREM. CAEDITO. CENTVM. QVEI. CEPERIT. EX. AERE. DATO.

Quæ triplex lex ita à me explicatur: *Ille cujus auſpicio exercitu ad prælium inſtructo* (ita interpretatur ly *Claſſe procincta* C. V. Facciolatus in ſuo Dict. Patavii impreſſo anno 1726.) D *Opima ſpolia capiuntur, Bovem cædat Jovi Feretrio. Qui autem ceperit hujuſmodi ſpolia, illi pro mercede ducentos aſſes*, (ſive æris ducentum libras) *dari oporteat*.

Qui verò ſecunda ſpolia ceperit, ille afferat ea ad Martis aram, atque in campo ante Martis aram, ſive in campo Martio, ſive in ipſo pugnæ campo, *vel ſuem marem, vel Arietem, vel Taurum*, (ita enim ſignificat vox *ſolitaurilia*, ſive *ſuovetaurilia*, ut Sigonius legit) *utra voluerit cædat*. Sigonius loco ſcribendi *in campo*, ſcribit *octoginta*, ut etiam Plutarchus in vita M. Marcelli docet, quaſi intelligendum ſit, ei, qui ſecunda ſpolia ceperit, octoginta æris libras in præmium dari oportere. Sed putamus deeſſe aliquid, ut exempligratia, *centum octoginta*, ſeu potius *centum quinquaginta*, ut aliqua proportio ſit inter præmium ejus qui prima retulerit ſpolia, & ejus, qui ſecunda, & ejus, E qui tertia.

Qui tertia ſpolia ceperit, ea Jano Quirino ſuſpendat, atque Agnum maſculum mactet, atque in præmium referat centum aſſes, nempe centum æris libras.

Tota igitur difficultas in hujuſmodi ſpoliorum diverſitate verſatur: nimirum quæ prima, quæ ſecunda, quæ tertia, Numa Pompilius intelligi voluerit. Ac porrò Virgilii locus inſignis ſuos in diverſum agit interpretes, nam VI. Æneidos verſ. 855., ſic ait.

> *Adſpice, ut inſignis ſpoliis Marcellus Opimis*
> *Ingreditur, victorque viros ſupereminet omnes.*
> *Hic Rem Romanam magno turbante tumultu*
> *Siſtet eques: ſternet Pœnos, Gallumque rebellem,*
> *Tertiaque arma patri, ſuſpendet capta Quirino.*

Servius enim, Virgilii vetus interpres afferens Numæ legem ſuperius ſcriptam, intelligit, prima Opima ſpolia Jovi eſſe offerenda, ſecunda Marti, tertia Romulo. Quod falſum omnino eſt, nam Numa Pompilius poſt Romulum imperavit, neque anteceſſori ſuo præſcribere legem poterat, nec prævidere poterat in futurum ter tantum hujuſmodi ſpolia referenda. Immo M. Marcellus, qui tertius hujuſmodi ſpolia retulit, non Romulo, nec Jano, ſed Feretrio Jovi ſuſpendit. Falſo etiam videtur hoc intelligi debere de tribus ſpoliis ab eodem Duce referendis, ut putat Pater de la Ruë, doctiſſimus cæteroquin Maronis interpres, namque tertia potius, quam prima, aut ſecunda Jovi Feretrio, non Romulo, aut Marti ſuſpendi oportuiſſet, cum glorioſior longè Dux eſſet qui tertiò hæc ſpolia retuliſſet, quam qui ſemel, aut bis. Quod autem addit hæc verba *patri Quirino*, intelligi debere *Jovi Feretrio*, nulla fulcitur auctoritate, nam & Romulum, & Janum vidimus Quirinum fuiſſe appellatos, at nuſquam Jovem. Rectius igitur intelligendum putamus, ut Naſcimbenus interpretatur, hoc eſt: *Marcellus ſuſpendet patri Jovi ſpolia, quæ tertius retulit poſt capta à Romulo ſpolia de Acrone*. Prima enim ſpolia Opima ea fuerunt, quæ Romulus retulit de Acrone, ſecunda quæ Cornelius Coſſus de Larte Tolumnio, tertia quæ Marcellus de Viridomaro Gallorum Rege. Supereſt igitur dicere, vel Numam pro ſecundis, & tertiis ſpoliis, ſpolia Opima non intellexiſſe, vel ſi Opima intellexit, ut putant omnes interpretes, (nam de aliis ſpoliis, non Opimis nulla fertur impoſita lex, vel fuiſſe ſervata) ea eſſe prima, quæ Dux ſupremus de ſupremo hoſtium Duce, aut Rege à ſe victo detulerit: ſecunda verò ſpolia ea eſſe, quæ minor Dux alienis auſpiciis militans de ſupremo hoſtium Duce, vel Rege retulerit: tertia ea eſſe, quæ miles manipularis, ſeu Gregarius ſupremo hoſtium Duci, aut Regi à ſe victo detraxerit; Nam & hæc ſpolia Opima dici teſtatur Marcus Varro. Quod autem ſecunda ſpolia Jovi Feretrio offerri non poſſent, unicum in Romanis Hiſtoriis exemplum habemus, ac teſtimonium, nam ut refert Dio lib. 51., & Panvinius de Triumpho in fine ſui tractatus, & Sigonius noſter in Commentariis ſuis in Faſtos ad annum 725. ab U. C., M. Licinius Craſſus, qui Conſul cum Auguſto fuit circa annum 30. ante Chriſti communem æram, in Thracia Exercitum regens, tamquam ſupremus Dux, ſed Auguſti Cæſaris auſpiciis, Meldonem Baſtarnarum Regem ſingulari certamine à ſe victum ſpoliavit, neque tamen illi permiſſum fuit Jovi Feretrio ſpolia relata ſuſpendere, cum ſuis auſpiciis non pugnarit. Cum enim hæc eſſent quidem ſpolia Opima ex opinione M. Varronis, Marti offerri debuiſſent, tamquam ſpolia ſecundi generis. De ſpoliis verò Opimis tertii generis, cum Romanis in Hiſtoriis exemplum non habeamus, nihil adſerre certi potuerim, quod hujuſmodi ſpolia aut Romulo, aut Jano Quirino ſuſpenſa fuerint.

Supereſt nunc de Cornelio Coſſo, quem plerique Scriptores, excepto Livio, vel Tribunum, vel Magiſtrum Equitum fuiſſe, cum ſpolia de Larte Tolumnio Vejentum Rege a ſe victo retulit circa annum ab U. C. 325., explicare quomodo hujuſmodi ſpolia Jovi Feretrio dedicarit, ſicut illi antiqui Scriptores, qui vel Tribunum, vel Magiſtrum militum fuiſſe dicunt, concordi auctoritate teſtantur, cum ea tamquam ſpolia ſecundi generis offerre Marti oporteret. Tribunus enim, & Magiſter Equitum alienis auſpiciis militant, neque Duces ſupremi vocandi ſunt. Nos igitur cum Livio Cornelium Coſſum Conſulem tunc fuiſſe, non Tribunum, aut Magiſtrum Equitum credimus. Primò quia, cum Urbem ingreſſus eſt, quadrijugis vectum Plutarchus refert, quem honorem obtinere non poterat, niſi qui triumphans Urbem ingrederetur, nec triumphare conceſſum erat, niſi ei, qui ſuis auſpiciis, ut Conſul durante Republica, militabat. Cæſarum tempore ne Conſules quidem ſuis auſpiciis rem gerebant, ſed Cæſaris. Secundò quia Livius dicit ſe Auguſtum audiſſe ingreſſum Ædem Jovis Feretrii, ſe ipſum in thora-

A

interfecto Acrone Cæninenſium Rege relatis, ea ſcripta ſunt apud Dionyſium, Livium, Plutarchum, Solinum, Valerium; de quibus nihil dixiſſem, niſi tertiorum ſpoliorum, quæ M. Marcellus Cos. an. DXXXI. rettulit, fieri mentionem in Capitolinis triumphis animadvertiſſem. De opimis autem ſpoliis hæc tradita ſunt. Plutarchus in Romulo opima ſpolia non ab opibus (ut Varro cenſuit) ſed ab opere rei geſtæ, quæ ducibus hoſtium interfectis Romani duces tulerint, dicta putat. Varronem autem ſequitur Feſtus: cujus verba mendoſiſſima à me ita quadam ex parte reſtituta ſunt: Opima, magnifica, & ampla; unde ſpolia quoque, quæ dux populi Romani

B

duci hoſtium detraxit, quorum tanta raritas eſt, ut intra annos paulo minus DXXX. tantum trina contigerint nomini Romano: una, quæ dux Romulus de Acrone; altera, quæ Coſſus Cornelius de Tolumnio; tertia, quæ M. Marcellus de Virdumaro fixerunt. M. Varro ait opima ſpolia eſſe, etiam ſi manipularis miles detraxerit; dummodo duci hoſtium detraxerit, (12) quod autem omnia ſolita non ſint ad ædem Jovis Feretrii poni, teſtimonio eſſe Libros Pontificum; in quibus ſit, pro primis ſpoliis bove, pro ſecundis * ſuovetaurilibus, pro tertiis agno publice fieri debere. Eſſe etiam Pompilii Regis legem opimorum ſpoliorum talem: *Cujus auſpicio claſſe procincta, opima ſpolia capiuntur, Jovi Feretrio darier oporteat, & bovem cædito, qui cepit æris CCC.* (13) *Secunda ſpolia in Martiaram, octoginta, ſuovetaurilia utra voluerit cædito. Tertia ſpolia Jano Quirino, agnum marem cædito; C. qui ceperit ex ære dato.* Hæc Feſtus. Servius etiam exponens illum Virgilii verſum;

Tertiaque arma patri ſuſpendet capta Quirino;

prima Jovi, ſecunda Marti, tertia Quirino dicata fuiſſe ex lege Numæ Pompilii, ſcribit. Idem tradit Plutarchus in Marcello; quo in loco veſtigia exſtant emendandæ hujus apud Feſtum ſcripturæ. Sed de ſpoliis opimis hactenus; nam alia multa, ubi de ſecundis ſpoliis agemus, afferemus.

DE INTERREGIBUS.

POſt Romulum anno uno (14) Interreges Reip. præfuiſſe, multis conſtat Auctoribus,

---

ce lineo ſcriptum legiſſe, Coſſum ea ſpolia Conſulem dedicaſſe.

Quod ſi Numam Pompilium dicamus non intellexiſse appellanda ſpolia Opima, quæ ſecunda, & tertia appellavit, ea videlicet quæ

C

minor Dux, aut privatus miles, ſupremo hoſtium Duci detraxiſſet, at pro ſecundis ſpoliis ea omnia in genere ſpolia intelleaiſſe, quæ in triumphum à Romanis Ducibus curru vecta deferebantur, atque hæc Marti offerri voluiſſe, pro tertiis autem ſpoliis, ea intelligi voluiſſe, quæ in ovatioue in Urbem ferri conſueverant, atque hæc Jano Quirino, aut Romulo offerri oportere, tunc verſus ille Virgilii facillimè explicabitur, cum enim M. Marcellus, Plutarcho teſte, ter triumphaverit (quod ceteri tamen Auctores negant, ſemel tantum triumphaſſe aſſerentes) ſeu verius ſemel triumphans Romæ, atque iterum triumphans in Monte-Albano, ac tertiò tandem ovans Urbem ingreſſus ſit: primò cum de Viridomaro ſpolia Opima detulit, & Gallos profligavit circa annum ab U. C. 532., ac triumphans Urbem

D

ingreſſus eſt: ſecundò cum de Siracuſarum expugnatione triumphum duait in Monte Albano, ut idem Plutarchus refert, circa antium ab Urbe condita 542.: Tertiò cum ſemel, atque iterum levibus præliis Pœnos vicit circa annum ab U. C. 544. & 545., ut & Virgilius ipſe teſtatur in verſibus ſuperius allatis, ideo prima de Viridomaro ſpolia Jovi Feretrio dedicavit, ſecunda de Siracuſis expugnatis Marti fortaſſe obtulit, ut & Silius Italicus de Publio Cornelio Scipione Africano cecinit lib. XV. verſ. 491.

Pyrenes tumulo Clypeum cum carmine figunt
Haſdrubalis ſpolium Gradivo Scipio victor.

Tertia verò Jano Quirino, tamquam inferioris generis ſpolia ſuſpendit, ut carmen illud Virgilii indicat.

E

Tertiaque arma Patri ſuſpendet capta Quirino

Janus autem Pater Quirinus dicitur, quia Pater omnium Deorum, & quia Regum Latinorum antiquiſſimus. Quirinus autem vel quia Romuli Anteceſſor, vel quia effingebatur cum haſta, quam Sabini *curim* vocabant, unde etiam Romulo *Quirini* datum nomen, vel quia a Romulo templum illi conſtructum fuit, poſt pacem cum Sabinis factam, vel quia Deorum omnium primus, & tamquam Pater apud Latinos habebatur, ut Roſinus docet lib. ſecundo antiquit. Roman. cap. 3. De Triumpho lex erat, ne quis triumpharet, qui ſuis auſpiciis non pugnaſſet, teſte Val. Max. lib. 2. cap. 8. de jure triumphandi. Oportebat autem, ut triumphum ducturus, vel Conſul, vel Dictator, vel Prætor ſaltem eſſet, qui ſuis auſpiciis durante Republica rem geſſiſſet. Spolia verò quæ in Triumpho deferebantur, partim Jovi Feretrio, ſi Opima eſſent, & partim Marti, ſplendidiora videlicet, & opulentiora, ac partim tandem, aut Romulo, aut Jano Quirino, videlicet inferiora, infimis autem inter milites pro ſuæ virtutis præmio diſtributis. Ovatio à Triumpho in hoc differebat, quod illa concedebatur iis etiam Ducibus, qui non ſuis auſpiciis hoſtem viciſſent, aut Conſuli, aut Dictatori inferiores, licèt in ea expeditione, qua hoſtem ſtraverant, ſupremi Duces fuiſſent. Præterquam quod ovantes Urbem ingreſſuri ſatis habebant hoſtem levioribus præliis confregiſſe, licèt plenam de hoſte victoriam non referrent. Neque verò Numæ lege ita Cives obſtringebantur, ut non liceret ſupremo Duci relata de hoſtibus opulenta, glorioſaque ſpolia in ſuas Ædes referre ad ſuæ virtutis oſtentationem, ut docet rectè Panvinius in libello, quem de Triumpho conſcripſit. Ceterum Diis offerri hoſtium ſpolia, ac maximè Quirino (ſive Janum Quirinum, ſive Romulum, ſive Martem intelligas) teſtis eſt Livius, qui lib. X. cap. 46. ubi de L. Papyrio Curſore Conſule de Samnitibus triumphante, ſic ſcribit: *Ædem Quirini* (hic videtur intelligi Romulus, cui à Papyrio primum Romæ templum dicatum fuit) *exornavit hoſtium ſpoliis, quorum tanta multitudo fuit, ut non tantum templum, forumque bis ornaretur, ſed ſociis etiam, coloniſque finitimis ad templorum, locorumque publicorum ornatum dividerentur.* At jam de ſpoliis ſatis.

(12) Non omnia Jovi Feretrio ſpolia Opima ſuſpendi, immo neque Marti, neque Jano, aut Romulo, id ſuperius abundè oſtendi.

(13) Corrige CC. ita enim ceteri omnes auctores. Typographi non Sigonii mendum eſt CCC. pro CC. ſcribere.

(14) Interregnum hoc, de quo hic Sigonius diſſerit, & quod ad integrum annum extendit, initium habuit à morte Romuli, nempe à die XXVI. Maji, qua contigit Solis defectio, anno periodi Julianæ 3999. Cùm autem Romulus regnare ceperit poſt Palilia anno periodi Julianæ 3961. hinc evincitur Romulum regnaſſe integros XXXVIII annos, ex computatione Varroniana. Cùm autem Sigonius ſequatur Faſtos Capitolinos, qui conditam Romam ferunt integro anno poſt, hinc fit, ut Sigonius XXXVII. annos integros Romulum regnaſſe ferat. Hanc autem Solis in Romuli morte defectionem refert Livius; quare cum hæc ab inſignibus Mathematicis ſtabilita fuerit, ut Petavius docet Tom. I. de Doct. Temp. lib. X. cap. XXI. anno periodi Julianæ 3999., inalterabilis eſt annus hic Romuleæ mortis, atque ab omnibus præter omnem controverſiam admittendus, cum & Faſtis Capitolinis, & calculo Varroniano concordet.

bus, de quo anno ita Livius: Mortuo Romulo, rem inter ſe centum patres, (15) decem decuriis factis, ſingulisque in ſingulas decurias creatis, qui ſummæ rerum præeſſent, conſociant, decem imperitabant; unus cum inſignibus Imperii & lictoribus erat, quinque dierum ſpatio finiebatur Imperium, ac per omnes in Orbem ibat; annuumque intervallum Regni fuit, id ab re, quod nunc quoque tenet nomen, *Interregnum* appellatum. Eadem Dionyſius, & Plutarchus in Numa.

DE

(15) Ita Sigonius ex Livio ſcribit, at Dionyſius Halicarnaſseus ducentos Patres fuiſse ſcribit à populo conſtitutos: centum videlicet ex Romanis, ac totidem ex Sabinis. Plutarchus centum & quinquagintu, quos in Decurias diviſos fuiſse dicit. Ex his Decuriis una ſorte eligebatur, cujus ſinguli Rempublicam regerent quinque tantum dierum ſpatio, quo elapſo alter alteri ſuccederet, atqua ita ſiebar, ut quinquaginta continuos dies Decuria unaquæque Rempublicam regeret. Quinquaginta diebus exactis alteru ſorte Decuria eligebatur, quæ alios quinquaginta dies Rempublicam adminiſtraret. Spatio igitur unius anni, quo Interregnum duravit ſeptem tantum Decuriæ imperare potuerunt, namque ſepties tantum quinquaginta dies annum integrum paullo minus conficiebant. Vide Panvinium in Comment. ad Faſtos Roman. lib. 1. de Interregno poſt Romulum pag. 48. Edit. Ven. Cetera de Romulo vide apud Panvinium.

De Romuli anno, ejuſque correctione à Numa Pompilio tum à Decemviris, deinde à Julio Cæſare, mox ab Octavio Auguſto, ac tandem à Gregorio XIII. facta.

ANtequam de Numa Pompilio, deque ejuſdem Regno diſseram, prælibare nonnulla neceſse eſt de anno antiquo Romanorum. Cum autem nos in veterum annorum computatione velimus intelligi annos integros, & cujuſmodi ſunt hodierna ætate completos, errare nos in eorum numeratione fortaſse, aliquis ſuſpicabitur, qui veterum Romanorum annos fuiſse noſtris minores ſciat. Opinio igitur omnium ferè Scriptorum veterum eſt, & recentiorum, decem tantum menſium à Romulo annum fuiſse conſtitutum, trecentum nempe & quatuor tantum dierum, ut docet Julius Gracchanus, Fulvius, Varro, Svetonius, Plutarchus, Solinus, Cenſorinus, Macrobius, & Ovidius. Plutarchus autem hujuſmodi Romuleos menſes alios triginta quinque, alios ſexdecim tantum dierum fuiſse ſcribit in vitu Numæ Pompilii, namque ut Cenſorinus refert: imitatus Albanos, quorum Coloni Romani erant, & qui dabant primo menſi triginta ſex dies, tertio viginti duos, ſexto decem & octo, ſeptimo ſexdecim, ad eorum normam ſuos fortaſse Romulus menſes ordinavit, ita tamen ut annus ejus ſolis trecentum & quatuor diebus conſtaret. Ordo autem hujuſmodi menſium erat, ut ſequitur: Martius (quem ſic appellavit utpote quem Deo Marti, quem ſuum Patrem ferebat, honoris gratia dedicatum volebat) Aprilis, Majus, Junius, Quintilis, Sextilis, September, October, November, December. Martius igitur erat anni Romulei menſis primus. Cum autem decem menſes hujuſmodi rectam anni menſuram non æquarent, ac plurium annorum decurſu non ampliùs eidem anni tempeſtati, cui adfixi jam fuerant, cohærerent, intercalari aliquo dierum ſpatio complebantur, ut ſinguli ad ſuam ſedem, cui adfixi fuerant revocarentur, ut probabiliter Panvinius putàt. Cur autem Romulus in menſes decem annum diviſerit, Ovidius primo Faſtorum canit.

Tempora digereret cum Conditor Urbis, in anno,
Conſtituit menſes quinque, bis eſſe ſuo.

Tertio verò Faſtorum hanc de hac anni Romulei conſtitutione rationem Ovidius reddit.

Annus erat, decimum cum Luna receperat orbem:
Hic numerus magno tunc in honore fuit.
Seu quia tot digiti, per quos numerare ſolemus,
Seu quia bis quino femina menſe parit.

Verùm Numa Pompilius Vir minus rudis, neque rei Aſtronomicæ omnino ignarus, duos addidit menſes: Januarium, qui primus anni menſis haberetur, & Februarium, qui ultimus menſis eſset, itaut Februarius cum Decembri noſtro conveniret, Januarius cum Januario, Martius cum Februario, Aprilis cum Martio, Junius cum Majo, & ſic de ceteris, quos in menſem antecedentem retraxit. Voluit autem ut Januarius à Jano nomen acciperet, quaſi Janus anni januam aperiret. Ita Ovidius Faſtorum libro 1. de Deo Jano.

Me penes eſt unum vaſti cuſtodia Mundi,
Et jus vertendi cardinis omne meum eſt &c.
Præſideo foribus Cæli cum mitibus horis.
It, redit Officio Jupiter ipſe meo.

Rogatus deinde Janus ab Ovidio cur à Jano annus exordium duceret, ita reſpondens inducitur.

Bruma novi prima eſt, veteriſque noviſſima Solis:
Principium capiunt, Phœbus, & annus idem.

Nimirum cum hybetna tempeſtas annum terminet hyemali ſolſtitio, atque anno novo fores aperiat, hinc mihi ille menſis eſt conſecratus, qui primus eſt anni, eum meum ſit anno novo januas teſeraru, ac veteri claudere. Februarius autem fuit à Numa Pompilio ultimus anni menſis deſtinatus, ut docet Ovidius lib. II. Faſtorum.

Sed tamen (antiqui ne neſcius Ordinis erres)
Primus ut eſt anni menſis, & ante fuit.
Qui ſequitur Janum, veteris fuit ultimus anni:
Tu quoque Sacrorum Termine finis eras.
Primus enim Jani menſis, quia janua prima eſt.
Qui ſacer eſt imis manibus, imus erat.
Poſtmodo creduntur ſpatio diſtantia longo
Tempora bis quini continuaſſe viri.

Eſt igitur ſenſus: ab eo uſque tempore, quo Numu Pompilius Januarium intra anni menſes intruſit, & voluit primum hunc eſse anni menſem, Februarius, qui Januarium ſequitur, fuit ex Numæ Pompilii conſtitutione ultimus anni menſis. Terminalia verò Feſta, quæ in honorem Dei Termini ſacra erant, & die vigeſima tertia Februarii celebrabantur ideo Terminalia dicebantur, quia hoc Feſto terminabantur cetera anni Feſta. Primus igitur menſis erat Januarius, quaſi janua novi anni. Februarius autem, quo Februu Feſta celebrabantur in honorem Deorum Manium erat ultimus anni menſis. Decemviri denique dicuntur Februarium poſt Januarium conſtituiſse, atque ita duos hos menſes, qui maximè à ſe mutuo diſtabant, cum alter primus, alter ultimus eſset anni menſis, continuaſse, itaut menſes eo in poſterum procederent ordine, ut Januarius primus eſset anni menſis, Februarius ſecundus, Martius tertius, Aprilis quartus, Majus quintus, Junius ſextus, Quintilis ſeptimus, Sextilis octavus, September nonus, October decimus, November undecimus, December duodecimus.

Numa igitur Pompilius animadvertens Romuli annum deficere diebus quinquaginta à Lunari, qui diebus 354. conſtat, duos illos intruſit menſes Januarium, & Februarium, quibus annum Lunarem compleret. Quia verò numerum parem infauſtum eſse cenſebat, ſingulis menſibus, qui pares habebant dies unum ſuſtulit, nempe Aprili, Junio, Sextili, Septembri, Novembri, ac Decembri. Sex autem dies hujuſmodi, quos è prædictis menſibus ſuſtulit, addidit numero quinquagenario, atque ex numero dierum 56. Januarium confecit, & Februarium, utrumque diebus viginti & octo conſtantem. Sed Januario alteram ſuperaddidit diem imparis numeri amore, itaut diebus 29. conſtaret, relicto Februario dierum 28. ex eo quod Diis inferis ſacer eſset, quibus nihil ulterius infauſti contingere poterat. Numa ergo ita menſes diſpoſuit, ut in ſubjecto laterculo exponimus.

Ja-

Januarius dierum	XXIX.	29.
Martius	XXXI.	31.
Aprilis	XXIX.	29.
Majus	XXXI.	31.
Junius	XXIX.	29.
Quintilis	XXXI.	31.
Sextilis	XXIX.	29.
September	XXIX.	29.
October	XXXI.	31.
November	XXIX.	29.
December	XXIX.	29.
Februarius	XXVIII.	28.
		355.

A

Annus ergo à Numa inſtitutus dierum 355. ſuperabat una die Lunarem annum dierum 354., quare cum ſemper magis magiſque Lunaris annus excreſceret itaut non amplius anni menſes ſuis tempeſtatibus convenirent, vel Numa, vel aliquis Regum ſucceſſorum, vel B Decemviri alternis annis nunc dies 22., nunc dies 23. Februario addebant, quibus ſolaris annus lunari æquaretur, ac poſt ſingulos annos octo, octo dies anno auferebant, propter eam diem, quam Numa Pompilius imparis numeri amore ſuperaddiderat Januario. Inſitio autem dierum nunc 22., nunc 23. fiebat poſt Terminalia, nempe poſt diem 23. Februarii. Dies autem illi octo, qui poſt octennium detrahebantur ab anno, partim detrahebantur Februario, itaut illi quatuor dies demerentur, & ſolis diebus 24. conſtaret, partim quatuor illis menſibus detrahebantur, qui uno die ſupra trigeſimum creſcebant, ceſſante poſt Numam imparis numeri ſuperſtitioſa obſervatione. Quis autem deinde poſt Numam menſium ordinem inverterit, itaut Februarius locum mutaret, & ex ultimo anni menſe fieret C ſecundus, nemo præter Ovidium, qui Decemviros facit hujus inverſionis Auctores, teſtis eſt. Quod ſi cupis videre in laterculo Pompiliani anni correctionem, eſt ea quæ ſequitur.

Anni octo
juxta antiquam Decemvirum correctionem

Dies.	
355.	Annus Numæ
377.	Annus auctus diebus 22.
355.	Annus Numæ
378.	Annus auctus diebus 23.
355.	Annus Numæ
377.	Annus auctus diebus 22.
355.	Annus Numæ
370.	Annus auctus 23. diebus, & diebus octo imminutus.

Qualiſcumque igitur fuerit ab Urbis primordio D apud Romanos annus, nos eorum annos integros, & completos, cujuſmodi noſtri ſunt juxta correctionem Gregorii XIII., computamus, nam quod uni anno deficiebat, alteri inſerebatur, itaut error, qui rudibus Civibus, atque Aſtronomiæ ignaris obtingere poterat, ſequentibus annis, ſi non exactè, ſaltem quam proximè emendaretur. Dies autem, ac menſes, qui inſerebantur, vocabantur ex pervetuſto vocabulo Marchedonii, hoc eſt inſititii.

Hic autem Ordo perſeveravit uſque ad Octobrem anni ab U. C. 707. juxta Petavii, & aliorum plerumque opinionem, quo anno cœpit annus ille communiter dictus annus confuſionis. Cum enim proceſſu annorum ſupra 600. à Numæ Pompilii correctione annus ita confuſus fuiſſet, ut annus eo tempore communiter E acceptus dierum 355. decederet ab anni veri menſura nonaginta dierum ſpatio, itaut anno 707. ab U. C. prima dies Januarii ſequentis, caderet in diem XIII. Octobris anni veri 707., & prima dies Januarii anni 709. cadere deberet in Kal. Octobris anni veri 708. atque ideo annus Pompilianus 708. decederet nonaginta dies à principio anni veri 709., Julius Cæſar, ut menſes ad ſuam ſedem redigeret, atque annum emendaret, reliquit anno ab U. C. 708. a Kal. Octobris incipiente menſes in veteri ſua ſede, itaut Kalendæ Januarii anni 708. caderent in diem decimam tertiam Octobris veri, & cum Januarius haberet juxta antiquum morem dies 29. permiſit Kal. Februarii cadere in diem XI. Novembris veri, ſed poſt diem XXIII. Februarii inſeruit menſem Marchedonium, qui jam eo anno juxta veterum morem inſerendus erat dierum 23., & initium capere debebat die 24. Februarii, quæ cadebat die IV. Decembris veri. Poſt Marchedonium dierum 23. qui deſiit die 26. Decembris veri (intellige Decembrem dierum 31. ut hodiernus December eſt) reſtituit Februario quinque illos dies, quos diviſerat a ceteris propter inſitionem Marchedonii, atque ita factum eſt, ut Februarius antiquus deſineret cum vero Decembri, & Martius antiquus inciperet Kal. veri Januarii.

Kal. igitur veri Januarii dierum 31. cœpit antiquus Martius dierum 31. Ergo Martius eo anno finem habuit cum Januario vero.

Kal. Februarii veri dierum 28. cœpit Aprilis antiquus dierum 29. ergo Aprilis antiquus deſiit Kal. Martii veri.

Die ſecunda Martii veri dierum 31. cœpit Majus antiquus dierum 31. Ergo Majus antiquus deſiit prima die Aprilis veri.

Die ſecunda Aprilis veri dierum 30. cœpit Junius antiquus dierum 29. Ergo Junius antiquus deſiit cum Aprili vero.

Die prima veri menſis Maji dierum 31. cœpit Quintilis antiquus dierum 31. Ergo Quintilis antiquus deſiit cum Majo vero.

Prima die veri menſis Junii dierum 30. cœpit Sextilis antiquus dierum 29. Ergo Sextilis antiquus deſiit die 29. Junii veri.

Die trigeſima veri Junii dierum 30. cœpit September antiquus dierum 29. Ergo September antiquus deſiit die 28. Quintilis veri.

Die vigeſimanona Quintilis veri dierum 31. cœpit October antiquus dierum 31. Ergo Octobee antiquus deſiit die 28. Sextilis veri.

Die vigeſimanona Sextilis veri dierum 31. cœpit November antiquus dierum 29. Ergo November deſiit die 26. Septembris veri. Additis deinde diebus 67. inſititiis, qui initium ſumpſerunt die vigeſima ſeptima Septembris, & finem habuerunt die ſecunda Decembris veri, addidit deinde menſem Decembris antiqui dierum 29. qui initium ſumpſit die tertia Decembris veri dierum 31. & finem habuit cum Decembri vero die 31. ejuſdem Decembris veri. Atque hinc factum eſt, ut Julius Cæſar addito Marchedonio dierum 23. poſt XXIII. Februarii anni ab U. C. 708., & additis diebus 67. inter Novembrem antiquum, & Decembrem antiquum, qui ſummatim collecti faciunt 90. dies, æquaverit annum antiquum cum novo, & primus annus correctus a Julio Cæſare fuerit 709. ab U. C., quem juſſit biſſextum eſſe. Ne amplius verò annus à præfixis terminis aberraret, ita à Julio Cæſare diſpoſitus fuit, ut Januarius, Martius, Majus, Julius, Auguſtus, October, ac December conſtarent ſinguli diebus 31., ceteri autem diebus 30., excepto Februario, quem eſſe voluit, ut antea dierum 28., atque ita annum ex diebus 365. conſtituit. Quia verò anni longitudo importat proximè dies $365\frac{1}{4}$. ideo quia quadrans diei poſt annos quatuor conficit integram diem, quartum quemque annum juſſit intercalari, addita videlicet una die poſt vigeſimam tertiam Februarii, itaut Februarius eo anno conſtaret diebus 29. & annus diebus 366.

Verùm cum Julius Cæſar anno ab U. C. 710. occiſus fuerit in Senatu juxta computum Petavii, & aliorum, excepto Blanchinio, Pighio, Sigonio, & Almeiovenio, qui ſtatuunt ejus mortem anno antecedenti, neque propterea ſuperfuerit, ut quartum annum ab anni primi correctione tranſeuntem bis ſextum faceret, & diem unum Februario inſereret, ut juſſerat, Pontifices Ethnici, quorum officium erat annum intercalare, vitium magnum in intercalatione admiſerunt, nam cum præceptum eſſet à Julio Cæſare, ut quartus quiſque annus una die augeretur, illi intercalarunt tertium quemque annum, intelligentes fortaſſe quartum quemque annum initium ſumere ab anno bis ſextui antecedenti, eodem modo, quo febris quartana hoc nomen ſumpſit, ex eo quod quarta quaque die redit, numerando à prima die, qua venit. Quare ubi Julius Cæſar intelligendum volebat inter bis ſextum, & biſſextum annum tres intercedere

non

Google

non biſſextos, illi intellexerunt duos tantum non biſſextos intercedere debere. Quoniam igitur poſt triginta ſex annos, tres biſſextos fecerant ſupra quos facere debebant, Octavianus Auguſtus, ut annum rurſus emendaret, præcepit ne poſt tria prima quadriennia intercalaretur, atque ita correxit annum ſervata impoſterum Julii Cæſaris conſtitutione. Quæ ut facilius intelligantur, ſequentem laterculum ſubjiciemus, ex quo videbis quomodo Ethnici Pontifices ab anno 710. uſque ad annum 745. duodecim annos Biſſextiles fecerint, cum ex Julio Cæſare novem tantum Biſſextiles facere deberent.

Biſſexti Juliani		Biſſexti Pontificales
Biſſextus	709	Biſſextus
	710	
	711	
	712	Biſſextus
Biſſextus	713	
	714	
	715	Biſſextus
	716	
Biſſextus	717	
	718	Biſſextus
	719	
	720	
Biſſextus	721	Biſſextus
	722	
	723	
	724	Biſſextus
Biſſextus	725	
	726	
	727	Biſſextus
	728	
Biſſextus	729	
	730	Biſſextus
	731	
	732	
Biſſextus	733	Biſſextus
	734	
	735	
	736	Biſſextus
Biſſextus	737	
	738	
	739	Biſſextus
	740	
Biſſextus	741	
	742	Biſſextus
	743	
	744	
Biſſextus	745	Biſſextus

Tres igitur dies ab Octaviano Auguſto impoſterum juſſit auferri, jubens ne proximi tres Biſſexti fieri deberent, ut iterum tres dies anno ſubriperet, quos Pontificum error ſuperaddiderat. Hæc autem correctio ab Auguſto facta eſt juxta Petavium, & Noriſium anno 746. ab U. C. Juxta verò Sigonium, Pighium, Almelovenium, & Blanchinium anno 745.

Kalendas, Nonas, & Idus reliquit Julius Cæſar eo menſium loco, quo Numa Pompilius, aut Decemviri fixerant, ne veterum Feriarum ordo conturbaretur. Kalendæ ſemper primam occupant menſis diem, ſive brevior menſis ſit, ſive longior. Kalendæ autem vocabantur ab antiquo verbo *calo*, *as*, quod ſignificat convocare. Convocabatur autem populus à minori Pontifice prima quaque menſis die, & quæ Feriæ toto menſe eſſent futuræ, quidque in Religione ſervandum eſſet, admonebatur. Idus quæ diviſionem ſignificant, ac menſem quaſi in duas æquales partes dividunt, relictæ ſunt à Julio Cæſare iis diebus adfixæ, cui eas adfixerat Numa, itaut menſibus Martii, Maji, Julii, & Octobris in diem decimam quintam menſis inciderent, eo quia quatuor hiſce menſibus Numa dies 31. aſſignaverat. Ceteris autem menſibus relictæ ſunt à Julio Cæſare diei decimæ tertiæ ceterorum menſium adfixæ, etiamſi reliqui aliquot menſes ex Julii Cæſaris conſtitutione conſtare deberent diebus 31. Nonæ verò ſimiliter, ut à Numa diſpoſitæ fuerant, ita & à Julio Cæſare relictæ ſunt. Cum enim Nonæ nihil aliud ſignificent, niſi nonam diem ante Idus, ideo ſtabilem adhuc nonum locum ſervant ante Idus; itaut ſi Idus cadunt in diem XV. menſis, Nonæ cadant in VII. Si verò Idus cadunt in XIII. diem, Nonæ cadant in V. Hujuſmodi autem menſis diviſio ita ſe habet, ut menſis dies, in quos cadunt Kalendæ, Nonæ, & Idus, numerentur hoc modo Kal. Nonis, & Idibus. Dies autem qui præcedunt immediatè Kal. Nonas, & Idus, numerentur hoc modo, pridie Kalendas, pridie Nonas, & pridie Idus, hoc eſt, pridie ante Kal., ante Nonas, & ante Idus. Ceteri verò dies numerantur à proximis Kal. Nonis, & Idibus futuris hoc pacto, quarto, quinto, ſexto Kalendas, Nonas, & Idus, itaut connumeretur etiam dies Kalendarum, Nonarum, & Iduum. Exempli gratia, ſexto Nonas Martias, ſignificat diem ſecundam menſis, nam ſeptima die menſis Martii ſunt Nonæ, ergo computato ipſo Nonarum die, dies ſecunda menſis Martii erit ſexta ante Nonas ejuſdem Martii. Ita duodecimo Kalendas Martii, cadis in diem decimam octavam Februarii, nam computato ſimul Kalendarum die, dies duodecima Kal. Martii cadit in diem XVIII. Februarii. Cur autem Numa Pompilius in Kal., Nonas, & Idus menſem diviſerit, id putamus, feciſſe, ut indicaretur ætas Lunæ, namque anni Pompiliani Lunares erant. Kal. autem indicabant Novilunium, Nonæ primum quadrantem, Idus Lunæ plenitudinem, dies autem poſt Idus indicabant eos dies, qui proximum futurum Novilunium antecedebant.

Quæ autem cauſa fuerit, cur annus à Numa, ſive à Decemviris emendatus decederet nonaginta dies ab anno Julianæ correctionis, (nam ſi correctio hujuſmodi ſervata rectè fuiſſet, annus Pompilianus cum Juliano adamuſſim conveniſſet, ut in ſubjecto laterculo oſtendemus) nemo ex iis, quorum plurimos legi Scriptores, docet. Si meam ferre ſententiam liceat, id evenit ex intercalatione quater omiſſa menſis Marchedonii, nempe bis dierum 22., & bis dierum 23. Nam cum annus à Numa inſtitutus conveniret in omnibus cum eo, quem Julius Cæſar ordinavit, excedere potius debebat, quàm deficere à recta anni menſura, ſicuti & annus Julianæ correctionis excedebat potius juſtam anni menſuram, quàm ab ea deficeret, ut ſubjectus laterculus admonebit.

Anni 8. juxta Numam.

355.	Annus Numæ
377.	Auctus diebus 22.
355.	Annus Numæ
378.	Auctus diebus 23.
355.	Annus Numæ
377.	Auctus diebus 22.
355.	Annus Numæ
370.	Auctus diebus 23. & imminutus diebus octo.
2922.	

Anni 8. juxta J. Cæſarem.

365.	
365.	
365.	
366.	Biſſextus
365.	
365.	
365.	
366.	Biſſextus
2922.	

Anni 8. juxta veram anni menſuram.

Dies	Horæ	Min.
365.	5.	49
365.	5.	49
365.	5.	49
365.	5.	49
365.	5.	49
365.	5.	49
365.	5.	49
365.	5.	49.
2921.	22.	32.

Ex quo laterculo vides annos Julianos concordare poſt ſingulos annos octo cum annis Pompilianis, & vides quoque poſt ſingulos annos octo

A octo Pompilianum, & Julianum annum excedere hora una, & minutis 28. rectam annorum octo menſuram.

Ter igitur omiſſa fuit per ignorantiam, vel incuriam Romanorum ante Cæſarem intercalatio bis facienda dierum 22., & ſemel facienda dierum 23., qui ſimul dies collecti faciunt ſummam dierum 67. quibus addita alia intercalatione dierum 23. eo anno quo Cæſar annum correxit facienda poſt vigeſimam tertiam diem Februarii, conſtituitur ſumma dierum 90. qui additi ſunt eidem anno à Cæſare correcto, nec aliunde evenire potuit, ut annus Pompilianus decederet dies 90. à Juliano, niſi quia quater omiſſa fuerit debita intercalatio Marchedonii facienda, videlicet bis dierum 22. & bis dierum 23., ut ſuperius diximus. En igitur alter laterculus anni, quem dicunt confuſionis, & cui Cæſar dies 90. inſeruit ad rectam anni correctionem.

B

Annus Pompilianus à Cæſare emendatus.

Januarius dierum	29.
Februarius dierum	28.
Marchedonius dierum	23.
Martius dierum	31.
Aprilis dierum	29.
Majus dierum	31.
Junius dierum	29.
Quintilis dierum	31.
Sextilis dierum	29.
September dierum	29.
October dierum	31.
November dierum	29.
Dies additi	67.
December dierum	29.

C

Menſes juxta Jul. Cæſarem diſpoſiti.

October	29.
November	30.
December	31.
Januarius	31.
Februarius	28.
Martius	31.
Aprilis	30.
Majus	31.
Junius	30.
Julius	31.
Auguſtus	31.
September	30.
October	31.
November	30.
December	31.

D

Menſium Pompilianorum initia juxta Menſium Julianorum dies.

Januarius cœpit die 13.	Octobris veri dierum 31
Februarius cœpit die 10.	Novembris veri dierum 30
Marchedonius cœpit die 9.	Decembris veri dierum 31
Martius cœpit die 5.	Januarii veri dierum 31
Aprilis cœpit die 5.	Februarii veri dierum 28
Majus cœpit die 2.	Martii veri dierum 31
Junius cœpit die 2.	Aprilis veri dierum 30
Quintilis cœpit die 1.	Maji veri dierum 31
Sextilis cœpit die 1.	Junii veri dierum 30
September cœpit die 30.	Junii veri dierum 30
October cœpit die 29.	Quintilis veri dierum 31
November cœpit die 29.	Sextilis veri dierum 31
Dies inſititii cœperūt die 27.	Septembris veri dierum 30
December cœpit die 3.	Decembris veri dierum 31

E Patet ex ſuperiori laterculo annum 46. ante æram communem Chriſti (quo Julius Cæſar annum correxit) fuiſſe dierum 345.

Quia verò annus Julianæ correctionis dierum $365\frac{1}{4}$ excedit rectam anni veri menſuram undecim minutis, hinc factum eſt, ut proceſſu temporis exceſſerint menſes è ſua ſede præſcripta. Cum autem anno Chriſti communi 325. quo celebratum eſt primum Concilium Nicœnum, & circa illud tempus, quo hoc celebratum eſt, æquinoctium vernum caderet circa vigeſimam primam diem Martii, ideo factum eſt, ut ab anno 325. ad annum 1582. incluſivè interfuerint anni 1257. Cum ergo in Juliana correctione ponatur annus dierum $365\frac{1}{4}$ hoc eſt dierum 365. & horarum ſex, ideo cum annus verus, ſive ut Aſtronomi vocant annus medius conſtet diebus 365. horis 5. & minutis 49. annus Julianæ correctionis ſuperabat annum medium, ſive annum verum minutis undecim. Multiplicando igitur annos 1257. per undecim minuta, fiet ſumma minutorum 13827. Qui numerus diviſus per num. 60. producit horas 230. & minuta 27. quibus anno 1582. annus Julianæ correctiònis ſuperabat annum correctionis Gregorianæ. Cum ergo numerus horarum 230. & minutorum 27. faciat novem dies, quatuordecim horas, & minuta 27. ideo annus Julianæ correctionis anno 1582. ſuperabat annum correctionis Gregorianæ diebus novem, horis quatuordecim, & minutis 27. cum autem numerus hic accedat propius ad decem dies, quàm ad novem dies, ideò in emendatione Gregoriana decem dies ablati ſunt ab anno 1582. & factus eſt ſaltus à die quarta Octobris ejuſdem anni ad decimam quintam ejuſdem menſis Octobris, ut Æquinoctium vernum rediret ad 21. diem Martii, tum ſervata eſt in poſterum Juliana correctio, ſublatis tamen in poſterum aliquot bis ſextilibus, ne amplius annus à recta ſede notabiliter aberraret. Anni autem biſſextiles dempti in Gregoriana correctione ſervant hunc ordinem, quod cum in Juliana correctione omnes numeri centenarii, & millenarii biſſextiles fierent, in Gregoriana correctione factus eſt quidem bis ſextilis annus 1600. ſed anni 1700. 1800. & 1900. facti ſunt anni communes, annus vero 2000. fiet biſſextilis. Ita anni 2100. 2200. 2300. erunt communes, ſed annus 2400. fiet biſſextilis, & ſic deinceps, itaut ab anno 1600. excluſivè tria proxima ſecula habeant communem numerum dierum 365. hoc eſt, non biſſextilem, quartum autem ſeculum habeat ultimum annum biſſextilem hoc eſt dierum 366. & ſic deinceps poſt tria alia ſecula, quartum tantum ſeculum habeat ultimum annum biſſextilem, quod ſi cupis videre ordinem hunc in laterculo peculiari deſcriptum, vide Ricciolium tom. 1. Chron. Reform. pag 80.

Quia verò in Eccleſia Romana tres cycli in uſu ſunt, ad cujuſque anni perfectam cognitionem: nempe cyclus Solaris, Lunaris, & Indictionalis, ſciendum eſt cyclum Solarem, qui etiam dicitur cyclus Dominicalis, nihil aliud eſſe, quàm revolutionem annorum 28. poſt quam Sol incipit annum eadem hebdomadæ die, qua cœpit viginti octo ante annis, nec enim fieri poteſt ut prius redeat anni principium ad eandem hebdomadæ diem, niſi poſt vigeſimum octavum annum. Cum enim annus communis habeat dies 365. continebit hebdomadas quinquaginta duas, & inſuper unam; ergo ſi annus cœperit, exempli gratia, die Dominica, terminabitur die Dominica, & conſequenter ſecundus annus incipiet & deſinet die Lunæ, & propter eandem rationem tertius annus incipiet, & deſinet die Martis. Quia verò annus quartus fit biſſextilis, hoc eſt dierum 366. ideo ſi quartus annus cœperit die Mercurii terminabitur die Jovis, & quintus annus non biſſextilis incipiet, & deſinet die Veneris, & ſextus annus incipiet, & deſinet die Sabbati, & ſeptimus annus incipiet, & deſinet die Dominicæ, & octavus, qui erit biſſextilis incipiet die Lunæ, & deſinet die Martis, & ſic deinceps. Cum ergo ſeptem primis anni diebus aſſignentur primæ ſeptem Alphabeti Literæ, nempe primo A. ſecundo B. tertio C. quarto D. quinto E. ſexto F. ſeptimo G., & ſic deinceps octavo A nono B. decimo C., & ſic per ſingulas hebdomadas, ſi Litera A. hoc eſt prima anni dies ceciderit in diem Dominicam, deſinet annus die Dominica ſignatâ Litera A. Quia verò ſequens annus incipiet die Lunæ, ideo Litera A. cadet toto anno in diem Lunæ, & conſequenter dies Dominica hoc eodem anno cadet in ſeptimam quamque diem ejuſdem anni ſignatam Litera G., eritque G. Litera Dominicalis ſecundi anni, qui deſinet die Lunæ. Tertius autem annus incipiet die Martis. Cum ergo prima anni dies ſignetur Litera A., hæc eadem Litera A. cadet in diem Martis, & dies Dominica cadet in ſextam anni diem, cui competit Litera F. eritque F. Litera Dominicalis

tertii

TABULA I. Epactarum

Aurei Nu

Anni ante Chriſtum	1	2	3	4	5	6	7
A 0 ad 313	6	17	28	9	20	1	1
ad 626	5	16	27	8	19	*	1
ad 934	4	15	26	7	18	29	1
ad 1252	3	14	25	6	17	28	9
ad 1565	2	13	24	5	16	27	8
ad 1878	1	12	23	4	15	26	7
ad 2186	*	11	22	3	14	25	6
ad 2509	29	10	21	2	13	24	5
ad 2813	28	9	20	1	12	23	4
ad 3136	27	8	19	*	11	22	3
ad 3440	26	7	18	29	10	21	2
ad 3763	25	6	17	28	9	20	1
ad 4067	24	5	16	27	8	19	*
ad 4390	23	4	15	26	7	18	29
ad 4694	22	3	14	25	6	17	28
ad 5017	21	2	13	24	5	16	27
ad 5321	20	1	12	23	4	15	26
ad 5624	19	*	11	22	3	14	25
ad 5928	18	29	10	21	2	13	24
ad 6251	17	28	9	20	1	12	2

Digitized by Google

TABULA II. Epactarum Numeris Aureis congruentium à nato Chriſto ad annum Gregorianæ correctionis 1582. & ab anno 1582. in omne tempus futurum.

Ab Anno ad Annum.	0. 319.	320. 799.	800. 1099.	1100. 1399.	1400. 1582.	1582. 1699.	1700. 1899.	1900. 2199.	2200. 2259.	2300. 2399.
Num. Aur.	Epactæ	Ep.	Ep.	Ep.	Ep.	Ep.	Ep.	Ep.	Ep.	Ep.
I.	7.	8.	9.	10.	11.	1.	*.	29.	28.	27.
II.	18.	19.	20.	21.	22.	12.	11.	10.	9.	8.
III.	29.	*.	1.	2.	3.	23.	22.	21.	20.	19.
IV.	10.	11.	12.	13.	14.	4.	3.	2.	1.	*.
V.	21.	22.	23.	24.	25.	15.	14.	13.	12.	11.
VI.	2.	3.	4.	5.	6.	26.	25.	24.	23.	22.
VII.	13.	14.	15.	16.	17.	7.	6.	5.	4.	3.
VIII.	24.	25.	26.	27.	28.	18.	17.	16.	15.	14.
IX.	5.	6.	7.	8.	9.	29	28.	27.	26.	25.
X.	16.	17.	18.	19.	20.	10	9.	8.	7.	6.
XI.	27.	28.	29.	*.	1.	21	20.	19.	18.	17.
XII.	8.	9.	10.	11.	12.	2	1.	*.	29	28.
XIII.	19.	20.	1.	22.	23.	13.	12.	11.	10.	9.
XIV.	*.	1.	2.	3.	4.	24.	23.	22.	21.	20.
XV.	11.	12.	13.	14.	15.	5.	4.	3.	2.	1.
XVI.	22.	23.	24.	25.	26.	16.	15.	14.	13.	12.
XVII.	3.	4.	5.	6.	7.	27.	26.	25.	24.	23.
XVIII.	14.	15.	16.	17.	18.	8.	7.	6.	5.	4.
XIX.	25.	26.	27.	28.	29.	19.	18.	17.	16.	15.

A die V. Octobris anni à nato Chriſto 1582. in futurum Epactæ ſunt Gregorianæ, quæ decreſcunt dies X. à Julianis. Quas ſi quis optat reducere ad Julianas, debet iis addere dies X. Sic anno 1664 currente Aureo Numero XII. Epacta Gregoriana eſt 2. ſed Fpacta Juliana eſt XII. & ſic de ceteris.

TABULA III. Litterarum Dominicalium & Feriarum cujuſque Menſis Anni Juliani.

Cyclus	Litterae	Jan.	Feb.	Mar.	Apr.	Maj.	Jun.	Jul.	Aug.	Sept.	Oct.	Nov.	Dec.
Solis	Dominic.	Fer.	Fer.	Fer.	Fer.	Fer.	Fer.	Fer.	Fer.	Fer.	Fer.	Fer.	Fer.
I.	G — F	2	5	6	2	4	7	2	5	1	3	6	1
II.	E	4	7	7	3	5	1	3	6	2	4	7	2
III.	D	5	1	1	4	6	2	4	7	3	5	1	3
IV.	C	6	2	2	5	7	3	5	1	4	6	2	4
V.	B — A	7	3	4	7	2	5	7	3	6	1	4	6
VI.	G	2	5	5	1	3.	6	1	4	7	2	5	7
VII.	F	3	6	6	2	4	7	2	5	1	3	6	1
VIII.	E	4	7	7	3	5	1	3	6	2	4	7	2
IX.	D — C	5	1	2	5	7	3	5	1	4	6	2	4
X.	B	7	3	3	6	1	4	6	2	5	7	3	5
XI.	A	1	4	4	7	2	5	7	3	6	1	4	6
XII.	G	2	5	5	1	3	6	1	4	7	2	5	7
XIII.	F — E	3	6	7	3	5	1	3	6	2	4	7	2
XIV.	D	5	1	1	4	6	2	4	7	3	5	1	3
XV.	C	6	2	2	5	7	3	5	1	4	6	2	4
XVI.	B	7	3	3	6	1	4	6	2	5	7	3	5
XVII.	A — G	1	4	5	1	3	6	1	4	7	2	5	7
XVIII.	F	3	6	6	2	4	7	2	5	1	3	6	1
XIX.	E	4	7	7	3	5	1	3	6	2	4	7	2
XX.	D	5	1	1	4	6	2	4	7	3	5	1	3
XXI.	C — B	6	2	3	6	1	4	6	2	5	7	3	5
XXII.	A	1	4	4	7	2	5	7	3	6	1	4	6
XXIII.	G	2	5	5	1	3	6	1	4	7	2	5	7
XXIV.	F	3	6	6	2	4	7	2	5	1	3	6	1
XXV.	E — D	4	7	1	4	6	2	4	7	3	5	1	3
XXVI.	C	6	2	2	5	7	3	5	1	4	6	2	4
XXVII.	B	7	3	3	6	1	4	6	2	5	7	3	5
XXVIII.	A	1	4	4	7	2	5	7	3	6	1	4	6

TABULA IV. Litterarum Dominicalium ab Anno 1582. in futurum.

		8100	8200	8400 8300	8500	8600	8800 8700	8900
		7200 7100	7300	7400	7600 7500	7700	7800	8000 7900
		6200	6400 6300	6500	6600	6800 6700	6900	7000
		5300	5400	5600 5500	5700	5800	6000 5500	6100
		4400 4300	4500	4600	4800 4700	4900	5000	5200 5100
		3400	3600 3500	3700	3800	4000 3900	4100	4200
		2500	2600	2800 2700	2900	3000	3200 3100	3300
		1600 1582	1700	1800	2000 1900	2100	2200	2400 2300
Cycli Solis								
I. II. III. IV.		B C A G F	C D B A G	D E C B A	E F D C B	F G E D C	G A F E D	A B G F E
V. VI. VII. VIII.		D E C B A	E F D C B	F G E D C	G A F E D	A B G F E	B C A G F	C D B A G
IX. X. XI. XII.		F G E D C	G A F E D	A B G F E	B C A G F	C D B A G	D E C B A	E F D C B
XIII. XIV. XV. XVI.		A B G F E	B C A G F	C D B A G	D E C B A	E F D C B	F G E D C	G A F E D
XVII. XVIII. XIX. XX.		C D B A G	D E C B A	E F D C B	F G E D C	G A F E D	A B G F E	B C A G F
XXI. XXII. XXIII. XXIV.		E F D C B	F G E D C	G A F E D	A B G F E	B C A G F	C D B A G	D E C B A
XXV. XXVI. XXVII. XXVIII.		G A F E D	A B G F E	B C A G F	C D B A G	D E C B A	E F D C B	F G E D C

A

tertii anni. Quia verò tertius annus incipiens die Martis, deſinet die Martis, ideo quartus annus, qui erit biſſextilis, incipiet die Mercurii. Cum ergo hoc anno Litera A. cadat in diem Mercurii, ideo dies Dominica cadet in quintam anni diem, cui competit Litera E., & conſequenter Litera E. erit Litera Dominicalis anni quarti, uſque ad vigeſimam quartam diem Februarii, cui fit inſitio unius diei. Atque ideo ex additione hujus diei Februario facta omnes dies Dominicales reliqui anni quarti ſignabuntur Litera D. quaſi quartus hic annus initium ſumpſerit die Jovis, & prima dies Dominica ceciderit in quartam hujus anni diem ſignatam Litera D., adeo ut annus hic quartus deſinat die Jovis, unde quintus annus incipiet die Veneris, & dies Dominica cadet in tertiam anni diem, cui competit Litera C. Ita igitur procedet annus in hypotheſi data juxta ordinem ſubſequentem.

B

A. G. F. ED. C. B. A. GF. E. D. C. BA. G. F. E.

DC. B. A. G. FE. D. C. B. AG. F. E. D. CB. A. &c.

Ex quo vides nonniſi poſt revolutionem viginti & octo annorum poſſe Literam Dominicalem cadere in primam anni diem, cui competit Litera A., poſito quod ante annos 28. cœperit annus die Dominica, ut in hypotheſi data. Hic autem ordo interruptus fuit anno Gregorianæ correctionis 1582. propter ſubtractionem dierum decem illi anno factam, ut videbimus in Tabula quarta paullo infra.

Cyclus Lunaris, ſive Circulus Aureus inſtitutus eſt ad æquandum Lunarem curſum cum Solari. Quia autem Solaris curſus communiter perficitur diebus 365., & annuus curſus Lunaris diebus 354., ita differentia dierum 11. quam habent inter ſe, vocatur Epacta, quæ poſt ſingulos annos Lunares notatur, & additur ad cognoſcendam ætatem Lunæ quacumque ſequentis anni Solaris die, donec poſito quod Sol, & Luna eadem die annuum curſum ſuum cœperint poſt annos 19. iterum ſuum curſum incipiant eadem anni die. Epacta autem poſt finem anni XIX. erit dierum 11. anno ſecundo erit dierum 22., tertio erit dierum 33., hoc eſt dierum 3., nam triginta dies abjiciuntur quia tertius annus habet menſes Lunares 13., atque ideo Epacta anni tertii erit dierum 3. Epacta quarti erit dierum 14. Epacta quinti erit dierum 25. & ſic deinceps addendo ſemper numerum 11., & auferendo ſemper numerum trigeſimum, quoties Epacta ſuperat numerum 30., & ſervando reſiduum pro Epacta ejus anni. Epactæ igitur procedunt hoc ordine:

C

D

11. 22. 3. 14. 25. 6. 17. 28. 9. 20. 1. 12. 23. 4. 15. 26. 7. 18. 30.

Decimo autem octavo anno, quo Epacta eſt numerus 18., additur numerus duodenarius itaut fiat numerus 30., quo anno conſtat nullam Epactam eſſe, nam numerus trigeſimus complet menſem Lunarem integrum, itaut nihil ſuperſit Epactæ pro initio anni 19., quo abſoluto relinquitur Epacta 11., & incipit novus Cyclus Solaris. Ordo tamen hic Epactarum aliquam alterationem paſſus eſt in Gregoriana correctione, ut videbimus in Tabula IV.

Cyclus Indictionalis eſt circulus annorum quindecim, qui numerantur primus, ſecundus, tertius, quartus uſque ad decimum quintum inclusivè, quo terminato iterum numerantur anni eodem ordine. Indictio hæc habuit initium, aut ſaltem creditur initium habuiſſe anno Chriſti 312., quo juxta Blanchinium, & alios Conſtantinus Maxentium vicit, & plura edixit in Chriſtianorum gratiam. Triplex eſt autem Indictio Conſtantinopolitana, Cæſarea, & Pontificalis. Conſtantinopolitana initium capiebat Kal. Septembris, Cæſarea initium capit die vigeſima quarta ejuſdem menſis, & anni. Pontificalis incipit Kal. Januarii ſequentis anni. Cognita autem Indictione Pontificali, cognoſcitur etiam Cæſarea, & Conſtantinopolitana. Quod ſi ſcire velis, quæ quocumque anno poſt annum Chriſti 312. currat Indictio, adde huic anno numerum 3. (qui tres anni non adderentur, ſi Indictio cœpiſſet anno Chriſti 315.) tum divide annum propoſitum per 15., & numerus qui reſiduus

E

fuerit, erit annus Indictionis. Quod ſi nihil ſuperfuerit erit Indictio XV., ut patet. Quæratur exempli gratia, quæ currat Indictio anno 1731. Adde numerum 3., & habebis 1734. Divide numerum 1734. per 15., & numerus reſiduus 9. erit annus Indictionis Pontificalis pro anno 1731. Quod ſi quæras quænam eſſet Indictio anni Chriſti 300., qui præceſſit annum 325. deme ex numero 300. numerum 12. & remanebit numerus 288. Divide numerum 288. per 15. & remanebit numerus 3. pro Indictione Pontificali anni 300.

Ut autem facilè inveniretur propoſito quovis anno annus Cycli Dominicalis, ſive Cycli Solaris, & quovis anno annus Cycli Lunaris, ſive Aurei, & annus Cycli Indictionalis, excogitavit Joſeph Scaliger periodum, quam vocat Julianam (ita ab eo vocatam, quia ſequitur Julii Cæſaris correctionem), compactam ex multiplicatione invicem facta trium numerorum 28. 19. & 15., qui cum ſint primi inter ſe, hoc eſt nullam habentes aliquotam communem partem præter unitatem, ideo numerus, qui ex eorum multiplicatione reſultabit, nempe numerus 7980. minimus erit, quem tres numeri 28. 19. & 15. metiantur. Ut conſtat ex Euclide.

Quod ſi anno propoſito 1731. æræ Chriſti communis cognoſcere velis quinam ſit annus Julianæ periodi, vide quis annus Julianæ periodi aſſignetur communiter à Chronologis anno proximè antecedenti communem æram Chriſti, & invenies ex communi conſenſu aſſignari annum 4713. Adde huic numero annum propoſitum 1731. & fiet annus 6444. qui erit annus Julianæ periodi congruens anno propoſito 1731. Nam cum annus periodi Julianæ tot addat ſibi unitates, quot annos ulterius procedit, clarum eſt anno Chriſti 1731. annum 4713. aquiſiviſſe tot inſuper unitates, quot ſunt unitates in anno propoſito 1731., & productum fuiſſe ex tali additione numerum 6444. Quod ſi quæris quis annus Cycli Lunaris, Solaris, & Indictionalis conveniat anno periodi Julianæ 6444., divide hunc numerum per 19. & numerus 3. qui reſtabit, erit Aureus numerus, ſive annus Cycli Lunaris pro anno 1731. Divide nunc eundem numerum 6444. per 28., & numerus 4. qui reſtabit, erit annus Cycli Solaris conveniens anno 1731. Divide tandem eundem numerum 6444 per 15. & numerus 9. qui reſtabit, dabit annum Indictionis, pro eodem anno 1731.

Quod ſi quæras annum Julianæ periodi, qui anno 4000. æræ Chriſtianæ reſpondeat, adde iterum anno periodi Julianæ 4713. annum æræ communis Chriſti 4000. & habebis numerum 8713. qui cum excedat totum numerum Julianæ periodi, hoc eſt numerum 7980. ſubtrahe numerum 7980. à numero 8713. & remanebit numerus 733. alterius novæ periodi Julianæ, qui diviſus per 28. dabit reſiduum 5. pro anno Solari anni 4000.: diviſus per 19. dabit reſiduum 11. pro anno Cycli Solaris ejuſdem anni 4000. & diviſus per 15. dabit reſiduum 13. pro anno Pontificalis Indictionis ejuſdem anni 4000.

Indictionalis Cyclus nullum paſſus eſt detrimentum in Gregoriana correctione. Cyclus tamen Solaris, & Lunaris paſſi ſunt aliquam mutationem, quia Cyclo Solari non reſpondent amplius Literæ Dominicales eo ordine, quo dignoſcebantur ante Gregorianam correctionem. Sicuti etiam anni Cycli Lunaris (qui vulgo vocantur Aurei numeri) non amplius reſpondent Epactis illis, quæ ante Gregorianam correctionem in uſu erant. Igitur ut facilè invenias quæ Litera Dominicalis reſpondeat cuique anno ante Gregorianam correctionem conſule ſequentem Tabulam III. & IV. Quod ſi ſcire deſideras, quæ Epacta reſpondeat anno dato Cycli Lunaris, hoc eſt dato Aureo numero ante Chriſtum natum conſule Tabulam I. poſt Chriſtum natum conſule Tabulam II. Tabulas hujuſmodi ex Chronologia reformata P. Riccioli deſumpſimus, quarum uſum hic ſubjicimus.

I. Dato Aureo numero cujuſque anni ante Epocham Chriſti, Epactam invenire. Proponatur annus 349. ante Chriſtum natum, cujus Aureus numerus ſit 14., & quæri debeat Epa-

DE NUMA POMPILIO REGE.

PAtrem Numæ Regis Plutarchus, & is qui de viris illuſtribus ſcripſit, vocant Pomponium; at Dionyſius lib. II., itemque Livius lib. XL. Pomponem. Hunc Numam, quod æquitate & prudentia inter omnes excelleret, Curibus urbe Sabinorum, poſt Interreges in Regnum Romam vocatum eſſe, Romana monumenta omnia loquuntur. Regnaſſe autem annos XLIII., omnes item conveniunt; (16) præter Eutropium, qui XLI. prodit. De uxoribus & liberis ejus magna quæſtio eſt; alii uxorem ejus unam tradunt Tatiam, T. Tatii Sabini, qui cum Romulo regnavit, filiam; alii alteram adjungunt Lucretiam, quam poſt Tatiæ mortem Rex ſibi deſponderit. Eadem ratione alii Pompiliam filiam ex Tatia; alii præter Pompiliam, filios etiam quatuor ex Lucretia reliquiſſe tradiderunt, Pomponem, Calpum, Pinum & Mamercum. Hæc Plutarchus in Numa. Rex hic nulla belli laude inſignis fuit: pacis autem ac religionis ſtudiis floruit; is enim ſacra & ceremonias, omnemque deorum cultum docuit: (17) idem Pon-

A tifices, Augures, Flamines, Salios, Veſtales, alioſque Sacerdotes primus creavit.

DE TULLO HOSTILIO REGE, *& III. Triumphis ejus.*

DE Tulli Hoſtilii genere hæc accepimus. Dionyſius lib. IV. Vir, inquit, nobilis ac fortis (18) Hoſtilius, ex urbe Medullia Romam commigrans regnante Romulo, Erſiliæ filiam ſibi deſpondit, bello Sabino cum cecidiſſet, filium reliquit; ex quo Tullus Hoſtilius Rex natus eſt. Livius autem libro primo Tullum Regem Hoſtilii illius nepotem vocat; (19) cujus bello Sabino in infima arce
B clara pugna fuerat, quo de viro Plinius lib. XVI. ita: Romulus frondea coronavit Hoſtum Hoſtilium, quod Fidenas primus irrupiſſet, avus Tulli Hoſtilii Regis hic fuit. Item Macrobius libro primo Saturnal. Vetuſtatis peritiſſimi referunt, in raptu Sabinarum, unam mulierum nomine Erſiliam, dum adhæreret filiæ, ſimul raptam; quam cum Romulus Hoſto cuidam ex agro Latino, qui in aſylum ejus confugerat, virtute conſpicuo, uxorem dediſſet, natum ex ea puerum antequam ulla

---

cta ejuſdem anni 349. Vide ubi cadit numerus 349. in latere dextero Tabulæ L annorum ante Chriſtum. Et quia cadit inter numeros comprehenſos à numero 313. ad numerum 626. Vide lineam Epactarum, quæ reſpondet in directum numero 626. Tum vide in hac linea quis numerus cadat ſub Aureo numero 14, & invenies numerum 28. Epacta igitur anni 349. erit 28.

II. Dato numero Aureo cujuſque anni à Chriſto nato Epactam invenire. Sit exempli gratia propoſitus numerus 512. pro anno Epochæ Chriſti, cujus Aureus numerus ſit 19., atque oporteat invenire Epactam eidem anno 512. congruentem. Vide Tabulam II & conſule in quo ordine ſuperiori annorum contineatur numerus 512. Et quia numerus 512. continetur in ſecundo ordine inter 320. & 799., deſcende per eandem lineam, in qua deſcriptæ ſunt Epactæ ſub numeris 320., & 799. donec pervenias ad numerum, qui reſpondeat Aureo numero XIX., & invenies numerum 26., eritque numerus 26. Epacta anni 512. Ita fac de ceteris etiam poſt annum Gregorianæ correctionis 1582.

III. Dato anno Cycli Solaris ad datum annum ante vel poſt Epocham Chriſti correſpondente uſque ad annum Gregorianæ correctionis 1582. invenire Literam Dominicalem eidem anno correſpondentem. Sit exempli gratia propoſitus numerus ante Chriſtum natum 666., cujus annus Cycli Solaris, ſive Dominicalis ſit 16. Tum conſule Tabulam III., & quære in prima linea laterali ſpectante ad Solarem Cyclum numerum 16. Tum vide quænam Litera reſpondeat in directum eidem numero 16., & invenies Literam B. Erit Litera B. Dominicalis anni 666.

Quod ſi quæras quænam Litera Dominicalis reſpondeat anno 1581., cujus annus Cycli Solaris ſit 22. Quære in Tabula III. Cyclum Solarem 22. Tum quære quænam Alphabeti Litera ipſi reſpondeat in directum, & invenies Literam A. Erit Litera A. Dominicalis anni propoſiti 1581.

IIII. Dato Cyclo Solari anni propoſiti 1731. invenire Literam Dominicalem ejuſdem anni propoſiti 1731. Quia Cyclus Solaris 1731. eſt numerus 4., & quia annus propoſitus 1731. (conſule Tabulam IV.) continetur inter annum 1700., & 1800., quære ſub numero 1700. Literam illam Alphabeti, quæ reſpondeat anno 4. Cycli Solaris, & invenies Literam G. Erit ergo Litera G. Dominicalis anni propoſiti 1731.

Quo autem ordine Tabulæ hujuſmodi compactæ ſint, quia longum eſſet exponere, uſum earum attigiſſe ſufficiat, atque hæc de anno ſint ſatis dicta.

C (16) In Codice tamen Oxonii impreſſo anno 1704. legitur Numam regnaſſe annos XLIII. ut & noſter Sigonius cum aliis ferè omnibus ſentit. Caſſiodorus tamen ſcribit eum regnaſſe XLI. annos, ut legimus in ultima Edit. Venet.

(17) Qui fuerint Sacerdotes hujuſmodi conſule Roſinum. De Veſtalibus teſtis Ovidius eſt lib. IV. Faſt.

Dena quater memorant habuiſſe Palilia Romam,
Cum flammæ Cuſtos æde recepta Dea eſt.
Regis opus placidi, quo non metuentius ullum
Numinis ingenium Terra Sabina tulit.

Ex quibus carminibus patet Veſtæ, ac Veſtalium Religionem à Numa introductam anno primo Regni ſui; cœpit enim regnare anno XL. ab U. C., & mortuus eſt octogenarius, vide Pighium, Panvinium, & Cuſpinianum, ſi plura de illo deſideras.

D (18) Ita ſentit Dionyſ. Halicar. lib. IV., ſed vereor ne deceptus eodem nomine, quo duo diverſi Hoſtilii vocabantur, ex duobus unum fecerit. Hoſtilius fuit Avus Tulli Hoſtilii Romanorum Regis, ut conſtat ex Livio, & ex Auctore, qui ſcripſit de Viris illuſtribus, atque hic Hoſtilius Erſiliam uxorem duxit ſibi à Romulo datam. Erat autem advena ex Urbe Medullia Latii antiqui Civitate, cumque in bello adverſus Sabinos primus Fidenarum muros irrupiſſet, frondea coronatus fuit à Romulo, ut refert Plinius Hiſt. Nat. lib. 16., ubi vocat hunc Hoſtum Hoſtilium. Macrobius Hoſtum tantum vocat. Hoſtilius igitur hic mortuus eſt in bello adverſus Sabinos, & reliquit Hoſtum Hoſtilium filium, qui ideo Hoſtus, ſive Hoſtius (ut mavult Panvinius) vocatus eſt, quia primus eſt filius natus ex concubitu Sa-
E binarum cum Romanis, & Hoſtius dictus eſt quaſi in hoſtico natus. Erat autem Erſilia Mater ejus inter eaſdem Sabinas formoſiſſima. Hunc autem Hoſtum Hoſtilium dicit Macrobius lib. I. Saturn. bulla aurea, & prætexta inſignibus à Romulo decoratum, atque hunc Tulli Hoſtilii Regis fuiſſe Patrem cum aliis ſentit.

(19) Hæc Livii ipſiſſima verba ſunt: ſed ly. *in infima Arce* tantus Auctor obſcurus eſt, niſi forte pro infima Arce intelligatur Urbs Fidenarum, quam Hoſtilius primus ingreſſus eſt, ut ſupra diximus ex Plinio. Fidenæ autem dicuntur Arx infima, quia cum Sabini Montana loca vicina Romæ incolerent, Urbs Fidenarum erat illius Regionis extrema, & infima planitiem verſus ſita, & Romæ proxima.

ulla aliarum Sabinarum partum ederet; eumque, quod primus eſſet in hoſtico procreatus, Hoſtum Hoſtilium à matre vocitatum; & eundem a Romulo (20) bulla aurea, ac prætexta inſignibus decoratum. Ex his locis ſatis intelligi poteſt, & patrem & avum Regis hujus prænomen Hoſti tuliſſe. Hunc porro poſt Numam (21) annos XXXII. regnaſſe, conſtantiſſime omnes Scriptores tradunt, Regem non ſolum Numæ diſſimilem, ſed etiam Romulo ferociorem. Tria ſiquidem hic bella geſſit, Albanum, * Fidenas, ac Sabinum. Albanum & Sabinum res utrinque raptæ, ac nequicquam repetitæ, excitaverunt: Fidenas vero, ſuſpicio inſidiarum, quas à Fidenatibus Romanis atque Albanis paratas Rex animadvertit. Albanos autem primum virtute Horatiorum tergeminorum, quibus ſingularis pugna cum Curatiis Albanis mandata erat, in poteſtatem adduxit; deinde fraude ac perfidia eorum Fidenati bello comperta, urbe eorum deleta, Romam omnes traduxit. Idem omnibus his bellis re bene geſta, (22) ter (ut ait Dionyſius) triumphavit: primum de Albanis, iterum de Fidenatibus, quorum auxilio Vejentes etiam venerant; tertium de Sabinis. Itaque parum ſcite Macrobius, qui libro primo, Tullum bis de Albanis triumphaſſe ſcripſit; tertium de Sabinis. Horum triumphorum meminit ſic in ſexto Virgilius,

— reſideſque movebit
Tullus in arma viros, & jam deſueta triumphis
Agmina.

Hoc autem ait; quia Numa Rex nec triumphaverat, nec bellum geſſerat.

DE ANCO MARCIO REGE,
& II. Triumphis ejus.

DE Patre & Avo Anci Marcii Regis hæc ſcripta ſunt apud Plutarchum in Numa: Marcius, inquit, Sabinus, cum Numam Pompilium ad Regnum ſuſcipiendum hortatus eſſet, cum eo Romam commigravit, & in Senatum lectus eſt: poſt obitum autem Numæ, in Regni certamine à Tullo Hoſtilio ſuperatus, ſibi mortem conſcivit: ex eo natus eſt Marcius; cui Pompilia Numæ Regis filia collocata eſt: ex quibus genitus eſt Ancus Marcius, Rex quartus. Quæ vero ſcribit Plutarchus, eadem ſunt apud Livium & Dionyſium. Pater autem Regis hujus, Numæ prænomine uſus eſt. Nam ſcribit Tacitus lib. V., Numam Marcium ab Tullo Hoſtilio Rege urbi præfectum fuiſſe: (23) nemo autem, regnante Tullo, niſi Anci pater, Romæ vixiſſe videtur è gente Marcia, cui ille tantum muneris mandare potuerit. Ejuſdem Numæ Marcii M. F. meminit Livius lib. I. quem à Numa Pompilio Rege Pontificem primum creatum eſſe tradit, ut in Scholiis Livianis oſtendimus. Reliquit hic Rex filios duos: qui poſt, cum L. Tarquinium Priſcum Regem interfeciſſent, à Ser. Tullio Rege in exſilium acti ſunt, auctoribus Livio, Dionyſio, & Plutarcho. (24) Atque huic quidem etiam annos Regni omnes aſcribunt XXIV. Hujus porro Regis inſignis in re bellica virtus fuit. Etenim ſeptem bella geſſit: primum cum Latinis, ſecundum cum Fidenatibus, tertium cum Sabinis, quartum & quintum cum Vejentibus, ſextum cum Volſcis, ſeptimum iterum cum Sabinis. Horum omnium bellorum communis una cauſſa fuit, ut fines ſuos ab finitimorum incurſionibus & latrociniis defenderet ac prædas abactas, quas illi jure non reddebant, armis repeteret. Hoſtibus ubique pulſis, ac re ex ſententia geſta, de Vejentibus tamen priore bello victis tantum triumphavit, ut Dionyſius tradit: neque enim alius triumphi meminit. Vereor tamen ne aut de Latineis, aut de Sabineis præterea triumphaverit. Me enim mover ſyllaba quædam NEIS, quæ eſt in tabulis triumphalibus Capitolinis proxime ante triumphos L. Tarquinii Priſci; quæ ſine dubio ad hunc Regem pertinet, atque extrema ſyllaba eſt vocis vel LATINEIS, vel SABINEIS. *Latineis* probarem magis, quia illud bellum eſt illuſtrius; at quia Sabinum Vejenti poſterius fuit, *Sabineis* ſcripſi, alii judicabunt. (25) Eſt autem intelligendum, ne omnes quidem, quotquot habemus Romanæ Hiſtoriæ Scriptores, eorum qui hæc marmora exararunt, (quod infra etiam apertius oſtendetur) fidem ac diligentiam adæquare.

DE L. TARQUINIO PRISCO REGE,
& III. Triumphis ejus.

L. Tarquinii Regis haud difficilis eſt generis explicatio; præſertim omnibus in eo tradendo conſentientibus annalibus. Nam (ut Dionyſius, Livius, & Strabo ſcribunt) Damaratus, cum Corintho patria per ſeditionem pulſus in Italiam commigraſſet, Tarquiniis Etruriæ urbe, omnium fortunarum ſuarum ſedem collocavit; ibique filios procreavit Aruntem & Lucumonem. Damarato autem & Arunte mortuis, Lucumo, neglectis Tarquiniis, cum magna clientum manu Romam veniens, ſeque pro Lucumone Lucium, & Tarquinium à Tarquiniis, ubi educatus erat,

(20) Nobilitatis inſignia hæc erant. Bulla autem aurea, erat aurei monilis ſpecies, qua collum cingi conſueverat eorum, qui aliqua nobilitatis laude diſtingui promerebantur. De Bulla & prætexta conſule Pitiſcum in Lex. Rom. Ant.

(21) Factus eſt enim Tullus Hoſtilius Rex anno ante Chriſti vulgarem æram 671., & mortuus eſt anno 639.

(22) Primum de Albanis nempe ante Chriſtum natum 665. ſecundo de Fidenatibus, ac tertio de Sabinis. Sed ignoratur de primo ac ſecundo Triumpho annus. Cum autem Fidenæ ſint Civitas Sabinorum in planitie poſita, notandum eſt, vel Fidenas habuiſſe diverſum Regem à Sabinorum Rege, vel ſolos Fidenates abſque cetero Sabinorum populo à Romanis defeciſſe, namque aliter opus non erat Fidenates à Sabinis diſtingui.

(23) Qua, quæſo, obligatione tenebatur Tullus Hoſtilios, ut Urbis Præfecturam alicui de gente Marcia demandaret? Ut Sigonius, & Panvinius aſſerunt. Nulla puto, niſi quod una hæc familia Regno par videretur, cum Marcius Pater Ancii Marcii Pompiliam Numæ filiam, ex qua natus eſt Ancus Marcius in uxorem duxit, & Pontifex Maximus à Numa conſtitutus fuit.

(24) Ancum Marcium regnaſſe annos 24. aſſerunt Dion. Halicar. Liv. & Solin. Euſebius tamen, Caſſiodor. & Eutrop. annos 23. regnaſſe dicunt. Nos cum Antiquioribus, & cum Petavio, Panvinio, & Sigonio noſtro annos 24. regnaſſe arbitramur. Electus eſt enim Rex anno tertio Olympiadis XXXV., & mortuus eſt anno tertio Olympiadis XL., ut Panv. & Petav. putant; cum tamen Petavius Regem electum dicat anno Olympiadis XXXV.

(25) Hoc eſt: Major habenda marmoribus fides eſt, quàm cuiquam Romanæ Hiſtoriæ Scriptori.

erat, appellans, ab Anco Rege in Civium & in Patriciorum ac Senatorum numerum aſcitus, poſt eo mortuo dignus, qui ei in Regni adminiſtratione ſuccederet, habitus eſt. Hic filias duas reliquit; quarum una Ser. Tullio Regi nupſit, altera M. Junio Bruti patri; itemque filium, qui vivente patre mortuus eſt, relictis filiis duobus, Arunte & Lucio. Ex quibus Lucius poſt Superbi cognomine invento, Romæ regnavit. Atque hæc quidem Dionyſius: nam ab eo diſſentit Livius, ut poſt dicemus. (26) Regnaſſe hunc annos XXXVIII. Dionyſius & Livius tradunt: Rufus, Meſſalla, Eutropius, & Solinus, XXXVII. Quibus potiſſimum nos in his tabulis perficiendis, ob eas cauſas quas poſtea recitabimus, aſſentimur. Priſci hic cognomen invenit, auctore Dionyſio; (27) quod natu major, quam L. Tarquinius, qui Superbus dictus eſt, fuit. Idem pluribus prœliis Latinos, Etruſcos, ac Sabinos rebellantes, ac populationibus infeſtum Romanum agrum reddentes, fregit, ac triumphos egit. Hunc enim primum Romæ triumphaſſe Meſſalla, Eutropius, & Florus ſcribunt; ut ſupra in Romulo diximus. Ter autem triumphaſſe, conſentientibus Capitolinis tabulis, auctor eſt Dionyſius; primum de Latinis, iterum de Etruſcis, tertium de Sabinis: quamquam qui librum de viris illuſtribus ſcripſit, de Sabinis eum tantum & priſcis Latinis ait triumphaſſe. Macrobius autem & Livius triumphi ſolum, quem de Sabinis egit, meminerunt.

DE SER. TULLIO REGE,
& III. Triumphis ejus.

DE genere Ser. Tullii Regis non omnes ſcribunt uno modo. Tullius enim (inquit Dionyſius) Corniculanus, vir nobilis, cum pro patria, quæ tum à Tarquinio Rege oppugnabatur, dimicans cecidiſſet, Ocriſiam uxorem prægnantem reliquit: quam captivam Rex uxori Tanaquili donavit. Ea cum puerum peperiſſet, quem à patris nomine Tullium, à fortuna *Servium* nominavit, libertati reſtituta eſt. Puer autem, ubi corroborata ætate fuit, gener Regi aſcitus eſt: poſt autem, ſocero ipſo Rege à filiis Anci occiſo, (28) hortatu ſocrus Regnum Romæ ſuſcepit. Hæc Dionyſius. Livius patrem hujus, Ser. Tullium nominat; ita ut potius Rex à patre, Servii prænomen ſumpſiſſe videatur, quam (ut ait Dionyſius) à ſervitute: quamquam (ut adjicit Livius) fortuna matris, quod captâ patriâ in hoſtium manus venerat, ut ſerva natus videretur, effecerit. Qui autem Capitolinos triumphos inciderunt, patris prænomen reticuerunt; credo, quod eum ſpurium & incerto patre ortum opinarentur, quam opinionem multorum fuiſſe Plutarchus in libro *de Fortuna Romanorum* oſtendit: quo in loco ſcribit, alios putaſſe Ocriſiam domi Tarquinii ex quodam Regis cliente; alios, ex lare aliquo; alios, ex Vulcano ipſo deo Servium procreaſſe. De Vulcano autem rumorem percrebuiſſe maxime tum, cum repentina flamma Servii pueri caput flagravit. Sed hæc, atque alia ejuſmodi, fabulis ſimilia ſunt. Hic filias duas reliquit: quarum altera, Arunti; altera, (29) Lucio Tarquiniis collocata eſt, Livio auctore, & Dionyſio: quorum etiam teſtimonio (30) apparet hunc annos regnaſſe XLIV. Idem cum Etruſcis diuturnum bellum per annos XX. geſſit. Ejus belli auctores Vejentes, Cæretes, & Tarquinienſes fuerunt; qui, reliquâ ſolicitatâ Etruriâ, ictæ pacis cum Priſco Rege conditionibus ſtare noluerunt. Magna igitur, & hujus Regis in hoc bello virtus enituit: quippe qui hoſtes ita contuderit, ut etiam de iis (31) ter triumpharit: hoc enim cum apud Dionyſium ſcriptum, tum in Capitolinis triumphalibus tabulis eſt inciſum. Meſſalla eum etiam de Vejentibus & Etruſcis nobilem victoriam ait retuliſſe.

De Luſtro inſtituto.

QUia qui Capitolinas tabulas deſcripſerunt, luſtra omnia etiam antequam à cenſoribus conderentur, adſcribunt, faciendum eſſe mihi putavi, ut initium luſtrorum omnium notarem, (32) quod Ser. Tullio Regi, Scriptorum omnium conſenſu defertur. Luſtri autem ratio hæc fuit, quantum ego ex Dio-

(26) Cuſpinianus Solinum citat quaſi hujus rei teſtem, ſed fallitur, nam Solinus annos tantum XXXVII. regnaſſe Tarquinium Priſcum refert, ut etiam Sigonius noſter ſentit. Petav. & Panv. Dionyſium & Livium ſecuti annos XXXVIII. regnaſſe confirmant; ſed ideo confirmant, quia in computandis annis ab U. C. nos integro anno antecedunt.

(27) Hoc eſt antiquior. Fuit enim Tarquinii Superbi Avus, ut Dionyſius, & Sigonius contra Livium (qui Patrem fuiſſe putat) confirmant.

(28) Hoc eſt hortante Tanaquill Regis occiſi vidua.

(29) Intellige Lucium Tarquinium, cui poſtea Superbi nomen adjunctum.

(30) Ita & Panv., & Petav. ſentiunt. Caſſiodorus annos tantum XXXIV. regnaſſe teſtatur; at fortè, vel ab Amanuenſibus, vel à Typographis omiſſa eſt altera X. Eutropius XXXVII. annos illi dat Regni. Euſebius verò annos XXXV.; ſed nos in hoc Sigonium, Panv., & Petav. ſequimur. Occiſus eſt Servius Tullius à Lucio Tarquinio Superbo anno ante Chriſtum natum 533.

(31) Ter videlicet de Etruſcis, ut Faſti Capitolini teſtantur; ſed mutilus, aut corruptus eſt annus, quo tres ejus Triumphi indicantur.

(32) Primum hoc Luſtrum à Servio Tullio Romæ conditum eſt juxta Petavium anno ante Chriſti vulgarem æram 573. Vide ejus lib. 2. de Doct. Temp. cap. 77. Tom. I. Panvinius differt hoc ad annum ante Chriſti communem æram 567., vel 566., ut colligit ex Cenſorino. Vide Panvinium, qui plurima ſcitu digna, de Cenſu, & Luſtro commemorat. Sigonius noſter videtur hic Cenſum cum Luſtro confundere, cum longè aliud ſit Cenſum peragere, ac Luſtrum condere. Cenſum agere, erat Cives omnes recenſere per Capita, & per ea, quæ ſinguli poſſidebant fortunæ bona. Luſtrum autem condere, erat Cives jam recenſitos, & in Campo Marcio ſingulos per ſuas centurias diſtributos, peracto jam Cenſu convocare ac tributa pro cujuſque Cenſu exigere, ac ſuovetaurilibus populum circumluſtrare, ac deinde eadem ſuovetaurilia Diis immolare, hoc eſt, Suem, Ovem, & Taurum, ſive Suem maſculum, Hircum, vel Arietem, ac Taurum, ut Panvinius docet. Quatuor autem Luſtra condidit Servius Tullius Rex, ut refert Val. Max. lib. 3., quæ quia quinto quoque anno, ſive poſt ſingula quæque quinquennia repetebantur, ideo Luſtrum pro ſpatio quinque annorum haberi cœpit. Cum autem Servius Tullius regnaverit annos 44., malim Panvinio, quam Petavio credere primum Romæ Cenſum, & Luſtrum anno ab U. C. 187. nempe Regni ſui anno duodecimo. Immo crediderim primò peractum fuiſſe Cenſum, ac Luſtrum anno Regni ejus vige-

A Dionyſio, & Livio intelligere poſſum. Cives omnes bona ſua æſtimare Rex juſſit, atque eorum æſtimationem jurejurando obſtrictos ad ſe deferre; præterea nomina & ætatem uxorum, liberorum, libertorum, ſervorumque profiteri; quaque urbis in regione habitarent, indicare: qui ſecus feciſſet, bona ejus publicari, ipſum verberatum vænire, & civitatem amittere voluit. Prout autem varius erat cujuſque cenſus, ita varias etiam deſcripſit civium claſſes; ita ut in primam claſſem ditiſſimum, in ſextam tenuiſſimum quemque conjiceret. Ditiſſimos autem, quos militaribus muneribus, & bellicis ſumptibus, eoſdem domeſticis etiam ornamentis, atque inſignibus B affecit: in ſuffragiis enim ferendis maximam prærogativam primæ claſſis eſſe, tum ſecundæ, tum tertiæ, deinceps uſque ad ſextam voluit. Cum autem cives omnes in campo convenire juſſiſſet, atque ibi cenſum egiſſet, exercitum omnem ſuovetaurilibus luſtravit. Cenſa ſunt civium capita LXXXM. Id luſtrum Romæ primum conditum eſt: cives condendi munus, quemadmodum poſt à Regibus ad Conſules, à Conſulibus ad cenſores pervenerit, infra oſtendam. Nunc quia luſtrum à Cenſoribus quinto quoque anno plerumque eſt conditum, hinc luſtrum pro quinquennali ſpatio ſumptum eſſe, idque à luendo dictum ſcribit Varro lib. V. de lingua La- C tina, quod quinto quoque anno vectigalia, & ultro tributa per Cenſores perſolverentur. Hic autem non unum tantum, ſed quatuor luſtra à Ser. Tullio interpoſitis temporibus eſſe condita dicit; Indicat id Valerius libro III. qui Ser. Tullio contigiſſe ait, ut quater luſtrum faceret, ter triumpharet.

DE L. TARQUINIO SUPERBO REGE,
& II. Triumphis ejus.

L. Tarquinium Superbum filium L. Tarquinii Priſci Regis tradit cum ceteris omnibus Livius; Dionyſius firmiſſimis, certiſſimiſque rationibus errorem illorum eo arguit, idque haud fieri potuiſſe ex certa annorum ratione oſtendit: nepotem autem Priſci fuiſſe ex filio, qui Priſco ipſo vivente obiit, at vero adoptione filium probat: quæ res ceteris er- B roris cauſſam tribuerit. Utrocumque autem modo ſentiamus, haud incommoda illa noſtra deſcriptio eſt, cum eum L. F. Damarati N. eſſe ſcribimus, quæ eſt tabularum etiam Capitolinarum. Filios hic reliquit tres, Sextum, Aruntem, & Titum. Sextum natu maximum vocat Dionyſius, at Livius, & Ovidius in Faſtis, minimum. Hic cum ſtuprum Lucretiæ intuliſſet, cauſſam L. Bruto, & Sociis ejus præbuit, ut pater ejus, cum tota Regia ſtirpe Roma exigeretur: quamquam Servius, Aruntem, non Sextum, qui Lucretiæ vim fecerit, nominat. Titus à patre ad oraculum comite L. Bruto dato miſſus, Aruns poſt ab ipſo Bruto Cos. in acie occiſus eſt: reliquit C & Tarquiniam filiam, quæ Octavio Mamilio Tuſculano duci nupſit. Idem Superbus ex moribus nominatus. (33) Regnavit annos XXV. ut Livio & Dionyſio placet: qui vero Ser. Tul-

---

vigeſimo, nam ſi vixiſſet alium inſuper annum, nempe annos 45. quintum etiam Cenſum, & Luſtrum peregiſſet. Veriſimile igitur eſt primum Romæ Cenſum inſtitutum fuiſſe circa annum vigeſimum Regni ejus, cum tantum anno vigeſimo ſui Regni Servius Tullius de Etruſcis tertiò triumpharit, & finem bello impoſuerit, ut docet Petavius Tom. 1. lib. 2. de Doct. Temp. cap. 77. num. 3. §. ſecundo, licet ipſe contra ſentiat. Pacis enim tempore, non belli, Cenſus, & Luſtrum haberi poſſunt. Quod ſi dicas Luſtrum à princi- D pio tam frequenter habitum non fuiſſe, ita ut aliquot Luſtra omiſſa ſint, ut fidem faciunt Annales veteres, & Pitiſcus in Lex Ant. Rom., aut aliquanto poſt quinquennium, dabo manus, & libenter admittam opinionem Petavii, ut veriſimilem, quamvis ea Panvinii veroſimilior videatur primum Cenſum habitum anno XX. Regni Servii Tullii, quo anno finem bello impoſuit cum Etruſcis.

(33) Petavius aſſignat illi in Regno annos tantum XXIV., ita tamen ut anno Regni ſui XXV. è regali ſolio detruſus fuerit, ut oſtendit lib. X. de Doct. Temp. cap. 22. Tom. II. Atque ita concordat Petavius vel cum illis, qui Tarquinium Superbum regnaſſe annos XXV. confirmant, ut Dion. Halicar. & Liv.

E *Expenduntur Cuſpiniani, Sigonii, Panvinii, Pighii, Petavii, Noriſii, Blanchini, & aliorum de annis Romanorum Regum, & de Conſulatus initio Opiniones.*

UT à Cuſpiniano Scriptorum recentiorum antiquiore exordium deſumamus, ille anno primo Olymp. VII. cœptum regnari arbitratus ex Faſt. Capit. aſſerit Romulum regnaſſe annos 38., intra quos ponit annum Interregni: Numam Pompilium annos 43. Tullum Hoſtilium 32. Ancum Marcium 24. Tarquinium Priſcum 38. Servium Tullium 44. Tarquinium Superbum 25., qui faciunt annorum ſummam 244. exeunte anno 4. Olymp. VII. abſolutam in Palilibus, hoc eſt ineunte anno 245. ab U. C. juxta Faſt. Capit., quo anno primi Conſules circa Octobrem electi ſunt, nempè circa Olympiadis 68. annum primum ineuntem.

Sigonius Faſtos & ipſe Capitolinos ſecutus annum primum Olymp. VII. fuiſſe annum primum Romæ conditæ arbitratur, & aſſerit Romulum regnaſſe annos 37. quibus alium Interregni addit annum: Numam Pompilium annos 43. Tullum Hoſtilium 32. Ancum Marcium 24. Tarquinium Priſcum 37. Servium Tullium 44. Tarquinium Superbum 25., qui faciunt annorum ſummam 243. abſolutam exeunte anno tertio Olymp. 67., ita ut primi Conſules inſtituti fuerint cœpto anno 244. poſt Palilia, anno quarto Olymp. 67. Sigonius igitur anticipat anno integro Cuſpinianum in aſſignando anno primo inſtituti Conſulatus.

Panvinius arbitratus Romam conditam exeunte anno tertio Olymp. VI., hoc eſt ineunte ejuſdem Olymp. anno 4. aſſerit Romulum regnaſſe annos 37. Numam Pompilium 43. Tullum Hoſtilium 32. Ancum Marcium 24. Tarquinium Priſcum 37. Servium Tullium 44. Tarquinium Superbum 25., qui faciunt annorum ſummam 242. Sed additis duobus annis Interregni, nempe uno inter Romulum, & Numam Pompilium, & altero partim inter Numam Pompilium, & Tullum Hoſtilium, & partim inter Tullum Hoſtilium, & Ancum Marcium, fiet ſumma annorum 244. abſoluta ineunte anno 245. ab U. C. in Palilibus, juxta Varronianam opinionem, & ſubeunte Olymp. 67. anno 4. Panvinius igitur anticipat anno integro Sigonium in aſſignanda Olympiade circa Urbem conditam, ſed cum Sigonio concordat, in aſſignando anno primo Conſulatus inſtituti, namque annus 245. juxta Varronem concordat cum anno 244. juxta Faſtos Capitolinos. Quare etiam Panvinius concordat cum Sigonio, aſſerens primos Conſules inſtitutos anno 4. Olymp. 67.

Pighius Romam conditam arbitratus anno primo ineunte Olymp. VII. ut Cuſpinianus, Sigonius, Blanchinus, Almelovenius, & Petrus Relandus, aſſerit Romulum regnaſſe annos 37. quibus alterum addit annum Interregni: Nu-

A Numam Pompilium 43. Tullum Hoſtilium 32. Ancum Marcium 24. Tarquinium Priſcum 37. Servium Tullium 44. Tarquinium Superbum 25., qui faciunt annorum ſummam 243. in quo cum Sigonio à primo ad ultimum convenit, & ponit initium primi Conſulatus inſtituti anno 244. poſt Palilia.

Petavius ponens conditam Romam ineunte anno quarto Olymp. VI. aſſerit Romulum regnaſſe annos 38. cum altero Interregni; Numam 41. Tullum Hoſtilium 32. Ancum Marcium 24. Tarquinium Priſcum 38. Servium Tullium 44. Tarquinium Superbum 25., qui faciunt annorum ſummam 244. completam in Palilibus ineunte anno 245. ab U. C. juxta Marcum Varronem & anno 4. Olymp. 67., quo pulſi ſunt Reges, & primi Conſules creati.

Sigonius igitur anticipat anno integro computationem Petavii in aſſignandis primis B Conſulibus inſtitutis juxta Urbis annos, ſed concordat numero Olympiadum. Ut autem manifeſtior fiat ſuperiorum Auctorum diſcrepantia, collocetur annus 776. ante Chriſtum natum, tanquam principium commune omnibus, quo Iphphitus Ludos Olympicos inſtauravit.

Cuſpinianus anno 776. ante æram communem Chriſti ponit Olympiadem primam.

Cum igitur ponat Urbem conditam anno primo Olympiadis VII., cui reſpondet annus 752. ante æram communem Chriſti, & ponat primos Conſules inſtitutos anno primo Olymp. 68. ergo ponit primos Conſules inſtitutos anno ante æram communem Chriſti 508.

Sigonius anno eodem 776. ante æram communem Chriſti ponit Olympiadem primam.

Cum igitur ponat Urbem conditam anno primo C Olympiadis VII., cui reſpondet annus 752. ante æram communem Chriſti, ergo poſitis 243. annis ab U. C. ad primos Conſules inſtitutos, ponit primos Conſules inſtitutos anno ante æram communem Chriſti 509.

Panvinius eodem anno ante æram communem Chriſti 776. ponit Olympiadem primam.

Cum igitur ponat Urbem conditam exeunte anno tertio, & ineunte quarto Olympiadis VI. cui reſpondet annus ante æram communem Chriſti 753., ergo poſitis 244. annis ab U. C. ad primos Conſules inſtitutos ideò ponit primos Conſules electos anno ante æram communem Chriſti 509.

Pighius cum in aſſignando Olympiadem primam, & Urbem conditam, & primos Conſules inſtitutos, concordet omninò cum Sigonio noſtro, ergo ponit primos Conſules in- D ſtitutos ante Chriſtum natum anno 509.

Petavius cum eodem anno ante æram communem Chriſti 776. ponat Olympiadem primam, & Urbem conditam Olympiadis VI. anno quarto ineunte, cui reſpondet annus ante æram communem Chriſti 753. ergo datis annis 244. ab Urbe condita ad primos Conſules inſtitutos, ponit primos Conſules inſtitutos anno ante æram communem Chriſti 509.

Noriſius ſuam orditur Chronologiam ab anno primorum Conſulum 246. poſt Urbem conditam, cui reſpondet annus ante æram communem Chriſti 508. Verum cum inter annum ab U. C. 462., & annum 463. inſerat Conſulatum L. Papycii Curſocis, & Sp. Calviſii Maximi, atque ibi propterea moneat ſuperiores Conſulatus in antecedentem annum retrahendos, ideo primus Conſulatus, qui poſitus erat anno ab U. C. 246. juxta M. Varro- E nem, tetrahendus erit in annum antecedentem 245., cui reſpondet annus ante æram communem Chriſti 509. in quo cum Petavio, Pighio, Panvinio, & Sigonio noſtro concordat.

Quomodo autem Noriſius concordet cum Petavio etiam in aſſignando anno primo U C. ſic demonſtrabimus. In Cœnotaph. Piſ. Diſſert. 2. cap. 5. in fine, ponit natum Dominum anno ab U. C. 749. Olympiadis 193. anno quarto; hoc eſt terminata Olympiade centeſima nonageſima quarta. Reſolvatur in annos numerus Olympiadum 193., & fient anni 772. Auferatur numerus annorum ab U. C. 749. e numero 772., & remanebunt anni 23. ante conditam Romam; ergo anno 24. poſt Olympicos ludos ab Iphphito reſtitutos Roma fuit condita, hoc eſt anno quarto Olympiadis VI., ut ſentit Petavius.

Rurſus in libro eodem, eademque Diſſertatione cap. 6. paullo poſt initium hæc habet: Anno U. C. 712. Olympiadis 184. anno tertio iterum pugnatum eſt apud Philippos. Reſolvatur in annos numerus Olympiadum 183., & fient anni 732. Adde tres alios annos Olympiadis centeſimæ octogeſimæ tertiæ nondum completæ, & habebis 735. Aufer à numero 735. numerum annorum ab U. C. 712. & remanebunt anni 23. ante Urbem conditam. Ergo Urbs condita fuit anno 24. à primis ludis Olympicis, hoc eſt anno quarto Olympiadis VI. Ergo Noriſius cum Petavio in aſſignandis annis ab U. C., & ideo etiam in aſſignando anno primi Conſulatus inſtituti, omnino concordat. Supeceſt nunc expendere Franciſci Blanchini Scriptoris doctiſſimi, atque omnium noviſſimi opinionem.

Ac primò quòd Blanchinus Faſtis Capitolinis adhæreat, quos Petavius, & Noriſius, & plerique Scriptores anno integro præcedunt in aſſignandis annis ab U. C. ſic oſtendemus. Vult igitur Blanchinus, ut mox demonſtrabimus, Romam conditam anno primo ineunte Olympiadis VII. Cum enim ad annum VI. ante communem Chriſti æram, quo Conſules fuerunt Auguſtus XII., & L. Cornelius Sulla figat Chriſti conceptionem, & nativitatem, cui anno reſpondet ex Blanchini opinione annus periodi Julianæ 4708. & annus tertius, & quartus Olympiadis 191. (nempe tertius ante Solſtitium æſtivum ejus anni, & quartus poſt idem Solſtitium) & annus U. C. 747. ante Palilia, & annus 748. ab U. C. poſt Palilia, accipiamus primò Olympiadis centeſimæ nonageſimæ tertiæ annum tertium ante Solſtitium æſtivum, & annum U. C. ante Palilia 747. Reſolvatur in annos numerus Olympiadum 192., & fient anni 768. quibus adde tres annos Olympiadis CXCIII. Auferatur numerus 747. à numero 771., & remanebunt anni 24. ante U. C. Ergo anno 25. à primis ludis Olympicis Roma fuit condita, hoc eſt anno primo Olympiadis VII. quod primò oſtendendum erat. Accipiamus ſecundò annum ab U. C. 748. poſt Palilia, & annum quartum Olympiadis 193. poſt æſtivum Solſtitium. Reſolvatur in annos numerus Olympiadum 193. & fient anni 772. Auferatur ab hoc numero numerus annorum ab U. C. 748., & remanebunt anni 24. ante U. C. Ergo anno vigeſimo quinto à primis ludis Olympicis Roma fuit condita: hoc eſt Olympiadis VII. anno primo. Ita fac de ceteris annis à Blanchino in ſua Chronologia ad Pontifirum Romanorum Vitas Tom. 2. & invenies ipſum ſemper inhærere Faſtis Capitolinis.

Rurſus Blanchinus anno quo Chriſti communis æra exordium capit, adigit annum periodi Julianæ 4714. ſed anno primo U. C. affigit annum periodi Julianæ 3691., ergo ſubtracto hoc numero ab illo, remanebunt anni 751. integri ante Palilia, & natus erit Chriſtus annu 754. poſt Palilia, quibus reſpondet annus periodi Julianæ 4714. Petavius autem, & Noriſius, & alii à Noriſio citati in Cœnotaph. Piſanis Diſſert. 2. cap. 5. in fine, ponunt Chriſtum conceptum, & juxta æram communem natum anno ab U. C. 753. quaſi annus 753. initium ſumpſerit non à Palilibus, ſed à Calendis Januarii; atque hinc patet Blanchinum in colligendis annis ab U. C. cum annis æræ communis Chriſti anno integro eſſe Petavio, & Noriſio poſteriorem; quamvis concordet cum ipſis in colligandis annis æræ communis Chriſti cum annis periodi Julianæ.

Cum tamen idem Blanchinus integro anno diſcordet a Petavio, & Noriſio in colligandis Conſulatibus cum annis æræ communis Chriſti, nam anno 45. ante communem æram Chriſti ponit Conſulatum Julii Cæſaris, & M. Antonii, anno verò quo Chriſtus juxta æram communem conceptus, & natus eſt, ponit Conſulatum P. Vinicii, & P. Alphenii, & anno 28. æræ communis Chriſti, qui biſſextus erat, ponit Conſulatum C. Fuſii Gemini, & C. Rubelii Gemini, quæ Conſulum

paria

paria Petavius, & Noriſius protrahunt in annum 29. proximè ſubſequentem, ideo Blanchinus anticipat anno integro Petavium, & Noriſium in Conſulatibus aſſignandis, Sigonium, & Pighium ſecutus, qui ponunt Conſulatum Julii Cæſaris, & M. Antonii anno ab U. C. 709. cum Petavius, & Noriſius, & Panvinius ponant hunc Conſulatum anno U. C. 716. hoc eſt, anno ante Chriſtum natum 44. Blanchinus autem ponit Conſulatum P. Vinicii, & P. Alphenii anno ab U. C. 754. cum Petavius, & Noriſius ponant hunc Conſulatum anno 755. hoc eſt anno ſecundo poſt Chriſti communem æram; & tandem Pighius ponit Conſulatum Fuſii Gemini, & Rubellii Gemini anno U. C. 781. hoc eſt anno 28. à Chriſti æra communi, cum Petavius, & Noriſius ponant huoc Conſulatum anno U. C. 782. hoc eſt, anno æræ communis Chriſti 29. Sigonius Chronologiam ſuam non producit ultra annum 766. ab U. C. ſed patet Pighio eſſe concordem, nam anno 766. ponit Conſules Sextum Pompejum, & Sextum Apulejum, quos Petavius, & Noriſius ponunt Conſules anno ab U. C. 767., ex quibus patet quod Blanchinus orditur primos Conſules anno integro ante Petavium, Noriſium, & ceteros, nempe anno 510. ante Chriſti communem æram, niſi fortè omittat aliquot par Conſulum, ut Echardus in Hiſt. Med. Ævi, qui omittit Conſulatum Papyrii Curſoris, & Spurii Carvilii Maximi anno U. C. 463. juxta Varronianam ſententiam, cum talis Conſulatus omiſſus fuerit in Faſtis Conſularibus Bibliothecæ Cæſareæ, ut videre eſt apud Noriſium Tom. II. Edit. Veron. pag. 599., ubi verò Petavius, & Noriſius, & alii recentiores omnes ponunt Chriſtum natum juxta communem æram anno 753. ab U. C. Blanchinus ponit natum Chriſtum anno 754. ab U. C. in Conſulatu P. Vinicii, & P. Alphenii Vari, quorum Conſulatus ponitur à Petavio, & Noriſio, & Almelovenio, Sigonio, Pighio anno 2. æræ communis Chriſti, atque hinc fit, quod Conſulatus Fuſii Gemini, & Rubellii Gemini, qui ponitur à Petavio, Noriſio, & Almelovenio anno 29. æræ communis Chriſti, ponatur à Blanchino anno ejuſdem æræ 28. quem idem Blanchinus biſſextum facit, ſicut & ceteri celebriores Chronologi, licet eidem anno 28. alios Conſules aſſignent.

Diſcordia hæc Blanchini à Petavio, Noriſio, & Almelovenio continuatur uſque ad annum æræ communis Chriſti 41., quo anno Blanchinus nullos ponit Conſules, cum à faſtis abraſi fuerint, & erant fortaſſe juxta Blanchinum T. Catius, & P. Cærellius. Atque hinc fit, quod poſt annum 41. æræ communis Chriſti impoſterum ſemper Blanchinus concordat cum Petavio, Noriſio, Almelovenio, ac demum cum Petro Relando (qui cum Almelovenio concordat) in aſſignandis annis æræ communis Chriſti, & U. C., & Olympiadum. Quo autem documento nitatur Blanchinus in auferendis Conſulibus anni 41. æræ communis Chriſti, vide ejus notas ad Anaſtaſii Pontificum vitas Tom. 2. pag. 18. quæ quidem non ſatisfaciunt, ut evertant celebriorum Scriptorum opinionem, qui ſeriem Conſulum abſque ulla dubitatione continuant.

Diſcordat quoque Blanchinus à Petavio, Noriſio, Almelovenio &c. in aſſignando anno vero Nativitatis Chriſti, nam eum natum facit integro quinquennio ante communem æram Chriſti anno nempe U. C. 748. figens huic anno Conſulatum Auguſti XII., & L. Cornelii Sullæ, quem figunt ceteri anno 749. U. C. aſſerentes Dominum eſſe quidem conceptum, & natum in hoc eodem Conſulatu, ſed quadriennio integro tantum ante æram communem Chriſti. Hinc fit ut computato illo quinquennio, quo Blanchinus natum fert Chriſtum ante communem ejus æram, cum annis 28. poſt natum Chriſtum juxta communem æram, fiunt anni 33. integri, quos à Chriſti conceptione ad ejus mortem intercefſiſſe Blanchinus refert, volens Chriſtum fuiſſe mortuum anno 28. æræ communis Chriſti in Conſulatu Fuſii Gemini, & Rubellii Gemini, namque hoc anno ex Tabulis Aſtronomicis Domini de la Hire oſtendit, Lunam decimam quartam incidiſſe die Veneris ſeptimo Calendas Aprilis, & Lunam decimam quintam die Sabathi, ſexto Calendas Aprilis; ita ut Chriſtus Agnum comederit cum Diſcipulis veſpere die Jovis, hoc eſt octavo Cal. Aprilis quo incipiebat juxta morem Hebræorum Luna decima quarta, & poſt Cœnam ſuam, Paſſionem in Horto inchoaverit.

Quam bene autem in hoc uno concordet veritati opinio Blanchini præter antiquiorum teſtimonia, quæ Chriſtum mortuum tradunt in Conſulatu duorum Geminorum, & præter opinionem D. Auguſtini, & D. Joannis Chriſoſtomi, qui paſſum Chriſtum referunt octavo Calendas Aprilis, patet ex anno periodi Julianæ 4741. qui anno 28. æræ communis Chriſti à Blanchino, & à ceteris omnibus Chronologis recentioribus aſſignatur. Diviſo enim anno 4741. per 19. relinquitur pro aureo numero illius anni num. 10, cui reſpondet Epacta 16. Item diviſo eodem numero 4741. per 28. relinquitur pro numero Cycli Solaris, ſive Cycli Dominicalis numerus 9., cui reſpondet duplex Litera Dominicalis D. C. ut videre eſt in III. Tabula Literarum Dominicalium ſuperius poſita.

Cum autem ex eadem Tabula ſuperius poſita habeamus, quod menſis Martii incipiat eodem anno à Feria 2. eidem Cyclo Solari IX. in directum poſita, hoc eſt die Lunæ, ergo prima dies Dominica menſis Martii anni 28. æræ noſtræ vulgaris, cadet in diem ſeptimam Martii, atque ideo dies decima quarta, & dies vigeſima prima, & vigeſima octava ejuſdem menſis, & anni erit dies Dominica. Hoc poſito.

Quæratur propoſito eodem anno periodi Julianæ 4741. numerus aureus Cycli Lunaris ejuſdem anni 28. æræ noſtræ vulgaris; & diviſo 4741. per 19. relinquetur pro aureo numero ejuſdem anni 28. numerus 10., cui reſpondet pro Epacta ejuſdem anni numerus 16., ut conſtat ex Tabula I. ſuperius poſita. Quæratur nunc ætas Lunæ, quæ occurrebat die 21. Martii eodem anno 28. æræ noſtræ vulgaris, addendo ad num. 21. Epactam 16. & inſuper num. 3. *pro* Calendis Januarii, Februarii, & Martii (Epacta enim ſumebat initium à Calendis Januarii) & habebimus ſummam 40. Aufer numerum triginta, & remanebit numerus 10. pro ætate Lunæ concurrente cum die 21. Martii, quæ cum eſſet dies Dominica, ergo Feria ſecunda erat undecima dies Lunæ, Feria tertia erat duodecima, Feria quarta erat decima tertia, Feria quinta erat decima quarta, ad cujus veſperam mactabatur Agnus Paſchalis, Feria ſexta erat dies decima quinta, Sabbatho erat dies decima ſexta Lunæ, die autem 28. hoc eſt V. Cal. Aprilis, Martii erat Feſtum ſolemne Paſchæ. Ex qua computatione, videmus quidem verum Paſcha Chriſtianum fuiſſe die 28. Martii; ut conſtat etiam ex Tabula ſuperius producta. Atque hic computus noſter convenit omnino cum Eccleſia Latina, cum SS. Patribus, & cum antiquis Scriptoribus à Blanchino allatis. Neque obſtat computus Aſtronomicus Blanchini, cum tunc Judæi rerum Aſtronomicarum rudes hunc non ſervarent rigorem, nec ſemper Luna decima quarta civilis conveniat cum Luna decima quarta Aſtronomica. Blanchinus ergo uſus Tabulis Aſtronomicis Domini de la Hire diem unam retardat, & figit Lunam decimam quartam Feriæ ſextæ, & Sabbatho decimam quintam, ita ut Chriſtus Dominus comederit Agnum cum ſuis Diſcipulis veſpere diei Jovis, qua hora more Judæorum incipiebat Luna decima quarta, & paſſus mortem ſit die Veneris, hoc eſt exeunte Luna decima quarta, nempe die vigeſima ſexta Martii, ſeu ſeptimo Cal. Aprilis. Vide pag. X. Tom. II. in Prolegomenis ejuſdem Blanchini ad vitas Pontificum Documenta, quibus innititur. Quæ tamen ſententia plures patitur difficultates, cùm ex ipſa Chriſtus Dominus non videatur celebraſſe legitimum Paſcha, & videtur idem Blanchinus in hoc convenire cum Eccleſia Græca, ut & P. Lamy, & P. Calmet, (quamvis in aſſignando Dominicæ mortis anno diſcordent) Joſephi Hebræi auctoritatem ſecuti, qui dies octo Paſchales ponit,

A Tullin annos XXXIV. aſſignant, iidem Superbo XXXV. aſcribunt. Ne hic quidem Rex expers gloriæ bellicæ fuit; quippe qui Sabinorum npes, qui parere recuſabant, dunbus bellis comminuerit; ac Vulſcns pnpulantes primus belln aggreſſus, devicerit. Quamquam autem nullos auctores habeo, qui triumphos ullos actos à Superbo Rege ſcribant; tamen qunniam bis eum triumphaſſe ex Capitolinorum triumphnrum fragmentis intelligebam, ſuſpicatus ſum triumphos duns accipiendns eſſe: unum, quem de Volſcis; alterum, quem de Sabinis egcrit: præſertim vero cùm hos populos ab eo victos Livius, Dinnyſius, Meſſala, iſque qui ſcripſit de viris illuſtribus, B cnnſtantiſſime tradant: neque enim nomina ipſorum populorum in fragmento Capitolinn exſtant.

DE CONSULIBUS PRIMUM CREATIS, *& quo Urbis anno, ac quo die inierint.*

HÆc eſt ſecunda mutatin Reipublicæ, qua Superbo Rege, cum propter Regis impotentiam, tum propter ſtuprum Lucretiæ à Regis filio illatum, exacto, & libertate recuperata, imperium dunbus viris annuum mandatum eſt; qui pnſtea, quod conſulerent Reipublicæ, (34) *Conſules* (ut in lib. de legibus ait Cicero) *nominati ſunt*. Creati autem ſunt à Sp. Lucretin Lucretiæ patre interrege, (35) cnmitiis centuriatis ex cnmmentariis Ser. Tullii Regis. Omnia jura, omnia inſignia Regum, primi Cnaſules habuere: id modo cautum eſt, ne, ſi ambo faſces haberent, duplicatus terror vidcretur. Patricii autem ambo

ponit, cùm eſſent tantum ſeptem dies legitimi, quorum primus erat Luna decima quinta, & ultimus vigeſima prima. Priuſquam igitur huic ſententiæ adhæreas adi Cornelium à Lapide, qui hanc opinionem evertere nititur in ſuis Commentariis ad Exodi cap. 12., quamvis nec ipſe quidem ſatisfaciat. Quod tamen Chriſtus Dominus azyma in ultima Cœna comederit, neque Blanchinus, neque Calmetus negant, nam die decima tertia Lunæ deſtruebatur, & comburebatur omne fermentatum, quare veſpere dici ejuſdem decimæ tertiæ, quo incipiebat Luna decima C quarta, & quo Chriſtus juxta eoſdem Auctores Agnum comedit, jam neceſſe erat azymos panes comedere, nam Luna decima quarta erat prima dies azymorum, licet maximum Paſchæ Feſtum celebraretur Luna decima quinta. Chriſtiani ex decreto Concilii Nicœni anno 325. celebrati, celebrare jubentur Paſcha ea die Dominica, quæ propius ſubſequitur Lunam decimam quartam poſt æquinoctium vernum. Vide P. Calmet in ſuo Dictionario Biblico ad vocem *Azyma*, & ad vocem *Paſcha*, & in ſua Chronol. ad annum Mundi 4036. Singularis eſt igitur Blanchinus in aſſignando anno primo Conſulatus inſtituti, nam figere videtur hunc annum ad annum 510. ante æram vulgarem Chriſti.

Singularis eſt etiam in aſſignando anno primo æræ vulgaris Chriſti ad annum 754. ab U. C. juxta Faſtos Capitolinos, hoc eſt anno 755. D juxta Varronianam ſententiam in Conſulatu P. Vinicii, & P. Alpheni Varii.

Singulariſſimus præterea eſt in dividendo Conſulum ordine, quem ceteri antiqui, & recentiores abſque dubitatione continuant inter annum 41. & 42. æræ communis Chriſti, intrudens annum 41. ſine Conſulibus, & retrahens in annum antecedentem totum ordinem ſuperiorem Conſulum, itaut Conſulatus C. Cæſaris, Caligulæ IV. & Cn. Sentii Saturnini, qui a ceteris figitur anno æræ Chriſtianæ 41. Figatur à Blanchino ad annum 40. Et licet produeat ſua Documenta ad pag. 18. ſuarum adnotationum ad Pontificum vitas ab Anaſtaſio ſcriptas Tom. II., hæc tamen ſufficere non videntur ad ejus opinionem in hoc admittendam. Quia tamen recte ponere videtur Paſcha Dominicæ Paſſionis in Conſulatu duorum Geminorum, eumque retrahere E in annum antecedentem æræ communis Chriſti, nempe annum 28. Nos ejus opinionem produxiſſe contenti, judicio Lectoris eam ſubjicimus, ut deinde quam vero ſimiliorem exiſtimaverit, amplectatur.

Quia vero Almelovenius orditur primum Conſulatum anno 244. ab U. C., hoc eſt anno 509. ante Chriſti vulgarem æram, ſicuti oſtendimus de Sigonio noſtro, & Pighio, nos aliis omnibus rejectis Almelovenium Sigonio, & Pighio conferemus, atque etiam Noriſium, & Petavium, qui cum Sigonio concordant in aſſignandis annis ante vulgarem Chriſti æram, licet anno integro antecedant in aſſignandis annis ab U. C. quod nihil refert.

Ubi vero pervenerimus ad Conſulatum duorum Geminorum, qui à ceteris figitur ad annum æræ vulgaris 29., tunc monebimus retrahendum in annum antecedentem 28., & conſequenter etiam in annum antecedentem totum ordinem ſuperiorum Conſulum retrahendum, ſi voluerimus Blanchino adhærere in opinione Dominicæ Paſſionis huic anno adfigendæ, quemadmodum ipſi conſentiendum putamus ex vi Documentorum à Blanchino allatorum, ſive ex Evangelio, ſive è SS. PP., Auguſtino, Jo. Chriſoſtomo, & Proterio, ſive à Victorio Aquitano, Tertulliano, Lactantio, L. Cæcilio, & Sulpicio Severo, ſive à recentioribus Bucherio, Schelestratio, & Nourry in notis ad librum Lactantii Firmiani de Mortibus Perſecutorum. Jam igitur Conſulum ordinem exordiamur.

(34) Non quidem à principio *Conſules* nominati ſunt, ſed *Prætores* initio dicti, tum *Judices*, ac denique *Conſules* appellati ſunt, quamvis Livius per anticipationem ſemper *Conſules* nominet. Hic Gruchius in Refut. ad poſter. Sig. diſp. de binis Magiſtr. Comit. cap. 27.

(35) Comitia ea erant, quibus Romanus Populus univerſus congregabatur ad ferenda ſuffragia.

De Comitiis Romanorum brevis Diſſertatio.

TRes Comitiorum ſpecies inſtitutas habemus. Comitia Curiata, Centuriata, & Tributa. Curiata à Romulo inſtituta ſunt: Centuriata a Servio Tullio: Tributa vero inſtituta ſunt anno U. C. 260. juxta Faſtos Capitolinos, anno vero 261. juxta M. Varronem, ex conventione facta inter Patritios & Plebem, quæ a Senatu ſeceſſerat trans Anienem, nec ante Romam rediit, quam ipſi permitteretur eligere aliquos ex plebe ipſa Magiſtratus, qui plebem à Patritiorum potentia tuerentur; atque hi Magiſtratus fuerunt Tribuni Plebis, Conſulibus eo anno Sp. Caſſio Viſcellino, & Poſtumo Cominio Aurunco II. quamvis Cicero hoc revocet factum in annum antecedentem A. Virginio Tricoſto Cælimont., & T. Veturio Gemino Cicurino Coſs. Atque ut ordine Chronologico procedamus, quæ fuerint Curiata Comitia intueamur.

Aſſecutus ex Tatii Sabinorum Regis interitu Romanæ Urbis imperium Romulus ſolus, diviſit univerſam Pop. Rom. multitudinem in tres partes, quas *Tribus* nominavit à numero partium, in quas eam diviſit; ac ſingulas *Tribus* diviſit in decem partes, quæ *Curiæ* dictæ ſunt à *cura* Reipublicæ ipſis commiſſa, tum ſingulas *Curias* in decem *Decurias* diviſit, ac Tribubus Tribunos, Curiis Curiones, Decuriis Decuriones præfecit. Priores illæ Tribus fuerunt alia Ramnenſium, alia Tatienſium, alia Lucerum, quæ nomina illis impoſuit poſt Sabinos & Luceres in Urbem receptos, ita ut prima ex Romanis, ceteræ ex advenis formarentur. Diviſo deinde Romano ſolo in triginta partes, triginta Curiis colendum dedit, ita ut ſingulis Curiis ſuam partem incolendam dederit, aſſignatis cuique Curiæ Sacerdotibus, atque æde publica, in quam Sacerdos ad ſacra, atque ad ſolemnes epulas

epulas Curiales ſuos advocaret, extructâ aliâ A
omnibus Curiis in Capitolio communi æde,
quam *Calatam* appellavere à verbo antiquo
calo calas, quod idem ſignificat ac *convocare*;
atque in hanc ædem Pontifex univerſas Cu-
rias convocabat Calendis cujuſque menſis, ut
populum admoneret, qui dies feſti, ac pro-
feſti, qui faſti, ac nefaſti eo menſe occurſuri
eſſent, atque hujuſmodi ædes *Curiæ* dictæ fuit
à Curiis eo loci ſtata die convenientibus. Ne-
que tamen Tribuni, quos Romulus ſingulis
Tribubus præfecerat, vocabantur Tribuni ple-
bis, ſed potius Tribuni militiæ, cum non-
dum eſſent Patritii a plebe diſtincti, præter Se-
natores; nec aliud Romulus cogitaret, quam
ut haberet, qui muros bello defenderent, at-
que agri Romani fines amplificarent.

Ex Curiis igitur *Curiata* Comitia vocabantur,
quibus univerſa Populi Romani multitudo in B
unum convocabatur, & rogabatur à princi-
pio, hoc eſt priuſquam Centuriata Comitia
inſtitueerantur. De bello ac pace ineunda, de
Magiſtratibus eligendis, de legibus ferendis,
de Sacris inſtituendis, de judicio habendo,
diviſo per tribus, ac deinde per Curias popu-
lo; ac ne multitudo confuſionem faceret,
colligebant Decoriones ab unoquoque Decu-
riæ ſuæ viro ſuffragia, & in quem plura ſuf-
fragia convenire deprehendebant, ille à tota
Decuria cenſebatur eligi dignior Magiſtratus.
Decuriones deinde ad Curiones, Curiones ad
Tribunos collecta ſuffragia deferebant, ac de-
nique illa à tota Tribu ceteris eligendus pro-
ponebatur, in quam plura ex eadem tota
Tribu ſuffragia conveniſſent. Quod autem in
Magiſtratuum electione mos ſervabatur, is
ſervabatur in qualibet alia deliberatione à po-
pulo facienda. Convocabantur autem Comi- C
tia hujuſmodi, quoties determinandum ali-
quid occurrebat, quod ſine populi univerſi
periculo, impendio, & opere obtineri non
poſſet. Locus hujuſmodi Comitia congregan-
di erat intra muros Urbis in foro, vel in
campo Martio, excubante in armis exercitu,
ne tumultus aut ab exteris, aut à civibus in-
terea concitaretur. Curiata Comitia hujuſ-
modi in uſu fuerunt à Romulo uſque ad Ser-
vium Tullium Regem, qui videns præpollere
Patritiis multitudinem in ferendis ſuffragiis,
ea reformare conſtituit, ita ut vel Patritios
multitudini anteferret, vel ſaltem æquaret.

Servius igitur Tullius in ſex Claſſes univerſam
diviſit rurſus populi multitudinem. Prima
Claſſis eorum erat qui centum millia æris,
aut plus habebant, atque hæc eadem Claſſis
diviſa fuit in octoginta Centurias: quadrage- D
nas videlicet Seniorum, qui quadrageſimum
quintum ætatis annum compleverant, ut cu-
ram Reipublicæ domi haberent, & quadra-
genas Juniorum, qui foris bella gererent, at-
que his addidit octodecim alias Equitum
Centurias, cum ceteri Pedites eſſent; viginti
autem & quinque annos hujuſmodi Juniores
militiam ſequi conſtringebantur, nempe a
vigeſimo ætatis anno ad quadrageſimum ſex-
tum, quo cœpto in Seniorem numerum aſ-
ſumebantur. Huic primæ Claſſi duæ fabrorum
Centuriæ adjectæ ſunt, quæ ſine armis ſti-
pendia facerent, eiſdemque commiſſum erat
bellica inſtrumenta conficere, & quò eſſet
opus deferre. Secunda Claſſis eorum erat,
qui intra centum, & ſeptuaginta quinque
millia æris poſſidebant, ac diviſa erat in vi-
ginti Centurias; decem Seniorum, ac toti-
dem Juniorum. Tertia Claſſis illorum erat, E
quorum cenſus erat intra quinquaginta mil-
lia & ſeptuaginta quinque millia æris, atque
hæc pariter diviſa erat in decem Senum, &
decem Juniorum Centurias. Quarta Claſſis il-
lorum erat quorum cenſus erat inter viginti
quinque millia, & quinquaginta millia æris,
diviſa ut aliæ in decem Juvenum, decemque
Senum Centurias. Quinta Claſſis eorum erat,
qui intra undecim millia, & viginti quinque
millia æris habebant, diviſa in triginta Cen-
turias, quarum tres erant Tibicinum & Cor-
nicinum. Sexta Claſſis eorum erat, quorum
cenſus aut nullus erat, aut infra undecim
millia æris, nec diviſa fuit in Claſſes, licet
numeroſior ceteris univerſis, cum totam po-
puli Romani multitudinem infimam, & igno-

biliorem comprehenderet, atque hæc Claſſis à
militia, & à vectigalibus immunis erat, at-
que hinc factum eſt, ut ea excludi ab hono-
ribus ægre non ferret, dum ab oneribus pu-
blicis, quibus ceteræ Claſſes ad Cenſus ſui
menſuram ſubjiciebantur, immunis eſſet.

Ex hiſce ſex Claſſibus in Centurias diſtributis
Centuriata Comitia nomen deſumpſerunt. Ea
autem erant eo fine inſtituta, ut in iis majo-
res Magiſtratus eligerentur, atque in eorum
electione Patritii populo præpollerent, atque
in ceteris rebus, quæ in hiſce Comitiis pro-
ponebantur. Tres enim cauſsæ potiſſimum
erant Centuriata hujuſmodi Comitia convo-
candi: alia majorum Magiſtratuum eligendo-
rum, alia legum imponendarum: alia judi-
cii exercendi cauſſa. Prima tamen locum
non habuit niſi poſt Reges Urbe proſcriptos,
namque ante majores Magiſtratus ſolius Re-
gis arbitrio eligebantur. Majores vero poſt
Regiſugium Magiſtratus erant Conſules, Præ-
tores, & Cenſores. Rogabatur autem primo
prima Claſſis, & ex prima Claſſe primæ ro-
gabantur Equitum illæ octodecim Centuriæ,
quem Conſulem, vel Prætorem, vel Cenſo-
rem vellent, quæ niſi concordes eſſent, roga-
bantur ejuſdem Claſſis Pedites, qui ſi concor-
des fuiſſent, electio rata habebatur, etiam
ceteris Claſſibus non rogatis. Inferiores au-
tem Claſſes non rogabantur, niſi cum ſupe-
riores diſcordes eſſent. Quare apud ſolos Pa-
tritios primæ Claſſis erat primum, & præci-
puum jus eligendi majores Magiſtratus, cum
raro eorum electio caderet ex ſuperiorum diſ-
ſenſione in Claſſes inferiores.

Dictator, Magiſter Equitum, & Interrex, qui
erant omnium ſupremi Magiſtratus Centuria-
tis Comitiis non eligebantur. Dictator enim,
qui ſemper Vir Conſularis erat, à Conſule
dicebatur, quoties opus erat unius imperio,
qui rem præſentem ſummi diſcriminis expe-
diret, nec ultra ſex menſes illius auctoritas
ſuprema protendebatur. Magiſter Equitum
aſſumebatur arbitrio Dictatoris. Interrex au-
tem non niſi ex Patritiis eligebatur, ex quibus
eligebatur ſorte Centuria, tum ex electa ſorte
Centuria ſorte etiam eligebatur Interrex, qui
tantum quinque dies imperitaret, poſt quos
alter ſorte ex eadem Centuria eligeretur, &
ſic deinceps. Etiam Proconſules aliquando
Centuriatis Comitiis electi ſunt, ut notat
Nicol. Gruchius de Comit. Rom. lib. primo,
quem conſulat qui plura deſiderat.

Centuriata Comitia habebantur in Urbis Po-
mœrio, quod locus erat juxta Urbis muros
vel intra, vel extra, ut placebat eadem Co-
mitia convocanti vel Regi, vel Dictatori, vel
Conſuli. Locus autem ordinarius Comitiorum
hujuſmodi erat Campus Martius ſitus inter
Urbem & Tiberim; neque ſine imperato exer-
citu ea congregrari conceſſum erat, ut mili-
tes in armis excubias agerent, dum in Comi-
tiis populus univerſus detinebatur. Neque ve-
ro Servius Tullius Comitia Curiata prohibuit,
vel extinxit, at ſolam ipſis minorum Magiſtra-
tuum electionem reliquit, & legum ferenda-
rum, habendorumque judiciorum auctorita-
tem imminuit.

Tributa Comitia à Tribubus nomen deſumpſe-
runt. Verùm antequam de ipſis verba facia-
mus, nonnulla de Tribubus prælibare neceſſe
eſt. Diviſerat igitur Romulus univerſam Ci-
vium multitudinem in tres Tribus, ut ſu-
perius diximus. At Servius Tullius eam ite-
rum diviſit in quatuor, quas vocavit *Palati-
nam*, *Suburanam*, *Collatinam*, ſive *Collinam* ut
alii vocant, & *Æmiliam*, quas diviſit ut Ro-
mulus in Curias, & Decurias. Appio autem
Claudio Sabino, & P. Servilio Priſco Coſs.
anno U. C. 258. aucto jam populo Romano,
atque imperio dilatato, diviſus eſt iterum
populus in Tribus quatuor & viginti, additis
videlicet aliis viginti ad quatuor ſuperius di-
ctas. Additæ ſunt deinde aliæ ſex, ac demum
aliæ quinque, adeo ut Ciceronis ætate eſſent
triginta quinque. Priores quatuor vocabantur
Urbanæ, ceteræ Ruſticanæ, non quia ex Ru-
ſticis hominibus collectæ eſſent, ſed ex inge-
nuis, qui rura poſſidebant, cum primæ qua-
tuor conſtarent ex Libertinis. Ruſticanæ au-
tem Tribus per univerſam Italiam diſtributæ

bo ſuat creati: quod idcirco aſcribo, ut progreſſus Reip. cognoſcatur, cum poſt etiam ex plebe ſint creari cœpti: nam hoc tempore univerſa in patriciorum poteſtate Reſp. fuit. Ceterum annum, quo primi Conſules inierunt, non eodem modo numerari ab omnibus invenio. Livius enim ac Dionyſius, poſt Romam conditam CCXLV. appellant; alii vero, quorum opinionem nos ſecuti ſumus, CCXLIV. Hujus autem varietatis cauſa eſt, quod illi Priſco Regi annos XXXVIII. tribuerunt; hi, XXXVII. nos autem ab iis diſſidere coacti ſumus, ut ſumma annorum Capitolinorum conveniret: annus enim quo P. Valerius Cos. de Vejentibus triumphavit, in Capitolinis fragmentis CCLXXVIII. appellatur; is vero quo Sp. Caſſius de Sabinis, CCLI.: quo P. Poſtumius, Agrippa Menenius de Sabinis, CCL. Quæ ſi vere ſcripta ſunt, profecto, ſi regredientes, uſque ad annum, quo Reges pulſi ſunt, perveniemus, eum C.XLIII. non CCXLIV. eſſe reperiemus. Quod autem dico à Capitolinis Scriptoribus obſervatum eſſe, idem aliorum etiam auctoritate comprobatur. Meſſalla enim anno ab Urbe condita CCXLIV., pulſis Regibus, ſub Conſulibus annuo imperio jura Romana fuiſſe tradit: Oroſius anno ipſo CCXLIV. Brutum Conſulem de filiis ſumpſiſſe ſupplicium. Rufus, Eutropius, Jornandes, itemque Solinus, in emendatis præſertim libris, Romæ regnatum eſſe annos CCXLIII. ſcribunt. Adde quod, cum Rufus dicat regnatum eſſe annos CCXLIII., à Roma condita ad Hirtium & Panſam Conſules annos numerat DCCX. ab expulſis Regibus, annos CDLXVII. qua ſumma nihil cum Capitolina eſſe poteſt congruentius. Eſt autem illud admonendum, magnam in annis ab Urbe condita numerandis ac digerendis inter antiquos Scriptores diſſenſionem fuiſſe. Quod & Cicero tradit in Bruto, & nos ita eſſe ex variarum ſupputationum obſervatione ac comparatione deprehendimus. Omnis autem hujus controverſiæ cauſa inde oritur, quod quos alii Conſules, & ſine Conſulibus dictatores ſæpe interſerunt, eos omnino alii prætereunt: quod & infra ſuo cujuſque in anno oſtendam, & in ſupputatione etiam Liviana alio loco demonſtravi. Eſt autem varia & inconſtans annorum apud omnes ratio uſque ad quingenteſimum ferme annum ab Urbe condita: ab eo vero hanc conſtantem inter eos eſſe contro-

erant, ſive quod ſingulæ Italiæ partes à Romanis ſubactæ alicui ex Tribubus Ruſticanis aggregarentur, ſive quod eo Civium Coloniæ mitterentur ex una vel alia Tribu, quæ ſolum ſubactum colerent, & inhabitarent, translatis alio indigenis.

Cum ergo anno U. C. 260. juxta faſtos Capitolinos, Romana Plebs a Patritiis male habita, & oppreſſa, trans Anienem ſeceſſiſſet a Senatu, nec Romam redire pateretur, niſi parem cum Patritiis jus in Urbe obtineret, Agrippæ Menenii opera in Urbem revocata fuit hac lege, ut & Plebs haberet ſuos annuos magiſtratus, quibus actio eſſet in Conſules, & quoslibet Magiſtratus majores, qui ſolis Patritiis ac Nobilibus deferebantur, & ne cui Patritiorum liceret plebejos invadere Magiſtratus, ac tunc primum Tribuni Plebis inſtituti ſunt L. Sicinius Bellutus, & L. Junius Brutus Bubulcus, ut Pighius docet ad annum U. C. 260. qui primum Tribuni Plebis fuerunt duo, mox tres, ac demum decurſu temporis decem, æquam habentes in Urbe cum ipſis pene Conſulibus poteſtatem, quamvis ipſi de Plebe eſſent, atque a Plebe electi.

Tunc primum ergo Comitia Tributa inſtituta ſunt, ac plebi poteſtas data ſuos eligendi Magiſtratus, qui frænum ponerent ſuperioribus Patritiorum Magiſtratibus, Nobiliumque potentiam coercerent, neque Gruchii opinionem probamus, qui Curiata Comitia a Tributis Comitiis differre putat ex hoc, quod Curiata a Curiis, Tributa a Tribubus haberentur, cum Tribus omnes ex Curiis componerentur, nec totum differat à ſuis partibus ſimul ſumptis. Cum ergo per Curiata Comitia Plebs Numeroſior Patritiis prævaleret, & per Centuriata Comitia prævalerent Patritii, æquata eſt per Tributa Comitia Plebs Patritiis, eique conceſſum fuit ſuos habere peculiares Magiſtratus, quorum ope in Tributis Comitiis Patritiorum Magiſtratus æquaret. Cauſſæ autem Tributa Comitia convocandi erant ipſæ quæ Curiatis. Minorum Magiſtratuum electio, cujuſmodi erant Tribuni Plebis, Ædiles Plebis, Triumviri Capitales, Triumviri Nocturni, Tribuni ærarii, Tribuni militum, Pontifices, Augures, Flamines, Sybillini Sacerdotes &c. de quibus Gruchium conſule de Tributis Comitiis cap. 2. Leges ferendæ in quibus Plebiſcito opus eſſet. Plebiſcitum autem erat id, quod rogante Plebejo Magiſtratu Plebs ipſa conſtituebat. Judicia item habenda, quoties appellatio eſſet ad plebem de Reorum capitalium multa. Bellum indicere pertinebat ad Centuriata Comitia; pacem inire ad Tributa. Plebs enim erat à militia immunis, ut ſuperius diximus, quæ tamen de pace ineunda conſulebatur, cum omnibus bonum commune pax ſit. Poſt Tributa Comitia inſtituta Curiata Comitia non alia cauſſa congregabantur quam ad Sacerdotes eligendos, atque ad leges ferendas, quarum plurimas recitat Gruchius de Comit. Rom. lib. 1. cap. 2. Hæc autem Tributa Comitia habebantur in Campo Martio vel extra, vel intra muros.

Neque vero omnibus anni diebus Comitia habere vel Curiata, vel Centuriata, vel Tributa conceſſum erat. Erant enim ſui Comitiis aſſignati dies, qui propterea *Comitiales* vocabantur. Alii autem erant feſti, alii profeſti dies, alii interciſi, alii faſti, alii nefaſti, alii comperendini, alii ſtati, alii præliares, de quibus Gruchium conſule de Comitiis Roman. lib. 1. cap. 6. Feſtis diebus, qui ſacri Diis erant, cum eſſent ſolemnibus ſacrificiis, epulis, Ludis, & feriis deſtinati, vetita erant Comitia. Profeſti dies illi erant qui rebus quibuſque agendis conceſſi erant. Faſti erant, quibus licebat fas dicere: Nefaſti, quibus fas dicere non licebat. Interciſi erant, qui Diis hominibuſque communes erant, ut illi, quos vocat vulgus, *mezzefeſte*. Comperendini erant illi, quibus vadimonium juberi licebat, ſeu quibus citari reus ad judicem poſſet. Stati dies erant illi, qui ſtatuti erant ad aliquid peragendum. Prœliares denique illi erant, qui ad prœlium conferendum ſtatuti erant. Solebant enim Romani ſtatuere prœlii diem certam Augurum conſilio, ne quid infauſti contingeret. Solis ergo profeſtis diebus licebat habere Comitia, cujuſcumque generis eſſent.

Erant & quædam Comitia quæ *Calata* vocabantur à verbo antiquo *Calo as*, quod ſignificat convocare, atque in hoc ſenſu Comitia omnia ſeu Curiata, ſive Centuriata, ſeu Tributa, *Calata* vocari poterant, nulla enim Comitia haberi poterant, ſi non erant à Magiſtratus vel ſupremis, vel majoribus convocata. *Calata* tamen Comitia ſtrictiori ſenſu accepta ea erant, quæ pro Collegio Sacerdotum, aut pro Rege Sacrorum eligendo, aut pro Flaminibus inaugurandis convocabantur, atque hæc aliquando in Capitolio habebantur, cujuſmodi ea erant, quibus Pontifex populum Calendis cujuſque menſis in Capitolium convocabat, admonebatque qui dies feſti ac profeſti, faſti ac nefaſti eo menſe occurſuri eſſent, ne a quoquam violarentur. Hæc igitur *Calata* Comitia erant ſimul & Curiata, & Tributa. Locus autem ubi Comitia habenda erant, quæcumque illa eſſent, ab Auguribus in eam rem ante conſecrabatur, ut majori cum reverentia populus conſideret, nec turbas, ut populi multitudo conſuevit, excitaret. Qui plura deſiderat Gruchium legat.

troverſiam invenio, quod alii alios uno, alii duobus, alii tribus, alii quatuor annis antecedunt aut ſubſequuntur. * Ut autem de anno, ſic de die, quo primi Conſules inierint, incertum diverſi auctores faciunt. Plutarchus in Problematis primos Coſs. Kalend. Januarii iniiſſe ſcribit. Ovidius in Faſtis duos dies feſtos Romæ Regisfugii tradit; unum, VII. Kalend. Mart., alterum, IX. Kalend. Jun. Ego vero Plutarchum errare, cum multis rationibus arbitror, tum vero quod anno tantum ſexcenteſimo ab Urbe condita, Conſules Kal. Jan. primum inire cœpiſſe invenio. Neque vero Brutus Cos. primum Conſulatum inire VII. Kal. Mart. potuit: quippe qui, auctore Plutarcho in Poplicola, prid. Kal. Mart. obierit: quid eſt enim abſurdius, quam tantas res, quantas ille in conſulatu geſſit, ab eo quinque dierum ſpatio geſtas dicere? Neque etiam Brutum VII. Kal. Mart. Magiſtratum cepiſſe, eumque uſque ad prid. Kal. Mart. ſequentis anni, ideſt ad extremum anni diem, obtinuiſſe, dicere poſſumus: nam ſi ita res cecidiſſet, nullum in Bruti mortui locum ſubrogari opus fuiſſet; cum tamen duo ſint ei deinceps ſuffecti, Sp. Lucretius, & M. Horatius: M. autem Horatius diu etiam ex rebus ejus geſtis in Magiſtratu fuiſſe videatur. Quod cum ita ſit, ſane efficitur, ut IX. Kal. Jun. Reges expulſi ſint: ſiquidem ſcribit Macrobius lib. primo Saturn. Nonnulli putaverunt Junium menſem à Junio Bruto, qui primus Romæ Conſul factus eſt, nominatum; quod hoc menſe, ideſt Kal. Juniis, pulſo Tarquinio, ſacrum Carnæ deæ in Cœlio monte voti reus fecerit. Sic autem efficitur, ut Bruto poſt novem menſes in acie interfecto, in reliquum anni Sp. Lucretius, ac eo mortuo M. Horatius fuerint ſuffecti. Confirmant hanc opinionem ea, quæ de ſegete matura meſſi, & de Tiberi leni fluente aqua, ut mediis caloribus ſolet, affert Livius, cum de bonis Regi reddendis paulo poſt Regis expulſionem loquitur: ex iis enim Junii potius, aut Quinctilis, quam Martii aut Aprilis tempus deſcribitur. Adde, quod Dionyſius ait primos Conſules iniiſſe quatuor menſibus illi anno deficientibus. Quod ita ego interpretor; conſueviſſe eos tum à Kal. Octobr. annum ordiri: cum autem primi Cos. circa Kal. Jun. inierint, menſes quatuor ante ſolennem exordiendi novi anni diem iniiſſe. Fuiſſe autem (36) videtur annus ille libertatis primus, non duodecim menſium, ſed ſexdecim; quod primi Conſules Valerius Horatiuſque, quorum ille Tarquinio, hic Bruto in eundem annum ſuffectus eſt, de templo Capitolino dedicando inter ſe contenderunt; quod ab Horatio Conſule Idib. Septembr. ideſt extremo menſe conſulatus, conſecratum eſt, Plutarcho in Poplicola, & Livio lib. VII. auctoribus. Quod autem circa Kal. Octobr. tum annum exorſi ſint, apparet ex Dionyſio, qui lib. VI., Sp. Caſſium & Poſtumum Cominium Cos. anno CCLX. conſulatum iniiſſe ait Kal. Septembribus, citius quam alii ante conſueverint. Nihil tamen ante DXXX. fere ab Urbe condita annum labantius atque inconſtantius fuit, quam ſolennis conſulatui ineundo dies: quod ſuo loco oſtendam.

DE PRIMIS COS. AN. CCXLIV. (37)

NEmo eſt, qui diſſentiat, quin L. Junius Brutus, & L. Tarquinius Collatinus, primi conſulatum Romæ geſſerint. Patrem Bruti M. Junium vocat Dionyſius; eumque progeniem onius eorum prodit, qui cum Ænea coloniam condiderunt. Is duobus ex Tarquinia Priſci Regis filia ſuſceptis filiis, M. & L. Juniis, una cum majore filio Marco à Superbo Rege occiſus eſt. Lucius autem, cum Regis inſidias metueret, quo facilius, quæ animo agitabat, exequi poſſet, ſtultitiam ſimulavit: ſeque *Brutum* (ideſt ſtultum) dici non recuſavit. Itaque cum Sex. Tarquinius Lucretiæ Collatini uxori vim intuliſſet, primus populum ad libertatem recuperandam incitavit; & primus expulſo Rege Conſul factus eſt cum Collatino Lucretiæ viro; de quo non idem tradit Livius & Dionyſius: ille enim, hunc Egerii filium, Aruntis nepotem, Damarati pronepotem; hic vero, Egerii nepotem, Aruntis pronepotem, Damarati abnepotem vocat. Plutarchus in incerto eſt, utram ſequatur ſententiam. Ego tamen ſecutus ſum Dionyſium, qui in ejuſmodi quæſtione acutiſſime mihi verſari videtur. Quia vero patris prænomen non traditur à Dionyſio, intervallum inane relinquere ſum coactus: quod multis aliis etiam in locis erit neceſſario faciendum. Porro autem *Collatini* cognomen invenit primus Egerius, cum diu Collatiæ præfuiſſet: de quo in II. Faſtorum Ovid.

—— clarum cui dederat Collatia nomen.

Quoniam autem credo in Capitolinis Conſulibus eos præponi, qui priore menſe faſces habuerint; prior autem ex his habuit Brutus; propterea Collatino eum prœpoſui. De Bruti faſcibus auctor eſt Livius; & Valerius lib. VII. Bruti, inquit, vafre telluri impreſſum oſculum, Urbi libertatem, ipſi primum in Faſtis locum tribuit: & Virgilius,

Conſulis imperium hic primus ſævaſque ſecures
Accipiet.

Quod autem, (38) *coactus abdicavit*, ſcripſi, feci ex Capitolinarum tabularum præſcripto; in quibus cauſſæ omnes notari ſolent depoſiti magiſtratus. Hujus autem abdicationis Collatini non eadem cauſſa ab omnibus traditur. Livius enim libro II., Plutarchus in Poplicola, L. Tarquinium Conſulem ſcribunt, ne nomen Tarquiniorum populo inſenſum in Urbe eſſet, hortatu Conſulis Bruti depoſito magiſtratu, ſponte Urbe ceſſiſſe: idem ſcribit L. Piſo apud Gellium libro XV. L. Tarquinium collegam ſuum, quia Tarquinium nomen eſſet,

(36) Sexdecim menſium putat Sigonius annum illum fuiſſe, quo primum Conſules inſtituti ſunt; cum aliter conſtet ex iis, quæ diximus de anno à Numa Pompilio emendato, quem convenire cum Juliano demonſtravimus. Inanis ergo Sigonii ſuſpicio hæc eſt, cum neceſſe non ſit proferre Conſulatum Bruti ad novem menſes, ſi velimus eidem alium ſuffectum idibus Septembris. Iniit ergo Brutus Conſulatum calendis Martii. Sexto igitur exeunte ſui Conſulatus menſe occiſus eſt, atque ipſi ſuffectus eſt Sp. Lucretius Tricipitinus, cui paucos poſt dies mortuo ſuffectus eſt alter, nempe Horatius Pulvillus. Mendoſus igitur locus ille Plutarchi eſt, quo aſſerit Brutum pridie Kal. Martii extinctum, cum aliter hoc ex Sigonio conſtet eſſe falſiſſimum.

(37) *Hoc eſt:* Anno U. C. 244.
Olymp. LXVII. Anno IV.
Ante Æram Chriſti 509.

(38) Nempe Collatinus.

ſet, metuere: cumque orat, uti ſua voluntate Roma contendat. Hanc autem opinionem Dionyſius irridet, & refutat: ortam autem eſſe diſſenſionem inter Brutum & Collatinum ait, cum Brutus ſupplicio de filiis, qui de recipiendis in Urbem Regibus conſilia habuerant, ſumpto, pariter in ſororum Collatini filios conjurationis ejus ſocios animadverti vellet. Quos cum pro pari poteſtate, qua præditus erat, eximere pœna Collatinus vellet, Brutum, miſſo in ſuffragia populo, ei magiſtratum abrogaſſe. Piſonem ſequitur Cicero III. de Officiis, & in Bruto; Dionyſium Zonaras. P. autem Valerium Collatino ſuffectum, qui Brutum ante in expellendo Rege juverat, apud omnes invenio. Pater hujus in Annalibus Voleſus, in tabulis Capitolinis Voluſus appellatur. Poplicola autem in hoc magiſtratu vocatus eſt, quia leges tulit valde populares, ut de provocatione à Conſulibus ad populum, & de Imperio à populo accipiendo; ut Livius & Dionyſius auctores ſunt. Dictus eſt autem Poplicola, auctore Dionyſio, quaſi δημοκηδὴν, ideſt populum colens. Hanc autem rationem ſcribendi, ex Capitolinis Conſulibus ſumpſi, in quibus eſt alio loco ita; QUI IN HOC HONORE MESSALL. APPELLAT. EST. &, QUI IN HOC HONORE CENSORIN. APPELL. EST. à qua formula ne punctum quidem mihi diſcedendum eſſe duxi. Porro autem L. Brutum Cos. in magiſtratu ab Arunte Superbi Regis filio (moverat enim Rex Romanis bellum) interfectum (39) in prœlio eſſe prid. Kal. Mart. Plutarch. & alii tradunt. Quo mortuo P. Valerius Sp. Lucretium Tricipitinum Lucretiæ patrem ſibi cooptavit, eique ut natu grandiori prius faſces dedit. Dionyſius, Livius, Plutarch. Livius præterea ac Dionyſius auctores ſunt, Lucretium jam ætate confectum, paucos intra dies mortuum eſſe; in ejus autem locum M. Horatium Pulvillum ſubrogatum. Addit Livius, in quibuſdam Annalibus Lucretium Conſulem prætermiſſum, & Bruto ſtatim M. Horatium eſſe ſuffectum; forte, quia nulla res inſignem fecerit conſulatum, memoria excidiſſe.

De Triumpho P. Valerii Poplicolæ Cos. de Etruſcis.

HOc anno L. Superbum Regem, atque Etruſcos à Superbo ipſo concitatos, bellum populo R. intuliſſe, Vejentes nempe & Tarquinienſes: deque iis populis P. Valerium Conſulem re præclare geſta triumphaſſe, auctores ſunt Dionyſius lib. V. Livius lib. II. Plutarchus in Poplicola, & is, qui ſcripſit de viris illuſtribus. Addit Plutarchus, primum hunc fuiſſe, qui quadrigis vectus triumphaverit. Huic ego quod PRIMUS adſcripſerim, feci ex obſervatione Capitolinorum triumphorum. Nam qui in aliquo magiſtratu alicujus auctor eſt inſtituti, is ſane hac ratione ibi deſcribitur; ut infra: Q. PUBLILIUS PHILO PRIMUS PRO COS. & C. DUILIUS PRIMUS NAVALEM EGIT. P. autem Valerium primum fuiſſe, qui Conſul triumphaverit, notat Dionyſius, & Plutarchus, & Zonaras. Triumphatum autem eſſe Kal. Mart. puto, quia Dionyſius ait, poſtridie quam pugnatum erat, triumphum eſſe actum. (40) Pugnatum autem eſt Plutarcho auctore pridie Kal. Martias.

DE COS. AN. CCXLV. (41)

COnſules ſecundus poſt exactos Reges annus habuit P. Valerium iterum, & T. Lucretium, auctore Livio, & Dionyſio. Iterum autem Conſul Valerius ſcribitur, ut idem eſſe, qui priore anno fuit, intelligatur: notatur autem hoc modo, II. ſic enim eſt in nummis antiquis, & lapidibus, maxime Capitolinis. Qua de re ſcribit etiam Gellius lib. X. ubi numerum tertii Conſulatus Cn. Pompeji in theatro tribus tantum lineis III. inciſis ſignificatum ait fuiſſe. Eſt autem hoc à nobis obſervatum, numeros quibus magiſtratus multiplicati notantur, ſuperimpoſitam habere lineam, hoc modo; II. III. IIII. in Capitolinis tabulis; triumphorum vero numeros nullam, ſic, II, III, IIII. quod ipſum differentiæ cauſſa nobis diligentiſſime cuſtodiendum eſſe putavimus. Porro autem T. Lucretium patrem eſſe reor T. Lucretii T. F. T. N Tricipitini, qui Cos. eſt anno Urbis CCXCI. in Capitolinis tabulis. His Conſulibus L. Porſena Rex Cluſinus, rogatu Tarquiniorum, bellum populo R. intulit, nec quicquam profecit.

De Luſtro V.

CEnſum, cujus auctor Ser. Tullius Rex fuerat, cum toto Superbi Regno intermiſſus fuiſſet, hoc anno, & ab his Conſulibus actum, atque relatum eſſe, cenſaque eſſe Civium capita CXXX millia, Dionyſius ſcribit. Solet autem Dionyſius cenſus nomine etiam luſtrum intelligere, ut in VIII. luſtro dicam; quo loco, & hoc luſtrum quintum eſſe, nec ullo modo prætermitti poſſe, docebo.

DE

(39) Mendum in Plutarcho ſubeſt, nam ponitur mortuus Brutus quinta die ſui Conſulatus, (electus enim fuit Conſul VI. Cal Mart) quod impoſſibile eſt; Neque enim poterat Brutus quinque dierum ſpatio tot geſta perficere, quot ipſe Plutarchus in Bruto narrat ab ipſo in Conſulatu confecta; niſi producatur ejus Conſulatus uſque ad pridie Cal. Mart. ſequentis anni, quod ordinem prorſus Chronologiæ turbaret. Confundit ergo Plutarchus, ut puto, diem, quo Brutus Conſulatum iniit, cum die quo occiſus in prælio eſt. Brutus igitur electus Conſul fuit VI. Cal. Martias. Pridie Cal. Mart. Conſulatum iniit, neque occiſus eſt niſi ſub finem Auguſti; eique ſuffectus eſt Sp. Lucretius Tricipitinus, quo intra pauciſſimos dies extincto, iterum illi ſuffectus eſt Horatius Pulvillus, qui annum complevit a Bruto cœptum. Relictis ergo inutilibus controverſiis ita ex Sigonio, Petavio, Noriſio, Pighio, Almeloveenio primos Conſules anni ſuperius ſcripti diſponimus.

L. JUNIUS BRUTUS. Hoc interempto ſuff. eſt:
SP. LUCRETIUS TRICIPITINUS. Hoc mortuo ſuff. eſt.
HORATIUS PULVILLUS; ſive ut Noriſ. PULBILIO.
L. TARQUINIUS COLLATINUS. Hoc pulſo ſuff. eſt.
P. VALERIUS POPLICOLA.

(40) Ergo pridie Cal. Martias ſequentis anni, quo mortuus jamdudum erat L. Junius Brutus, pugnatum eſt a P. Valerio Poplicola, nempe anno quo idem Poplicola iterum Conſul fuit, nec bene à Sigonio ponitur hoc prælium, atque hic triumphus anno quo primum Poplicola Conſul fuit.

(41) *Hoc eſt*: Anno U. C. 245.
Olymp. LXVIII. Anno I.
Ante Ær. Chr. 508.

Conſules fuerunt nemine diſcrepante hoc Anno.
PUBLIUS VALERIUS POPLICOLA II.
T. LUCRETIUS TRICIPITINUS.

DE COS. AN. CCXLVI. (42)

COnſules in bunc annum edit Livius P. Lucretium, & P. Valerium Poplicolam: Dionyſius P. Valerium Poplicolam tertium, M. Horatium iterum. Plutarchus P. Valerii tertium Conſulis tantummodo meminit. Nos Dionyſium ſequuti ſumus: quem Faſti quidam Conſulares Græce ſcripti, atque ex Sicilia (ut audio) advecti, & alii etiam Latini, quos citat Cuſpinianos, ſequuntur; in quibus Conſules deinceps collocantur cognominibus eorum tantum allatis, hoc modo:

BRUTO, & COLLATINO.
Βρέτε, καὶ Κολλατίνε.
PUBLICOLA II. & TRICIPITINO.
Ποβλικόλα, καὶ Λυκρητίῳ.
PUBLICOLA III. & PULVILLO.
Ποβλικόλα β, καὶ Πουλβίλλω.

Eſt autem *Pulvillus* M. Horatii cognomen. Addit Dionyſius, hoc demum anno ædem Jovis Capitolini à M. Horatio Conſule dedicatam eſſe: quam Livius ab eodem dedicatam tertio ante anno ſcripſit. Hoc anno Etruſco bello finis, pace cum Porſena facta, impoſitus eſt, Porſena ipſo novis Romanæ fortitudinis exemplis Horatii, Mucii, & Clœliæ virginis perculſo.

DE COS. AN. CCXLVII. (43)

POplicolæ tertium Conſuli ſuggerit Conſules Dionyſius Sp. Lartium, & T. Herminium: idem facit Caſſiodorus; idem liber Cuſpiniani, ita;

PUBLICOLA III. & PULVILLO.
BUFO, & AQUILINO.
VALERIO, & TUBERTO.

Contra Livius hos omittit, atque M. Valerium & P. Poſtumium Tubertum ſubjicit; ſed (ut oſtendi in ſcholiis Livianis) vitio librariorum, qui rationes, cur ita cenſeam, quæret, inde facile petere poterit. In faſtis Siculis non hi ſolum, ſed etiam ſequentes Conſules omittuntur. Hos autem Conſules à Capitolina ſupputatione non reſpui, ſatis conſtat; quod qui ſequentes annorum numeros intuebitur, facile intellexerit. Meminit Sp. Lartii ſæpius Dionyſius; ſed ſæpe cum menda: eſt autem Σπόριος Λάρκιος Φλαῦος, in ſecundo hujus conſulatu legendum, quod *Flavum* cognomen huic ſæpe attribuit Dionyſius, id *Rufum* eſſe in libro Cuſpiniani, ſatis conſtat. Nam *Aquilinus* Herminii collegæ cognomen

A eſt. Hic Sp. Lartius frater fuit T. Lartii dictatoris. Dionyſius lib. V. Quietus à bello annus hic fuit.

DE COS. AN. CCXLVIII. (44)

COnſules ſubſequuti ſunt M. Valerius, & P. Poſtumius, Livio & Dionyſio teſtibus. M. Valerius Poplicolæ frater fuit. Dionyſius, Livius, Plutarchus. Poſtumius cognomine uſus eſt Tuberto, Zonaras, Plutarch. in Poplicola, Dionyſius libro V. & VI. & Cicero de legibus, cum ait, Tuberto virtutis cauſſa tributum eſt ut in urbe ſepeliretur; quod ejus poſteri jure tenuerunt: de eodem Valer. lib.
B II. cap. II. Itaque in lib. Cuſpiniani hi Conſules ita ſcribuntur; Valerius, & Tubertus. Hunc Quinti filium vocat Dionyſius, ubi de legatis Conſularibus agit ad plebem miſſis anno CCLX.

De triumphis M. Valerii, & P. Poſtumii Tuberti Coſ. de Sabinis.

HOc anno Sabini, contemptis Romanorum opibus Etruſco bello fractis, bellum à latrociniis exorſi intulerunt, de quibus prœlio victis M. Valerium, P. Poſtumium Conſules triumphaſſe, auctor eſt Dionyſius lib. V. & Livius lib. II. Plutarchus autem in
C Poplicola M. Valerium Poplicolæ fratrem de Sabinis, quos bis prœlio fuderat, triumphaſſe; Plinius lib. XXXVI. cap. XV. fratrem Poplicolæ bis Sabinos in eodem magiſtratu viciſſe ajunt. Hic eſt M. Valerius cui, quia ſæpius vicerat, ædes in Palatio tributæ ſunt, & publico ſumptu ædificatæ: cujus rei auctores ſunt Dionyſius lib. V. Pædianus in Piſonianam, Plutarchus in Poplicola, Plinius lib. XXXVI. cap. XV.

DE COS. AN. CCXLIX. (45)

LIvius in bunc annum Conſules prodit P. Valerium Poplicolam $\overline{\text{IIII}}$. & T. Lucre-
D tium $\overline{\text{II}}$. Idem ſcribit Dionyſius, Plutarchus, & Caſſiodorus. Faſti Cuſpin. Publicolam IIII. & Tricipitinum edunt; Siculi, Poplicolam $\overline{\text{III}}$. & Lucretium $\overline{\text{II}}$. De quatuor Poplicolæ Conſulatibus ſic Valerius lib. IIII. Valerius Poplicola Conſulatus acceptiſſimos populo Romano geſſit.

De

---

(42) *Hoc eſt*: Anno U. C. 246.
Olymp. LXVIII. Anno II.
Ante Ær. Chr. 507.
PUBL. VALERIUS POPLICOLA III.
M. HORATIUS PULVILLUS II.
Livius pro M. Horatio Pulvillo ſubſtituit Poplicolæ Collegam P. Lucretium. Sed locus hic Livii mutilus eſt, & ſuſpectus ut notat Pighius.

(43) *Hoc eſt*: Anno U. C. 247.
Olymp. LXVIII. Anno III.
Ante Ær. Chr. 506.
SP. LARTIUS FLAVUS.
T. HERMINIUS AQUILINUS.
Noriſius pro Sp. Lartio Flavo ponit *Rufum*, nec officit. Cum enim Noriſius ex Anonymo ſuo ſola Conſulum cognomina recitet, Ly *Rufus* idem ſonat ac *Flavus*, ut alibi videbimus.
Petavius autem pro Aquilino legit Exquilinum. Quo fundamento ignoramus.

(44) *Hoc eſt*: Anno U. C. 248.
Olymp. LXVIII. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 505.
M. VALERIUS.
P. POSTUMIUS TUBERTUS.
Poſtumius ſine aſpiratione ſculptus eſt in lapidibus, ut Pighius monet.
E Perperam Caſſiodorus Publii prænomen *Valdorra* tribuit contra communem aliorum conſenſum, ut Pighius docet.
Perperam etiam P. Poſtumio Val. Max. dat cognomen *Tiburti*, ut monet Pighius, cum Tubertus ab aliis omnibus nominetur.
Anonymus Noriſii *Voleſum* ſcribit pro *Valerio*, ſed putamus aut mendum eſſe Scriptoris, aut ei datum Patris nomen, qui tamen Voluſus, non Voleſus appellabatur, ut Pighius notat.

(45) *Hoc eſt*: Anno U. C. 249.
Olymp. LXIX. Anno I.
Ante Ær. Chr. 504.
P. VALERIUS POPLICOLA IV.
T. LUCRETIUS TRICIPITINUS II.
Qui de hiſce Conſulibus plura deſiderat, Pihgium legat.

De triumpho II. P. Valerii Poplicolæ Coſ. IIII. de Sabinis.

Conſules hoc anno Sabinorum opibus prælio comminutis triumphaſſe, Livius tradit, & Dionyſius. Plutarchus & Zonaras cum operam navaſſe utrumque Conſulem Sabinorum in bello ſcribant, non tamen niſi Poplicolam triumphaſſe ajunt. Atque hic unus etiam triumphus eſt in fragmentis Capitolinis. Quoniam autem ex iiſdem fragmentis apparet, non ſolum de Sabinis, ſed etiam de Vejentibus ab eo eſſe triumphatum, quod Livius & Dionyſius omiſerunt, non ignorandum eſt, id etiam recte videri factum. Nam qui de viris illuſtribus ſcripſit, Poplicolam ait primum de Vejentibus, iterum de Sabinis, tertium de utriſque gentibus triumphaſſe, quamquam nos eum bis tantum triumphaſſe arbitramur, quod ex fragmentis etiam Capitolinis intelligi poteſt.

DE COS. AN. CCL. (45)

Livius & Caſſiodorus Conſules ſuggerunt Agrippam Menenium, & P. Poſtumium: Dionyſius Agrippam Menenium Lanatum, P. Poſtumium Tubertum iterum: Faſti Cuſpiniani, Tubertum iterum, & Lanatum: Siculi, Menenium, & Poſtumium: Zonaras Poſtumium II. & Agrippam. Agrippam Menenium C. F. vocat Dionyſius, ubi de legatis Conſularibus agit ad plebem miſſis anno CCLX. Valerius vitioſe hunc lib. IIII. cap. IIII. M. Menenium Agrippam nominat: rectius qui de viris illuſtribus ſcripſit, Menenium Agrippam cognomento Lanatum.

De P. Poſtumio Tuberto Coſ. II. ovante; Agrippæ Menenii Lanati Coſ. triumpho de Sabinis.

Hoc anno colonias duas Latinas Pometiam & Coram ad Auruncos defeciſſe, cum Auruncis initum bellum, deque iis acie victis Conſules triumphaſſe, tradit Livius. Dionyſius autem Sabinos, tertiam in agrum R. impreſſionem facientes, à conſulibus fuſos cæſoſque eſſe; atque de iis Agrippam Conſulem triumphaſſe, Poſtumium primum ovantem urbem ingreſſum ſcribit. Quem quia certiora affert, (ut ſolemus) ſequuti ſumus. De Agrippa enim idem ſcribit is qui de viris illuſtribus tradidit, & Dionyſius iterum lib. VI. extremo, ubi mortem ejus exponit: quo in loco [illegible] legendum eſt, non [illegible]. De Poſtumio vero Plin. lib. XV. ita ait; B llicis ſe quoque rebus myrtus inſeruit; triumphanſque de Sabinis Poſtumius Tubertus in conſulatu, (qui primus omnium ovans urbem ingreſſus eſt, quoniam rem leviter ſine cruore geſſerat) myrto Veneris victricis coronatus inceſſit; optabilemque arborem etiam hoſtibus fecit. Utriuſque etiam triumphi veſtigia certiſſima in Capitolinis fragmentis exſtant. Utrumque etiam Conſulem rem bene in Sabinis geſſiſſe tradit Zonaras.

De ovatione inſtituta.

Nunc vero, quia locus poſtulat, de ovatione quid invenerimus exponamus. *Ovationem* minoris eſſe triumphi genus, Dionyſius lib. V. Plutarchus in Marcello memoriæ prodiderunt. Ovantes ſcribit Feſtus lætantes eſſe, ab eo clamore quem mittunt redeuntes è pugna victores milites, geminata litera O. quod idem placet etiam Dionyſio, quaſi vero Romani, inquit, εὐασμὸν Græcorum vocem, quæ clamorem ſignificat, ovationis nomine voluerint interpretari. At Plutarchus hanc opinionem refellit, & ovationis nomen ab ove ductum putat: quam qui hoc genere triumphi ornabatur, ſacrificabat; quemadmodum qui majorem triumphum agebat, taurum in Capitolium veniens immolabat. Differt autem ovatio à triumpho, ut ait Dionyſius; quod qui ovans ingreditur, is nec curru vectus, nec trabeam nec togam pictam indutus, pedibus urbem exercitu præeunte iniret. Plutarchus autem eundem nec quadrigis invectum, nec laurea coronatum, nec tubis concinentibus, ſed pedibus & calceis, myrtea redimitum, tibiis modulantibus urbem iniſſe ſcribit. Myrtea autem eos potius eſſe uſos, quam (ut ait Dionyſius) laurea, Plutarcho aſſentior; quod id etiam traditum ſit à Plinio, Feſto, & Gellio. Hoc autem triumphi genus hoc primum anno à ſenatu inſtitutum eſſe, ex Licinii annalibus docet Dionyſius. Cur autem hoc factum ſit, non eandem cauſam idem cum Plinio affert: hic enim, quia Poſtumius leviter & ſine cruore rem geſſerat; ille, ex prælio ante infeliciſſime facto; in quo, plurimis ex ſuis amiſſis, parum abſuit quin ipſe cum ceteris in fuga caperetur. De cauſſis autem hujus decernendi honoris, ita ſcribit Gellius lib. V. Ovandi non triumphandi cauſſa eſt, cum aut bella non rite indicta, neque cum juſto hoſte geſta ſunt, aut cum hoſtium nomen humile & non idoneum eſt, ut ſervorum piratarumque; aut deditione repente facta, * in pulvere (ut dici ſolet) incruentaque victoria obvenit: cui facilitati aptam eſſe Veneris frondem crediderunt; quod non Martius, ſed quaſi Venerius triumphus quidam foret. Hanc myrteam coronam M. Craſſus, bello fugitivorum confecto, cum ovans rediret, inſolenter aſpernatus eſt; ſenatuſque conſultum faciendum per gratiam curavit, ut lauro, non myrto coronaretur. Adjicit Plutarchus, cum verbis & comitate res cum hoſtibus tranſacta & bene geſta eſſet, tum ut ovantes inirent, fuiſſe permiſſum. His adde, cum aut in aliena provincia, aut alienis auſpiciis, aut cum ſine magiſtratu res geſta eſſet: ut ſigillatim ſuo loco exponetur. Pedibus autem, an equo vecti ovantes ingrederentur, magna quæſtio eſt; de qua ſic etiam Gellius; Prætereundum non eſt, quod ad ovationem attinet, ſuper quo diſſentire veteres auctores ſcio; partim enim ſcripſerunt, qui ovaret, introire ſolitum equo vehente, & Sabinus Maſſurius pedibus ingredi ovantes dicit, ſequentibus eos non militibus, ſed univerſo ſenatu. Hæc Gellius. Itaque Dionyſius, pedibus

(46) *Hoc eſt*: Anno U. C. 250.
Olymp. LXIX. Anno II.
Ante Ær. Chr. 503.
P. POSTUMIUS TUBERTUS II.
AGRIPPA MENENIUS LANATUS.

Male Almelovenius ſcribit Q. Poſtumius pro P. Poſtumio, ut conſtat ex omnibus documentis, immo ex ipſo Almelovenio, qui ſuperius ei Publii prænomen dedit, atque hoc Anno iterum Conſulem facit.

bus ingreſſos; Dio, equo vectos intelligit. Etenim ovantem ingredi, equo vehi Dio appellat. Nam de Tiberio ovante ait; ὡ ἐπὶ τῷ κέλητος ἐπινίκια ἔπεμψε. & de Druſo; ὡ ἐπὶ κέλητος ἐς τὸ ἄστυ ἐλάσαι, & de Auguſto; ὡ ἐφ' ἵππου ἐξελάσαι, & de Antonio; ἐπὶ ἵππου αὐτοὺς ἐξαγαγόντος, & de Cæſare; ἱππεύοντα ἐκ τοῦ Ἀλβανοῦ. Dionyſius autem pedeſtrem triumphum ovationem vocat, dum de A. Manlio ovante an. CCLXXIX. loquitur.

DE COS. AN. CCLI. (47)

IN hunc annum Conſules comparantur à Livio & Zonara Opiter Virginius, & Sp. Caſſius: à Dionyſio vero, qui uberior eſt, Sp. Caſſius Viſcelinus, & Opiter Virginius Tricoſtus. Livium ſequitur Caſſiodorns. Tricoſtum cognomen eſſe Virginiorum, ſatis conſtat. Quem autem Dionyſius Οὐισκελῖνον, Cicero in Lælio *Becellinum*, faſti Cuſpiniani *Viſcellinum* vocant, hos ego ſequutus ſum, quamquam in Siculis eſt Tricoſtus & Vitellinus.

De triumpho Sp. Caſſii Viſcellini Coſ. de Sabinis.

LIvius hoc anno rem bene geſtam in Auruncos ſcribit; deque iis magis ob iras graviter ultas, quam ob magnitudinem perfecti belli, Conſules trinmphaſſe. Dionyſius Sp. Caſſium tantum de Sabinis triumphaſſe; & Sabinorum bellum, quod jam per annos quatuor gerebatur, confeciſſe ait: cui ego, & quia in hac colligenda hiſtoria diligentior eſt Livio, & quia cum fragmentis Capitolinis conſentit, aſſentior, quod etiam in prioribus proximis triumphis deſcribendis feci. Adde etiam, quod Zonaras ab his Conſulibus pacem Sabinis datam ſcribit.

DE COS. AN. CCLII. (48)

HIc annus Conſules habuit Poſtumum Cominium, & T. Lartium. Livius, Dionyſius, Zonaras, Caſſiodorus. Horum Conſulum cognomina fuerunt, faſtis Cuſpiniani teſtibus Auruncus & Ruſus: Siculis vero, Aruncus & Flavus. Valerius lib. IIII. cap. III. Poſtumi Cominii ii. Conſulis meminit, & Poſtumi Cominii Aurunci in epitoma. T. Lartius Flavus, à Dionyſio dicitur frater Sp. Lartii, de quo ſupra dictum eſt. His Conſulibus populi Latinorum in Ferentinum agrum, auctore Mamilio Tarquinii regis genero, convenerunt; atque abſentibus Romanis, quos ad concilium ex fœdere non advocaverant, de bello adverſus eos ſuſcipiendo egerunt; ut ait Dionyſius. Livius ejus rei cauſſa dictatorem primum creatum ſcribit; quem triennio poſt creatum Dionyſius tradit.

DE COS. AN. CCLIII. (49)

COnſules ſuggerit in hunc annum Livius & Zonaras, Ser. Sulpicium; & M'. Tullium; Siculi faſti, Camerinum, & Longum; Cuſpiniani, Camerinum & Tullium: Dionyſius Ser. Sulpicium Camerinum, & Manium Tullium Longum. M'. Tullii Coſ. meminit Cicero in Bruto, cum ait; Ut ſi me à M'. Tullio eſſe dicerem, qui patricius anno X. poſt reges exactos, cum Ser. Sulpicio Coſ. fuit. De *Manio* prænomine in Prænominibus dictum eſt. Ser. Sulpicium P. F. Camerinum vocat Dionyſius, ubi de legatis Conſularibus agit. Idem Manium Tullium in magiſtratu mortuum eſſe ſcribit; neque in ejus locum quemquam, quia prope in fine annus erat, ſubrogatum. Hoc anno nihil dignum memoria actum. Livius.

DE COS. AN. CCLIIII. (50)

COnſnles edit in ſequentem annum idem cum Caſſiodoro T. Æbutium, & P. Vetuſium: Dionyſius P. Veturium, & P. Æbutium Ἐλαιάλβαν; mendoſe, pro P. Veturium, & T. Æbutium Ἔλβαν, ſic enim, ubi de legatis conſularibus agit, & in magiſterio equitum Æbutii, ſcriptum eſt. Idem T. Æbutium T. F. vocat. cujus cognomen *Elvam* eſſe, Latini quoque ſcriptores aſſerunt. P. Veturium eundem eſſe puto cum eo quem Poplicola primum Conſule primum quæſtorem cum M. Minucio factum ſcribit Plutarchus, ubi eum Πόπλιον Οὐετούριον nominat, ut omnino Publii prænomen magis probem quam Caji, quod in depravatis eſt Livii libris. Qui *Vetuſium* ſcribunt, antiquam conſuetudinem imitantur, qua S. pro R. ponebatur; ut cum Fuſios, Valeſios, Papiſios, Auſelios dicebant; qui Veturium, recentem uſum. Hac de re Livius in

(47) *Hoc eſt*: Anno U. C 251.
Olymp. LXIX. Anno III.
Ante Ær. Chr. 502.
OPITER VIRGINIUS TRICOSTUS.
SP. CASSIUS VISCELLINUS.
Bigellinum vocat Anonymus Faſtorum Scriptor Noriſii.
Becellinum vocat Cicero in Lælio, B. pro V. V pro B ſæpe apud Auctores uſurpari ſolet. Bicellinus etiam legitur in tabulis Græcis.
P. Caſſius etiam apud Ciceronem in Lælio legitur pro Sp. Caſſio contra communem aliorum conſenſum.

(48) *Hoc eſt*: Anno U. C. 252.
Olymp. LXIX. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 501.
POSTUMIUS COMINIUS AURUNCUS.
T. LARTIUS FLAVUS.
Aruncus & Rufus legitur in Faſtis Anonymi Noriſii, atque iterum Rufus pro Flavo uſurpatum.
Aruncus etiam legitur in Faſtis Siculis. Pighius autem vult *Poſthumum* legi, non *Poſtumium*, cum illud nomen ſit, hoc cognomen, quod terminari ſolet in *jus*.
Pighius autem vult hoc Anno primum Dictatorem creatum T. Lartium Flavum, qui Collegam ſuum conſtituerit Magiſtrum Equitum. Tutius eſt Sigonium ſequi, qui Dionyſium Halicarn. pluris æſtimat, quàm Livium.

(49) *Hoc eſt*: Anno U. C. 253.
Olymp. LXX. Anno I.
Ante Ær. Chr. 500.
SERVIUS SULPICIUS CAMERINUS.
M. TULLIUS LONGUS.
Manius (non Marcus) Tullius Longus in Magiſtratu mortuus eſt, juxta Livium; neque illi ſuffectus eſt alter. Quod autem *Manius* non *Marcus* legendum eſt, docet Pighius, quia Marcus ſcribitur ſola litera M. Manius autem ſcribitur litera M'. cum ſigno apoſtrofes, ut veteres ſcripturæ monent.
Anonymus Noriſianus ſcribit S. Sulpicium *Cornutum*, ſed de hoc paullo infra.

(50) *Hoc eſt*: Anno U. C. 254.
Olymp. LXX. Anno II.
Ante Ær. Chr. 499.
P. VETURIUS GEMINUS.
T. AEBUTIUS ELVA.
Anonymus Noriſianus ſcribit Cicurinum pro Gemino, contra opinionem aliorum, qui juxta Siculos Faſtos ſcribunt Geminum.

in anno CCXCI. Veturii cognomen eſt Geminus, in faſtis enim Siculis horum Conſulum cognomina ſunt Elva & Geminus. His Conſulibus Fidenæ obſeſſæ, Cruſtomeria capta, Præneſte ab Latinis ad Romanos deſcivit. Livius.

DE COS. AN. CCLV. (51)

LIvius Conſules ſubjicit Q. Clœlium cum T. Lartio, item Caſſiodorus. Dionyſius T. Lartium Flavum, Q. Clœlium Siculum, in Faſtis Cuſpiniani huic anno hæc duo cognomina Conſulum reſpondent, Siculus, Rufus; quorum illud, Clœlii eſt; hoc, Lartii, ſic enim pro Flavo Ruſum etiam ſupra attulerunt, ut Siculi Flavum & Siculum. T. Lartius eſt idem qui ante Conſul & dictator fuit. Dionyſius. Hoc anno nihil actum exponit Livius: cum tamen Fidenas à Lartio Conſule captas, & de Fidenatibus ſupplicium ſumptum Dionyſius ſcribat.

De dictatore, & magiſtro eq. primum creatis.

NUllum invenio magiſtratum, de quo tam variæ ſint veterum ſcriptorum, & tam diſcrepantes ſententiæ, quam de dictatore. Neque enim aut quo anno, aut qua cauſſa, aut quis primus dictator factus ſit, convenit. Hanc autem annalium diſcordiam Livius etiam mirans, quid de hac re conſtituat, ambigit. Dionyſius aſſeverantior eſt. Nos utriuſque ſententiam exponemus. Livius igitur, etſi, quod ſequatur, certum nihil habet; tamen triennio ante, dictatoris primum creandi mentionem ortam eſſe cenſet. Dionyſius eam in hunc annum rejicit, quo anno T. Lartius II. & Q. Clœlius Siculus Conſularum geſſerunt. Livium ſequuntur Euſebius & Eutropius: uterque enim eorum nono poſt reges exactos anno dictatorem creatum eſſe ait. Neque vero de cauſſa etiam (ut dixi) conveniunt. Oroſius enim, Sabinorum bellum moventium cauſſa; Livius, ad Sabinos Latini etiam belli metu accedente, cum triginta jam conjuraſſe populos, concitante Octavo Mamilio, ſatis conſtaret. Dionyſius & Zonaras, cum plebs gravi ære alieno demerſa, ad bellum Latinum nomina dare detrectaret, poſt longas conſultationes novum hunc magiſtratum, à quo nulla eſſet provocatio, ad comprimendos ſedandoſque ejus tumultus, ſenatum creaſſe ait. Atque alii quidem (ut inquit Livius & Feſtus) M. Valerium M. F. Voluſi N. qui nondum Conſul fuerat, creatum ſcribunt: alii vero, quos & Livius & Dionyſius ſequuntur, T. Lartium Conſulem. Senatuſconſultum autem factum ait Dionyſius, ut Lartius & Clœlius Conſules, ceterique magiſtratus abdicarent, unuſque vir, quem ſenatus nominaret, populus ſciſceret, haud amplius quam per ſex menſium ſpatium, ſine provocatione, & majore quam Conſules poteſtate, imperaret. Itaque Clœlio Conſuli negotium datum dictatoris dicendi. Clœlium autem T. Lartium Flavum collegam ſuum dixiſſe. De jure autem dictatoris ſic Feſtus lib. XIII. *Optima lege* cum di-
A cebatur in magiſtro populi faciendo, qui vulgo *Dictator* appellatur, quam pleniſſimum poſſet jus eſſe ſignificabatur; ut fuit M. Valerii M. F. Voluſi nepotis; qui primus magiſter populi creatus eſt: poſtquam vero provocatio ab eo magiſtratu ad populum data eſt, quæ antea non erat: deſitum eſt dici, ut optima lege; utpote imminuto jure priorum magiſtratuum. Hæc ille. Patricii autem primi dictatores creati ſunt: neque enim niſi poſt centeſimum & quinquageſimum fere annum, hic magiſtratus plebi paruit. Ut autem è conſularibus fierent, lege proviſum tradit Livius. Dictatorem porro tradit Dionyſius ab Albanis ſumptum eſſe, qui
B poſt Numitoris & Amulii mortem deficiente Regia ſtirpe, annuo magiſtratui Regium imperium commendaverint. Dictatoris autem vocem, duplicem habere poſſe originem. Nam & quod non à populo crearetur, ſed ab uno diceretur, & quod ipſe edicendi ſummam poteſtatem haberet, videri Dictatorem vocatum: ſiquidem rerum juſtarum injuſtarumque juſſa à Romanis *Edicta* nominari. Quæ autem à Dionyſio ſcripta ſunt, ea Varro de lingua Latina confirmat; cum ait: Dictator, quod à Conſule diceretur, cujus dicto omnes audientes eſſent, nominatus eſt. Utraſque etiam cauſſas exponit eleganter Plutarchus in Marcello. *Magiſtrum* autem *equitum* dictum eſſe
C à Dictatore primo T. Lartio, tradit Dionyſius; atque inde eam ſemper in Republ. conſuetudinem uſque ad ſuam ætatem manſiſſe, ut Dictator ſine magiſtro equitum magiſtratum non gereret. Quod tamen & bello Punico ſecundo, & poſtremo ab ipſo etiam Cæſare neglectum eſſe comperio. Hujus autem vocis ratio ea fuit, quam tradit Varro libro quarto de Lingua Latina, quod ſumma poteſtas ejus eſſet in equites, & accenſos; perinde atque ſumma eſt in populum Dictatoris; à quo is quoque *magiſter populi* appellatus eſt. Magiſtrum autem equitum primum dictum fuiſſe Sp. Caſſium, eum qui ante Conſul fuerat, Dionyſius & Livius produnt. Ac cauſæ qui-
D dem dictatoris à principio creandi illæ fuerunt, quas diximus, Rei gerendæ, & Seditionis ſedandæ. Verum progredientibus temporibus, aliæ deinceps acceſſere; ut Clavi figendi, Ludorum faciendorum, Feriarum Latinarum, Comitiorum habendorum, Senatus legendi, & Reipublicæ conſtituendæ; de quibus ſuo loco. Cum autem in dictaturis Capitolinis obſervatum ſit, ut cauſſa etiam dictatoris dicti exſtaret, propterea id ipſum nobis etiam ſtudioſiſſime retinendum eſſe putavimus; ea cuſtodita ratione ſcribendi, quam in tabulis Capitolinis uſurpari animadvertimus. Hic dictator cenſu populi habito exercitum in Latinos eduxit; ac Latinorum urbibus per Le-
E gatos ab armis deterritis, quoſdam ex Mamiliano exercitu, agrum Romanum populantes, partim cecidit, partim cepit; ac diſſolutis Latinorum copiis, annuas urbibus inducias dedit. Dionyſius.

De

(51) *Hoc eſt*: Anno U. C. 255.
Olymp. LXX. Anno III.
Ante Ær. Chr. 498.
T. LARTIUS FLAVUS II.
Q. CLOELIUS SICULUS.
Anonymus Noriſianus pro *Siculo* ſcribit *Volcula*, ſed perperam. Scriptoris antiqui error eſt, qui Volculam pro Siculo ſcripſit contra Siculos Faſtos
Scribit autem Rufum pro Flavo ut ſuperius animadvertimus.

De Luſtro VI.

OMnino Livius, cum ad ſua tempora properaret, exiliter atque anguſte res has à primis Reipublicæ temporibus videtur tractaſſe, & conſulto negligens fuiſſe: neque enim cum aliarum multarum rerum meminit, quæ cognitu & utiles & jucundæ eſſent; tum ne luſtrorum quidem etiam & cenſuum; quæ res ad tradendum Romani Imperii incrementum maxime pertineret. Itaque niſi eorum nobis veſtigia certa Dionyſius reliquiſſet, nullum omnino cenſum horum temporum haberemus. Scribit enim dictatorem Lartium ex inſtituto Ser. Tullii populum cenſuiſſe, eoque luſtro centum quinquaginta millia & ſeptingenta capita eſſe cenſa. Euſebius item, qui triennio ante Lartium dictatorem prodit, eodem etiam anno factum eſſe cenſum ait. Dionyſium autem Cenſus nomine Luſtrum etiam comprehendere, alio loco docui.

DE COS. AN. CCLVI. (52)

LIvius, & Caſſiodorus Conſules in hunc annum edunt A. Sempronium, & M. Minucium: faſti Cuſpiniani cum Siculis Atratinum & Augurinum: at Dionyſius A. Sempronium Atratinum, & M. Minucium Augurinum: quamquam Augurini cognominis non meminit niſi in ſecundo Minutii Conſulatu. Fniſſe autem *Atratinum* Semproniorum, *Augurinum* Minuciorum cognomen, ſatis infra apparebit. His Conſulibus ædes Saturno dedicata; Saturnalia dies feſtus inſtitutus. Livius, Dionyſius.

DE COS. AN. CCLVII. (53)

A. Poſtumium, T. Virginium Cos. deinceps factos eſſe invenio apud Livium, & Caſſiodorum, & Dionyſium. In faſtis Siculis Album & Cœlimontanum invenio. Itaque Dionyſius, ubi de Legatis agit ad plebem miſſis, hunc vocat A. Poſtumium P. F. Album; & Plutarchus in Poplicola, Poſtumium Album: quamquam utrobique mendoſe eſt βώλβον, pro ὁ ἄλβος. *Albus* enim & *Albinus*, Poſtumiorum cognomina ſunt. Itaque filius hujus in Capitolinis Conſulibus dicitur P. Poſtumius A. F. P. N. Albus Regillenſis. TRICOSTUS, eſt (ut ante dixi) Virginiæ gentis cognomen: quod una cum Regillenſi in faſtis Cuſpiniani hujus anni Conſulibus reſpondet.

De A. Poſtumio Albo dictatore, & triumpho ejus de Latinis.

HOc anno Latinis populis poſt annuas inducias, duce Mamilio Tuſculano, quem Tarquinii excitaverant, moventibus, in magna trepidatione Civitatis, opus dictatore fuit. Itaque ex Conſulibus alter, A. Poſtumius, qui minor erat natu, à collega Virginio Dictator dicitur. Poſtumius T. Æbutium T. F. Elvam, virum Conſularem, magiſtrum equitum dixit. Ita Dionyſius. Nam Livius, etſi variantibus annalibus in utram partem inclinet in dubio eſt, tamen tertio ante anno, P. Veturio, T. Æbutio Conſulibus, dictatorem A. Poſtumium dictum tradit. Nos autem Dionyſium ſequimur; quia vero ſimilius videtur, Poſtumium in Conſulatu, quam ante Conſulatum, dictatorem eſſe ex lege dictum. Magiſtrum equitum bello Latino ad Lacum Regillum fuiſſe Coſſum, ſcribit Florus. Idem ſentire videtur is, qui de viris illuſtribus tradidit; cum Coſſi ſtratagema illud exponit, de quo Livius in anno CCXXVII. in quo valde decipiuntur. Ceterum rem proſpere geſtam eſſe ad Lacum Regillum à Poſtumio dictatore Latinis prœlio victis, & triumphum nobiliſſimum actum eſſe, ſcribit cum Livio Dionyſius. Ejuſdem victoriæ meminit etiam Florus, Valerius lib. I., & auctor libri de viris illuſtribus. Hanc pugnam pugnatam eſſe idibus Quinctilibus, Dionyſius lib. VI. Plutarchus in Coriolano, tradidere. Triumphi autem veſtigia ſunt in Capitolinis triumphis: ex quibus apparet etiam hunc *Regillenſem* eſſe dictum; credo, quod bene ad lacum Regillum pugnaverit. Hoc bello à Romanis fœdus & ſocietas antiqua Latinis populis reddita. Dionyſius.

DE COS. AN. CCLVIII. (54)

AP. Claudium, P. Servilium Cos. produnt in hunc annum Livius & Caſſiodorus: faſti Cuſpiniani & Siculi, Sabinum & Priſcum: at Dionyſius Ap. Claudium Sabinum, P. Servilium Priſcum. Ap. Claudii cum Servilio Conſulis anno ab Urbe condita CCLIX. meminit Plin. lib. XXXV. cap. XXXI. ſequitur enim Livianam hoc loco & Dionyſianam ſummam. Hic eſt princeps gentis Claudiæ, * *Attius Clauſus* primum, poſt *Ap. Claudius* appellatus; qui ex Sabinorum urbe Regillo (unde *Sabinus Regillenſis* dictus) Romam commigravit anno ab Urbe condita CCL. atque in patricios adſcriptus eſt. Livius, Dionyſius, Svetonius in Tiberio, auctores. Hic avus decemviri Ap. Claudii fuit; qui quia in Capitolinis tabulis Ap. F. M. N. ſcribitur, propterea hunc ego cogor vel invitus Marcum Claudium nominare. P. Servilius, P. F. à Dionyſio dicitur, ubi de legatis Conſularibus agit ad plebem miſſis.

(52) *Hoc eſt*: Anno U. C. 256.
Olymp. LXX. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 497.
A. SEMPRONIUS ATRATINUS.
M. MINUCIUS AUGURINUS.
Anonymus Noriſianus ſola, ut ſolet, cognomina recitat.

(53) *Hoc eſt*: Anno U. C. 257.
Olymp. LXXI. Anno I.
Ante Ær. Chr. 496.
A. POSTUMIUS ALBUS REGILLENSIS. DICT.
A. VIRGINIUS TRICOSTUS CAELIMONTANUS.
Apud Anonymum Noriſianum habemus: *Regeliſo* & *Tricoſto*; ſed Regillenſe legendum eſt.
Poſtumius hic adeptus eſt, puto, Regillenſis cognomen alterum ex victoria, & triumpho, quam retulit de Latinis ad lacum Regillenſem, cum Dictator factus eſſet aſſumpto T. Æbutio Elva in Magiſtrum Equitum hoc ipſo ſui Conſulatus Anno.
Additum eſt alterum *Cælimontani* cognomen Virginio, quia & illud additum eſt illi in tabulis Græcis, & Siculis.

(54) *Hoc eſt*: Anno U. C. 258.
Olymp. LXXI. Anno II.
Ante Ær. Chr. 495.
AP. CLAUDIUS SABINUS REGILLENSIS.
P. SERVILIUS PRISCUS.
Anonymus Noriſianus habet *Irregilienſe* & *Structo*. Utrumque mendoſum eſt, ſcribendumque Regillenſe & Priſco, ut Livius, Cicero, ac Dionyſius docent.

De triumpho P. Servilii Priſci Cos. de Volſcis.

VOlſcis hoc anno bellum illatum, quod auxilia comparaſſent, quæ ſuperiore bello Latinis mitterent. P. autem Servilium Cos. re bene contra Volſcos geſta, cum triumphum à Senatu, Claudio collega intercedente, non impetraſſet, cum lictoribus coronatis coronatum, & triumphali veſte ornatum, urbem plebe, cui cariſſimus erat, proſequente iniiſſe, atque in Capitolio vota perſolviſſe, ſcribit Dionyſius. Quem triumphum nec Livius, nec Capitolina fragmenta habent; credo, quia invito Senatu, à quo tum decernebantur triumphi, eſt actus: quamquam Livius Conſulem cum maxima gloria ſua victorem exercitum reduxiſſe ait.

DE COS. AN. CCLIX. (55)

COnſules memorat in bunc annum Livius & Caſſiodorus T. Vetuſium, & A. Virginium: Dionyſius A. Virginium Montanum, T. Veturium Geminum: faſti Cuſpiniani, Montanum & Geminum; Siculi, Cœlimontanum & Geminum. Qui autem *Montanus*, idem etiam *Cœlimontanus* fuit: itaque Dionyſius ubi de legatis Conſularibus agit, de hoc inquit; Αὖλος Οὐεργίνιος Αὔλου ὑιὸς καὶ τι-μοντανὸς: mendoſe pro κελιμοντανὸς: ſic enim alio loco Livius. Hos conſules Pædianus in Cornelianam A. Virginium Tricoſtum, L. Veturium Cicurinum appellat, ex quo intelligi poteſt, utrumque horum duo cognomina tuliſſe, Tricoſtum Cœlimontanum, & Geminum Cicurinum: ſic enim alio loco alii, ut apparebit. Hunc annum una cum Cicerone poſt reges exactos XVI. eſſe Pædianus ſcribit.

De M'. Valerio dictatore, & triumpho ejus de Sabinis.

CUm Æqui, Volſci, & Sabini una omnes moverent, ac plebs ad bellum nomina profiteri nollet, jamque ſeditio, anno priore (56) nexorum cauſa commota, vehementius in dies gliſceret, viſum eſt patribus ad dictatorem confugere, cujus metu plebs ſine dubio quietura eſſet. Itaque Manius Valerius dictator dicitur: is Q. Servilium ſibi magiſtrum eq. cooptavit. Hæc Dionyſius, ac fere etiam Livius. Manium Valerium Voleſi filium Livius, Poplicolæ fratrem Dionyſius tradunt. Eundem ſeptuaginta amplius annos natum Dionyſius, non Conſularem dictatorem factum Livius auctores ſunt. Q. etiam Servilius, P. Servilii P. F. Priſci priore anno Conſulis frater à Dionyſio proditur. Seditionis autem ſedandæ, & rei gerendæ cauſa factum notavi, quod apud Livium Valerius ipſe ita loquitur; Diſcordiæ inteſtinæ, bellum externum fecere, ut hoc magiſtratu egeret reſpubl. Et vero triumphus etiam ab eo actus, rem ab eo geſtam eſſe oſtendit. Idem Livius libro VII. (57) clavi figendi cauſſa hunc dictum eſſe videtur ſignificare, cum ait in anno CDXXII. Itaque memoria ex annalibus repetita, in ſeceſſionibus quondam plebis clavum ab dictatore fixum, alienataſque diſcordia mentes hominum eo piaculo compotes ſui feciſſe; dictatorem clavi figendi cauſſa creari placuit. Quod enim ſcribit Livius in ſeceſſionibus quondam plebis clavum à dictatore fixum, id quando factum ſit, niſi hoc anno, divinare non poſſum. Cum igitur & plebs domi compeſcenda, & foris hoſtes repellendi eſſent, quarum rerum cauſſa dictator dictus fuerat, M. Valerius convocata concione, plebem gratiſſima oratione repreſſit, pollicitus ubi primum confecto bello domum rediiſſet, ſibi curæ fore, ut ad Senatum de nexis referretur. Eaque de cauſſa *Maximus* nuncupatus eſt, ut ait Cicero in Bruto: quamquam Cicero hanc orationem ab eo habitam eſſe non in urbe ait, ſed in caſtris in Sacro monte, in quem plebs ſeceſſerat. Quod idem etiam tradit Valerius lib. VIII. cap. IX. Verba Ciceronis ſunt hæc; Videmus item paucis annis poſt reges exactos, cum plebs prope ripam Anienis ad tertium milliarium conſediſſet, eumque montem, (58) qui Sacer appellatus eſt, occupaviſſet, M. Valerium dictatorem dicendo ſedaviſſe diſcordias; eique ob eam rem ampliſſimos honores eſſe habitos, & eum primum ob eam ipſam cauſſam Maximum eſſe appellatum. Eadem fere Valerius. Quod autem ab illis ſcribitur, ratione vacare videtur. Etenim Dionyſio, Livioque teſtibus, M'. Valerius ante ſe dictatura abdicavit, quam plebs ſacrum montem occuparet. Et quamquam ipſe poſt ad eam in montem legatus venit à Senatu cum aliis novem Conſularibus miſſus, & verba de concordia fecit, tamen nec dictator tum erat, nec ejus potiſſimum oratione plebs in urbem rediiſſe, ſed noto illo ac pervulgato Agrippæ Menenii de ventre & membris apologo traditur. Credo autem Ciceronem aut alios annales ſequutum, aut lapſum eſſe. Plutarchus item in Pompejo, & Zonaras, Valerium à populo Maximum appellatum ſcribunt, quia plebem Senatui conciliavit. Quod autem ait Cicero, Valerio Maximo honores habitos eſſe, intelligendum eſt, ſignificari eos, quos Pædianus affert in Piſonianam, ſic; Valerio Maximo (ut Antias tradidit) inter alios honores, domus quoque publice ædificata eſt in Palatio; cujus exitus, quo magis inſignis eſſet, in publicum verſus declinaretur; hoc eſt, extra privatum aperiretur: de quibus item Dionyſius. Sedata autem plebis (ut diximus) ſeditione, Valerius tres conſcripſit exercitus; unum, quem T. Veturius Conſul in Æquos; alterum, quem A. Virginius collega ejus in Volſcos; tertium, quem ipſe in Sabinos perduxit. Poſt autem victoria ubique parta, ipſe ſolus de Sabinis, quos fuderat fugaveratque & caſtris exuerat, triumphavit: cujus triumphi approbantibus etiam Capitolinis fragmentis, meminere Livius & Dionyſius. Poſt triumphum, cum ad Senatum de nexis retuliſſet, ut ſe facturum ante plebi pollicitus fuerat, eaque relatio à patribus rejecta eſſet, indigna-

(55) *Hoc eſt*: Anno U. C. 259.
Olymp. LXXI. Anno III.
Ante Ær. Chr. 494.
A. VIRGINIUS TRICOSTUS CAELIMONTANUS II.
T. VETURIUS GEMINUS CICURINUS.
Cœlimontano & *Cicurino* ſcribit Anonymus Noriſianus.

(56) Videlicet eorum cauſſa, qui ære alieno gravati in carcerem fuerant conjecti.

(57) Clavum figere idem eſt ac frænum ponere, aggerem objicere, cohibere, &c.

(58) Mons Sacer eſt collis tria milliaria ab Urbe diſtans trans Anienis ripas.

gnationis plenus, dictatura abdicavit. *Livius*, & *Dionyſius*.

DE COS. AN. CCLX. (59)

CONſules prodit in hunc annum *Livius* & *Dionyſius* Sp. Caſſium, & Poſtumum Cominium. Eorundem meminit etiam Cicero pro Cornelio. *Cuſpiniani faſti* Viſcellinum edunt & Auruncum: Siculi, Aruncum & Vitellinum. Poſtumi Cominii Cos. meminit *Valerius* lib. IIII. cap. III. & Plutarchus in Coriolano. Eoſdem una ante etiam Conſules fuiſſe, hoc vero anno K. Sept. citius quam conſuetudo erat, iniſſe, auctor eſt *Dionyſ.* Hoc anno Corioli capti; unde C. Marcius Coriolani cognomen invenit.

De Luſtro VII.

CEnſum ab his Cos. actum, cenſa civium capita amplius CX. millia eſſe, tradit *Dionyſius*. Hoc eſſe Luſtrum VII. in ſequenti luſtro probabo: neque vero de hoc quicquam aliud comperi.

De prima ſeceſſione plebis, & tribunis plebis primum creatis.

QUoniam tribuni plebis (60) aliquando ſine magiſtratibus curulibus ullis ſummæ rerum præfuerunt; propterea ortum eorum mihi hoc loco eſſe putavi oſtendendum. Triennio ante, Claudio Servilioque Cos. ſeditio plebis ex nobilium fœneratorum impotentia, qui plebem ære alieno obſtrictam in vinculis habebant, exarſit: ſedata tamen eſt per Servilium Cos. cum edixiſſet, ne quis civem Romanum vinctum aut clauſum teneret, quo minus eis nominis edendi apud Conſules, qui tum in Volſcos bellum parabant, poteſtas fieret. Anno vero inſequenti, Veturio Virginioque Conſulibus, plebem iterum eadem de cauſa (61) militiam detrectantem M. Valerius dictator promiſſis mitigavit, & in hoſtes eduxit; ac cum victoria parta, per Senatum promiſſa præſtare non poſſet, dictatura ſe abdicavit. Poſt autem, cum plebs per cauſam renovati ab Æquis belli ex urbe educta eſſet, auctore Sicinio quodam, à Conſulibus diſceſſit, & trans Anienem amnem collem quendam occupavit, qui *Sacer* eſt appellatus: neque eo anno revocari in urbem potuit. Conſules inde per ſeceſſionem plebis fiunt Sp. Caſſius II. Poſtumus Cominius II. Tum legatis decem à Senatu ad plebem de pace miſſis, unius Agrippæ Meneuii oratione commota rediit, hac lege, ut magiſtratum & ipſa ſibi è ſuo corpore contra patriciorum potentiam ac vim creare poſſet. Ii *Tribuni plebis* dicti ſunt. Hæc *Dionyſius* fere, atque etiam *Livius*, à quibus in eo diſſentit *Cicero* pro Cornelio, quod anno XVI. poſt reges exactos, Veturio Virginioque Cos. creatos eos ſcribit. Primum autem comitiis curiatis creati duo ſunt; deinde tres adjecti, ut eſſent quinque; ut *Pædianus* in Cornelianam ex Ciceronis, Attici, Tuditani, Livii ſententia tradit: nam *Dionyſius* & *Plutarchus* quinque, primum factos profitentur. Piſo (ut ait Livius) duos tantum in hunc annum: at vero in annum CCLXXXII. Claudio Quinctioque Conſulibus, tribus adjectis, quinque edit. Illud autem non ambigitur, quin anno CCXCVI. Horatio & Minucio Conſulibus quinque additis, decem effecti ſint: qui numerus deinde in perpetuum ſtante Republ. conſervatus eſt. Primos duos creatos *Livius* C. Licinium, & L. Albinium vocat: *Pædianus* L. Sicinium L. F. Bellutum, L. Junium C. F. Paterculum: *Dionyſius* C. Sicinium Bellutum, L. Junium Brutum: *Plutarchus* in Poplicola, Junium Brutum, Sicinium Bellutum: *Suidas* in voce *δήμαρχοι* Sicinium, & Brutum. Ex tribus reliquis unum Sicinium nominat *Livius*; de reliquis parum ait convenire. *Dionyſius* autem eos C. & P. Licinios, & C. Icilium Rugam vocat. Diem, quo primi tribuni inierunt, ante IIII. idus Decembris nominat *Dionyſius*; eumque ſolennem fuiſſe uſque ad ſua tempora ineundo tribunatui tradit. Quapropter Livius etiam lib. XXXIX. Nævium tribunum pl. eo die iniſſe ait. Hac autem de tota re ſic *Cicero* pro Cornelio perduellionis reo: Tanta igitur in illis virtus fuit, ut anno XVI. poſt reges exactos, propter nimiam dominationem potentium, leges ſacratas ipſi ſibi conſtituerent, duos tribunos crearent, montem illum trans Anienem, qui hodie mons Sacer nominatur, in quo armati conſederant, æternæ memoriæ cauſa conſecrarent. Hæc ille. *Lex* autem *ſacrata*, cujus *Cicero*, *Dionyſius*, & *Livius* meminerunt, ea videtur fuiſſe, quam in Sacro monte plebs tulit: Ut liceret plebi magiſtratum ex ſuo corpore creare, qui plebem ab injuria prohiberet: ut nemini patricio hunc magiſtratum capere liceret: ut hic magiſtratus ſacroſanctus eſſet; ideſt, ne quis tribunum plebis aut verbo aut manu violaret: qui ſecus feciſſet, ipſum impune poſſe occidi, ac ſacrum eſſe videri.

DE COS. AN. CCLXI. (62)

LIvius Cos. in hunc annum nominat T. Geganium, P. Minucium: Dionyſius T. Geganium Macerinum, P. Minucium: Siculi faſti & Cuſpiniani, Macerinum & Augurinum. Sunt autem hæc cognomina, illud Geganiorum,

(59) *Hoc eſt*: Anno U. C. 260.
Olymp. LXXI. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 493.
SP. CASSIUS VISCELLINUS II.
POSTUMUS COMINIUS AURUNCUS II.
De Spurio Caſſio Viſcellino, vide notas ad Annum U. C. 251.
De Poſtumo ſive Poſtumio vide notas ad Annum U. C. 252. ex quibus ea conciliantur, quæ hic loci apud Sigonium circa Conſulum nomina varia repugnare videntur.

(60) Hic videtur Sigonius ſupponere Tribunos Plebis, vel ante primam ſeceſſionem plebis a Senatu, inſtitutos fuiſſe, quod contra ipſum Sigonium eſt, & contra ea quæ de Tributis Comitiis diximus. Verùm nihil eſt contra ipſum aut contra nos; nam hic intelligit Tribunos, qui ex Tribubus erant, plebejos homines, hoc eſt Tribunos de plebe, non Tribunos Plebis, qui ſolum inſtituti ſunt poſt ipſam hanc plebis ſeditionem, ut poſtea paullo infra Sigonius ipſe docet.

(61) Hoc eſt *militare abnuentem*. Erat enim plebs infima abſoluta à militia, ut docuimus in Diſſert. de Comitiis Centuriatis. Coacta tamen fuit aliquando arma capere urgente gravi neceſſitate.

(62) *Hoc eſt*: Anno U. C. 261.
Olymp. LXXII. Anno I.
Ante Ær. Chr. 492.
T. GEGANIUS MACERINUS.
P. MINUCIUS AUGURINUS.
Apud Oroſium legitur mendoſè *Geſſonius* pro Geganio, & *Numicius* pro Minucio.

rum, hoc Minuciorum: quod infra apertius patebit. Hoc anno domi & ſoris quieta omnia ſuerunt. *Livius*. A

DE COS. AN. CCLXII. (63)

COnſules prodit hoc anno *Livius* & *Caſſiodorus* A. Sempronium, M. Minucium: *Dionyſius* A. Sempronium Atrstinum II. M. Minucium Augurinum II. *faſti Cuſpiniani* cum Siculis, Atratinum & Augurinum. Hunc annum XIX. nuncupat *Dionyſius*, ex quo Poplicola Cos. legem de provocatione tulit. C. Marcius Coriolanus exſilio à plebe multatur, quod in ſumma annonæ caritate, ne frumentum ex Sicilia advectum plebi divideretur, ſumma ope B contenderat: damnatus abſens, in Volſcos abiit. *Livius*.

DE COS. AN. CCLXIII. (64)

A. Sempronio, M. Minucio Conſulibus, Conſules ſuggerit *Dionyſius* Q. Sulpicium Camerinum, Sp. Lartium Flavum iterum: *faſti Cuſpiniani*, Cornutum & Flavum; Siculi, Camerinum & Flavum: eſt autem *Cornutus* Sulpiciorum cognomen, ut alio loco ex Capitolinis tabulis intelligitur. Hos autem conſulto tranſcendit *Livius*. Non eſſe autem omittendos ad Capitolinam rationem, docet triumphus P. Valerii, qui in ann. CCLXXIIX, non caderet, ſi hos Conſules ſubtraheremus. C His Conſulibus ludi magni votivi vitio facti. *Dionyſius*.

DE COS. AN. CCLXIV. (65)

COnſules ſuggerit *Dionyſius* C. Julium Julum, P. Pinarium Rufum: *faſti Cuſpiniani*, Julum & Mamercinum; Siculi, Sulum & Rufum: eſſe autem *Mamercum* cognomen etiam Pinariorum, alio loco apparet. Hos etiam, ut priores omittit *Livius*, de quo idem poſſumus dicere, quod ipſe libro IX. de Piſone ait, ſic; Hos Conſules Piſo Q. Fabio & P. Decio ſuggerit, biennio exempto, quo Claudium Volumniumque, & Cornelium cum Marcio, Conſules factos tradidimus: memoriane D fugerit in annalibus dirigendis, an conſulto binos Conſules factos ratus tranſcenderit, incertum eſt. His Cos. cum ludi magni votivi ex ſomnio T. Latinii inſtauratitii fierent, Volſci aſtu Tulli Attii regis eorum, à Conſulibus urbe Roma pulſi, concitantur ad bellum, ac duce Coriolano in Romanos fines irrumpunt. *Dionyſius*.

DE COS. AN. CCLXV. (66)

COnſulem Sp. Nautium cum Sex. Furio in hunc annum invenio apud *Livium*, & *Dionyſium*, & *Caſſiodorum*: in faſtis Cuſpiniani, eſt Rutilus (quod eſt Nautii cognomen) & Viſcellinus; in Siculis, Nautius & Fuſus. *Medullinum* vero, aut *Fuſum*, Furiorum cognomen fuiſſe, infra apparebit. His Conſulibus cum Coriolanus bellum patriæ exercitu Volſcorum aſſumpto faceret, ab ejus oppugnatione materna pietate deterritus eſt. Livius, *Dionyſius*.

DE COS. AN. CCLXVI. (67)

COnſules hoc anno fuerunt auctore *Livio* T. Sicinius, C. Aquillius; quos *Caſſiodorus* & *Dionyſius* T. Siccium, & C. Aquillium vocant. Cognomina horum ex faſtis Siculis & Cuſpiniani, fuerunt Tuſcus & Sabinus.

De triumphis T. Sicinii & C. Aquillii Cos. de Volſcis & Hernicis.

SIcinio Volſci, Aquillio Hernici (nam ii quoque in armis erant) provincia evenit: eo anno Hernici devicti; cum Volſcis æquo Marte diſcuſſum eſt: hæc *Livius*. Ex quibus intelligi poteſt, quam feſtinanter libertatis recuperatæ primordia ab eo tradita ſint; cum ea prætereat ex quibus vel maxima comparatur populo R. laus & gloria, ideſt triumphos de ſubactis à ſe populis actos. Scribit enim *Dionyſius*, re bene utrobique geſta, Sicinio, quia majore periculo urbem liberaverat, ut laureatus triumpharet; Aquillio, quia levius prœlium fecerat, ut ovans urbem ingrederetur, eſſe decretum.

DE COS. AN. CCLXVII. (68)

COs. edit *Livius* in hunc annum Sp. Caſſium & Proculum Virginium: *Dionyſius* Sp.

---

(63) *Hoc eſt*: Anno U. C. 262.
Olymp. LXXII. Anno II.
Ante Ær. Chr. 492.
M. MINUCIUS AUGURINUS II.
A. SEMPRONIUS ATRATINUS II.
Fuerunt hi ambo ſimul Conſules Anno U. C. 256.

(64) *Hoc eſt*: Anno U. C. 263.
Olymp. LXXII. Anno III.
Ante Ær. Chr. 490.
Q. SULPITIUS CAMERINUS CORNUTUS.
SP. LARTIUS FLAVUS II.
Anonymus Noriſianus *Camerinum* & *Cornutum* ſcribit, cum unus idemque ſit; & omittit Sp. Lartium. E

(65) *Hoc eſt*. Anno U. C. 264.
Olymp. LXXII. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 489.
C. JULIUS JULUS.
P. PINARIUS RUFUS MAMERCINUS.
Additur P. Pinario alterum cognomen *Mamercini* ex Faſtis Anonymi Noriſiani, & bene ut docet Sigonius.

(66) *Hoc eſt*: Anno U. C. 265.
Olymp. LXXIII. Anno I.
Ante Ær. Chr. 488.
SPURIUS NAUTIUS RUTILUS.
SEX. FURIUS FUSIUS MEDULLINUS.
Apud Anonymum Noriſianum pro *Medullino* ſcribitur *Viſcellinus II.* ſed lectio mendoſa eſt, namque Viſcellini cognomen eſt proprium Sp. Caſſii, qui tertiùm non ſecundùm Conſul eſſet, ſi hoc anno iterum Conſul eſſet, ubi è contra Medullini cognomen eſt proprium Furiorum, ut docet Sigonius noſter.

(67) *Hoc eſt*: Anno U. C. 266.
Olymp. LXXIII. Anno II.
Ante Ær. Chr. 487.
C. AQUILLIUS TUSCUS.
T. SICINIUS SABINUS.
Alii legunt *Siccius* pro *Sicinius*. Utrum autem potius cognomen *Tuſci* conveniat Aquilio, quam Sicinio, & è contra cognomen Sabini, incerta res eſt, cum in Faſtis Anonymi Noriſiani, & Cuſpiniani aliquando collocetur Conſul ſecundo loco, qui primo collocandus eſſet.

(68) *Hoc eſt*: Anno U. C. 267.
Olymp. LXXIII. Anno III.
Ante Ær. Chr. 486.
SP. CASSIUS VISCELLINUS III.
PROCULUS VIRGINIUS TRICOSTUS RUTILUS.
Faſti Siculi, Cuſpiniani, & Anonymi Noriſiani habent hoc anno Conſules *Rutilum* & *Viſcellinum*. Cum ergo cognomen Viſcellini conveniat Sp. Caſſio, ut ſuperius vidimus, ideo cognomen Rutili conveniet Proculo Virginio, ex quo vides & hic nomina Conſulum mutare invicem locum apud citatos Auctores, & ſecundo collocari loco, qui primo collocandus erat.

Sp. Caſſium tertium, Proculum Virginium: A (eſt enim legendum apud eum Πρόκλον, non Πίτκλον, ex eodem met alio loco) *Diodorus Siculus* lib. XI. (quod ego ex manuſcriptis ejus libris cognovi) Sp. Caſſium, Proculum Virginium Tricoſtum: *faſti Siculi* & *Cuſpinian*, Rutilum & Viſcellinum. *Valerius* etiam lib. VI. cap. III. tres magnificos Sp. Caſſii Conſulatus prodit.

De triumpho II. Sp. Caſſii Cos. III.

HOc anno Æqui à Virginio Cos. fuſi fugatique: Volſci & Hernici, à Caſſio, qui contra eos exercitum duxerat, ad amicitiam traducti. Ea de cauſſa Caſſius gratia po- B tius quam jure triumphum impetravit. Elatus autem tribus conſulatibus, & duobus triumphis, quod nemini adhuc contigerat, regnum affectavit, & legem de agro Hernicorum Latinis, & civibus Rom. dividendo, ad conciliandam ſibi plebem, primus Romæ promulgavit. Hæc *Dionyſius*, & *Valerius* lib. VI. cap. III. *Livius* nullius rei niſi legis agrariæ ab eo primum promulgatæ meminit; eumque poſt damnatum necatumque ob affectati regni ſuſpicionem ſcribit.

DE COS. AN. CCLXVIII. (69)

Q. Fabium inde, & Ser. Cornelium Cos. C profitentur *Livius*, *Caſſiodorus*, & *Dionyſ.* at *Diodorus* lib. XI. Q. Fabium Vibulanum, Ser. Cornelium Coſſum: faſti Siculi Fabium & Maluginenſem. Hunc Q. Fabium Cæſonis F. Vibulanum vocat etiam *Dionyſius* in ſecundo Conſulatu hujus, id quod eſt etiam in Capitolini ejus Conſulatus fragmentis. Ser. Cornelium patrem eſſe reor L. Cornelii Ser. F. L. N. Maluginenſis Coſſi, Conſulis an. CCXCIIII. Volſci Æquique à Fabio Cos. victi. *Livius*.

DE COS. AN. CCLXIX. (70)

SUbſequuti ſunt Conſules auctore *Livio* & D *Caſſiodoro* L. Æmilius, & Cæſo Fabius: *Dionyſio*, L. Æmilius Mamerci filius, Cæſo Fabius Cæſonis filius: *Diodoro*, Cæſo Fabius, L. Æmilius Mamercus: *Siculis faſtis* Fabius & Mamercus, ex quo intelligo apud Dionyſium eſſe per mendum in tertio hujus Conſulatu, L. Æmilius Marcus, pro *Mamercus*. Infra autem ſæpius patebit *Mamercinum* Æmiliorum eſſe cognomen. Cæſonem Q. Fabii Vibulani, qui Conſulatu abiit, fratrem prodit *Dionyſius*: idem etiam hunc annum ab urbe condita vocat CCLXX. Volſci & Æqui rebellantes, Æmilio duce ſuperati. *Livius*.

DE COS. AN. CCLXX. (71)

M. Fabium, L. Valerium Cos. in hunc annum comparavit *Livius*, *Caſſiodorus*, & *Dionyſ.* M. Fabium Vibulanum, L. Valerium Potitum *Diodorus*: *faſti Cuſpiniani* Potitum. Ex his M. Fabius frater eſt K. Fabii, qui Conſulatu abiit, trium fratrum minimus. *Dionyſius*, *Livius*. L. Valerium patrem eſſe arbitror C. Valerii L. F. Vol. N. Potiti Voluſi, III. Conſulis anno CCCXLIX. Vejens bellum initum, & Volſci rebellarunt. *Livius*.

DE COS. AN. CCLXXI. (72)

Q. Fabium, C. Julium Conſules ſubjicit cum *Caſſiodoro* *Livius*: C. Julium & Q. Fabium K. F. II. *Dionyſius*: Julum & Fabium *faſti Siculi* & *Cuſpiniani*: Vibulanum II. lapis Capitolinus. C. Julius poſt in decemviratu C. F. L. N. dicitur *in tabulis Capitolinis*: ſiquidem cum legatus ad plebem mittitur, Conſularis appellatur anno CCCIV. *Livius*, & *Pedianus* in Cornelianam. Julum Juliorum eſſe cognomen, infra apparebit. Hoc anno ab Æquis arma ſumpta; Vejentes agrum Romanum populantes inierunt. *Livius*.

DE COS. AN. CCLXXII. (73)

COnſules ſubſequuti ſunt Cæſo Fabius, & Sp. Furius, *Livio*, *Caſſiodoro*, *Dionyſio*, *Zonara*, & *Diodoro* teſtibus. *Dionyſius* Fabium iterum, *Diodorus* Furium Medullinum edit. ex lapide Capitolino apparet Furio huic cognomen fuiſſe Fuſum: eſt enim in *faſtis Siculis* Sabinus & Fuſus. Hoc anno in Vejentibus & Æquis à Conſulibus Fabio & Furio res geſta eſt. *Livius*.

DE COS. AN. CCLXXIII. (74)

M. Fabium, Cn. Manlium Conſules in hunc annum edunt *Livius*, *Diodorus*, &

(69) *Hoc eſt*: Anno U. C. 268.
Olymp. LXXIII. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 485.
Q. FABIUS VIBULANUS.
SER. CORNELIUS COSSUS MALUGINENSIS.
Cognomen Maluginenſis datur S. Corn. Coſſo à Faſtis Siculis, atque ab Anonymo Noriſiano, apud quem legitur perperam *Vimilanus* pro *Vibulano*, ſed de hoc vide notas ſequentis anni.

E

(70) *Hoc eſt*: Anno U. C. 269.
Olymp. LXXIV. Anno I.
Ante Ær. Chr. 484.
L. ÆMILIUS MAMERCUS.
CÆSO FABIUS VIBULANUS.
Apud Anonymum Noriſianum habetur *Mamerco* & *Vimilano*. Littera *m* pro *b*. *b* pro *m*. cum ferè eodem labiorum motu pronuntientur, ita & altera pro altera ſcribi mendoſè ſolent.
Apud Almeloveenium nomen *Ceſo* ſcribitur per K.

(71) *Hoc eſt*: Anno U. C. 270.
Olymp. LXXIV. Anno II.
Ante Ær. Chr. 483.
M. FABIUS VIBULANUS.
L. VALERIUS POPLICOLA POTITUS.
Anonymus Noriſianus male addit M. Fab. Vibulano numerum II. Confundit enim tres Vibulanos quaſi eorum alter iterum fuerit Conſul, cum hactenus ſemel tantum fuerint.

(72) *Hoc eſt*: Anno U. C. 271.
Olymp. LXXIV. Anno III.
Ante Ær. Chr. 482.
C. JULIUS JULUS.
Q. FABIUS VIBULANUS II.
Apud Anonymum Noriſianum habetur *Pelos*, & *Vimilanus*. Pelos igitur idem apud eum eſt, qui apud nos Julus.

(73) *Hoc eſt*: Anno U. C. 272.
Olymp. LXXIV. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 481.
CÆSO FABIUS VIBULANUS II.
SP. FURIUS FUSUS MEDULLINUS.
Apud Anonymum Noriſianum habetur Vimilanus III. & Pelos. Malè Pelos, & malè III. pro II. ut ad annum U. C. 270. admonuimus.

(74) *Hoc eſt*: Anno U. C. 273.
Olymp. LXXV. Anno I.
Ante Ær. Chr. 480.
CN. MANLIUS CINCINNATUS.
M. FABIUS VIBULANUS II.
M. Fabio duobus ante menſibus Conſulatum abdicanti nemo ſuffectus eſt, ſicuti neque Cn. Manlio in prœlio occiſo.

& *Caſſiodorus* : M. Fabium II. C. Manlium *Dionyſius* : Fabium II. , & Cincinnatum *faſtis Cuſpiniani* cum *Siculis* : Vibulanum II. lapis Capitolinus. Manlium hunc patrem eſſe ſuſpicor A. Manlii Cn. F. P. N. Decemviri anno CCCII.

De Cn. Manlio Cos. occiſo, & triumpho à M. Fabio Cos. abjecto de Etruſcis.

PUgnatum eſſe hoc anno acerrime cum Vejentibus, ad quos undique ex Etruria auxilia convenerant, atque in ea pugna cecidiſſe Q. Fabium fratrem Conſulis, & Cn. Manlium Conſulem ; prætereaque oblatum à Senatu triumphum, à M. Fabio Conſule ob funeſtam familiam abjectum eſſe, *Livius*, *Dionyſius*, *Oroſius*, *Valerius*, auctores ſunt. Addit *Dionyſius* M. Fabium, quod collega mortuus eſſet, & ipſe vulnere in prœlio accepto vexaretur, Conſulatu ſe duobus ante exitum anni menſibus abdicaſſe.

DE COS. AN. CCLXXIV. (75)

CÆſonem Fabium memorant in hunc annum cum T. Virginio Conſulem *Livius*, *Caſſiodorus*, *Diodorus*, & *Dionyſius* : Fabium cum Rutilo *faſti Siculi*. Cæſonem fratrem Conſulis abdicantis, tertium hoc anno Conſulem factum notat *Dionyſius* : T. Virginium Rutilum anno CCXC. in peſtilentia mortuum *Livius*. Hunc *Tricoſtum Rutilum* cognomina tuliſſe indicat lapis Capitolinus. Hoc anno K. Fabius Cos. cum gente Fabiorum Vejens bellum ſibi depopoſcit.

DE COS. AN. CCLXXV. (76)

L. Æmilium, C. Servilium Cos. in hunc annum comparant *Livius*, *Caſſiodorus*, & *Dionyſ.* quamquam apud *Dionyſium* eſt mendoſe Sergius, pro Servilio. Nam cognomina Structus Ahala, quæ ſunt in Capitolino fragmento, Serviliorum ſunt, non Sergiorum. *Diodorus* L. Æmilium Mamercum cum C. Cornelio Lentulo edit : *faſti Siculi* Æmilium cum Eſquilino : fragmentum Capitolinum alterum tantum, Structum Ahalam, cum ſuffecto ei Eſquilino. Quoniam autem L. Æmilio collegam addit *Diodorus* C. Cornelium Lentulum, ſuſpicatus ſum hunc eum eſſe qui

A ſuffectus ſit. Alii de tota re judicabunt. Vejens bellum à familia Fabiorum hoc anno geſtum.

DE COS. AN. CCLXXVI. (77)

T. Menenium, C. Horatium Cos. ſuggerit *Livius*, *Caſſiodorus*, *Dionyſius*, *Diodorus* : hic, Pulvillum cognomen addit Horatio ; Menenio Lanatum lapis Capitolinus. Itaque in *faſtis Cuſpiniani* & *Siculis* eſt etiam Lanatus & Pulvillus. Horum Conſulum meminit *Gellius* lib. XVII. cap. XXI., ſed non ſine menda. C. Horatium M. Horatii, qui primo anno Conſul fuit ; T. Menenium Agrippæ Menenii
B Lanati, qui iis temporibus Conſul fuit, filios eſſe placet *Livio* & *Dionyſio*. Fabii CCCVI. qui biennio ante ſibi cum Vejentibus bellum depopoſcerant, ad unum omnes ad Cremeram occiſi. *Livius*.

De COS. AN. CCLXXVII. (78)

A. Virginium, Sp. Servilium ſubdit Cos. *Livius*, *Caſſiodorus*, & *Dionyſius* : A. Virginium Tricoſtum, C. Servilium Structum *Diodorus* : in *faſtis Cuſpiniani* eſt cognomen *Rutilus*, quod eſt Virginii ; in Capitolinis *Structus*, quod eſt Servilii ; in *Siculis*, utrumque. Hos Conſules ſolſtitio æſtivo ſextili menſe
C iniſſe notat *Dionyſius* ; Vejentes à Servilio occidione occiſos, *Livius*.

DE COS. AN. CCLXXVIII. (79)

P. Valerium, C. Nautium Cos. nuncupant in hunc annum *Livius* & *Caſſiodorus* : P. Valerium Poblicolam, & C. Nautium *Dionyſius* : P. Valerium Poplicolam, & C. Nautium Ruſum *Diodorus* : Nautium & Poplicolam *faſti Siculi* ; Poplicolam & Ruſum Cuſpiniani. Pro Rufo Rutilum habent *faſti Capitolini*, ut *Dionyſius* ante in Lartio pro Rufo flavum. Hi ambo Conſules deſcripti ſunt ex ſecundo ipſorum Conſulatu Capitolino. P. autem Va-
D lerius, P. Poplicolæ filius fuit, auctore *Dionyſio* in anno CCXCI.

De triumpho P. Valerii Poplicolæ Cos. de Vejent. & Sabinis.

HOc anno Vejentibus Sabini arma conjunxerunt. Itaque *Livius* Vejentes Sabinoſ-

(75) *Hoc eſt* : Anno U. C. 274.
Olymp. LXXV. Anno II.
Ante Ær. Chr. 479.
CÆSO FABIUS VIBULANUS III.
T. VIRGINIUS TRICOSTUS RUTILUS.
Apud Anonymum Noriſianum habetur Vibulanus IV. & Trutilus III. verum confundit Cæſonem Fabium Vibulanum cum M. Fabio Vibulano, vel cum Q. Fabio pariter Vibulano, ut docuimus ad annum U. C. 270.
E *Trutilus* autem male ſcribitur pro *Rutilo* ; atque hic pariter confunditur T. Virg. Rutilus, cum Sp. Nautio, & Proculo Virginio, qui ambo Rutili.
(76) *Hoc eſt* : Anno ab U. C. 275.
Olymp. LXXV. Anno III.
Ante Ær. Chr. 478.
L. ÆMILIUS MAMERCUS II.
C. SERVILIUS STRUCTUS AHALA, cui mortuo ſuffectus eſt C. Cornelius Lentulus Eſquilinus.
Mamercus, qui & Mamercinus, Conſul fuit primùm anno U. C. 269.
(77) *Hoc eſt* : Anno ab U. C. 276.
Olymp. LXXV. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 477.
T. MENENIUS LANATUS.
C. HORATIUS PULVILLUS.
Almelovenius Pighium ſecutus anteponit C. Horatium Tito Menenio.
(78) *Hoc eſt* : Anno ab U. C. 277.
Olymp. LXXVI. Anno I.
Ante Ær. Chr. 476.
A. VIRGINIUS TRICOSTUS RUTILUS.
SP. SERVILIUS STRUCTUS.
Creati ſunt Calendis Augusti. Cur tam ſerò, ignoratur.
Tamdiu fortaſſe procraſtinatum, donec bello cum Etruſcis, qui jam Urbi incubabant, finis imponeretur.
(79) *Hoc eſt* : Anno ab U. C. 278.
Olymp. LXXVI. Anno II.
Ante Ær. Chr. 475.
P. VALERIUS POPLICOLA.
C. NAUTIUS RUFUS.
In Faſtis Siculis pro Rufo ſcribitur Rutilus, eodem modo quo alibi Flavus pro Rufo, Rufus pro Flavo. Rutilus enim eſt color ex flavo rubeſcens.

A binoſque duas potentiſſimas & maxime finitimas gentes, victas eſſe à P. Valerio Cos. ſcribit; de triumpho nihil adſcribit: cujus tamen veſtigia ſunt in tabulis Capitolinis; mentio etiam apud *Dionyſium*.

DE COS. AN. CCLXXIX. (80)

L*ivius* & *Caſſiodorus* hoc anno Conſules nominant L. Furium, C. Manlium: *Dionyſius* L. Furium, A. Manlium: *faſti Siculi* Manlium & Furium; *Diodorus* L. Furium Medullinum, M. Manlium Vulſonem. Cur ego A. Manlium ex ſententia *Dionyſii* ſcribam, cauſſa extabit in Decemviratu hujus Manlii anno B CCCIII.

De Luſtro VIII.

HIs Conſulibus cenſum actum, cenſa civium capita CIII. millia, atque amplius, prodit *Dionyſius*. *Eutropius* etiam poſt K. Fabium, & T. Virginium Cos. cenſum actum eſſe cum ſcribat, nullum alium ſignificare quam hunc videtur. Ut autem ex fragmentis Capitolinis apparet, hoc Luſtrum ab Urbe condita VIII. fuit. Ex quo intelligi poteſt, ſi ter tantum ante hos Conſules à Conſulibus cenſum actum eſſe reperimus, eodem etiam tempore ab iis Luſtrum conditum fuiſſe, & Ser. Tullium Regem, interea dum C regnavit, (regnavit autem annos XLIIII.) quater cenſum & Luſtrum, ut ſcripſit *Valerius*, feciſſe: nam, ut ante diximus, omnis cenſuum ratio regnante Superbo penitus intermiſſa eſt. Alioquin niſi quater à Servio, ter à Conſulibus Luſtrum ante factum dicamus, ad hunc Luſtrorum numerum, qui eſt in Capitolino fragmento, pervenire non poterimus. Hoc autem ita eſſe, oſtendit *Valerius* lib. III. cum Servio Tullio contigiſſe ait, ut quater Luſtrum conderet, ter triumpharet.

De A. Manlio Cos. ovante de Vejentibus.

D A. Manlius Cos. in Vejentes profectus, coëgit eos ſine pugna ad deditionem deſcendere. Ea de cauſſa pedeſtris ei à Senatu triumphus decretus eſt, cum major iis qui prœlio rem bene gererent decerneretur. Hæc *Dionyſius*. *Livius* autem Manlio Vejentes obtigiſſe, nec bellatum eſſe, inducias in annos XL. petentibus datas, tradit. At in Capitolinis fragmentis priori triumpho Poplicolæ ſubjiciuntur hæc verba; An. CCLXXIX. Idib. Mart. quibus perſpicue hic triumphus Manlianus ſignificatur.

A

DE COS. AN. CCXXC. (81)

D*ionyſius* in hunc annum Conſulem prodit L. Æmilium Mamercum ιι. cum Vopiſco Julio: *Livius* L. Æmilium, & Opitrem Virginium; ſed in quibuſdam Annalibus ait ſe inveniſſe pro Virginio Vopiſcum Julium. Eos Annales ſequutus eſt *Diodorus*, & auctores Conſularium tabularum, quæ in Capitolio ſunt; in quarum fragmentis hujus anni eſt Julus: quod cognomen eſt Juliorum. Itaque in *faſtis Siculis* eſt Æmilius & Julius; in *Cuſpiniani*, Mamercus & Vopiſcus. *Caſſiodorus Livium* ſequutus eſt. Annus foris quie- B tus, domi motum Cn. Genucius Tribunus pl. lege agraria excitavit. *Livius*.

DE COS. AN. CCXXCI. (82)

DEinceps Conſules nominant *Livius*, *Dionyſius*, & *Caſſiodorus* L. Pinarium, L. Furium: *Diodorus* L. Pinarium Mamercinum, P. Furium Φιρρωνα mendoſe, ut puto. Horum Conſulum meminit *Macrobius* lib. primo Saturn. ſic; *Varro* ſcripſit antiquiſſimam legem fuiſſe inciſam in columna ærea à L. Pinario, P. Furio Cos. cui mentio interkalaris aſcribitur. Fuſum, familiare hoc tempore Furiorum cognomen, reſtitui P. Furio: eſt enim C in *faſtis Siculis* Pinarius & Fuſus; & in *Capitolinis* fragmentum ejus, -SUS. Hoc anno lex à Volerone Tribuno pl. promulgata eſt de plebejis Magiſtratibus comitiis tributis creandis. *Livius*.

DE COS. AN. CCXXCII. (83)

L*ivius* edit Conſules in hunc annum Ap. Claudium Ap. F. T. Quinctium: *Dionyſius* Ap. Claudium Ap. F. Sabinum, & T. Quinctium Capitolinum: *Diodorus* Ap. Claudium, T. Quinctium Capitolinum; itemque *Caſſiodorus*. Quem alii Ap. Claudium Ap. F. vocant, nos Ap. Claudium M. F. nomina- D mus; ob eam cauſſam quam ante in Conſulatu patris diximus. Capitolino Barbatum addimus; quod ita vocari hunc in quincto Conſulatu à *Zonara* animadvertimus. Hoc anno lex Voleronis, priore anno promulgata, perlata eſt, non ſine magnis Reipublicæ motibus. Claudius in Volſcos, Quinctius in Æquos rem geſſit, qui inter ſeditionem Romanam vaſtaverant agros. *Livius*.

DE COS. AN. CCXXCIII. (84)

COnſules in hunc annum ſuggerunt *Livius* & *Caſſiodorus* T. Æmilium, L. Vale-

---

(80) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 279.
Olymp. LXXVI. Anno III.
Ante Ær. Chr. 474.
L. FURIUS MEDULLINUS FUSUS.
A. MANLIUS VULSO.
Ita & Pighius & Almelovenius, qui Pighii ferè ſemper veſtigia ſequitur.

E

(81) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 280.
Olymp. LXXVI. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 473.
L. ÆMILIUS MAMERCUS III.
VOPISCUS JULIUS JULUS.
Ita Pighius & Almelovenius. Volſco pro Vopiſco legitur apud Anon. Noriſ.

(82) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 281.
Olymp. LXXVII. Anno I.
Ante Ær. Chr. 472.
L. PINARIUS RUFUS MAMERCINUS.
P. FURIUS FUSUS.
Apud Anonymum Noriſianum legitur Rufus & Volcus, ex quo conſtat locum hunc eſſe mendoſum, ac præter communem conſenſum.

(83) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 282.
Olymp. LXXVII. Anno II.
Ante Ær. Chr. 471.
APPIUS CLAUD. SABINUS REGILLENSIS.
T. QUINCTIUS BARBATUS CAPITOLINUS.
Apud Anonymum Noriſianum legitur *Irreligienſis* & *Barbatus*: cæteri cum Sigonio Auctores concordant.

(84) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 283.
Olymp. LXXVII. Anno III.
Ante Ær. Chr. 470.
L. VALERIUS POPLICOLA POTITUS II.
TIB. ÆMILIUS MAMERCINUS.
L. Valerius Conſul fuit primùm anno U. C. 270.

lerium : *Diodorus* L. Valerium Poplicolam, A
T. Æmilium Mamercum: *Dionyſius* L. Valerium II. Ti. Æmilium. Æmilium autem ait eſſe L. Æmilii ter Conſulis filium. *Tiberius*, prænomen eſt familiare Æmiliis. Itaque puto in hoc Cos. per mendum legi Titum pro Tiberio. *Faſti Siculi* nihil niſi nomina ſuggerunt, Æmilium & Valerium; *Cuſpiniani*, Potitum & Mamercum. Valerius cum Volſcis, Æmilius cum Sabinis rem geſſir: hoſtis ſe caſtris tenuir. *Livius*.

DE COS. AN. CCXXCIIII. (85)

A. Virginium, T. Numicium Cos. reperio in hunc annum factos apud *Livium* & B
Caſſiodorum & *Diodorum*. Iis addit cognomina *Dionyſius* Montanum & Priſcum : *faſti Siculi* Cœlimontanum & Priſeum ; *Cuſpiniani*, Nomentanum. Hunc filium A. Virginii Conſulis anno CCLIX. eſſe ſuſpicor. Conſules, Numicius Volſcis; Virginius Æqnis repreſſis, in Sabinos populantes exercitu ducto, plus cladium, quam intulerant, acceperunt. *Livius*.

DE COS. AN. CCXXCV. (86)

T. Quinctius, Q. Servilius, Conſules deinceps facti. *Livius* : quos *Dionyſius* vocat T. Quinctium Capitolinum II. Q. Servilium Priſcum: *faſti Cuſpiniani* Capitolinum & C
Priſcum; *Siculi*, Cœlimontanum & Priſcum; ſed vitio, ut puto, Cœlimontanum. *Diodorus* T. Quinctium, Q. Servilium Structum : *Caſſiodorus* T. Quinctium II. Q. Servilium, quem Servilium ſuſpicor eſſe filium Q. Servilii Priſci magiſtri eq. anno CCLIX. Sabini populantes, à Servilio effuſe vaſtati. *Livius*.

De triumpho T. Quinctii Capitolini Cos. de Antiatibus.

Nohilem de Volſcis, qui jam per triennium in armis erant, à T. Quinctio Cos. hoc anno victoriam relatam; præſertim Antio oppido capto, *Livius* pariter ac *Dionyſius* tradiderunt. Addit *Dionyſius*, redeunti D
Quinctio Senatum obviam proceſſiſſe, atque ultro triumphum obtuliſſe. Ejuſdem triumphi notæ quædam vix apparent in fragmentis Capitolinis : cujus tamen ne verbum quidem fecit *Livius*: in fragmentis autem priori Manliano triumpho hæ notæ ſuggeruntur ; A. CCXX--. quæ aperte ad hunc triumphum pertinent.

(85) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 284.
Olymp. LXXVII. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 469.
A. VIRGINIUS TRICOSTUS COELIMONTANUS.
T. NUMICIUS PRISCUS.
Cum nulla monumenta addant A. Virginio numerum Conſulatuum, indicium eſt hunc eſſe filium A. Virginii Tricoſti Cœlimontani, qui Conſul fuit ſecundùm anno ab U. C. 259.

(86) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 285.
Olymp. LXXVIII. Anno I.
Ante Ær. Chr. 468.
T. QUINCTIUS BARBAT. CAPITOLINUS II.
Q. SERVILIUS PRISCUS.
Apud Anonymum Noriſianum legitur Barbatus II. & Volſcus, cum nulla apud alios Volſci mentio fiat.

(87) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 286.
Olymp. LXXVIII. Anno II.
Ante Ær. Chr. 467.
TIB. ÆMILIUS MAMERCINUS II.

DE COS. AN. CCXXCVI. (87)

Conſules in hunc annum comparat *Livius* & *Caſſiodorus* T. Æmilium II. Q. Fabium: *Dionyſius* Ti. Æmilium II. Q. Fabium: *faſti Siculi* Æmilium & Vibulanum ; *Cuſpiniani*, Mamercum & Vibulanum : *Diodorus* Ti. Æmilium Mamercum, Q. Fabium Vibulanum. Hic eſt autem Q. Fabius is, qui anno CCLXXVI. ex CCCVI. Fabiis ad Cremeram interfectis puer ſuperfuit, auctore *Livio* & *Dionyſio*; M. Fabii viri Conſularis filius. Mirari autem quis poterit, quemadmodum, cum annos X. ante (auctore *Livio*) prope puber eſſet, hoc anno Conſulatum capere potuerit. Itaque aſſentior potius *Dionyſio*, qui ſcribit hunc unum ex Fabiis ſuperfuiſſe ad res gerendas virum idoneum, & manu promptum. Æqui à Q. Fabio (is enim eo cum exercitu venerat) pacem petiere; irritamque eam ipſi ſubita incurſione in agrum Latinum fecere. *Livius*.

DE COS. AN. CCXXCVII. (88)

Hic annus Conſules habuit Q. Servilium, Sp. Poſtumium, ut *Livius* & *Caſſiodorus* tradunt: Priſcum & Albinum, ut *faſti Cuſpiniani* : at ut *Dionyſius*, Sp. Poſtumium Albinum, Q. Servilium Priſcum II. ut *Diodorus*, Q. Servilium, Sp. Poſtumium Albinum. In fragmento tamen Capitolino Sp. Poſtumius *Albus Regillenſis* vocatur, non *Albinus*. Eſt autem filius A. Poſtumii dictatoris. Itaque *Livius* filium dictatoris Poſtumii, ædem Caſtoris & Pollucis à patre votam bello Latino, dedicaſſe duumvirum ad id creatum tradir. Hos Conſules cum inſequentibus tranſcendunt *faſti Siculi*. Q. Servilius in Æquos miſſus, in Latino agro ſtativa habnit : intra caſtra quies neceſſaria morbo implicitum exercitum tenuit. *Livius*.

DE COS. AN. CCXXCVIII. (89)

Conſules deinceps ſubjicit *Livius* T. Quinctium, Q. Fabium : *Caſſiodorus* T. Quinctium II. Q. Fabium II. *Diodorus* T. Quinctium Capitolinum, Q. Fabium : *Dionyſius* T. Quinctium Capitolinum III. Q. Fabium Vibulanum II. In Capitolino etiam fragmento eſt Q. Fabius Vibulan--. Æqui à Q. Fabio acie fuſi, fines Romanos cum invaſiſſent: à T. Quinctio recepta præda cæſi ſunt. *Livius*.

De

Q. FABIUS VIBULANUS.
Q. Fabius hic alter eſt ab eo, qui Conſul fuit anno U. C. 271. nam ſi eſſet idem ille, adderetur num. III. Fuit hic igitur ipſe ille, qui unus ex Fabia gente ſuperfuit.

E

(88) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 287.
Olymp. LXXVIII. Anno III.
Ante Ær. Chr. 466.
SP. POSTUMIUS ALBUS REGILLENSIS.
Q. SERVILIUS PRISCUS II.
Cognomen *Albi* proprium Poſtumiæ gentis erat, quæ diù poſtea mutavit cognomen Albi in Albini, ut Pighius docet, atque hinc eſt, quod Dionyſius Halicarn. & Diodorus Siculus *Sp. Poſtumium Albinum* vocant.

(89) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 288.
Olymp. LXXVIII. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 465.
Q. FABIUS VIBULANUS II.
T. QUINCTIUS BARBAT. CAPITOLINUS III.
Fuit hic Conſul anno U. C. 282. iterum anno 285. tertiùm hoc anno.

De Luſtro IX.

LUſtrum his Conſulibus factum ita prodit *Livius*; Cenſus actus, & conditum à Quinctio Luſtrum: cenſa civium capita CXXIIII. millia dicuntur, præter orbos orbaſque. *Dionyſius* hoc prætermiſit. Nonum autem hoc eſſe Luſtrum, hinc intelligi poteſt, quod & proximum ſuperius, VIII. in Capitolinis tabulis; & proximum inſequens, X. eſſe à *Livio* notatur.

DE COS. AN. CCXXCIX. (90).

A. Poſtumium Album, Sp. Furium Fuſum Cos. in hunc annum invenio apud *Livium*, *Caſſiodorum*, & *Dionyſium*: in *faſtis Siculis* Regillanum & Fuſum: apud *Diodorum* vero A. Poſtumium Regillenſem, Sp. Furium Medullinum: recte autem, atque ad harum familiarum rationem apte. In Capitolino enim fragmento eſt A. Poſtumius A. F. P. N. Albus Regillenſis: eſt autem hic A. Poſtumius A. Poſtumii dictatoris filius: Sp. autem Furius, ut puto, avus eſt L. F. Sp. N. Medullini, trib. mil. an. CCCXLVIII. Hic Conſul in acie contra Æquos fratrem amiſit P. Furium; eum, ut opinor, qui Cos. fuit anno CCLXXXI. *Dionyſius*; apud quem eſt mendoſe Σίριος pro Σπόριος. Hoc primum anno T. Quinctius pro Conſule juſſus eſt ſubſidio caſtris cum exercitu ſociali mitti; Poſtumius Conſul Romæ manere ad conſcribendos eos qui arma ferre poſſent. Magnæ utrimque clades acceptæ. *Livius*.

DE COS. AN. CCXC. (91)

L. Æbutium, P. Servilium Cos. in hunc annum ſubſequutos ſcribit *Livius* & *Caſſiodorus*: *Dionyſius* L. Æbutium, P. Servilium Priſcum: *Diodorus* L. Æbutium Elvam, P. Servilium Structum: *faſti Siculi*, Priſcum & Flavum; *Cuſpiniani*, Elvam & Priſcum: P. Servilium Sp. F. P. N. Priſcum *Capitolinus lapis*. Hunc annum vocat *Oroſius* CCLX. mendoſe pro CCXC. ex quo apparet, ſupputationem Capitolinam ab eo hoc loco probari. *Livius* K. Sextilibus, ut tum anni principium agebatur, Conſules ait iniſſe. Eodem anno fœdiſſima peſtilentia civitatem Romanam vexatam; ambos Conſules Æbutium Serviliumque mortuos *Livius*, *Dionyſius*, *Oroſius*, auctores ſunt: ego vero Æbutii mortem tantum notavi; quia Servilii obitum Capitolini fragmenti intervallum non capiebat. Æqui Volſcique, prædonum magis quam hoſtium more, fines Romanos, nullo occurrente exercitu, populati ſunt. *Livius*.

DE COS. AN. CCXCI. (92)

L. Lucretium Tricipitinum, T. Veturium (ſive Vetuſium) Geminum, edit Conſules in hunc annum *Livius*, *Caſſiodorus*, & *Dionyſius*: at *Diodorus* L. Lucretium, T. Veturium Cicurinum: *faſti Cuſpiniani*, Geminum & Tricipitinum; *Siculi*, Tricipitinum & Veturium; *Capitolini*, L. Lucretium Tricipitinum. Hunc T. Veturium, filium T. Veturii eſſe arbitror, qui Cos. fuit anno CCLIX. Hi Conſules ante diem III. Idus Sextilis inierunt. Lex Terentia de quinqueviris imperio Conſulari ſcribendis promulgata, civitatem turbavit. *Livius*.

De triumpho L. Lucretii Cos. T. Veturio Cos. ovante de Volſcis & Æquis.

JAm valida civitate, L. Lucretio Æquos, T. Veturio Volſcos provinciam eveniſſe, *Dionyſius* & *Livius* conſentiunt illi quidem; ſed in victoria tamen utriuſque deſcribenda paulum diſcrepant. *Livius* enim utrumque eorum cum utroque hoſte congreſſum, de Æquis & Volſcis meritum retuliſſe honorem ſcribit; triumphum illum, hunc, ut ovans Urbem iniret. *Dionyſius* vero victorias ſeparat; atque Lucretio, quia cum Æquis acerrime pugnarat, majorem triumphum; Veturio, quia Volſcos ſine pugna fugarat, minorem à Senatu decretum ait. Nos *Dionyſium* ſequuti ſumus.

DE COS. AN. CCXCII. (93)

P. Volumnium, Ser. Sulpitium Cos. in hunc annum profitetur *Livius* & *Caſſiodorus*: P. Volumnium, Ser. Sulpitium Camerinum *Dionyſius*: P. Volumnium Amintinum, Ser. Sulpitium *Diodorus*: Gallum & Camerinum *faſti Siculi*; P. Volumnium Amintinum Gallum *Capitolini*. Eorundem Conſulum meminit *Valerius* libr. I. cap. VI. Ser. Sulpicium Ser. Sulpicii Conſulis an. CCLIV. filium eſſe opinor; patrem autem Q. Sulpicii Ser. F. Ser. N. Camerini Cornuti, tribuni militum anno CCCLI. Lex Terentia item agitata. Cæſo Quinctius ferox juvenis, quo duce pulſi ſæpe foro tribuni, plebs fugata erat, damnatus in exſilium abiit. *Livius*.

DE

(90) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 289.
Olymp. LXXIX. Anno I.
Ante Ær. Chr. 464.
A. POSTUMIUS ALBUS REGILLENSIS.
SP. FURIUS MEDULLINUS FUSUS.
Aulus Poſtumius hic alter eſt ab eo, qui Conſul fuit anno U. C. 257. ſicuti & hic Sp. Furius ab eo, qui Conſul fuit anno U. C. 272.

(91) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 290.
Olymp. LXXIX. Anno II.
Ante Ær. Chr. 463.
P. SERVILIUS PRISCUS.
L. ÆBUTIUS ELVA.
Quis duorum præmitti alteri debeat, incerta res eſt. Faſti Siculi præmittunt Servilium, ut & Pighius, & Almelovenius. Dionyſ. Halicarn., Diodorus Siculus, Livius, Caſſiodorus, & Sigonius noſter AEburium.

(92) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 291.
Olymp. LXXIX. Anno III.
Ante Aer. Chr. 462.
L. LUCRETIUS TRICIPITINUS.
T. VETURIUS GEMINUS CICURINUS.
Onuphrius Panvinius Sp. Veturium Craſſum hunc ultimum Conſulem putat, qui poſtea inter Xviros fuit, & Vir Conſularis a Dionyſio & Livio dicitur, cum ceteri omnes hunc T. Veturium non Sp. Veturium nominent, ut Pighius docet.

(93) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 292.
Olymp. LXXIX. Anno IV.
Ante Aer. Chr. 461.
P. VOLUMNIUS AMINTINUS GALLUS.
SER. SULPICIUS CAMERINUS.
Corrigendus eſt Val. Max. qui C. Volumniom pro P. Volumnio ſcribit lib. 1. cap. 6. Item corrigendus eſt Plinius, qui L. Volumniom ſcribit lib. 2. cap. 56. Ita Pighius monet.

DE COS. AN. CCXCIII. (94)

P. Valerium Poplicolam, C. Claudium Sabinum, Cos. nominant in hunc annum *Livius* & *Dionyſius*: P. Valerium Poplicolam, C. Claudium Regillanum *Diodorus*: Poplicolam & Sabinum *faſti Siculi* & *Cuſpiniani*: P. Valerium P. F. Voluſi N. Poplicolam *lapis Capitolinus*. P. Valerius, Poplicolæ filius eſt, idem qui ante etiam Conſul fuit. Quod ipſum ſi animadvertiſſet *Livius*, haud ita hunc Conſulem loquentem feciſſet; Auſurum ſe in tribunis, quod princeps familiæ ſuæ auſus, eſſet in Regibus: item, Memorem ſe majorum ſuorum, memorem cognominis, quod populi colendi veluti hæreditaria cura ſibi à majoribus eſſet tradita. Etenim cum de patre, ut de atavo loquentem inducit. C. Claudium Ap. F. patruum eſſe Ap. Claudil decemviri *Livius* & *Dionyſius* auctores ſunt: nos vero qua de cauſa & bunc M. F. appellemus, jam diximus. Ceterum P. Valerium Cos. in pugna contra ſervos, qui hoc anno duce Ap. Herdonio Sabino Capitolium occuparant cecidiſſe; inque ejus locum L. Quinctium Cincinnatum ſuffectum eſſe, *Livius*, *Dionyſius*, *Oroſius*, & ii qui Conſules Capitolinos digeſſerunt, prodiderunt. *Livius* item menſe Decembri ſuffectum; *Dionyſius* ex agro quem colebat, ad Conſulatum à viatore vocatum; alii id ei poſt in dictatura obtigiſſe ſcripſerunt. Eodem prœlio Herdonius interſectus, Capitolium recuperatum eſt.

DE COS. AN. CCXCIV. (95)

Q. Fabium III. L. Cornelium Maluginenſem, Cos. *Livius* ſuggerit hoc anno, & *Caſſiodorus*: *Dionyſius* Q. Fabium Vibulanum III. L. Cornelium: *Diodorus* Q. Fabium Vibulanum, L. Cornelium Κυριτάνον; mendoſe, ut puto: Vibulanum & Maluginenſem *faſti Siculi* & *Cuſpiniani*: Q. Fabium Vibulanum III. *lapis Capitolinus*: eſt etiam in fragmento Cornelii Conſulis Capitolino, ſyllaba us, quæ ad cognomen ejus pertinet; quam ego ſum interpretatus Coſſus: quod fuit cognomen Corneliorum, ut etiam ante in Ser. Cornelio Conſule, hujus Conſulis (ut puto) patre, apparuit ex *Diodoro*. Hunc eundem avum eſſe opinor P. Cornelii M. F. L. N. Coſſi Rutili Tribuni mil. anno CCCXLV. Eorundem Conſulum meminit *Dionyſius* in anno CCCX.

De Luſtro X.

CEnſus anno ſuperiore actus eſt: luſtrum, propter Capitolium captum, Conſulem occiſum, condi religioſum fuit: perfectum eſt autem hoc anno. Id luſtrum ab origine Urbis decimum conditum. Fuerunt cenſa civium capita CXXXII. millia, CCCCIX. Hæc *Livius*. *Eutropius* etiam hoc anno cenſum actum ſignificat, cum poſt cenſus mentionem L. Quinctium dictatorem dictum eſſe air. Hujus luſtri meminit *Dionyſius* in anno CCCX. explicando, conditumque ab bis Conſulibus ſcribit. Quæ cum ita ſint, ſatis apparet, ex *Livii* etiam ſententia novem ante, quæ nos poſuimus, luſtra eſſe condita: quamquam eorum ipſe non meminit.

De triumphis Conſulum Q. Fabii Vibulani III. de Æquis, L. Cornelii Maluginenſis Coſſi de Volſcis.

HOc anno Tuſculum Pop. Rom. fœderatum, improviſo ab Æquis captum; Antium Volſcorum à Romanis defeciſſe; Æquos Volſcoſque conjunctis copiis fines Hernicorum; qui ſocii Populi Rom. erant, invaſiſſe, nuntiatum eſt. Itaque Conſulibus provincias ſortitis, Fabio Æqui, Cornelio Volſci provincia evenit. Fabius recuperato ab Æquis Tuſculo, eoſdem illos una cum Volſcis caſtra habentes ad Algidum, fugat, & caſtris exuir. Cornelius ab altera parte Antium primum obſedit; poſt vi cepit. His de cauſſis triumphus utrique decretus eſt. Ita *Dionyſius*. *Livius* autem Fabium Volſcos ad Antium, de quo ſuſpicio erat ne deficeret, ſudiſſe, & Tuſculum ab Æquis captum recepiſſe ait. De Cornelio vero ita loquitur; Eodem anno deſciſſe Antiates, apud pleroſque auctores invenio: L. Cornelium Conſulem bellum id geſſiſſe, oppidumque cepiſſe, certum affirmare, quia nulla apud veteres ſcriptores ejus rei mentio eſt, non auſim. Hæc illi. Ego vero *Dionyſium*, quem hoc loco ſequuti ſunt etiam Capitolini triumphorum ſcriptores, ſequutus ſum. *Livius* enim ad extremum etiam Conſules triumphantes cum victore exercitu rediiſſe ſcribit.

DE COS. AN. CCXCV. (96)

L. Minucium, C. Nautium, ſuggerit Cos. *Livius* & *Caſſiodorus*: L. Minucium, C. Nautium iterum *Dionyſius*: L. Minucium Καρυαντὶς, C. Nautium Rutilum, *Diodorus*: C. Nautium Rutilum II. lapis Capitolinus. L. Minucii Cos. meminit etiam in Cincinnato is qui ſcribit de viris illuſtribus. Apud *Diodorum* neſcio quid cognominis ſit Καρυαντὶς, ego Augurinum familiare Minuciis cognomen attribui: puto enim eſſe vitioſe apud *Diodorum* Καρυαντὶς, pro αὐγουρῖνος; in *faſtis* tamen *Siculis* eſt Nautius & Atratinus. Tradunt etiam *Dionyſius* & *Livius*, L. Quinctium hoc anno dictatorem, cum L. Minucium Conſulem obſidionis periculo exemiſſet, eundem, ut ſe magiſtratu abdicaret, coëgiſſe, quod idem *Valerius*

(94) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 293.
Olymp. LXXX. Anno I.
Ante Aer. Chr. 460.
P. VALERIUS POPLICOLA II., cui mortuo ſuffectus eſt.
L. Quinctius Cincinnatus.
C. CLAUDIUS SABINUS REGILLENSIS.
Malè à Diodoro Siculo ſcribitur *Regulus* pro *Regillenſis*. Ita nos Pighius admonet.

(95) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 294.
Olymp. LXXX. Anno II.
Ante Aer. Chr. 459.
Q. FABIUS VIBULANUS III.
L. CORNELIUS MALUGINENSIS COSSUS.
Q. Fabius hic Conſul primum fuit anno U. C. 286. iterum anno U. C. 288.

(96) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 295.
Olymp. LXXX. Anno III.
Ante Aer. Chr. 458.
C. NAUTIUS RUTILUS II.
L. MINUCIUS AUGURINUS.
Malè in tabulis Græcis habetur *Atratinus* pro *Augurinus*. L. Quinctius Cincinnatus Dictator factus coëgit Minucium, ob res malè geſtas, abdicare, ac Minucio videtur ſuffectus Q. Fabius Vibulanus, qui propterea hoc anno Conſul fuit IIII. Malè apud Dionyſ. Halicarn. & Diodorum legitur L. Nautius pro C. Nautio, ut habent faſti Capitolini.

A *rius* lib. II. cap. II. ſcribit ſic ; Age quanto ſpiritu putamus uſum L. Quinctium Cincinnatum dictatorem eo tempore, quo devictis Æquicolis, & ſub jugum miſſis, L. Minucium Conſulatum deponere coëgit, quod caſtra ejus hoſtes iidem obſederant &c. Hoc idem quia in Capitolinis Conſulibus notatum fuiſſe ex inani intervallo quodam ſuſpicatus ſum, ne mihi quidem omittendum duxi : quin etiam Q. Fabium Vibulanum IIII. in Minucii locum ſuffectum, ex *Livio*, qui id ſubſignificat, notavi; cum ait ; Minucio Q. Fabius ſucceſſor in Algidum miſſus. Nautius Conſul cum Sabinis egregie ad Erêtum pugnavit. *Idem*.

B *De L. Quinctio Cincinnato dictatore, & triumpho ejus de Æquis.*

ÆQui hoc anno fracto fœdere, quod priore anno cum Populo Rom. jecerant, duce Clœlio Gracchio moverunt : adverſus eos L. Minucius Conſul miſſus cum in Algido monte concluſus eſſet, intellectum eſt rem & tempus dictatore egere : quare dictator à C. Nautio Cos. dictus L. Quinctius Cincinnatus, is magiſtrum equitum ſibi L. Tarquitium cooptavit : hæc *Livius*, *Dionyſius*, & *lapis Capitolinus*. Hoc anno ex agro extractum eſſe L. Quinctium ad dictaturam, ſcribunt iidem ; præterea *Oroſius*, *Eutropius*, *Valerius* lib. IV. C cap. IV. *Plin.* lib. XVIII. cap. III. *Cicero* de finib. II. is qui ſcribit de viris illuſtribus. Hoc idem ei ante etiam in Conſulatu obtigiſſe notat *Dionyſius* ; præterea nemo. *Cicero* in Catone hoc quoque honore affectum in ſecunda dictatura ſignificat, tum cum magiſter eq. ejus Ahala Sp. Mælium interfecit : in quo, ut puto, memoriæ vitio labitur. Dictatorem autem L. Quinctium, circumſeptum in Algido monte L. Minucium Conſulem ab Æquis liberaſſe, Clœlium Gracchum ducem Æquorum in deditionem accepiſſe, Æquos ipſos ſubactos ſub jugum miſiſſe, deque illis triumphaſſe ; cumque in menſes ſex dictaturam cepiſſet, poſt XVI. dies his rebus geſtis dictatura abdicaſſe, D *Livius*, *Dionyſius*, *lapis Capitolinus*, *Zonaras*, & is, qui de viris illuſtribus ſcribit, ſunt auctores.

DE COS. AN. CCXCVI. (97)

COnſules in hunc annum nominant *Livius* & *Caſſiodorus* Q. Minucium, M. Horatium Pulvillum : *Diodorus* L. Poſtumium, M. Horatium : *Dionyſius* C. Horatium Q. Minucium : *faſti Siculi*, Pulvillum & Augurinum; *Capitolini*, C. Horatium Pulvillum : collega ejus intercidit, puto autem legendum apud *Livium*, C. Horatium ; nam anno CCCI. C. Horatium Pulvillum augurem mortuum ſcribit. Tribunipl. hoc anno primum X. creati. Minucius in Sabinis non invenit hoſtem : Horatius cum Æquis in Algido bene pugnavit. *Livius*.

DE COS. AN. CCXCVII. (98)

IN hunc annum Conſules invenio M. Valerium cum Sp. Virginio apud *Livium*, *Caſſiodorum*, & *Dionyſium* : at apud *Diodorum* lib. XII. M. Valerium Lactucam, Sp. Virginium Tricoſtum : in *faſtis Cuſpiniani*, Maximum & Cœlimontanum ; in *Siculis*, Maximum & Virginium ; *Capitolinis*, M. Valerium Maximum. *Lactucinum* cognomen eſſe Valeriorum, docet *Plinius*. Horum etiam Conſulum meminit *Cenſorinus* de ludis ſæcularibus. Idem M. Valerius biennio ante dicitur à *Livio* M. F. Voluſi N. quod etiam ſcriptum eſt in hoc Capitolino Conſulatu. His Conſulibus domi foriſque otium fuit. *Livius*.

DE COS. AN. CCXCVIII. (99)

DEinceps Conſulatum ineunt C. Veturius, T. Romilius, *Livius*, *Caſſiodorus*. *Dionyſius*. C. Veturium Cicurinum, T. Romilium Vaticanum, edit *Diodorus* : Geminum & Vaticanum, *faſti Cuſpiniani* ; Rocum & Veturium, *Siculi* ; T. Romilium T. F. T. N. Rocum Vaticanum, *Capitolini*. Ejuſdem Romilii meminit etiam *Plinius* libr. VII. cap. XXVIII. De Veturio dicam in decemviratu ejus, anno CCCII. In Algido cum Æquis à Conſulibus proſpere pugnatum eſt. *Livius*.

DE COS. AN. CCXCIX. (100)

COnſulem in hunc annum nominant Sp. Tarpejum *Livius*, *Caſſiodorus*, *Dionyſius*, *Diodorus*, *Pædianus* in Cornelianam. De collega ejus non ſatis conſtat. *Livius* eum vocat A. Æternium ; itemque *Plinius* libr. VII. cap. XXVII. *Dionyſius* Αὖλον Τερμίνιον : *Gellius* lib. II. cap. XI. A. Thermum ; *Diodorus* Αὖλον Ἀστέριον Φοντίνιον ; *Caſſiodorus*, & *Solinus* in manuſcriptis libris cap. VI. A. Aterium. Ego *Solinum* & *Caſſiodorum* ſequutus ſum : eſt enim Ateria gens notior, quam ceteræ quas alii produnt. Ei cognomen alii *Fontinalem* adjiciunt. De Tarpeji cognomine nihil certi eſt : in *Capitolino* etiam *fragmento* eſt Sp. Tarpejus M. F. M. N. MONTANCA – mendoſe pro MONTAN. CA. ideſt Montanus Capitolinus. Etenim *Capitolini* cognomen eſt etiam in *faſtis Siculis* & *Cuſpiniani*. Hoc anno abjecta lege Terentia, quæ per multos annos jactata erat, legati tres in Græciam ad eorum leges cognoſcen-

E

(97) *Hoc eſt* : Anno ab U. C. 296.
Olymp. LXXX. Anno IV.
Ante Aer. Chr. 457.
C. HORATIUS PULVILLUS.
Q. MINUCIUS AUGURINUS.
Ita Dionyſ. Halicarn. & faſti Capitolini, quibus adhæremus, quidquid alii aliter ſentiant. Favet nobis Pighius & Almelovenius.

(98) *Hoc eſt* : Anno ab U. C. 297.
Olymp. LXXXI. Anno I.
Ante Aer. Chr. 456.
M. VALERIUS MAXIMUS LACTUCINUS.
SP. VIRGINIUS TRICOSTUS COELIMONTANUS.
Addimus M. Valerio cognomen alterum Lactucini ex Diod. & Sigonio.

(99) *Hoc eſt* : Anno ab U. C. 298.
Olymp. LXXXI. Anno II.
Ante Ær. Chr. 455.
T. ROMILIUS ROCUS VATICANUS.
C. VETURIUS CICURINUS.
Perperam apud Caſſiodorum legitur Romulius pro Romilius.

(100) *Hoc eſt* : Anno ab U. C. 299.
Olymp. LXXXI. Anno III.
Ante Ær. Chr. 454.
SP. TARPEJUS MONTANUS CAPITOLINUS.
A. AETERNIUS FONTINALIS.
Aterium ſcribi mavult Sigonius, quam Aeternium, ſed Livius & Plinius Aeternium ſcribunt, quos ſequitur Pighius & Almelovenius.
Addit Pighius cognomen Aeternio *Fontinalis*, nec ſatis docet, quo fundamento.

ſcendas miſſi: ab externis bellis quietus annus fuit. *Livius*.

DE COS. AN. CCC. (1)

L*Ivius* itemque *Caſſiodorus*, Conſules memorant in hunc annum, Sex. Quinctilium, & P. Curiatium; *Dionyſius* Sex. Quinctilium & P. Horatium; *Diodorus* Sex. Quinctilium Tergeminum; Sex. Quinctilium Sex. F. P. N. *lapis Capitolinus*. Eſt autem *Tergeminus* tam Horatiorum quam Curiatiorum cognomen. Horatium tamen probavi magis. Hoc anno peſtilentia laboratum eſt: inter ceteros mortuus eſt Conſul Sex. Quinctilius, &c, qui in ejus locum ſuffectus fuerat, Sp. Furius. Ita *Dionyſius*. De morte Quinctilii meminit etiam *Livius*: ſed de Sp. Furio aut ſuffecto aut mortuo, ne verbo quidem: cujus annales ſequutos eos eſſe opinor, qui Capitolinas tabulas exararunt. Ab hoſte otium fuit.

DE COS. AN. CCCI. (2)

C. Menenium, P. Seſtium, Cos. in hunc annum ſuggerunt *Livius*, *Caſſiodorus*; L. Menenium, P. Seſtium, *Dionyſius*: *faſti Cuſpiniani* Lanatum & Vaticanum: *Diodorus* T. Meneninm, P. Seſtium Capitolinum: *Feſtus* libr. XIV. P. Seſtium Capitolinum, T. Menenium Lanatum: P. Seſtium Q. F. Vibi N. Capitolinum *lapis Capitolinus*. Hunc T. Menenii filium eſſe reor Conſulis an. CCLXXVI. fratrem L. Menènii, qui Conſul erit anno CCCXIII. Conſulum qui per hos annos fuerunt, nomina interverſa ſunt in *faſtis Siculis*; ita; Capitolinus. Varus Seſtius. Quinctilius. Lanatus. Capitolinus: cum ſit ita legendum; Capitolinus, Fontinalis: Quinctilius Varus, Tergeminus: Seſtius Capitolinus, Lanatus.

DE COS. AN. CCCII. (3)

Abdic. ut Decemviri Conſulares fierent.

COnſules in hunc annum deſignatos fuiſſe App. Claudium, & T. Genucium; verum Decemvirûm creandorum cauſa abdicaſſe, *Livius* cum *Dionyſio*, & *Capitolini ſcriptores*, quantum ex tabularum fragmento intelligi poteſt, prodiderunt. Decemviratum autem in Rempubl. intulit lex Terentia, quam C. Terentius Arſa Tribunuſpl. de quinqueviris creandis, qui leges Conſulari imperio ſcriberent, promulgavit: querebatur enim plebs, nimium eſſe Conſulis imperium; idque imminui, &

A moderatius fieri poſtulabat. Quæ lex cum ſex annos à tribunis fruſtra jactata, tandem pro conceſſa ſibi duplicandorum tribunorum poteſtate penitus reſrixiſſet, tamen Romilio Veturioque Conſulibus in plebem militiam detrectantem impotentius ſe gerentibus, acrius etiam quam ante relata eſt. Igitur incertis quid agerent patribus, placuit ea ſententia, cujus princeps T. Romilius fuiſſe dicitur, ut legum latores crearentur, qui jura patribus plebique ſcriberent; quæque ab iis eſſent decreta, ea plebem & patres tenerent. Plebe antem aſſentiente, mittuntur legati tres in Græciam, qui Athenienſium & aliarum Græciæ civitatum inſtituta, mores & jura noſcant,
B eaque Romam deferant; Sp. Poſtumius Albus, A. Manlius, Ser. Sulpicius Camerinus. Miſſi autem Tarpejo Aterioque Conſulibus, tertio anno, quo Menenius & Seſtius Conſulatum gerebant, cum legibus revertuntur. Cum autem inſtarent tribuni, ut tandem legum ſcribendarum initium fieret, jamqne in hunc annum deſignati Conſules eſſent Ap. Claudius & T. Genucius, tum in Ap. Claudii ſententiam Senatuſconſultum factum eſt, ut reliquis abrogatis magiſtratibus, Decemviri crearentur cum imperio Conſulari ac regio ſine provocatione; qni ex patriis moribus, & peregrinis legibus optimas ſeligentes & Reip. maxime utiles, jura Populi Rom. conſtituerent; quæque ii
C ſcripſiſſent, ſi Senatus Populuſque R. probaſſet, ea in perpetuum Populum ipſum Romanum tenerent. Quo Senatuſconſulto à plebe comprobato, Conſules abdicarunt. In eorum locum Decemviri Conſulares facti ſunt: quorum nomina hæc ſunt; Ap. Claudius, T. Genucius, qui Conſulatu abierant; Sp. Poſtumius, Ser. Sulpicius, A. Manlius, qui Conſulares legati Athenas iverant; T. Romilius, C. Julius, P. Seſtins, P. Horatius, omnes Conſulares: præterea Sp. Veturius; *Livio*, *Dionyſio*, & *Diodoro* auctoribus: quamquam *Dionyſius* Poſtumium Publium, non Spurium, ut *Livius* & *Diodorus*, vocat: & Veturium *Livius* Lucium, *Dionyſius* Titum, *Diodorus* &
D *Capitolini lapides* Spurium nominant. Qui ſi fuit Conſularis, forte collega T. Romilii fuit; quem omnes C. Veturium nominant, & Cicurino cognomine, non Craſſo, ut eſt in fragmentis Capitolinis, afficiunt. Pro Horatio, *Livius* Curatium, ut in Conſulatu quoque, edit. Ap. Claudium *Suetonius* in Tiberio, & *Diodorus*, Regillanum appellant; *Capitolinæ tabulæ* CRASSIN. R. — i. Craſſinum Regillenſem. Hos Decemviros anno ab Urbe Condita trecenteſimo altero iniſſe ſcribit *Livius*, & eum ſequutus *Caſſiodorus*: *Capitolini auctores*, anno

(1) *Hoc eſt*. Anno ab U. C. 300.
Olymp. LXXXI. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 453.
SEX. QUINCTILIUS, cui ex peſtilentia mortuo ſuffectus eſt.
Sp. Furius.
P. HORATIUS TERGEMINUS.
Ita & Pighius & Almelovenius ex Livio.

(2) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 301.
Olymp. LXXXII. Anno I.
Ante Ær. Chr. 452.
P. SESTIUS CAPITOLINUS VATICANUS.
T. MENENIUS LANATUS.
Capitolinus ex faſtis Capitolinis. *Vaticanus* ex faſtis Cuſpiniani, ſed locus fortè mendoſus.

(3) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 302.
Olymp. LXXXII. Anno II.
Ante Ær. Chr. 451.
APP. CLAUDIUS CRASSINUS REGILLENSIS.
T. GENUTIUS AUGURINUS.
Augurini cognomen Genucio dant Pighius & Almelovenius, nec docent quo fundamento.
E Hi duo Conſules abdicarunt, ut Xviri eligerentur Conſulari poteſtate legum ferendarum cauſſa. Fuerunt autem Xviri, qui ſequuntur:
APP. CLAUDIUS CRASSINUS.
T. GENUTIUS AUGURINUS.
P. SESTIUS CAPITOLINUS.
L. VETURIUS CRASSUS CICURINUS.
C. JULIUS JULUS.
A. MANLIUS VULSO.
SER. SULPITIUS CAMERINUS.
P. CURATIUS TERGEMINUS.
T. ROMILIUS ROCUS VATICANUS.
SP. POSTUMIUS ALBUS REGILLENSIS.
Alii legunt *Sp. Veturius Cicurinus* pro L. Veturio. *P. Horatius* pro P. Curatius. *P. Poſtumius* pro Sp. Poſtumio. Vide Pighium Annal. lib. 3. ad hunc annum.

anno CCCII. & cum iis etiam Solinus. Hi decimo die jus populo ſinguli reddebant: eo die penes præfectum juris, faſces duodecim erant: collegis novem ſinguli accenſi apparebant. *Livius*.

DE DECEMVIRIS AN. CCCIII. (4)

PRopoſitis decem legum tabulis à Decemviris, vulgatur deinde rumor, duas deeſſe tabulas; quibus adjectis, abſolvi poſſe velut corpus omnis Rom. juris. Ea exſpectatio, cum dies comitiorum inſtaret, deſiderium Decemviros iterum creandi fecit. Plebs etiam, præterquam quod Conſulum nomen haud ſecus quam regum peroſa erat, ne tribunicium quidem auxilium, cedentibus invicem appellatione Decemviris, quærebat. Creati igitur in hunc annum magno patrum plebiſque ſtudio iterum Decemviri ſunt, Ap. Claudius II. M. Cornelius Maluginenſis, M. Sergius, L. Minucius, Q. Fabius Vibulanus, T. Antonius Merenda, M'. Rabulejus; Q. Pœtelius, K. Duilius, Sp. Oppius Cornicen; hi tres extremi è plebe: auctores *Dionyſius*, *Livius*, *Diodorus*. M. Cornelium fratrem L. Cornelii Maluginenſis, Conſulis an. CCXCIV. tradit *Dionyſius* & *Livius*. Q. Fabius is eſt, qui ter Conſul fuerat. *Dionyſius*. Nomina horum aliquot apud *Diodorum* deſiderantur; ac Sp. Veturius inter hos falſo, ut puto, numeratur.

De ſecunda ſeceſſione plebis, & Decemviris an. CCCIV. (5) abdicatis, & Conſulibus ſuffectis.

CUm major pars anni ſuperioris proceſſiſſet, & duabus tabulis ad decem adjectis, nihil ſupereſſet, ſi hæ quoque tabulæ centuriatis comitiis perlatæ eſſent, cur Decemviris Reipubl. opus eſſet, expectaretque populus quam mox Conſulibus creandis comitia indicerentur, tum Decemviros nulla comitiorum mentione facta, juvenum catervis ſtipatos, ſuperbius atque impotentius ſe in unumquemque geſſiſſe; & Idib. Majis advenientibus, (qui dies tum ſolennis ineundo Conſulatui erat) nullis Magiſtratibus ſubrogatis, eoſdem qui priore anno fuerant, Decemviratum cum magna totius populi indignatione continuaſſe, *Livius* & *Dionyſius* produnt. Abdicaſſe autem eoſdem haud ita multo poſt hanc ob cauſſam invenio. Ap. Claudius, cum alii collegæ in Æquos, alii in Sabinos exercitum duxiſſent, Urbis præſidio relictus, Virginiam plebejam virginem, quam amabat, pretio pellicere adortus, cum fruſtra ſe laborare animadvertiſſet; in ſervitutem per clientem ſuum M. Claudium aſſerere eam conatus, patrem ejus eo compulit, ut ipſam filiam manu ſua ſibi potius occidendam putarit, quam Ap. Claudii libidini dederetur. Ea res, ut erat atrox, in utraque caſtra perlata, ſeditionem maximam plebis excitavit: quæ relictis caſtris cum primum in Aventinum, poſt in montem Sacrum ſeceſſiſſet, paulo poſt placata, ſe redituram eſſe profeſſa eſt, ſi Tribuni plebis ſibi reſtituerentur, & Decemviris abdicatis, Conſularis poteſtas revocaretur. Quibus conditionibus à Senatu acceptis, ipſa in Urbem rediit. Tribunip. decem iterum creati, & Decemviri abdicati ſunt. Eadem ſeceſſio à Varrone *Cruſtumerina* dicitur, credo, quod plebs tum è caſtris ſeceſſerit, quæ inter Fidenas Cruſtumeriamque loco edito communita erant. Sexageſimo hoc poſt Reges exactos anno factum eſſe, teſtis eſt *Cicero* de finibus, inquiens; L. Virginius ſexageſimo anno poſt libertatem receptam, Virginiam filiam ſua manu occidit potius, quam ea App. Claudii libidini, qui tum erat ſummo in imperio, dederetur. Convenit autem Ciceroniana ſumma cum Capitolina. Comitiis porro (ut ait *Livius*) Conſularibus habitis, per interregem Conſules creantur L. Valerius Potitus, M. Horatius Barbatus, iidemque Magiſtratum ſtatim acceperunt. Idem *Livius* Decemviros in tertium annum continuaſſe, poſt tertium annum Conſules iniiſſe ſignificat. Quod nos in his tabulis ne ſcriberemus, & aliorum, & maxime Capitolinorum Scriptorum movit auctoritas. Rufus enim tantum per biennium Decemviros Reipublicæ præfuiſſe; *Tacitus* Decemviralem poteſtatem non ultra biennium valuiſſe tradit. Cum autem in *Capitolinis* horum Conſulum triumphis numerus aſcriptus ſit anni ab Urbe condita CCCCIIII. ſatis patet, tertium Decemvirûm annum cum hoc ipſo, quo Conſules Valerius & Horatius inierunt, conjungendum eſſe; ut ſit quartus poſt Quinctilium & Horatium Conſules annus, qui ex *Capitolinis tabulis* in annum trecenteſimum inciderunt. Eorundem Conſulum meminit poſt abdicatos etiam Decemviros *Caſſiodorus*: quorum cognomina Barbatus & Potitus, ſunt etiam in *faſtis Cuſpiniani* & *Siculis*. Eorum L. Valerius, P. Valerii filius eſt, ejus qui Cos. App. Herdonium interfecit; P. Valerii, qui Reges ejecit, nepos: M. autem Horatius, M. Horatii, qui cum Poplicola item Conſul fuit, nepos. De L. Valerio ſic *Cicero* in Bruto; Ne L. Valerium quidem Potitum arbitror non aliquid potuiſſe dicendò, qui poſt Decemviralem

(4) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 303.
Olymp. LXXXII. Anno III.
Ante Ær. Chr. 450.
Xviri Conſulari poteſtate fuerunt:
AP. CLAUDIUS CRASSINUS II.
Q. FABIUS VIBULANUS.
M. CORNELIUS MALUGINENSIS.
M. SERGIUS.
L. MINUCIUS AUGURINUS.
Q. POETILIUS LIBO.
T. ANTONIUS MERENDA.
COESO DUILIUS.
SP. OPPIUS CORNICEN.
MAN. RABULEJUS.
Ita eos recenſet Almelovenſius ex Pighio.
Anonymus Noriſianus falſos Conſules ponit *Sabinum* & *Vimilanum*.

(5) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 304.
Olymp. LXXXII. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 449.
Xviri hoc anno Conſulari poteſtate fuerunt:
AP. CLAUDIUS CRASSINUS II.
Q. FABIUS VIBULANUS.
M. CORNELIUS MALUGINENSIS.
L. MINUCIUS AUGURINUS.
T. ANTONIUS MERENDA.
MAN. RABULEJUS.
M. SERGIUS.
COESO DUILIUS.
Q. POETILIUS LIBO VISOLUS.
SP. OPPIUS CORNICEN.
Ex Pighio & Almelovenio conſtat eoſdem hoc anno Xviros confirmatos fuiſſe, qui fuerunt anno ſuperiori, ſed abdicare coactis electi ſunt Conſules:
L. VALERIUS POPLICOLA POTITUS.
M. HORATIUS BARBATUS.
Male Almelovenius ſcribit *T. Horatius Barbatus*; contra Sigonium & Pighium, & veterum documenta.

lem invidiam plebem in patres incitatam, legibus & concionibus ſuis mitigaverit. *Diodorus* hos Cos. nominat M. Horatium, L. Valerium τυρπῖνον: mendoſe, ut puto, pro ποτῖτον: P. Valerium Poplicolam Potitum, M. Horatium Barbatum triumphus eorum Capitolinus.

De triumphis L. Valerii Potiti, M. Horatii Barbati Cos. de Aequis & Sabinis.

L. Valerius in Æquos, & Volſcos, M. Horatius in Sabinos profecti, optime rem geſſerunt. Iidemque cum à Senatu triumphum non impetrarent, ad populum converſi, primi juſſu populi, invito Senatu triumpharunt. *Livius*, *Dionyſius*, *Zonaras*. Ex eorum etiam verbis apparet Valerium de Æquis & Volſceis triumphaſſe; cum in Capitolino tamen triumpho Æquorum tantum nomen inciſum ſit.

DE COS. AN. CCCV. (6)

COnſules ſuggerit *Livius* Sp. Herminium, T. Virginium Cœlimontanum: L. Herminium, T. Virginium *Caſſiodorus*: Λάρτον Ἑρμίνιον, Τῖτον Οὐεργίνιον *Dionyſius*: Λαρῖνον Ἑρμίνιον, Τῖτον Οὐεργίνιον Στρίκτον *Diodorus*. In ſcholiis Livianis oſtendi Lartem Herminium eſſe legendum. Vereor etiam ne στρικτον apud *Diodorum* mendoſe ſit, pro τρικόστον: nam *Structus*, Serviliorum eſt, non Virginiorum: præſertim vero cum in *faſtis Siculis* ſit Herminius & Tricoſtus. Otium domi ac foris fuit.

De COS. AN. CCCVI. (7)

M. Geganium Macerinum, C. Julium Cos. ſubjicit *Livius*: M. Geganium, L. Julium *Diodorus*: Macrinum & Julium *faſti Siculi*. *Dionyſii* multæ hic paginæ deſiderantur. M. Geganius, M. F. dicitur in ſecundo ipſius Conſulatu Capitolino Hi Conſules, plebem decreto ad bellum Volſcorum & Æquorum delectu ſuſtinendo, rem ab ſeditionibus continuere. *Livius*.

DE COS. AN. CCCVII. (8)

L. Quinctium Capitolinum IIII. Agrippam Furium, Conſules in hunc annum comparant *Livius* & *Dionyſius*: T. Quinctium Agrippam Furium *Diodorus* & *Caſſiodorus*: Furium & Capitolinum *faſti Siculi*. Æquis Volſciſque qui ad mœnia ipſa Romæ populabundi venerant, fuſis, Conſules triumphum nec poſtularunt, neque eis ab Senatu delatus eſt. Ager Aricinorum & Ardeatium controverſus, teſtimonio P. Scaptii populo R. adjudicatus eſt. *Livius*.

DE COS. AN. CCCVIII. (9)

COnſulatum deinde ceperunt M. Genucius, C. Curtius: auctor *Livius*, *Zonaras*, & *Dionyſius*. M. Genucium, Agrippam Curtium Chilonem edit *Diodorus*: quamquam mendoſe eſt apud *Dionyſium* Minucius pro Genucio, & apud *Livium* Curiatius pro Curtio, quod ex *M. Varrone* intelligi poteſt, qui de lingua Latina ita ait *Cornelius* & *Lucejus* ſcribunt locum paluſtrem, qui tum in foro fuit, antequam cloacæ ſint factæ, eſſe fulguratum, & ex Senatusconſulto ſeptum eſſe: idque factum eſſe à Curtio Conſule, cui M. Genucius fuit collega: atque inde Curtium lacum appellatum. Itaque in *faſtis Siculis* eſt etiam Genucius & Curtius. His Conſulibus lex à Canulejo Tribuno pl. de communicandis plebi patriciorum connubiis, quæ Decemviri ante diremerant, lata eſt. Ardeates ob injuriam agri abjudicati defecere; & Vejentes extrema agri Romani populati ſunt. *Livius*.

De primis Tribunis milit. Conſ. pot. An. CCCIX. (10)

CUm C. Canulejus Trib. pl. priore anno legem alteram promulgaſſet, ut Conſul alter ex plebe crearetur, in quo patriciorum dignitas minuebatur, patres veriti ne ſe invitis lex perferretur, in eam ſententiam ierunt, cujus auctor fuiſſe C. Claudius dicitur, ut pro Conſulibus crearentur tres Tribuni militum ex patriciis, totidemque ex plebe, iique Conſulari poteſtate ornati Rempublicam regerent: eorum autem annuo finito imperio, rurſus Senatus & plebs conſuleretur, Conſuleſne an Tribunos mallent: qui vero placuiſſent, fierent. His rebus decretis, in magno plebejorum & patriciorum petentium ſtudio, tres ex patriciis tantum creati ſunt, plebs eo contenta fuit, quod ſui ratio in comitiis habita fuiſſet. Hæc *Livius* & *Dionyſius*. Adjicit *Livius*, fuiſſe qui propter adjunctum Æquorum Volſcorumque bello, & Ardeatium defectioni Vejens bellum, quia Conſules obire tot ſimul bella nequirent, Tribunos militum tres creatos dicerent, ſine mentione promulgatæ legis de Conſulibus ex plebe creandis, & imperio atque inſignibus Con-

(6) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 305.
Olymp. LXXXIII. Anno I.
Ante Ær. Chr. 448.
LARTIUS HERMINIUS AQUILINUS.
T. VIRGINIUS TRICOSTUS COELIMONTANUS.
Ita Pighius & Almelovenius cum Sigonio, qui tamen ex Livio ſcribit *Sp. Herminius*, ſed deinde corrigit *Lartes* Herminius, ut monet in Schol. ad Livium.

(7) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 306.
Olymp. LXXXIII. Anno II.
Ante Ær. Chr. 447.
M. GEGANIUS MACERINUS.
C. JULIUS JULUS.
Ita Pighius & Almelovenius cum Sigonio, & ceteris.

(8) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 307.
Olymp. LXXXIII. Anno III.
Ante Ær. Chr. 446.
T. QUINCTIUS BARBAT. CAPITOLINUS IV.
AGRIPPA FURIUS FUSUS.
Ita Pighius & Almelovenius cum Sigonio, qui Agr. Furio cognomen *Fuſi* non addit Furiorum familiæ proprium.

(9) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 308.
Olymp. LXXXIII. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 445.
M. GENUTIUS AUGURINUS.
C. CURTIUS PHILO.
Ita Pighius & Almelovenius cum Sigonio.

(10) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 309.
Olymp. LXXXIV. Anno I.
Ante Ær. Chr. 444.
A. SEMPRONIUS ATRATINUS. } Tribuni
L. ATILIUS LONGUS. } Milit.
T. CLOELIUS SICULUS. } Patricii.
Tertio poſt menſe avulſis Tribunis Militum electi ſunt Conſules:
L. PAPIRIUS MUGILLANUS.
L. SEMPRONIUS ATRATINUS.
Ita Pighius & Almelovenius cum Sigonio.

Conſulτribus eſſe uſos. Nomina Tribunorum ſunt hæc: A. Sempronius Atratinus, L. Atilius Longus, T. Clœlius Siculus, ut ait *Livius*, *Dionyſius*, *Diodorus*. *Longus* certe Atiliorum cognomen fuit, ut alibi patet. A. Sempronius, frater eſt L. Sempronii, qui Conſul ſuffectus eſt hoc anno: auctor *Dionyſius*. Primos Tribunos militum iniſſe anno ab Urbe condita trecenteſimo decimo, ſcribit *Livius*; at *Suidas* in voce χιλίαρχοι, trecenteſimo quinto; *Capitolini lapides*, trecenteſimo nono. *Zonaras* his Conſulibus item Tribunos militares Conſulari poteſtate primum factos ſcribit.

De Tribunis militum abdicatis, & Conſulibus ſuffectis.

TRibunorum militarium non pro firmato ſtetit jus, quia tertio menſe quam inierunt, augurum decreto, perinde ac vitio creati, honore abiere: quod C. Curtius, qui comitiis eorum præfuerat, parum recte tabernaculum cepiſſet. Interim patricii, cum ſine curuli Magiſtratu Reſpublica eſſet, coiere, & interregem creavere. Contentio Conſuleſne an Tribuni militum crearentur, in interregno rem dies complures tenuit, Interrex ac Senatus, Conſulum comitia; Tribuni plebis, & plebs, Tribunorum ut haberentur, tendunt; vicere patres. T. Quinctius Barbatus interrex, Conſules creat L. Papirium Mugillanum, L. Sempronium Atratinum: hæc *Livius* & *Dionyſius*. Hi Conſules in *faſtis Siculis* præteriti ſunt. Itaque addit etiam *Livius*, hos Conſules neque in Annalibus priſcis, neque in libris Magiſtratuum inveniri: Licinium autem Marcum, & in fœdere Ardeatino, & in libris linteis eſſe, ſcripſiſſe. Horum Conſulum meminit *Cicero* in epiſtola ad Papirium Pætum. *Papirii*, inquit, fuerunt patricii minorum gentium; quorum princeps L. Papirius Mugillanus, qui Conſul cum L. Sempronio Atratino fuit, cum antea Cenſor cum eodem fuiſſet annis poſt Romam conditam CCCXII. ſed tum Papirii dicebantur. Quo in loco legendum puto; *Qui Cenſor cum L. Sempronio Atratino fuit, cum antea Conſul cum eodem fuiſſet*: ex ipſa Hiſtoria L. Sempronium filium eſſe A. Sempronii L. F. A. N. Atratini, Conſulis anno CCCXXXVII., puto. His Conſulibus fœdus cum Ardeatibus renovatum. *Livius*.

DE COS. AN. CCCX. (11)

COnſules edit in hunc annum *Caſſiodorus* T. Quinctium, M. Geganium: *Diodorus* T. Quinctium, M. Geganium Macerinum: *faſti Cuſpiniani* & *Siculi*, Macerinum & Capitolinum: *Zonaras* M. Macerinum & Barbatum: *Livius* & *Dionyſius* M. Geganium Macerinum iterum, T. Quinctium Capitolinum Quinctum. Eoſdem menſe Decembri iniſſe tradit *Dionyſius*.

De Cenſoribus primis, & Luſtro XI.

IDem annus cenſuræ initium intulit: ortum autem ejus rei initium eſt, quod in po-

A pulo per multus annos incenſo neque differri cenſus poterat, neque Conſulibus, cum tot populorum bella imminerent, operæ erat id negotium agere. Mentio illata ab Senatu eſt, rem operoſam, ac minime Conſularem, ſuo proprio Magiſtratu egere; cui ſcribarum miniſterium, cuſtodiæque & tabularum cura, cui arbitrium formulæ cenſendi ſubjiceretur. Et patres, quamquam rem parvam, tamen quo plures patricii Magiſtratus in Republica eſſent, læti accepere; id quod evênit, futurum rati, ut mox * ope eorum qui præeſſent, ipſi honori jus Majeſtatemque adjicerent: & Tribuni, id quod tunc erat, , magis neceſſariam quam ſpecioſi miniſterii procurationem

B intuentes, haud ſane tetendere. Hæc ad verbum *Livius*. *Dionyſius* hac de re Conſules ait ad Senatum retuliſſe, cenſumque in Urbe neceſſarium eſſe, præſertim in qua intra XVII. annos poſt Q. Fabium, L. Cornelium Conſules cenſus nullus actus eſſet, docuiſſe. Reliqua vero, quæ hunc locum continebant, temporum injuria apud eum deſiderantur, una cum reliquis pulcherrimæ & certiſſimæ illius hiſtoriæ partibus; cujus præſidio memoria rerum Romanarum lapſa ſublevari facile potuit. Cenſores porro à cenſu agendo dictos ſcribit *Livius*. *Varro* de lingua Latina Cenſorem ait dictum eſſe, ad cujus cenſionem, id eſt, arbitrium, populus cenſeretur. *Feſtus*

C Cenſores nuncupatos ſcribit, quod rem ſuam quiſque tanti æſtimare ſolitus eſſet, quantum illi cenſuiſſent. De Cenſorum jure tradit *Plutarchus* in Catone majore, *Varro* de lingua Latina, *Zonaras* lib. II. Cum autem, ut ait *Livius*, à primoribus Civitatis ſpretus honos eſſet, Papirium Semproniumque quorum de Conſulatu dubitabatur, ut eo Magiſtratu parum ſolidum Magiſtratum explerent, cenſui agendo populus præfecit. *Cicero* ad Pætum L. Papirium Mugillanum ſcribit cum L. Sempronio Atratino Cenſorem ante fuiſſe, quam Conſul fuiſſet: in quo vitium eſt (ut dixi) librarii. Illud non præteribo, cum duo Cenſores eſſent, eos inter ſe ſortiri ſolitos fuiſſe,

D uter Luſtrum conderet, ut *Varro* & ſæpiſſime alias *Livius* notarunt. Qui autem Luſtrum fecit, is fere poſtponitur collegæ ſuo. Quod & ipſe quoque ſequutus *Capitolinos auctores*, feci, quoad potui. Quamquam autem Luſtri nulla mentio fit, factum tamen eſſe, ſequentia Luſtra indicabunt.

De triumpho M. Geganii Macerini Cos. II.

VOlſci Ardeam populo Rom. fœderatam duce Æquo Clœlio cum obſidione premerent, à M. Geganio Cos. circumvallati, atque in extremum periculum adducti, in deditionem accipiuntur, & ſub jugum miſſi,

E cum ſingulis veſtimentis, ignominiæ cladiſque pleni; dimittuntur. Conſul duce Clœlio ante currum ducto, in urbem triumphans redit. Hæc *Livius*: veſtigia parva hujus triumphi exſtant etiam in Capitolinis triumphis, hæc; M. GEGANIUS M. F. DE ≡≡≡ ANN. CCCX. NONIS SEPT.

DE

(11) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 310.
Olymp. LXXXIV. Anno II.
Ante Aer. Chr. 443.
M. GEGANIUS MACERINUS II.
T. QUINCTIUS BARBAT. CAPITOLINUS V.

Ita Pighius & Almelovenius cum Sigonio.
His Conſulibus Cenſores electi ſunt:
L. PAPYRIUS MUGILLANUS.
L. SEMPRONIUS ATRATINUS.

DE COS. AN. CCCXI. (12)

COnſules nominat hoc anno *Caſſiodorus* M. Fabium, Poſtumum Æbutium: *Diodorus* M. Fabium, Poſtumum Æbutium Οὐλκκον: *Livius* M. Fabium Vibulanum, Poſtumum Æbutium Cornicinem: *faſti Siculi* Vibulanum & Elvam; *Cuſpinianus* Vibulanum & Cornicinem. *Valerius* in Epitome Poſtumi Æbutii Elvæ meminit. *Livius* M. Æbutii Elvæ Triumviri Coloniæ deducendæ hoc anno mentionem facit. Quid ſit cognomen Οὐλκκον, niſi Ε'λβαε legatur, incertum habeo. M. Fabius, filius eſt Q. Fabii M. F. K. N. qui ter Conſul fuit, & cladi ad Cremeram ſuperfuit. Ardea Colonia præſidii cauſſa deducta. *Livius*.

DE COS. AN. CCCXII. (13)

IN hunc annum Conſules invenio in *faſtis Siculis*, apud *Livium* & *Caſſiodorum*, C. Furium Pacilum, M. Papirium Craſſum: apud *Diodorum* Q. Furium Fuſum, Manium Papirium Caſſum. Eſt autem Manius Papiriorum prænomen; quod in aliis etiam celebratum eſt. Foris res quietæ fuerunt. *Livius*.

DE COS. AN. CCCXIII. (14)

PRoculum Geganium Macerinum, L. Menenium Lanatum Cos. collegas produnt hoc anno *Livius* & *Caſſiodorus*: T. Menenium, Proculum Geganium Macerinum *Diodorus*: Macrinum & Lanatum *faſti Siculi*. L. Menenium fratrem eſſe arbitror Agrippæ Menenii tribuni mil. anno CCCXXXVI. In ſumma annonæ caritate Sp. Mælius, vir ex equeſtri ordine, ingentes plebi frumenti largitiones fecit. *Livius*.

DE COS. AN. CCCXIIII. (15)

HIc annus Conſules habuit T. Quinctium Capitolinum VI. Agrippam Menenium Lanatum *Livio* & *Caſſiodoro* auctoribus: *Diodoro* autem, T. Quinctium, T. Menenium: *faſtis Siculis*, Menenium & Capitolinum. Agrippa deſcriptus eſt ex tribunatu militari Capitolino an. CCCXXXVI.

De L. Quinctio Cincinnato dictatore II. & Sp. Mælio interfecto.

SP. Mælius ex equeſtri ordine, in ſumma annonæ caritate, cum frumentum ex Etru- A ria privata coëmptum pecunia advehendum curaſſet, atque largitionibus frumenti factis plebem deliniſſet, elatus ſupra modum hominis privati, de regno agitare domique conſilia habere anno priore cœpiſſe dicitur. Hoc autem anno cum tela in domum Sp. Mælii conferri quotidie, ad Senatum delatum eſſet à L. Minucio Augurino annonæ præfecto, eumque domi de regno non dubia conſilia habere; Senatus tantæ rei novitate commotus, ex T. Quinctii Conſulis ſententia dictatorem dici juſſit. L. Quinctius Cincinnatus, poſt octogeſimum annum dictator à T. Quinctio Cos. dictus, C. Servilium Ahalam magiſtrum equitum ſibi cooptavit. Servilius juſſu dictatoris B Mælium in jus vocatum, quia dicto non parebat, obtruncavit. Dictator juſte factum pronuntiavit, etiam ſi regni crimine inſons fuiſſet. Ita *Livius*, & fere *Zonaras*. Qui vero de viris illuſtribus ſcripſit, ita; L. Cincinnatus, viginti annos poſtquam dictator fuerat, iterum dictator cum magiſtro eq. Servilio Ahala Sp. Mælium interfecit, & *Cicero* in Catone ſic; L. Quinctio Cincinnato in agro aranti nuntiatum eſt, eum dictatorem eſſe factum, cujus dictatoris juſſu magiſter eq. C. Servilius Ahala Sp. Mælium Regnum affectantem & occupantem interemit. Diximus autem eum non eodem tempore ex agro ad dictaturam vocatum eſſe, & Mælium interfici juſſiſſe: C neque enim eum poſt octogeſimum annum in agro fuiſſe colendi cauſſa, veriſimile videtur. De Servilio magiſtro eq. ſcribit *Valerius* hoc modo lib. V. Ahala cum magiſter equitum Sp. Mælium Regnum affectantem occidiſſet, cuſtoditæ libertatis civium exſilio ſuo pœnas pependit: & *Livius* anno CCCXVI ait rogationem latam eſſe à Sp. Mælio Tribuno pl. de publicandis Servilii Ahalæ bonis ob necem civis indemnati; ſed nihil egiſſe. Scribit tamen hac de re *Cic.* ſic Pro domo; Cæſo ille Quinctius, & M. Furius Camillus, & C. Servilius Ahala, cum eſſent optime de Rep. meriti, tamen populi incitati vim iracundiamque ſubierunt. Hunc magiſtrum equitum poſt in D Conſulatu anno CCCXXVI. Structum pro Ahala vocat *Diodorus*.

DE TR. MIL. AN. CCCXV. (16)

TRibuni pl. pervicerunt, ut tribunorum militum potius quam Conſulum comitia haberentur; non dubii quin ſex lectis, (tot enim jam creari licebat) ex plebejis aliqui, profitendo ſe fore Mælianæ cædis ultores, crearentur: plebs tamen nec plures quam tres

Tri-

(12) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 311.
Olymp. LXXXIV. Anno III.
Ante Aer. Chr. 442.
M. FABIUS VIBULANUS.
POSTUMIUS ALBUTIUS ELVA CORNICEN.
Ita Pighius. Almelovenius non addit Poſtumio cognomen Elva.

(13) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 312.
Olymp. LXXXIV. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 441.
C. FURIUS PACILUS FUSUS.
M'. PAPIRIUS CRASSUS.
Nota hæc *M'*. ut ſuperius admonuimus, ſignificat *Manius*.
Ita Pighius & Almelovenius horum Conſulum nomina ſcribi volunt.

(14) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 313.
Olymp. LXXXV. Anno I.
Ante Ær. Chr. 440.
PROCULUS GEGANIUS MACERINUS.
L. MENENIUS LANATUS.
Ita Pighius & Almelovenius cum Sigonio.

(15) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 314.
Olymp. LXXXV. Anno II.
Ante Ær. Chr. 439.
E T. QUINCTIUS BARBAT. CAPITOLINUS VI.
AGRIPPA MENENIUS LANATUS.
His Conſulibus electus eſt Dictator L. Quinctius Cincinnatus, qui elegit ſibi Magiſtrum Equitum C. Servilium Ahalam. Ita Pighius cum Sigonio. Almelovenius nihil habet de Dictatore, Conſules nominare contentus.

(16) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 315.
Olymp. LXXXV. Anno III.
Ante Ær. Chr. 438.
MAMERCUS ÆMILIUS MAMERCINUS.) Tribuni
L. QUINCTIUS CINCINNATUS.) militum
L. JULIUS JULUS.) Cõſulari poteſtate.
Manius Æmilius non Mamercus Æmilius, videtur potius cum Dionyſio ſcribendum, licet Pighius & Almelovenius Mamercum ſcribant.

Tribunos Conſulari poteſtate creavit, & in iis A L. Quinctium Cincinnati filium: prælatus ſuffragiis Quinctio Mamercus Æmilius; vir ſummæ dignitatis. L. Julium tertium creant. *Livius*. Tres Tribunos militares in hunc annum edit etiam *Diodorus*, Manium Æmilium Mamercum, C. Julium, L. Quinctium. Mam. Æmilius (ſic enim potius quam M'. voco) pater eſt M'. Æmilii Mam. F. M. N. Mamercini, Tribuni mil. an. CCCXLVIII. L. Julius, pater eſt L. Julii L. F. Vopiſci N. Juli, Tribuni mil. anno CCCLII. His Conſulibus, Fidenates coloni ad Lartem Tolumnium Vejentium regem & Vejentes defecere; & legatos Romanos, cauſſam novi conſilii quærentes, juſſu regis interfecere. *Livius*. B

DE COS. AN. CCCXVI. (17)

AD curam ſummæ rerum, quieta plebe Tribuniſque ejus, nihil controverſiæ fuit quin Conſules crearentur M. Geganius Macerinus tertium, & L. Sergius: Hæc *Livius*. *Caſſiodorus* etiam, qui non niſi nomina Conſulum apponit, M. Geganium III. & L. Sergium Cos. edit: *Diodorus* item M. Geganium, L. Sergium: *faſti Cuſpiniani* & *Siculi* Macerinum & Fidenatem. Hunc enim Sergium Fidenatem à bello Fidenati geſto vocatum tradit *Livius*; hic enim primus hoc anno cis Anienem cum rege Vejentium ſecundo prælio conflixit, nec C incruentam victoriam retulit. Idem ornatus eſt etiam tertio Tribunatu Capitolino anno CCCXXXV.

De Mam. Æmilio Mamercino dictatore, & triumpho ejus de Faliſcis, Vejentibus, & Fidenatibus.

CUm major ex civibus bello Fidenati amiſſis L. Sergio Conſule dolor, quam lætitia fuſis hoſtibus eſſet, Senatus, ut in trepidis rebus, dictatorem dici Mamercum Æmilium juſſit: is magiſtrum eq. ex collegio prioris anni, quo ſimul Tribuni mil. Conſulari pote- D ſtate fuerant, L. Quinctium Cincinnatum, dignum parente juvenem, dixit. Ita *Livius*. Utriuſque meminit etiam *Oroſius* & *Eutropius*. Qui autem ſcripſit de viris illuſtribus, Quinctium Cincinnatum dictatorem, A. Cornelium Coſſum magiſtrum eq. prodit. Coſſum autem hoc anno Tribunum militum fuiſſe, pleriſque auctoribus placuiſſe tradit *Livius*. Cum Vejentibus porro, & Fidenatibus, & Faliſcis, qui horum auxilio venerant, hoc anno acerrime à Mam. Æmilio dictatore pugnatum eſt; qui omnibus locis re bene geſta, Senatus conſulto juſſuque populi triumphans in Urbem rediit. *Livius*. Plerique A. Cornelium Coſſum Tribunum militum in hoc bello Lartem To- E lumnium Vejentium regem interemiſſe ſcripſerunt, & ſecunda opima ſpolia Jovi Feretrio retuliſſe. Nos hanc victoriam in Conſulatum ejus rejecimus, quem nono ab hinc anno geſturus eſt. Id quo conſilio fecerimus, eo loco latius exponemus. *Eutropius* Fidenas captas & exciſas ſcribit à Mam. Æmilio dictatore, & L. Quinctio Cincinnato magiſtro eq. *Livius* autem Mam. Æmilio dictatore III. & A. Cornelio Coſſo Magiſtro eq. id factum ait. Hujus triumphi notæ ſunt in Capitolinorum triumphorum fragmentis hæ; = US. == AN. CCCXVI. IDIB. SEPT.

DE COS. AN. CCCXVII. (18)

LIvius & *Caſſiodorus* Conſules in hunc annum memorant M. Cornelium Maluginenſem, & L. Papirium Craſſum: *Diodorus* L. Papirium, A. Cornelium Macerinum: vitioſe ſine dubio: ſiquidem eſt etiam *in faſtis Cuſpiniani* & *Siculis*, Maluginenſis & Craſſus. L. Papirium eſſe reor, qui poſt in cenſura Capitolina M. F. appellatur. M. Cornelium arbitror eſſe filium M. Cornelii ante Decemviri Conſularis. Exercitus in agrum Vejentem & Faliſcum ducti: hoſtis nuſquam inventus. *Livius*.

DE COS. AN. CCCXVIII. (19)

COnſules in hunc annum invenio apud *Livium* & *Caſſiodorum* C. Julium iterum, & L. Virginium: apud *Diodorum*, C. Julium, Proculum Virginium Tricoſtum: in *faſtis Cuſpiniani* & *Siculis*, Julium & Virginium. Julius anno CCCVI. Conſul fuit.

De Q. Servilio Priſco dictatore.

CUm Fidenates, Vejentium exercitu accito, Anienem tranſiſſent, atque haud procul porta Collina caſtra haberent, Julius Conſul in aggere muriſque explicat copias. Virginius S. C. dictatorem dicit Q. Servilium; cui Priſcum alii, alii Structum fuiſſe cognomen tradunt: is ſibi magiſtrum eq. Poſtumum Æbutium Elvam cooptat. Hæc *Livius*. Servilius in ſecunda dictatura Capitolina ſcribitur Q. Servilius P. F. Sp. N. Priſcus Fidenas. Puto autem Fidenatem appellatum in hoc Magiſtratu, quo Fidenas cepit; ut ait *Livius*. Cujus tamen victoriæ triumphum miror à *Livio* eſſe præteritum; aut cauſſam cur non eum egerit, eſſe neglectam.

De Cenſoribus & Luſtro XII.

HIs Conſulibus C. Furium Pacilum, & M. Geganium Macerinum Cenſores villam publicam in Campo Martio probaſſe, ibique pri-

(17) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 316.
Olymp. LXXXV. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 437.
M. GEGANIUS MACERINUS III.
L. SERGIUS FIDENAS.
Ita Pighius & Almelovenius cum Sigonio.
Hoc anno L. Sergius Dictatorem dixit:
MAMERCUM ÆMILIUM MAMERCINUM.
Qui ſibi elegit Magiſtrum Equitum L. Quinctium Cincinnatum filium ejus, qui Conſul fuit anno ab U. C. 293.

(18) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 317.
Olymp. LXXXVI. Anno I.
Ante Ær. Chr. 436.
M. CORNELIUS MALUGINENSIS.
L. PAPIRIUS CRASSUS.
Ita Pighius & Almelovenius cum Sigonio.

(19) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 318.
Olymp LXXXVI. Anno II.
Ante Ær. Chr. 435.
C. JULIUS JULUS II.
L. VIRGINIUS TRICOSTUS.
His Conſulibus Dictator dictus eſt Q. SERVILIUS PRISCUS, qui ſibi Magiſtrum Equitum elegit Poſtumum Æbutium Elvam Cornicinem.
His etiam Conſulibus Cenſores electi ſunt Furius Pacilus Fuſus, & M. Geganius Macerinus.
Ita & Pighius. Almelovenius nihil de Dictatore & Cenſoribus.

primum populi cenſum actum eſſe, tradit *Livius*. Eumdem M. Geganium & C. Furium violentos Cenſores appellat in anno CCCCXLIII. Luſtrum ab his conditum probant ſequentia Luſtra, neque enim eorum hoc præterito conſtaret numerus.

DE COS. AN. CCCIX. (20)

EOſdem Conſules in ſequenti anno refectos, Julium Tertium, Virginium iterum, apud Macrum Licinium invenio. *Valerius*, *Antias*, & *Q. Tubero*, M. Manlium & Q. Sulpicium Conſules in eum annum edunt. Ceterum in tam diſcrepanti editione, & Tubero & Macer libros linteos auctores profitentur: neuter Tribunos militum eo anno fuiſſe, traditum à ſuperioribus antiquis diſſimulat. Licinio libros haud dubie ſequi linteos placet: & Tubero incertus veri eſt. Sed inter cetera vetuſtate incomperta, hoc quoque in incerto poſitum. Hæc *Livius*. *Diodorus* tamen pro Conſulibus tres Tribunos militares edit, M. Manlium, Q. Sulpicium Prætextatum, Ser. Cornelium Coſſum. Nos autem, quia C. Julium III. L. Virginium II. Conſules etiam à *Caſſiodoro* poni animadvertimus, propterea eos Conſules appoſuimus: quamvis in *faſtis Siculis* ſit Capitolinus & Camerinus: quorum illud M. Manlii, hoc Q. Sulpicii cognomen eſt.

De Mam. Æmilio Mamercino dictatore II.

CUm Faliſci ac Vejentes, captis à Servilio dictatore Fidenis exterriti, legatis circa XII. populos miſſis impetraſſent, ut ad Voltumnæ fanum indiceretur omni Etruriæ Concilium, velut magno inde tumultu imminente, Senatus Mam. Æmilium dictatorem iterum dici juſſit: ab eo A. Poſtumius Tubertus magiſter eq. eſt dictus. Non moventibus autem Etruſcis, dictator, ne quicquam creatus eſſet, legem pertulit, qua cenſuram, quæ quinquennalis ante erat, annuam & ſemeſtrem fecit; ac ſe dictatura abdicavit. Cenſores, ægre paſſi, Mamercum, quod Magiſtratum populi Rom. imminuiſſet, Tribu moverunt; octuplicatoque cenſu, ærarium fecerunt. Ita *Livius*. Idem A. Poſtumius Tubertus, poſt dictator erit.

DE TR. MIL. AN. CCCXX. (21)

TRibuni pl. aſſiduis concionibus prohibendo Conſularia comitia, cum res prope ad interregnum perducta eſſet, evicere tandem ut Tribuni mil. Conſulari poteſtate crearentur. Victoriæ præmium, quod petebatur, ut plebejus crearetur, nullum fuit: omnes patricii creati ſunt; M. Fabius Vibulanus, M. Foslius, L. Sergius Fidenas; ſic *Livius*. *Diodorus* item edit M. Fabium, M Φαλίνιον, L. Servilium; ſed mendoſe. M. Fabius, idem eſt qui Conſul fuit an. CCCXI. L. Sergius, qui fuit anno CCCXVI. Foslius Flaccinator alibi in *Capit. lapid.* ſcribitur, non Folius, ut in vulgatis *Livianis libris*; quem mendoſe Φαλίνιον vocat *Diodorus*.

DE TR. MIL. AN. CCCXXI. (22)

COnſularium comitiorum nulla mentio habita eſt; Tribuni mil. Conſulari poteſtate omnes creati ſunt, L. Pinarius Mamercus, L. Furius Medullinus, Sp. Poſtumius Albus. Ita *Livius*. *Diodorus* nominat L. Furium, Sp. ===, == Pinarium Mamercum. Tumultus ab Æquis & Volſcis nuntiatus.

DE COS. AN. CCCXXII. (23)

S. C. factum eſt, ut comitia Conſularia haberentur. Tumultus cauſſa fuit; quem ab Æquis & Volſcis Hernici nuntiabant. T. Quinctius L. F. Cincinnatus, (eidem & Penno cognomen additur) & C. Julius Mento, Conſules facti: ſic *Livius*. Eoſdem Conſules ponit etiam *Caſſiodorus*: cognomina etiam eorum ſunt in *faſtis Siculis*. T. autem Quinctius, alter filius eſt Cincinnati ſenis; quos, excepto Cæſone, quem populus ante damnavit, tres habuit; ut ait *Livius*. *Diodorus* item Cos. edit T. Quinctium, C. Julium. Hujus Conſulatus meminit etiam *Livius* in anno CCCXXX.

De A. Poſtumio Tuberto dictatore, & triumpho ejus de Æquis & Volſcis.

SEnatui dictatorem dici placuit, quia populi ſæpe victi, majore quam alias conatu rebellabant, & aliquantum Romæ juventutis morbo abſumptum erat. Sunt qui male pugnatum ab his Conſulibus in Algido putent; eamque cauſſam dictatoris creandi fuiſſe.

---

(20) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 319.
Olymp. LXXXVI. Anno III.
Ante Ær. Chr. 434.
C. JULIUS JULUS III.
L. VIRGINIUS TRICOSTUS II.
His Conſulibus Dictator dictus eſt iterum MAMERCUS ÆMILIUS MAMERCINUS II., qui Magiſtrum Equitum elegit A. Poſtumium Tubertum.
Ita Pighius & Almelovenius (qui tamen nihil de Dictatore) una cum Sigonio.

(21) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 320.
Olymp. LXXXVI. Anno IV.
Ante Ær Chr. 433.
M. FABIUS VIBULANUS.) Trib. Militum
M. FOSLIUS FLACCINATOR.) Patricii Con-
L. SERGIUS FIDENAS.) ſul. Poteſt.
M. Foslius, non Folſius, aut Folius legit fortaſſe melius Sigonius, quam Foſſius, aut Follius cum Pighio & Almelovenio.

(22) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 321.
Olymp. LXXXVII. Anno I.
Ante Ær. Chr. 432.
L. PINARIUS MAMERCUS RUFUS.) Tribuni
L. FURIUS FUSUS MEDULLINUS.) Militum Patricii
SP. POSTUMIUS ALBUS REGILLENSIS.) Conſ. Poteſt.
Ita Pighius, & Almelovenius cum Sigonio. Nos addidimus cognomen *Fuſi* L. Furio, ut hactenus fecimus, quoties aliquem de Furiorum familia nominavimus. Pighius, & Almelovenius ſcribunt *Mamercinus* pro Mamerco.

(23) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 322.
Olymp. LXXXVII. Anno II.
Ante Ær. Chr. 431.
T. QUINCTIUS PENNUS CINCINNATUS.)
C. JULIUS MENTO.) Coſſ.
His Conſulibus Dictator dictus eſt A. POSTUMIUS TUBERTUS, qui ſibi aſſumpſit Magiſtrum Equitum L. Julium Julum. Pigh. Almelov. cum Sigonio.

ſe. Dictus eſt dictator A. Poſtumius Tubertus: is ſibi magiſtrum eq. L. Julium cooptavit. Ita *Livius*. *Diodorus* etiam A. Poſtumii dictatoris, L. Julii magiſtri eq. meminit. Hic eſt A. Poſtumius, qui paulo ante magiſter equitum fuit Mam. Æmilio dictatori. Eundem dictatorem hoc anno ſæviſſe in filium, quod injuſſu ſuo præſidio progreſſus hoſtes fuderat, plerique tradunt, ut *Valerius* libro II. cap. II. *Diodorus* lib. XII. *Gellius* libro XVI. his verbis; Circa annum fere poſt Romam conditam CCCXXIII. A. Poſtumius Torquatus dictator Romæ fuit; qui filium ſuum, quod contra ſuum dictum in hoſtem pugnaverat, ſecuri necavit: hoſtes tum populi Rom. fuerant Fidenates. Hoc loco apud *Gellium* mendoſe eſt Turquatus pro Tuberto; aut certe deceptus eſt hiſtoriæ ſimilitudine *Gellius*: ſiquidem T. Manlius Torquatus poſt idem etiam feciſſe Conſul traditur. Hoc idem à multis proditum, ſe probare negat *Livius*: quod imperia Manliana, non Poſtumiana dicta ſunt. *Plutarchus* hujus dictatoris meminit etiam in Camillo. L. Julius Tribunus militum fuit anno CCCV. *Gellius* porro cum Fidenatibus eſſe pugnatum ab A. Poſtumio dictatore ait; & labitur. Nam Fidenas ante captas alii à Mamerco dictatore, alii à Q. Servilio tradiderunt. *Livius* autem pugnatum eſſe ſcribit cum Æquis & Vulſcis; itemque *Plutarchus* in Camillo. Hoſtibus autem deditis, dictator triumphans Urbem invectus, dictatura ſe, ut ait *Livius*, abdicavit. Ejuſdem triumphi meminit etiam *Diodorus*: ſed dictaturam hanc in annum priorem refert.

DE COS. AN. CCCXXIII. (24)

AGitatum in Urbe ab Tribunis pl. ut Tribuni mil. Conſulari poteſtate crearentur, nec obtineri potuit. Conſules fiunt L. Papirius Craſſus, L. Julius: ſic *Livius* & *Caſſiodorus*, at *Diodorus* C. Papirium, L. Junium edit: mendoſe: ſiquidem in *faſtis Siculis* eſt Craſſus & Julus; quæ Papiriorum & Juliorum cognomina ſunt. L. Papirius Craſſus Conſul fuit anno CCCXVII. L. Julus & Tribunus militum, & Magiſter equitum. Æqui inducias annorum octo impetraverunt: otium undique Romanis fuit. *Livius*.

DE COS. AN. CCCXXIIII. (25)

COnſules hoc anno apud *Caſſiodorum* L. Sergius, Hoſtus Lucretius: apud *Diodorum* Opiter Lucretius, L. Sergius Fidenas: apud *Livium* L. Sergius Fidenas II. Hoſtus Lucretius Tricipitinus: in *faſtis Siculis* Tricipitinus & Fidenas. Horum meminit *Valerius* in epitoma, ſic; Hoſtum prænomen habet Lucretius Tricipitinus collega L. Sergii. Nihil dignum memoria actum. *Livius*.

DE COS. AN. CCCXXV. (26)

IN hunc annum Conſules edit cum *Livio Caſſiodorus* A. Cornelium Coſſum, T. Quinctium Pennum II. at *Diodorus* L. Quinctium, A. Sempronium: credo per mendum; eſt enim in *faſtis Siculis* Coſſus, & Pennus, Cornelii & Quinctii cognomen. Horum Conſulum meminit etiam *Livius* ſupra anno CCCXVI. eoſque nono poſt anno ait factos. A. Cornelius, Tribunus mil. fuit Mamercino dictatori anno CCCXVI. pater (ut puto) fuit P. Cornelii A. F. M. N. Coſſi, Tribuni mil. anno CCCLV. Idem Pont. Max. anno CCCXXII. *Livius*.

De triumpho A. Cornelii Coſſi Conſulis de Vejentibus, & ſpoliis opimis ſecundis.

A. Cornelium Coſſum ſecunda opima ſpolia Larte Tolumnio Vejentium rege interfecto retuliſſe, tradunt uno conſenſu omnes: at vero quo in magiſtratu id fecerit, aliqua controverſia eſt. Plerique ipſum Tribunum militum, alii Conſulem, quidam etiam magiſtrum equitum ea retuliſſe ſcripſerunt. *Livius* omnes ante ſe auctores ſequutus, Tribunum mil. Mamercino dictatori iterum fuiſſe prodit: *Valerius* lib. III. magiſtrum equitum: magiſter autem equitum fuit Mamercino dictatori tertium an. CCCCXXXVII. Verba ejus ſunt hæc; A Romulo proximus Cornelius Coſſus, eidem deo ſpolia conſecravit, cum magiſter equitum ducem Fidenatium in acie congreſſus interemiſſet. Idem eſt ſcriptum in lib. de viris illuſtribus. Fidenates, inquit ille, ut ſine ſpe veniæ fortius dimicarent, legatos ad ſe miſſos interfecerunt: ad quos Quinctius Cincinnatus dictator miſſus, magiſtrum equitum habuit Cornelium Coſſum, qui Lartem Tolumnium ducem ſua manu interfecit. De eo ſpolia opima ſecundus ab Romulo conſecravit. Hæc ille. Quam autem & in bello, & in magiſtratibus nominandis labatur, nemo eſt qui non videat. Qui vero ab eo Conſule relata eſſe ſpolia dicunt, his potiſſimum rationibus adducuntur: primum, quod opima ſpolia ea rite habentur, quæ dux duci detraxerit; nec dux eſt, niſi cujus auſpicio bellum geritur: Tribunus autem militum, & magiſter equitum, alieno pugnant auſpicio. Itaque quemadmodum nec Torquatus, nec Corvus, nec Æmilianus (ut ait *Valerius* de fortitudine) hoſtium ducibus interemptis, quia alienis auſpiciis rem geſſerant; Tribuni militum cum eſſent, ſpolia Jovi Feretrio non poſuerunt; ſic ne Coſſum quidem Tribunum, aut magiſtrum equitum, ſpolia conſecrare potuiſſe. *Dio* etiam lib. LI. M. Craſſum Baſtarnarum regem Deldonam interfeciſſe ait; atque de eo ſpolia opima Jovi Feretrio fuiſſe relaturum, ſi ipſe imperator dux fuiſſet, ideſt, εἴπερ αὐτοκράτωρ στρατηγὸς ἐγεγόνει: ſiquidem ea res

(24) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 323.
Olymp. LXXXVII. Anno III.
Ante Ær. Chr. 430.
LUCIUS PAPIRIUS CRASSUS. } Coſs.
L. JULIUS JULUS. }
Ita Pighius & Almelovenius cum Sigonio.

(25) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 324.
Olymp. LXXXVII. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 429.
L. SERGIUS FIDENAS II. } Coſs.
HOSTUS LUCRETIUS TRICIPIT. }

Ita Pighius & Almelovenius cum Sigonio.

(26) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 325.
Olymp. LXXXVIII. Anno I.
Ante Ær. Chr. 428.
T. QUINCTIUS PENNUS CINCINNATUS II. } Coſs.
A. CORNELIUS COSSUS. }
Ita Pighius & Almelovenius cum Sigonio. Quæ autem Sigonius ſcribit de Spoliis opimis, ea ſatis expoſita ſunt a nobis in Diſſert. de Spoliis ad Romuli vitam.

res Auguſti auſpiciis gerebatur, non Craſſi. A Accedit, quod *Plutarchus* in Romulo Cornelium Coſſum ait quadrigis Urbem invectum ſpolia retuliſſe. Quadrigis autem vehi, non niſi triumphans poterat; triumphare vero, niſi qui ſuo auſpicio rem geſſerat; ut eſt apud *Valerium* de jure triumphandi. Poſtremo ſcribit *Livius*, ſe audiiſſe Auguſtum ingreſſum ædem Jovis Feretrii, quam vetuſtate dilapſam refecit; dicentem, ſe ipſum in thorace linteo ſcriptum legiſſe, Coſſum ea ſpolia Conſulem dedicaſſe. His nos rationibus ducti, triumphum A. Cornelii Coſſi Conſulis cum relatis ab eo ſpoliis in hunc annum contulimus: quamquam ſcribit *Livius*, cum Vejentes, & ex Fidenatium juventute quidam, hoc anno in B agrum Rom. excurſiones feciſſent, cognitionem ejus rei L. Sergio, Q. Servilio, & Mam. Æmilio, eſſe permiſſam; nec bello rem eſſe tranſactam. Spolia autem ſecunda Marti, non Jovi eſſe dicata ex lege Numæ, ante in Romulo diximus.

DE COS. AN. CCCXXVI. (27)

COnſules hoc anno C. Servilius Ahala, L. Papirius Mugillanus; ut ajunt *Livius*, *Caſſiodorus*, & *Diodorus*: hoc tamen pro cognomine Ahala, Structum habet. Fieri enim poteſt, ut Structus Ahala dictus ſit, ut in *Capit. tabulis* an. CCLXXIV. in *faſtis* tamen C *Siculis* invenio Axillam & Mugillanum. L. Papirius ante Conſul etiam fuit. Hunc opinor eum fuiſſe, qui magiſter equitum ante fuit. C. Servilius Q. F. C. N. Axilla ſcribitur in ſecundo ſuo Capitolino Tribunatu, anno CCCXXXV.

DE TR. MIL. AN. CCCXXVII. (28)

PLebs tenuit, ne Conſules in hunc annum crearentur. Tribuni mil. Conſulari poteſtate quatuor creati ſunt, T. Quinctius Pennus ex Conſulatu, C. Furius, M. Poſtumius, A. Cornelius Coſſus: ſic *Livius*. *Diodorus* autem C. Furium, T. Quinctium, M. Poſtu- D mium, A. Cornelium nominat. Ego C. Furium Pacilum eſſe reor eum qui Conſul & cenſor ante fuit: A. Cornelium Coſſum, qui Conſul. Poſtumio cognomina addidi familiæ propria hoc tempore, Album Regillenſem. Vejentibus rebellantibus bellum indictum. *Livius*.

De Mam. Æmilio dictatore III. & triumpho ejus de Vejentibus ac Fidenatibus.

A. Cornelius Coſſus Urbi præfuit: tres reliqui Tribuni in Vejos profecti, plus ignominiæ quam cladis acceperunt, mœſta civitas dictatorem popoſcit. A. Cornelius dictatorem Mam. Æmilium dixit; & ipſe ab eo magiſter equitum eſt dictus. Hæc *Livius*. *Diodorus* item dictatorem dictum Manium Æmilium, A. Cornelium magiſtrum equitum ſcribit, propter legatos à Fidenatibus interfectos: parum (ut ego opinor) prudenter: nam legatorum cædem Æmilius ultus eſt in prima dictatura, non in tertia: *Livius* autem atque *Oroſius*, aperte hanc Æmilio tertiam dictaturam delatam tradunt. De Fidenatibus autem ita *Livius*; Uni Fidenatium populo rebellare placuit; &, tamquam niſi ab ſcelere bellum ordiri nefas eſſet, ſicut legatorum antea, ita tum novorum colonorum cæde imbutis armis, Vejentibus ſeſe conjungunt. Cum ergo Fidenates iterum rebellarent, ſeque Vejentibus, qui in armis erant, conjungerent, Fidenis ſedes belli capta eſt. In eos dictator exercitu adducto, caſtra Urbemque eorum cepit atque diripuit: cumque exercitum victorem opulentumque præda triumphans Romam reduxiſſet, die ſexto decimo ſe abdicavit.

DE TR. MIL. AN. CCCXXIIX. (29)

HIc annus Tribunos militares Conſulari poteſtate habuit L. Furium, L. Quinctium, A. Sempronium; ut ait *Diodorus*: at vero ut *Livius*, A. Sempronium Atratinum, L. Quinctium Cincinnatum, L. Furium Medullinum, L. Horatium Barbatum. A. Sempronius, L. F. A. N. Atratinus in tertio ſuo Tribunatu Capitolino ſcribitur: L. Quinctius etiam ante Tribunus mil. fuit anno CCCXV. L. Furius & ante ſemel, & poſt III. erit anno CCCXXXIII. in *Tabulis Capitolinis*. Vejentibus in XX. Æquis in III. annos induciæ datæ. *Livius*.

DE TR. MIL. AN. CCCXXIX. (30)

TRibuni militum Conſulari poteſtate hoc anno *Diodoro* auctore quatuor, T. Claudius, Sp. Nautius, L. Sergius, Sex. Julius: *Livio* autem, Claudius Craſſus, Sp. Nautius Rutilus, L. Sergius Fidenas, Sex. Julius Julus. Claudium *Livius* paulo poſt vocat Appium, Decemviri filium. Duos autem Sp. Nautios Rutilos Tribunos per hæc tempora idem

E

(27) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 326.
Olymp. LXXXVIII. Anno II.
Ante Ær. Chr. 427.
L. PAPIRIUS MUGILLANUS II. } Coſs.
C. SERVILIUS STRUCTUS AHALA. }
Ita Pighius & Almelovenius cum Sigonio.

(28) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 327.
Olymp. LXXXVIII. Anno III.
Ante Ær. Chr. 426.
T. QUINCTIUS PENNUS CINCINNATUS.
C. FURIUS PACILUS FUSUS.
M. POSTUMIUS ALBUS REGILLENSIS.
A. CORNELIUS COSSUS.
} Tribuni Militum Patritii Conſ. Poteſt.
Ita Pighius & Almelovenius cum Sigonio.
His Conſulibus Dictator III. dictus eſt Mamercus Æmilius Mamercinus Magiſter Equitum A. Cornelius Coſſus.

(29) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 328.
Olymp. LXXXVIII. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 425.
A. SEMPRONIUS ATRATINUS.
L. FURIUS FUSUS MEDULLINUS.
L. QUINCTIUS CINCINNATUS.
L. HORATIUS BARBATUS.
} Trib. Milit. Patritii Conſ. Poteſt.
Ita Pighius & Almelovenius cum Sigonio.

(30) *Hoc eſt*. Anno ab U. C. 329.
Olymp. LXXXIX. Anno I.
Ante Ær. Chr. 424.
AP. CLAUDIUS CRASSUS REGILLENSIS.
SP. NAUTIUS RUTILUS.
L. SERGIUS FIDENAS.
SEX. JULIUS JULUS.
} Trib. Milit. Patritii Conſ. Poteſt.
Corrigendus eſt Sigonius, qui T. Claudium pro Ap. Claudio ſcribit ex Livio, ut Pighius monet, cui inhæret Almelovenius.

idem edit, unum, qui nunc eſt primum, iterum vero anno CCCXXXVII. alterum, qui primum eſt anno CCCXXXIV. iterum anno CCCXLIX. Eoſdem etiam *tabulæ Capitolinæ* habens; verum unum ſemel, alterum ter Tribunum fuiſſe tradunt, ut poſt apparebit: quem hunc eſſe reor. L. Sergius Fidenas tr. mil. fuit anno CCCX. primum; tertium autem erit anno CCCXXXV. in *Capitolinis tabulis*. Ergo nunc eſt iterum. Hic annus neque bello foris, neque domi ſeditione inſignis fuit. *Livius*.

De cenſoribus & luſtro XIII.

POſt annum CCCXIIX. quo cenſores fuiſſe diximus C. Furium Pacilum, & M. Geganium Macerinum, luſtrumque XII. conditum eſſe notavimus, uſque ad annum CCCL. quo M. Camillum cum Poſtumio Albino cenſores fuiſſe, & luſtrum XVI. condidiſſe in *Capitolinis tabulis* ſcriptum eſt, nulli nominantur apud *Livium* cenſores: & tamen aliquot fuiſſe neceſſe eſt, qui XIII. XIV. & XV. luſtrum condiderint. Quia vero anno CCCXXXV. cenſor L. Papirius in *fragmentis Capitolinis* inciſus eſt, à quo luſtrum XIV. conditum eſſe ex intervallo temporum ſuſpicari poſſumus, propterea ante id tempus luſtrum XIII. collocavimus: cujus tamen una cum cenſorum nominibus certum annum reperire nequivimus.

DE COS. AN. CCCXXX. (31)

COnſules creati in hunc annum, auctore *Caſſiodoro* & *Livio*, C. Sempronius Atratinus, Q. Fabius Vibulanus. C. Sempronium Atratinum Conſulem *Valerius* lib. III. cap. II. & lib. VI. cap. V. cum Volſcis ad Verruginem temeritate ſua male pugnaſſe ſcribit. Quod idem eſt etiam apud *Livium*. Eundem C. Sempronium patruelem fratrem eſſe A. Sempronii L. F. A. N. Atratini, Tribuni mil. III. anno CCCXXXVII. *Diodorus* hos Conſules conſulto præterit: quorum tamen cognomina produnt *faſti Siculi*. Hos idibus Decembris iniiſſe tradit *Livius*.

DE TR. MIL. AN. CCCXXXI. (32)

SEnatus, cum odio Sempronii Conſulare nomen offenderet, Tribunos militares Conſulari poteſtate creari juſſit: creati ſunt L. Manlius Capitolinus, Q. Antonius Merenda, L. Papirius Mugillanus: Hæc *Livius*: apud quem deſideratur nomen quarti Tribuni, L. Servilii Structi; de quo in anno CCCXXXVI. dicam. Ut autem multa nomina Tribunorum interciderint apud hunc auctorem, in *ſcholiis Livianis* oſtendi. Hos etiam tranſcendit *Diodorus*: in *fragmento Capitolino* exſtat cognomen MUGILLAN. quod eſt L. Papirii.

DE COS. AN. CCCXXXII. (33)

HIc annus Conſules habuit N. Fabium Vibulanum, T. Quinctium Capitolinum, *Livio*, & *Caſſiodoro* auctoribus. Hic Fabius primus fuit qui in gente Fabia hoc prænomine uſus ſit, filius Q. Fabii, qui ſexcentis ad Cremeram interfectis ſuperfuit. Itaque in ſecundo Capitolino Tribunatu Q. F. M. N. Vibulanus nuncupatur. T. Quinctium Capitolini filium ſcribit *Livius*, ejus qui ſexies Conſul fuit: quem idem anno CCCXXX. exactæ jam ætatis fuiſſe ait. Et hos omittit *Diodorus*: *faſti* autem *Siculi* non item. In *fragmento Capitolino* eſt T. Quinctius CapiTOLIN. BARBAT. N. FABIUS.

De N. Fabio Vibulano ovante de Æquis.

CUm trepidam tantum aciem his Conſulibus Æqui oſtendiſſent, turpi fuga funduntur; haud magno Conſulis Fabii, cui ea provincia evenerat, decore. Itaque triumphus negatus. Ceterum ob Sempronianæ cædis levatam ignominiam, ut ovans Urbem iniret, conceſſum eſt. *Livius*.

DE TR. MIL. AN. CCCXXXIII. (34)

CUm major pars anni per novos Tribunoſpl. & aliquot interreges certaminibus extracta eſſet, modo prohibentibus Tribunis patricios coire ad prodendum interregem, modo interregem interpellantibus; ne S. C. de comitiis Conſularibus faceret: poſtremo L. Papirius Mugillanus interrex caſtigando nunc patres, nunc Tribunos plebis obtinuit ut Tribunicia comitia haberentur. Creati Tribuni Conſulari poteſtate omnes patricii, T. Quinctius Cincinnatus tertium, L. Furins Medullinus iterum, M. Manlius, A. Sempronius Atratinus. *Livius* hæc. Cum autem in *Capitolinis fragmentis* ſit Cincinnatus II. Medullinus III. contra atque apud *Livium*; profecto intelligendum eſt, numeri notas apud *Livium* eſſe præpoſtero ordine; non librariorum vitio, ſed annalium varietate. In eodem *fragmento* eſt etiam M. Manlius, A. Sempro-

pro-

(31) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 330.
Olymp. LXXXIX. Anno II.
Ante Ær. Chr. 423.
C. SEMPRONIUS ATRATINUS. } Coſſ.
Q. FABIUS VIBULANUS. }
Ita Pighius & Almelovenius cum Sigonio, qui tamen non explicat cur Diodorus Siculus hos Conſules conſulto prætererit, ſicuti nec Pighius ſatis explicat.

(32) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 331.
Olymp. LXXXIX. Anno III.
Ante Ær. Chr. 422.
L. MANLIUS VULSO CAPITOLINUS. } Trib. Milit. Patricii Conſ. Poteſt.
Q. ANTONIUS MERENDA. }
L. PAPIRIUS MUGILLANUS. }
L. SERVILIUS STRUCTUS. }
Ita Pighius & Almelovenius cum Sigonio.

(33) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 332.
Olymp. LXXXIX. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 421.
T. QUINCT. CAPITOLINUS BARBATUS. } Coſſ.
NUMERIUS FABIUS VIBULANUS. }
Ita Pighius & Almelovenius cum Sigonio.
T. Quinctium Capitolinum Barbatum hujus Patrem ſexies Conſulem fuiſſe Livius ſcribit, ſed vel quinquies tantum fuit, vel hic non eſt filius, ſed ipſe qui jam quinquies Conſul fuit, quare addendum eſſet VI. quod tamen non addunt Faſti Capitolini.

(34) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 333.
Olymp. LXXXX., ſive XC. Anno I.
Ante Ær. Chr. 420.
T. QUINCTIUS PENNUS CINCINNATUS II. } Trib. Milit. Patricii Conſ. Poteſt.
L. FURIUS FUSUS MEDULLIN. III. }
M. MANLIUS VULSO CAPITOLIN. }
A. SEMPRONIUS ATRATINUS II. }
Ita Pighius & Almelovenius cum Sigonio.

pronius. T. Quinctius ante Tribunatum geſſit anno CCCXXVII. Hos etiam præterit *Diodorus*. Hoc loco annum interregni Liviani, quem ſumma annorum Capitolina non patitur, omiſimus.

DE TR. MIL. AN. CCCXXXIV. (35)

TRibuni mil. Conſulari poteſtate in hunc annum Agrippa Menenius Lanatus, P. Lucretius Tricipitinus, Sp. Nautius, auctore *Livio*. Deſideratur autem librariorum (ut puto) culpa quartus Tribunus, C. Servilius Q. F. C. N. Axilla; qui anno inſequenti in Capitolinis Tribunis numeratur cum hac nota, $\overline{II}$. & hoc anno ibi eſt, C. SERVILIUS, quarti Tribuni loco. P. Lucretius Hoſti F. dicitur in ſecundo ejus tribunatu Capitolino. Agrippa Menenius idem eſt qui Conſul fuit anno CCCXIV. Et hi deſiderantur apud *Diodorum*. In *fragmento Capitolino* ita eſt; AGRIP. N. LANATUS. SP. NAUTIUS. = TRICIPITINUS. C. SERVILIUS. Servi qui de Urbis incendio conjurarant, ſupplicio affecti.

DE TR. MIL. AN. CCCXXXV. (36)

D*Iodorus* in hunc annum edit Tribunos mil. Conſulari pot. L. Sergium, M. Servilium, M. Papirium. *Livius* L. Sergium Fidenatem, M. Papirium Mugillanum, C. Servilium Priſci F. quo dictatore captæ Fidenæ fuerant: quem C. Servilium Axillam $\overline{II}$. nuncupari invenio in Capitol. Tribunis. Quod etiam traditum non ignorat *Livius*, cum ait, Q. Servilium dictatorem magiſtrum eq. ſibi cooptaſſe C. Servilium filium, alios tradidiſſe; alios vero, C. Servilium Ahalam: *in fragmento Capitolino* ita eſt; MUGILLANUS. C. SERVILIUS Q. F. L. N. AXILLA. $\overline{II}$. L. SERGIUS C. F. C. N. FIDENAS. $\overline{III}$.

De Q. Servilio Priſco dictatore $\overline{II}$.

LAvicanis (Æquorum populi ſunt) nova arma capientibus, bellum indictum eſt. Re minus proſpere à Tribunis duobus geſta, ex Senatus conſulto C. Servilius, qui Urbi præerat, Q. Servilium, quo dictatore captæ Fidenæ fuerant, dictatorem dixit: pater magiſtrum equitum filium ſibi cooptavit: alii Ahalam Servilium magiſtrum eq. hoc anno fuiſſe ſcribunt. *Livius*. Ejuſmodi vero annales ſequuti ſunt ii, qui Capitolinos triumphos concinnarunt; qui Q. Servilium P. F. Sp. N. Priſcum Fidenatem $\overline{II}$. C. Servilium Q. F. C. N. Axillam $\overline{II}$. edunt. Porro autem Lavicos dictatorem cepiſſe ac diripuiſſe, exercitumque victorem Romam reduxiſſe, dieque octavo, quam creatus erat, magiſtratu ſe abdicaſſe, ſcribit *Livius*: neque triumphi in tanto viro verbum ullum facit, perinde atque ne in priore quidem ejus dictatura.

De Cenſoribus & Luſtro XIV.

L. Papirium cenſorem in hunc annum produnt *Capitolina fragmenta*. *Livius* mire negligens eſt, qui & hujus, & aliorum multorum annorum cenſores præteriit de induſtria. Hunc ego L. Papirium Craſſum, eum qui bis ante Conſul fuit, eſſe opinor. Collegam ejus invenire non potui. Luſtrum autem ab his conditum eſſe XIV. ratio temporum docet: ut in XVI. luſtro oſtendam.

DE TR. MIL. AN. CCCXXXVI. (37)

TRibuni militum Conſulari pot. hoc anno P. Lucretius, C. Servilius, Agrippa Menenius, Sp. Veturius, *Diodoro* auctore, at *Livius* edit Agrippam Menenium Lanatum, L. Servilium Structum, P. Lucretium Tricipitinum; iterum omnes hos: Sp. Veturium Craſſum. Ex his L. Servilius Structus primum fuit anno CCCXXXI. librariorum vitio præteritus: neque enim quo alio anno fuerit, apparet: in *fragmento Capitolino* eſt; P. LUCRETIUS HOSTI F. AGRIPPA MENENIUS T. F. AGRIPP. N. Res externæ quietæ.

DE TR. MIL. AN. CCCXXXVII. (38)

TRibunos mil. Conſulari poteſtate habuit hic annus auctore *Diodoro* A. Sempronium, M. Papirium, Q. Fabium, Sp. Nautium: *Livio*, A. Sempronium Atratinum $\overline{III}$. & duos $\overline{II}$. M. Papirium Mugillanum, & Sp. Nautium Rutilum. Præteritum eſſe à librariis Q. Fabium quartum hujus anni Tribunum, Capitolinus hic Tribunatus, *Diodorus*, & ipſemet *Livius* oſtendit, qui Q. Fabium Tribunum mil. $\overline{II}$. eſſe ſcribit an. CCCXXXIX. ut in *ſcholiis Livianis* apertius oſtendi: qui etiam in *fragmento Capitolino*, A. SEMPRONIUS L. F. A. N. Foris otium fuit.

DE TR. MIL. AN. CCCXXXVIII. (39)

TRibunos militum edit quatuor in hunc annum *Diodorus*, P. Cornelium, C. == ==.

(35) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 334.
Olymp. XC. Anno II.
Ante Ær. Chr. 419.
AGRIPPA MENENIUS LANATUS.) Trib. Mi-
SP. NAUTIUS RUTILUS.) lit. Patri-
P. LUCRETIUS TRICIPITINUS.) tii Conſ.
C. SERVILIUS AXILLA.) Poteſt.
Ita Sigonius cum Pighio & Almelovenio, qui omittit cognomen *Lanatus*.

(36) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 335.
Olymp. XC. Anno III.
Ante Ær. Chr. 418.
M. PAPIRIUS MUGILLANUS.) Trib. Milit.
C. SERVILIUS AXILLA II.) Patrit. Conſ.
L. SERGIUS FIDENAS III.) Poteſt.
His Tribunis Dictator dictus eſt Q. SERVILIUS PRISCUS, qui Magiſtrum Equitum elegit C. Servilium Axillam, ut Pighius docet.

(37) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 336.
Olymp. XC. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 417.
P. LUCRETIUS TRICIPITINUS II.) Trib. Mi-
L. SERVILIUS STRUCTUS II.) lis. Patri-
AGRIPPA MENENIUS LANAT. II.) tii Conſ.
SP. VETUR. CRASSUS CICURINUS.) Poteſt.
Ita Pighius & Almelovenius cum Sigonio.

(38) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 337.
Olymp. XCI. Anno I.
Ante Ær. Chr. 416.
A. SEMPRONIUS ATRATINUS II.) Trib. Mi-
M. PAPIRIUS MUGILLANUS II.) lis. Patri-
Q. FABIUS VIBULANUS.) tii Conſ.
SP. NAUTIUS RUTILUS II.) Poteſt.
Ita Pighius & Almelovenius cum Sigonio.

(39) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 338.
Olymp. XCI. Anno II.
Ante Ær. Chr. 415.
P. CORNELIUS COSSUS.) Trib. Mi-
QUINCTIUS CINCINNATUS.) lit. Patri-
C. VALERIUS POTIT. VOLUSUS.) tii Conſ.
NUMERIUS FABIUS VIBULANUS.) Poteſt.
Ita Pighius & Almelovenius cum Sigonio. Quinctio Cincinnato deeſt in Livio prænomen.

[illegible] Fabium : *Livius* P. Cornelium Coſſum, C. Valerium Potitum, Quinctium Cincinnatum, N. Fabium Vibulanum : *lapis Capitolinus* P. Cornelium, C. Valerium L. F. Voluſi N. Fabius in ſecundo ſuo Tribunatu Capitolino ſcribitur N. Fabius Q. F. M. N. Vibulanus II. Æqui Lavicanis novis colonis Romanis arma intulerunt. A

DE TR. MIL. AN. CCCXXXIX. (40)

TI. Poſtumius, C. Cornelius, C. Valerius, Cæſo Fabius Tribuni mil. à *Diodoro* produntur in hunc annum : at à *Livio* Cn. Cornelius Coſſus, L. Valerius Potitus, Q. Fabius Vibulanus II. P. Poſtumius Regillenſis. B Q. Fabius eſt is qui biennio ante præteritus eſt à librariis. P. Poſtumium adverſus Æquos profectum, propter crudelitatem ab exercitu ſuo lapidibus obrutum ſcribit *Livius*. L. Valerius L. F. P. N. Potitus ſcribitur in ſecundo ſuo Tribunatu Capitolino. In *fragmento* autem hujus anni eſt, Q. Fabius Q. F. M. N. P. Poſtumius A. F. A. N.

DE COS. AN. CCCXL. (41)

DEinde patres vicere ut Conſules crearentur. Q. Fabio Vibulano comitia habente, Conſules creati ſunt M. Cornelius Coſſus, L. Furius Medullinus. Eoſdem Conſules nominat *Caſſiodorus*, & *Diodorus*, exemptis C cognominibus : quos cum inſequentibus omittunt *faſti Siculi*. L. Furius Medullinus bis Cos. erit ; ſepties Tribunus militum, in ſecundo autem Tribunatu Capitolino, L. F. Sp. N. ſcribitur. Furius Cos. adverſus Volſcos populantes Hernicorum fines miſſus, cum hoſtem ibi non inveniſſet, Ferentinum, quo magna multitudo Volſcorum ſe contulerat, cepit.

DE COS. AN. CCCXLI. (42)

Q. Fabius, C. Furius, Conſules ſubſequuntur apud *Caſſiodorum* : apud *Livium* au- D tem & *Caſſiodorum*, Q. Fabius Ambuſtus, C. Furius Pacilus. Hunc C. Furium C. Furii F. eſſe reor, qui ante & Cenſor & Tribunus mil. fuit. Præterquam ab morbo annonaque nihil hoc biennio inteſtini externive incommodi fuit. *Livius*.

De COS. AN. CCCXLII. (43)

M. Papirium, C. Nautium Rutilum, edunt Conſules hoc anno *Livius*, *Caſſiodorus*, & exempto Rutili cognomine *Diodorus* : Mugillanum & Rutilum cum *faſtis Siculis Cuſpiniani*.

De Cenſoribus & Luſtro XV.

LUſtri XV. ſedes incerta eſt : & nomina Cenſorum, qui id condiderint, adhuc nobis incomperta ſunt. Ideſt *Livii* negligentiæ tribuendum, à quo hæc, ut multa alia, conſulto neglecta ſunt.

DE COS. AN. CCCXLIII. (44)

M. Æmilium, C. Valerium, Conſules in hunc annum prodnnt *Livius* & *Caſſiodorus* : at *Diodorus* Maninm Æmilium, C. Valerium : *faſti Siculi* Aimilium & *[illegible]* ut puto, mendoſe. Hic Æmilius in primo & tertio Tribunatu Capitolino M'. Æmilius Mam. F. M. N. Mamercinus ſcribitur : Valerius in primo & tertio Tribunatu Capitolino L. F. Voluſi N. Potitus Voluſus appellatur.

De C. Valerio ovante de Æquis.

CUm Æqui in Latioum Hernicumque agrum tranſcendiſſent, atque arcem Carventanam occupaſſent, C. Valerius Conſul motis caſtris eos dejecit præſidio, arcemque recuperavit. Itaque dignus Senatui viſus eſt qui propterea ovans in Urbem introiret. *Livius*.

DE COS. AN. CCCXLIV. (45)

IN huoc annom creati Conſules teſte *Caſſiodoro* L. Furius, Cn. Cornelius : *Diodoro* L. Furius, Cn. Pompejus : *Livio* Co. Cornelius Coſſus, L. Furius Medullinus iterum : *faſtis Siculis* Coſſus & Medullinus : In *fragmento Capitolino* eſt A. F. M. N. quod ad Cornelium pertinet ; & MEDULIN. II. quod ad Furiom. Conſules an ambo profecti ſint ad arcem Carventanam, an alter ad comitia habenda ſubſtiterit, incertum diverſi auctores faciunt : illa pro certo habenda, in quibus non diſſentiunt, ab arce Carventana (hanc Æqui iterum invaſerant) cum diu nequicquam oppugnata eſſet, receſſum ; Verruginem in Volſcis eodem exercitu receptam. Eodem anno quæſtores primum ex plebe creati. *Livius*.

DE

(40) *Hoc eſt* : Anno ab U. C. 339.
Olymp. XCI. Anno III.
Ante Ær. Chr. 414.
Q. FABIUS VIBULANUS II.) Trib.Mi-
CN. CORNELIUS COSSUS.) lit.Patri-
P. POSTUM. ALBUS REGILLENSIS.) tii Conſ.
L. VALERIUS POTITUS.) Poteſt.
Ita Pighius & Almelovenius cum Sigonio ex Livio. E

(41) *Hoc eſt* : Anno ab U. C. 340.
Olymp. XCI. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 413.
M. CORNELIUS COSSUS. } Coſs.
L. FURIUS MEDULLINUS.
Ita Pighius & Almelovenius cum Sigonio, qui L. Furium facit Conſulem bis.

(42) *Hoc eſt* : Anno ab U. C. 341.
Olymp. XCII. Anno I.
Ante Ær. Chr. 412.
Q. FABIUS AMBUSTUS. } Coſs.
C. FURIUS PACILUS.
Ita ex Livio Pighius & Almelovenius cum Sigonio.

(43) *Hoc eſt* : Anno ab U. C. 342.
Olymp. XCII. Anno II.
Ante Ær. Chr. 411.
M. PAPIRIUS MUGILLANUS. } Coſs.
C. NAUTIUS RUTILUS.
Ita ex Livio Caſſiodoro, & faſtis Siculis Pighius & Almelovenius.

(44) *Hoc eſt* : Anno ab U. C. 343.
Olymp. XCII. Anno III.
Ante Ær. Chr. 410.
M'. ÆMILIUS MAMERCINUS. } Coſs.
C. VALERIUS POTITUS VOLUSUS.
Ita Pighius & Almelovenius cum Sigonio ex Livio Caſſiodoro, & Diodoro.

(45) *Hoc eſt* : Anno ab U. C. 344.
Olymp. XCII. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 409.
CN. CORNELIUS COSSUS. } Coſs.
L. FURIUS MEDULLINUS II.
Ita ex Livio Pighius & Almelovenius cum Sigonio :

DE TR. MIL. AN. CCCXLV. (46)

C. Julius, P. Cornelius, C. Servilius, Tribuni militum in hunc annum ſuggeruntur à *Diodoro*: iiſdem addunt cognomina *lapis Capitolinus* & *Livius*, Julum, Coſſum, Ahalam. C. Julium fratrem eſſe reor L. Julii L. F. Vopiſci N. Juli, Tribuni mil. CCCLII. C. Servilius, P. F. Q. N. Ahala in ſecundo Tribunatu Capitolino ſcribitur.

De P. Cornelio Coſſo dictatore, & re geſta cum Volſcis.

CUm Volſcorum Æquorumque motus majores etiam quam res erat, Romam nuntiarentur, Senatus extemplo, quod in rebus trepidis conſilium erat, dictatorem dici juſſit. C. Servilius Ahala Tribunus militum, dictatorem P. Cornelium dixit: ipſe ab eo magiſter equitum creatus eſt. Bellum haud memorabile fuit: uno eoque facili prœlio cæſi ad Antium hoſtes. Dictator ita bello geſto, ut non deſuiſſe fortunæ videretur, felicitate quam gloria majore in Urbem rediit, ſeque dictatura abdicavit. *Livius*. Hujus dictatoris & magiſtri eq. notæ ſunt etiam in *Capitolino fragmento*; = RUTILUS COSSUS DICT. REI GER. CAUSA. = AHALA MAG. EQ. ex quo quæ utriuſque cognomina fuerint, apparet.

DE TR. MIL. AN. CCCXLVI. (47)

TRibuni mil. Conſulari pot. hoc anno C. Furius, C. Servilius, C. Valerius, N. Fabius, apud *Diodorum*, at *Livius* edit quatuor, patricios omnes, jam functos eo honore, L. Furium Medullinum, C. Valerium Potitum, N. Fabium Vibulanum, C. Servilium Ahalam; hunc autem refectum continuato honore, tum ob alias virtutes, tum ob recentem favorem unica moderatione partum. In *fragmento Capitolino* eſt = Potitus Voluſus II. Medullinus. C. Servilius Ahala II. N. Fabius Vibulanus II. In Volſcis accepta clades amiſſo Verrugine præſidio. *Livius*.

DE TR. MIL. AN. CCCXLVII. (48)

DIodorus tribunus militum Cos. pot. edit in hunc annum P. Cornelium, N. Fabium, L. Valerium, Terentium Maximum: *Livius* P. & Cn. Cornelios Coſſos, N. Fabium Ambuſtum, L. Valerium Potitum. P. Cornelius eſt is qui fuit dictator. Cn. Cornelius, alius eſt ab eo qui tribunatum mil. geſſit anno CCCXXXIX. & ab eo qui geſſit anno CCCXLV. neque enim in *fragmento Capitolino* eſt multiplicati unius honoris nota; ita enim habet:
= RUTILUS COSSUS L. VALERIUS L. F. P. N. POTITUS II.
= == COSSUS. N. FABIUS. M. F. Q. N. AMBUSTUS.
Vejentibus, cum induciarum tempus exiſſet, bellum indictum ob ſuperbum reſponſum Vejentis Senatus, qui legatis repetentibus res, ni faceſſerent propere urbe finibuſque daturos quod Lar Tolumnius dediſſet, reſponderi juſſit. Stipendium de publico primum militibus datum. Hoc bellum decimo poſt anno captis Vejis, à Camillo dictatore confectum eſt.

DE TR. MIL. AN. CCCXLVIII. (49)

TRibunos mil. ſex in hunc annum creatos ait *Diodorus*, T. Quinctium, C. Julium, A. Manlium: reliquorum nomina reticet. *Livius* omnes nominat, T. Quinctium Capitolinum, Q. Quinctium Cincinnatum, C. Julium iterum, A. Manlium, L. Furium Medullinum tertium, M'. Æmilium Mamercum; *lapis Capitolinus* edit = Julum II. M'. Æmilium Mam. F. M. N. Mamercinum. = Capitolin. Barb. L. Furium L. F. Sp. N. Medullinum II. = Cincinnatum. A. Manlium A. F. Cn. N. Vulſonem Capitolinum. T. Quinctius Capitolinus Barbatus, idem qui Conſul fuit anno CCCXXXII. De L. Furio diſſentit (ut dixi) à Liviana hiſtoria Capitolina. Hic annus primus ſex trib. mil. habuit; quod lege cautum ſuerat, ut fieret jam tum cum primum de tribunis creandis latum fuerat; quo anno Veji primum circumſeſſi ſunt.

DE TR. MIL. AN. CCCXLIX. (50)

TRibuni mil. Conſulari pot. ſubſequuntur apud *Diodorum* P. Cornelius, K. Fabius, Sp.

---

(46) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 345.
Olymp. XCIII. Anno I.
Ante Ær. Chr. 408.

C. JULIUS JULUS.	Trib. Milit.
P. CORNELIUS COSSUS.	Patrit. Conſ.
C. SERVILIUS AHALA.	Poteſt.

Ita ex Diodoro, Livio, & faſtis Capitol. Pighius & Almelovenius cum Sigonio.
Hoc anno dictus eſt à C. Servilio Ahala Dictator P. CORNELIUS COSSUS, qui ipſum Ahalam Magiſtrum Equitum aſſumpſit.

(47) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 346.
Olymp. XCIII. Anno II.
Ante Ær. Chr. 407.

C. VALERIUS POTIT. VOLUS. II.	Trib. Mi-
C. SERVILIUS AHALA II.	lit. Patri-
L. FURIUS MEDULLINUS.	tii Conſ.
NUMERIUS FABIUS VIBULAN.	Poteſt.

Ita Pighius cum Sigonio ex Diod. Livio, & faſt. Capit. Male Almelovenius ex literis *Voluſi N.* intellexit *Voluſinus*, cum ſignificet *Voluſi Nepos*.

(48) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 347.
Olymp. XCIII. Anno III.
Ante Ær. Chr. 406.

P. CORNELIUS RUTILUS COSSUS.	Trib. Mi-
L. VALERIUS POTITUS II.	lit. Patri-
CN. CORNELIUS COSSUS.	tii Conſ.
NUM. FABIUS AMBUSTUS.	Poteſt.

Ita Pighius & Almelovenius cum Sigonio ex Livio.

(49) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 348.
Olymp. XCIII. Anno IV.
Ante Ær. Chr 405.

C. JULIUS JULUS II.	
M. ÆMILIUS MAMERCINUS.	
T. QUINCTIUS CAPITOLINUS BARBATUS.	Trib. Mi-
L. FURIUS MEDULLINUS II.	lit. Patri-
Q. QUINCTIUS CINCINNATUS.	tii Conſ.
A. MANLIUS VULSO CAPITOLINUS.	Poteſt.

Ita ex Livio Pighius & Almelovenius cum Sigonio.

(50) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 349.
Olymp. XCIV. Anno I.
Ante Ær. Chr. 404.

P. CORNELIUS MALUGINENSIS.	
SP. NAUTIUS RUTILUS III.	Trib. Mi-
CN. CORNELIUS COSSUS II.	lit. Patri-
C. VALERIUS POTIT. VOLUS. III.	tii Conſ.
COESO FABIUS AMBUSTUS.	Poteſt.
M. SERGIUS FIDENAS.	

Ita ex Diodoro & Livio Pighius & Almelovenius cum Sigonio.

A Sp. Nautius, C. Valerius, M'. Sergius καὶ [illegible] : mendoſe; apud *Livium* C. Valerius Potitus $\overline{\text{III}}$. M'. Sergius Fidenas, P. Cornelius Maluginenſis, Cn. Cornelius Coſſus, K. Fabius Ambuſtus, Sp. Nautius Rutilus $\overline{\text{II}}$. in *lapide Capitol.* = Maluginenſis, Sp. Nautius Sp. F. Sp. N. Rutilus $\overline{\text{III}}$. = Coſſus $\overline{\text{II}}$. C. Valerius L. F. Vol. N. Potit. Voluſ. $\overline{\text{III}}$. = Ambuſtus, M'. Sergius Fidenas. Ex his M'. Sergius L. F. L. N. Fidenas ſcribitur in ſecundo Capitolino tribunatu: itemque K. Fabius M. F. Q. N. Ambuſtus; præterea Coſſus $\overline{\text{II}}$. notatur; quis autem ſit ex tribus Cnæis Corneliis Coſſis, de quibus ante diximus, in obſcuro eſt. Nautium Rutilum $\overline{\text{II}}$. *Livius*, *Capitolini ſcriptores* $\overline{\text{III}}$. nominant; qua de re B ſupra dictum eſt. Cum Volſcis bene pugnatum, Artena urbe eorum capta.

DE TR. MIL. AN. CCCL. (51)

LIvius Tribunorum militum numerum hoc anno à Romanis auctum; atque octo (quod nunquam antea) creatos ſcribit, M'. Æmilium Mamercum $\overline{\text{II}}$. L. Valerium Potitum $\overline{\text{III}}$. Ap. Claudium Craſſum, M. Quinctilium Varum, L. Julium Julum, M. Poſtumium, M. Furium Camillum, M. Poſtumium Albinum. Apud *Diodorum* autem hæc nomina ſunt; Manius ===.==. Claudius, M. C Quinctilius, L. Julius, M. Furius, L. Valerius. Quamquam autem deſunt aliquot apud eum voces, hunc tamen non octo tribunos edidiſſe puto, ſed ſex: quod ii fecerunt etiam, qui hunc annum *Capitolinum* concinnarunt ita; = Mamercin. $\overline{\text{II}}$. M. Furius Fuſus, = Craſſus, L. Julius Julus, = Varus, L. Valerius Potitus $\overline{\text{III}}$. qui iidem Albinum & Camillum non tribunos hoc anno faciunt, ſed cenſores. Ut autem hoc anno Camillum potius cenſorem fuiſſe opiner quam tribunum, me adducit *Plutarchus*, qui Camillum ante cenſorem creatum narrat, quam tribunum. Inter ſex autem tribunos M. Furius Fuſus in *Capitolino fragmento* nominatur, qui à *Livio* M. Poſtumius appella- D tur. *Fuſus* autem antiquum eſt gentis Furiæ cognomen. Ap. Claudius eſt filius Ap. Claudii tribuni mil. anno CCCXXIX. Decemviri nepos. *Livius* multis locis. Hunc autem M. Camillum ne eum quidem eſſe qui Gallos urbe expulit, in *ſcholiis Livianis* docui. Hoc anno ad Vejos hibernacula primum obſidionis continuandæ cauſſa fieri cœpta.

De cenſoribus & Luſtro XVI.

NIſi *Capitolina fragmenta* nobis annum horum cenſorum ſubindicaſſent, incerta ita eſſet hujus XVI. luſtri ſedes, ut aliorum ſuperiorum. Poſtumium autem Albinum in ſequenti anno luſtrum XVI. feciſſe, nemo eſt qui non ex *fragmento Capitolino* intelligere poſſit. Huic ego M. Furium Camillum collegam adjunxi; quia Valerius lib. II. cap. III. Camilli & Poſtumii cenſorum meminit, & eorum edicti, quo eos qui cœlibes ad ſenectutem uſque perveniſſent, mulcta dignos eſſe B voluerunt, cujus etiam mentionem facit *Plutarchus*, dum de Camillo cenſore diſſerit. Et quia idem *Plutarchus* Camillum cenſuram cepiſſe ante alios magiſtratus ſcribit, non dubitavi quin certiſſimus hic eſſet ejus honoris locus. M. Poſtumium etiam *Livius* cum Camillo conjunxit hoc anno in tribunatu, cenſura præterita. Hunc autem M. Poſtumium fratrem eſſe P. Poſtumii tribuni mil. anno CCCXXXIX. qui ab exercitu lapidatus fuit, ex *Capitolina* deſcriptione cognoſcitur: uterque enim A. F. A. N. Albinus Regillenſis vocatur. Contra morem autem hi cenſores Conſulibus præpoſiti ſunt in *faſtis Capitolinis*; quod ex linea dividente eos ab his Conſuli- C bus, & cum poſteris conjungente, intelligi poteſt.

DE TR. MIL. AN. CCCLI. (52)

TRibuni militum Conſulari poteſtate hoc anno C. Servilius, L. Virginius, Q. Sulpicius, A. Manlius Capitolinus, Κλαύδιος, Μάρκος Ἄγκος, mendoſe, apud *Diodorum*: at vero apud *Livium* C. Servilius Ahala $\overline{\text{III}}$. Q. Servilius, L. Virginius, Q. Sulpitius, A. Manlius $\overline{\text{II}}$. M'. Sergius $\overline{\text{II}}$. Q. Servilium Fidenatem vocat *Livius* in aliis ſequentibus ejus tri- D bunatibus, quos ſex geret. Hunc ego Q. Servilii Priſci Fidenatis bis dictatoris filium eſſe reor. In *fragmento Capitolino* nominantur Q. Sulpicius Ser. F. Ser. N. Camerinus Cornut. A. Manlius A. F. Cn. N. Vulſo Capitolin. $\overline{\text{II}}$. M'. Sergius L. F. L. N. Fidenas $\overline{\text{II}}$. Caſtra, quibus Sergius trib. mil. ad Vejos præerat, à Capenati, Faliſco, & Vejenti hoſte expugnata. *Livius*.

DE

E (51) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 350.
Olymp. XCIV. Anno II.
Ante Ær. Chr. 403.

M'. ÆMILIUS MAMERCINUS II.	Trib. Milit. Patricii Conſ. Poteſt.
M. FURIUS FUSUS.	
AP. CLAUDIUS CRASSUS.	
L. JULIUS JULUS.	
M. QUINCTILIUS VARUS.	
L. VALERIUS POTITUS III.	

Petavius Livium ſecutus addit alios duos *M. Furium Camillum*, & *M. Poſtumium Albinum*. Qui quidem, ut Pighius docet, hoc anno Cenſores electi ſunt, at Tribuni non fuerunt qui ſex tantum fuerunt ut Sigonius noſter, Pighius, & Almelovenius ex Diod. Siculo docent.

Falsò Livius *Juli*. *Julo* dat prænomen *Marci* inſolitum Juliæ familiæ & contra Diod. Siculum, & Marm. Capit. quæ *Lucii* prænomen adſcribunt.

(52) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 351.
Olymp. XCIV. Anno III.
Ante Ær. Chr. 402.

C. SERVILIUS AHALA III.	Trib. Milit. Patricii Conſ. Poteſt.
Q. SULPICIUS CAMERINUS CORNUTUS.	
Q. SERVILIUS PRISCUS FIDENAS.	
A. MANLIUS VULSO CAPITOLINUS II.	
M'. SERGIUS FIDENAS II.	
L. VIRGINIUS TRICOSTUS COELIMONTANUS.	

Ex his ultimi duo propter rem male geſtam adverſus Vejentes coacti ſunt abdicare, ut docet ex Livio Pighius cum Almelovenio.

DE TR. MIL. AN. CCCLII. (53) A

TRibunos mil. Conſulari pot. edit in hunc annum *Diodorus* L. Julium, M. Furium Æmilium Mamercum, C. Cornelium, Cæſonem Fabium, Παῦλον Σέξτον, vitio: *Livius* L. Valerium Potitum $\overline{\text{IIII}}$. M. Furium Camillum, M'. Æmilium Mamercum $\overline{\text{III}}$. Cn. Cornelium Coſſum $\overline{\text{II}}$. K. Fabium Ambuſtum, L. Julium Julum. Ex quibus Camillus nunquam antea fuit, ſi *Capitolinos auctores* ſequimur. C. Cornelius Coſſus, is eſt qui anno CCCXLVII. tribunus mil. primum fuit. K. Fabius ante etiam tribunatum geſſit. Itaque in *Capitolino fragmento* eſt, L. Julius L. F. Vopiſci N. Julus. M'. Æmilius Mam. F. M. N. Mamercin. $\overline{\text{III}}$. K. Fabius M. F. Q. N. Ambuſtus $\overline{\text{II}}$. Hi K. Octobribus inire juſſi, cum idus Decembris ante ſolennes eſſent, ob cladem à M'. Sergio priore anno ad Vejos acceptam. Camillus in Faliſcos, Cornelius in Capenates, Valerius in Volſcos ad Anxur recipiendum, Æmilius & Fabius ad Vejos obſidendos profecti. B

DE TR. MIL. AN. CCCLIII. (54)

D*iodorus* de tribunis mil. hujus anni ita: Tribunatum inierunt P. Mælius, Sp. Mænius, L. Furius, & alii tres: at *Livius*, P. Licinius Calvus, P. Mælius, P. Titinius, P. Mænius, L. Furius Medullinus, L. Publilius Vulſcus: ſic enim legendum eſſe, in *ſcholiis Livianis* oſtendimus: in *lapide* enim *Capitolino* eſt. C

ELIUS SP. F. C. N. CAPITOLINUS.
IUS L. F. SP. N. MEDULLINUS.
LILIUS L.F. VOLER. N. PHILO. VULSCUS.

P. Licinium unum ex plebe uſurpandi juris cauſſa factum, ceteros patricios fuiſſe, tradit *Livius*. Plebejos tamen omnes hos eſſe præter Furium, ex plebejis eorum magiſtratibus obſervavi. Anxur in Vulſcis receptum. *Livius*. D

DE TR. MIL. AN. CCCLIIII. (55)

TRibuni mil. Conſulari poteſtate in hunc annum ſubſequuti ſunt teſte *Diodoro*, Cn. Genucius, L. Atilius, M. Pomponius, C. Duilius, M. Veturius, Volero Publilius, auctore *Livio*. M. Veturius, unus patricius; reliqui, plebeji, M. Pomponius, C. Duilius, Volero Publilius, Cn. Genucius, L. Atilius: ſic enim ex veteribus libris emendavimus. Liber *Cuſpiniani*, qui niſi duorum tribunorum cognomina quotannis profert, Augurinum edit & Longum; alterum, Genucii cognomen; alterum, Atilii M. Veturius Ti. F. vix intelligitur ex *lapide Capitolino*. *Tiberium* autem prænomen eſſe Veturiorum, ex aliis hoc prænomine prææditis Veturiis aperte cognoſcitur: ſic enim in eo eſt; L. Atilius K. F. K. N. LONGUS. M. Veturius TI. F. SP. N. CRASS. CICURIN. Volero PubliLIUS P.F. VOLER. N. PHILO. Cum Vejentibus, Faliſcis, & Capenatibus, proſpere dimicatum.

DE TR. MIL. AN. CCCLV. (56)

IN hunc annum patricii omnes creati tribuni mil. Conſulari poteſtate, *Livio* auctore, L. Valerius potitus $\overline{\text{V}}$, M. Valerius Maximus, M. Furius Camillus $\overline{\text{II}}$. L. Furius Medullinus $\overline{\text{III}}$. Q. Servilius Fidenas $\overline{\text{II}}$. Q. Sulpicius Camerinus $\overline{\text{II}}$. *Diodoro* autem L. Valerius, M. Furius, Q. Servilius, Q. Sulpicius, Κλαύδιος Οὖγος, Μάρκος Ἄππιος: mendoſe. Camilli $\overline{\text{II}}$. tribuni militum meminit etiam *Plutarchus*: Medullini $\overline{\text{III}}$. & Fidenatis $\overline{\text{II}}$. *lapis Capitolinus*. Hoc anno lacus in Albano nemore ad altitudinem inſolitam crevit: ea de re legati ad Delphicum oraculum miſſi ſciſcitatum, quidnam eo prodigio dii portenderent. Ex agro Vejenti, Faliſco, & Capenate, prædæ tantum abactæ. *Livius*.

DE TR. MIL. AN. CCCLVI. (57)

L*ivius* in hunc annum profitetur Tribunos mil. Conſulari poteſtate hos; L. Julium Julum, D

---

(53) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 352.
Olymp. XCIV. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 401.

L. VALERIUS POTITUS IV.
L. JULIUS JULUS.
M. FURIUS CAMILLUS.
M'. ÆMILIUS MAMERCINUS III.
CN. CORNELIUS COSSUS II.
COESO FABIUS AMBUSTUS II.
} Trib. Milit. Patritii Conſ. Poteſt.

Ita Pighius & Almelovenius cum Sigonio ex Livio. L. Julio Julo non additur II. nam filius eſt ejus, qui fuit Tribunus Militum Anno ab U. C. 350. ut Marmora Capitolina nos admonent.

(54) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 351.
Olymp. XCV. Anno I.
Ante Ær. Chr. 400. E

P. LICINIUS CALVUS.
P. MÆLIUS CAPITOLINUS.
P. MÆNIUS.
SP. FURIUS MEDULLINUS.
L. TITINIUS.
L. PUBLILIUS PHILO VULSCUS.
} Trib. Militum de Plebe, excepto *Furio* Patritio Conſ. Poteſt.

Vulſcus non *Volſcus* vult ſcribi Sigonius ex Marm. Capitol. Ita & Pighius. Male *Volſcum* appellat Almelovenius.

(55) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 354.
Olymp. XCV. Anno II.
Ante Ær. Chr. 399.

C. DUILLIUS.
L. ATINIUS LONGUS.
CN. GENUCIUS AVENTINENSIS.
M. VETURIUS CRASSUS CICURINUS.
M. POMPONIUS.
VOLERO PUBLILIUS PHILO.
} Trib. Mil. de Plebe, excepto *Veturio* Patritio Conſ. Poteſt.

Ita ex Livio Sigonius, Pighius, & Almelovenius Sigonius *Atilium* ſcribit.

(56) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 355.
Olymp. XCV. Anno III.
Ante Ær. Chr. 398.

L. VALERIUS POTITUS V.
L. FURIUS MEDULLINUS III.
M. VALERIUS MAXIMUS.
M. FURIUS CAMILLUS II.
Q. SERVILIUS PRISCUS FIDENAS II.
Q. SULPICIUS CAMERINUS CORNUTUS II.
} Trib. Milit. Patritii Conſ. Poteſt.

Ita ex Livio Pighius & Almelovenius cum Sigonio.

(57) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 356.
Olymp. XCV. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 397.

L. JULIUS JULUS II.
L. FURIUS MEDULLINUS IV.
L. SERGIUS FIDENAS.
A. POSTUMIUS ALBINUS REGILLENSIS.
A. MANLIUS VULSO CAPITOLINUS III.
P. CORNELIUS MALUGINENSIS II.
} Trib. Milit. Patritii Conſ. Poteſt.

Ita ex Livio Pighius, & Almelovenius cum Sigonio.

Julum, L. Furium Medullinum IIII., L. Sergium Fidenatem, A. Poſtumium Regillenſem, P. Cornelium Maluginenſem, A. Manlium: *Diodorus* L. Sergium, A. Poſtumium, P. Cornelium, Σίξων Κοσσων, Q. Manlium, Α'νίων Καίνκον: eſt autem in duobus menda graviſſima. A. Manlius III. ſcriptus eſt, quia bis ante fuit: P. Cornelius II., quia ſemel: item L. Julius. Legati, qui de Albana palude Delphos miſſi fuerant, reverſi, monitos ſe à deo renunciarunt, ut aquam Albanam per agros rivis emitterent; & ſacra patria, quorum omiſſa cura erat, inſtaurata facerent; atque ita victoriam de Vejentibus brevi ſperarent. Cum autem inventum eſſet, id nihil aliud eſſe quam magiſtratus vitio creatos Latinos, ſacrumque in Albano monte non rite concepiſſe, unam expiationem eorum eſſe, ut tribuni militum ſe magiſtratu abdicarent, auſpicia de integro repeterentur, & interregnum iniretur: ea ita facta ſunt ex S. C. Interreges tres deinceps fuere, L. Valerius, Q. Servilius Fidenas, M. Furius Camillus. *Livius* auctor.

DE TR. MIL. AN. CCCLVII. (58)

P. Licinius P. F. L. Titinius, P. Mænius, P. Mælius, Cn. Genucius, L. Atilius, Tribuni mil. Conſulari poteſtate deinceps ſubſequuti ſunt, auctore *Livio*: (ſic enim emendavimus) *Diodoro* autem, L. Titinius, P. Licinius, P. Mælius, Q. Mænius, Cn. Genucius, L. Atilius. Hi omnes præter P. Licinium, P. F. paulo ante Tribunatum geſſerunt, ut ait *Livius*: qui Genucium etiam in prœlio cecidiſſe adverſus Faliſcos & Capenates auctor eſt.

De bello Vejenti confecto, M. Camillo dictatore, & triumpho ejus.

MAm. Æmilius Mamercinus dictator III. anno CCCXXVII. Vejentium opes ita afflixit, ut poſtero anno inducias in XX. annos petierint. Anno autem CCCXLVI. quia (ut inquit *Livius*) induciarum tempus exegerat, Vejentes ab Senatu impetrarunt, quia ipſi diſcordia inteſtina laborarent, ne res ab ſe repeterentur. Inſequenti ergo anno Vejens bellum motum, ob ſuperbum reſponſum Vejentis Senatus, qui legatis repetentibus res, niſi faceſſerent propere urbe finibuſque, daturos quod Lar Tolumnius dediſſet, reſponderi juſſit. Id patres ægre paſſi, decrevere ut primo quoque tempore Tribuni militum de bello Vejentibus indicendo ad populum ferrent: ac, tum primum ſtipendio de publico militibus decreto, latum eſt. Ita inſequenti anno, qui fuit ab Urbe condita CCCXLVIII. circumſeſſi primum Veji ſunt; atque inde per novem annos vario eventu à Tribunis militaribus res cum Vejentibus geſta eſt. Hoc autem anno, cum Genucius Titiniuſque Tribuni mil. adverſus Faliſcos & Capenates profecti, ille in acie temere cecidiſſet, hic in editum tumulum ex multa trepidatione militibus collectis, æquo loco ſe hoſti nunquam commiſiſſet, atque ea res maximum ad Vejos tumultum excitaſſet, quod rumor caſtra pervaſerat, ducibus exercituque cæſo victorem Capenatem ac Faliſcum, Etruriæque omnem juventutem haud procul inde abeſſe, atque iis tumultuoſiora Romæ nuntiarentur; M. Furius Camillus dictator dictus, magiſtrum eq. P. Cornelium Scipionem dixit. Is Faliſcis & Capenatibus fuſis, ac caſtris exutis, ad Vejos profectus, cuniculo in arcem hoſtium acto, urbem ipſam decimo ejus belli anno cepit: ac maxima præda potitus, Junonis etiam ſignum Romam delatum in Aventino, exſtructo ibi templo, locavit, cùm clariſſimum de Vejentibus in urbem triumphum equis albis juncto curru invexiſſet. *Livius, Plutarchus, Diodorus, Valerius* lib. IIII. cap. I. *Oroſius*, *Eutropius*. *Gellius* lib. XVII. cap. XXI. is qui de viris illuſtribus ſcripſit, *Zonaras*.

DE TR. MIL. AN. CCCLVIII. (59)

VEjis captis ſex Tribunos militares Conſulari pot. inſequens annus habuit, duos P. Cornelios, Coſſum & Scipionem; M. Valerium Maximum II. K. Fabium Ambuſtum III. L. Furium Medullinum V. Q. Servilium III. *Livius*: at *Diodorus* edit P. Ser. Cornelium Coſſum, Cæſonem Fabium, L. Furium, Q. Servilium, M. Valerium. Cornelii Faliſcum, Valerius & Servilius Capenas bellum geſſerunt.

DE TR. MIL. AN. CCCLIX. (60)

HOc anno apud *Livium* Tribuni militares Conſulari poteſtate fuerunt M. Furius Camillus, L. Furius Medullinus VI. C. Æmilius, L. Valerius Poplicola, Sp. Poſtumius, P. Cornelius II. *Diodorus* tres edit, M. Furium, C. Æmilium, Κάτλον Βῆρον, mendoſe. Camillus nunc eſt III. P. Cornelium, eſſe Scipionem puto, non Coſſum; quod idem ante magiſter eq. etiam Camillo fuerit. Reliquis familiaria cognomina addidi. Hoc anno Camillus

(58) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 357.
Olymp. XCVI. Anno I.
Ante Ær. Chr. 396.

P. LICINIUS CALVUS.
L. TITINIUS II.
L. ATINIUS LONGUS II.
P. MÆNIUS II.
P. MÆLIUS CAPITOLINUS II.
CN. GENUCIUS AVENTINENSIS II.
} Trib. Militum de Plebe Conſ. Poteſt.

Ob res male à Titinio, atque à Genucio adverſus Faliſcos, & Capenates geſtas, occiſo in pugna Genucio electus eſt Dictator *M. Furius Camillus*, qui Magiſtrum Equitum aſſumpſit, P. Cornelium Scipionem. Ita ex Livio Sigonius, Pighius, & Almelovenius.

(59) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 358.
Olymp. XCVI. Anno II.
Ante Ær. Chr. 395.

P. CORNELIUS COSSUS.
P. CORNELIUS SCIPIO.
M. VALERIUS MAXIMUS II.
COESO FABIUS AMBUSTUS III.
L. FURIUS MEDULLINUS V.
Q. SERVIL. PRISCUS FIDENAS III.
} Trib. Milit. Patritii Conſ. Poteſt.

Ita ex Livio Pighius & Almelovenius cum Sigonio.

(60) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 359.
Olymp. XCVI. Anno III.
Ante Ær. Chr. 394.

M. FURIUS CAMILLUS III.
L. FURIUS MEDULLINUS VI.
C. ÆMILIUS MAMERCINUS.
SP. POSTUMIUS ALBINUS REGILLENSIS.
P. CORNELIUS SCIPIO II.
L. VALERIUS POBLICOLA.
} Trib. Milit. Patritii Conſ. Poteſt.

Ita ex Livio Sigonius, Pighius, & Almelovenius:

millus Tribunus militum, Faliſcos juſtitia in ditionem Populi Rom. redegit, remiſſo ad Faliſcos puerorum magiſtro proditore. *Livius*, *Plutarchus*. Miror autem *Valerium* lib. VI. hanc rem à Camillo Conſule actam tradere; cum *Plutarchus* eum nunquam Conſulem fuiſſe tradat. Eodem anno in Æquis varie bellatum.

DE COS. AN. CCCLX. (61)

ANnum poſt quintum decimum creati Conſules ſunt, L. Lucretius Flavus, Ser. Sulpicius Camerinus. Hos vocat *Caſſiodorus* & *Diodorus* L. Lucretium, Ser. Sulpicium: quamquam *Diodorus* non meminit horum niſi poſt Romam captam: nam quinque annos, quos ante tranſcendiſſe diximus, interponit. *Faſti* autem *Siculi* Flavum & Camerinum profitentur. Æqui à L. Lucretio Conſule acie victi. *Livius*.

DE. COS. AN. CCCLXI. (62)

L. Valerium Potitum, M. Manlium, cui poſtea Capitolino cognomen fuit, Conſules edit in hunc annum *Livius*. (*Dionyſius* etiam horum meminit libro primo, atque L. Valerium Potitum, T. Manlium Capitolinum vocat) *Caſſiodorus* L. Valerium, M. Manlium: *Diodorus* L. Valerium, A. Manlium: *faſti Siculi* Potitum & Capitolinum. Hunc Manlium à conſervato Capitolio Capitolinum appellatum ſcribit *Livius*: nos autem, quia Capitolini cognomen etiam ante hunc M. Manlium in gente Manlia reperimus, hunc auctorem hujus appellationis nota ſcribendi formula non fecimus. L. Valerium Potitum, filium eſſe arbitror L. Valerii Potiti quinquies ante Tribuni militum. Hunc annum *Dionyſius* poſt Reges exactos numerat CXIX.

De cenſoribus & Luſtro XVII.

DE cenſoribus, & luſtro ab iis hoc anno condito, hæc apud *Livium* ſcripta ſunt; C. Julius cenſor deceſſit: in ejus locum M. Cornelius ſuffectus, quæ res poſtea religioni fuit, quia eo luſtro Roma eſt capta: nec deinde unquam in demortui locum cenſor ſufficitur. At anno CCCCXLIII. ita ait; Urbs eo luſtro capta eſt, quod demortuo collega C. Julio cenſore, L. Papirius Curſor, ne abiret magiſtratu, M Cornelium Maluginenſem collegam ſubrogavit. Hæc confirmat etiam *Dionyſius*, qui libro primo, duobus annis antequam Roma caperetur, L. Valerio Potito, T. Manlio Capitolino Conſulibus, luſtrum conditum à cenſoribus ſcribit, annis poſt Reges exactos CXIX. & *Plutarchus*, qui in Camillo cenſorem menſe Julio deceſſiſſe tradit. Hoc luſtro cenſa capitum CLII. millia, * DXXII. teſtis eſt *Plinius* lib. XXXIII. cap. I. C. Julium eſſe reor, qui bis ante Conſul fuit.

De triumphis L. Valerii Potiti, M. Manlii Capitolini Conſulum de Æquis.

BEllum hoc anno in Algido cum Æquis geſtum, haud memorabile eſt, fuſis hoſtibus prius pene quam manus conſererent. Valerio, quod perſeverantior cædendis in hoſtibus fuit, triumphus; Manlio, ut ovans ingrederetur urbem, decretum eſt. *Livius*.

DE AN. CCCLXII. (63)

COnſulibus morbo implicitis, placuit per interregnum renovari auſpicia. Itaque cum ex Senatus conſulto Conſules magiſtratu ſe abdicaſſent, interrex creatur M. Furius Camillus; qui P. Cornelium Scipionem; is deinde L. Valerium Potitum prodidit. Ab eo creati ſex Tribuni militum Conſulari poteſtate, ut, ſi cui eorum incommoda valetudo fuiſſet, copia magiſtratuum Reip. eſſet. K. Quinctilibus magiſtratum occepere L. Lucretius, S. Sulpicius, M. Æmilius, L. Furius Medullinus VII. Agrippa Furius, C. Æmilius II. Hæc *Livius*. At *Diodorus* quatuor edit, L. Lucretium, Ser. Sulpicium, C. Æmilium, L. Furium. Ex his L. Lucretium eſſe puto, qui paulo ante Conſulatum geſſit; Ser. Sulpicium eum, qui poſt in tertio & quarto Tribunatu Capitolino Prætextatus dicitur, & quem *Zonaras* Rufum appellat: neque enim aliâs primi ejus Tribunatus locus reperitur. Reliquis ſua cuique cognomina reſtituta ſunt. M. Camillus die dicta ab L. Apulejo Tribuno plebis ob prædam Vejentanam inique diviſam, in exſilium abiit, abſens quindecim millibus gravis æris damnatur. Cluſini à Gallis obſeſſi, opem Romanorum implorant. *Livius*.

DE TR. MIL. AN. CCCLXIII. (64)

Q. Fabius Ambuſtus, & fratres duo, Q. Sulpicius Longus, Q. Servilius IIII. Ser. Cornelius Maluginenſis, Tribuni militum conſulari poteſtate in hunc annum eduntur à *Livio*: at à *Diodoro* Quintus, Cæſo, Cajus

(61) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 360.
Olymp. XCVI. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 393.
L. LUCRETIUS FLAVUS. }
SER. SULPICIUS CAMERINUS. } Coſs.
Ita ex Livio Sigonius, Pighius, & Almelovenius.

(62) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 361.
Olymp. XCVII. Anno I.
Ante Ær. Chr. 392.
L. VALERIUS POTITUS. }
M. MANLIUS CAPITOLINUS. } Coſs.
Ita ex Dionyſ. Halicarn., Livio, Caſſiodoro & faſt. Siculis Sigonius, Pighius, & Almelovenius.

(63) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 362.
Olymp. XCVII. Anno II.
Ante Ær. Chr. 391.
T. LUCRETIUS FLAVUS. }
SER. SULPICIUS CAMERINUS. } Trib. Militit. Patritii Conſ. Poteſt.
M. ÆMILIUS MAMERCINUS. }
L. FURIUS MEDULLINUS VII. }
C. ÆMILIUS MAMERCINUS II. }
AGRIPPA FURIUS FUSUS. }
Ita ex Livio Pighius cum Sigonio noſtro. Almelovenius omittit Agrippam Furium Fuſum errore, puto, Typographi, non ſuo.

(64) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 363.
Olymp. XCVII. Anno III.
Ante Ær. Chr. 390.
Q. FABIUS AMBUSTUS. }
COESO FABIUS AMBUSTUS. }
C. FABIUS AMBUSTUS. } Trib. Milit. Patritii Conſ. Poteſt.
Q. SULPICIUS LONGUS. }
Q. SERVIL. PRISCUS FIDENAS IV. }
SER. CORNELIUS MALUGINENSIS. }
Ita ex Livio Sigonius, Pighius, & Almelovenius.

Cajus Fabii, Q. Sulpicius, Q. Servilius, Ser. Cornelius Maluginenſis: quamquam non ſine librorum vulgatorum apud utrumque menda. Hos Fabios M. Ambuſti F. vocat *Livius*. Hi ſunt qui priore anno legati ad Gallos Cluſium obſidentes de pace componenda miſſi, cum in acie Cluſina ſtetiſſent adverſus Gallos, bellum eorum in ſe converterunt. Q. Sulpicii, Trib. mil. meminit *Plutarchus* in Camillo, & *Macrobius libro Saturnalium* 1. Ser. Cornelius Maluginenſis uſque ad ſeptimum tribunatum perveniet.

De Roma à Gallis capta, & triumpho M. Camilli dictatoris $\overline{\text{I}}$.

EOdem anno Galli Romanis irati, exercitum relicto Cluſio Romam adduxerunt; Romano exercitu qui eis occurrerat ad Aliam fuſo fugatoque, urbem ingreſſi, tecta omnia diſturbarunt atque incenderunt. Cum pars civitatis robuſtior Capitolinam arcem, in quam ſe extremis Reip. temporibus receperat, teneret, ſeptem menſes à Gallis obſeſſa eſt. Interea lege Curiata M. Camillus, qui Ardeæ exſulabat, revocatus, & abſens dictator dictus eſt: is L. Valerium magiſtrum eq. ſibi cooptavit. *Livius*, *Plutarchus*, *Diodorus* latiſſime: brevius *Eutropius*, *Oroſius*, *Zonaras*. L. Valerium Poplicolam, an Potitum (horum enim recens memoria eſt) intelligat, incompertum eſt: ego tamen Potitum ſignificari puto, cujus recentior mentio eſt. Camillus igitur dictator abſens dictus, contracto exercitu ex Ardeatibus & iis qui ex prœlio Alienſi ſugerant, & qui Roma exierant, Gallos inter pendendum aurum adortus, Roma expulit; & ad octavum lapidem Gabina via conſequutus, occidione occidit: deque iis triumphans in urbem rediit, Romulus à militibus, & parens patriæ, conditorque alter urbis vocatus. Hæc iidem; præterea *Polyænus* lib. VIII. *Florus*, & qui de viris illuſtribus ſcripſit. Gallos porro *Plutarchus* à Camillo Roma pulſos ſcribit idibus Februariis, ex quo intelligi poteſt, aut eodem die, aut certe non ita multo poſt ab eo triumphatum eſſe. Idem inquit certum annum urbis captæ invenire difficile eſſe: captam tamen eſſe poſt annos amplius CCCLX., quam urbs condita ſit: *Plinius* lib. XXXIIII. cap. primo, anno CCCLXVIII. *Livius* an. CCCLXV. nos *ſummam Capitolinam* ſequuti, an. CCCLXIII. *Dionyſius* libro primo, poſt reges exactos anno CXX. expleto. Idem Camillus ſacra reſtituit, & urbem everſam inſtauravit; & ne cupidus populus Vejos tranſmigraret, effecit: neque niſi circumacto anno abdicavit. *Livius*.

DE TR. MIL. AN. CCCLXIIII. (65)

IN hunc annum Tribuni militum creati apud *Livium* L. Valerius Poplicola II. L. Virginius, P. Cornelius, A. Manlius, L. Æmilius, L. Poſtumius; apud *Diodorum* P. Cornelius, L. Virginius, =========, == Valerius, A. Manlius, L. Poſtumius. Eorundem meminit *Macrob. lib. primo Saturn.* his verbis; Anno ab Urbe condita CCCLXIII., à Tribunis militum Virginio Manlio, Cœlio, Poſtumio, collegiſque eorum, tractatum in Senatu quid eſſet quod toties inter paucos annos male affecta eſſet Reſp. Suſpicor autem ibi eſſe mendoſe Cœlium pro Cornelio, ex *Livio* ac *Diodoro*. A. Manlium patrem eſſe opinor P. Manlii A. F. A. N. qui poſt Tribunus militum iterum erit anno CCCLXXXV. in *tabulis Capitolinis*.

De triumpho M. Camilli dictatoris $\overline{\text{III}}$. *de Volſcis, Æquis, Etruſcis.*

CUm Volſci veteres hoſtes ad extinguendum nomen Romanum arma ſumpſiſſent, Etruriæ autem principes de bello conjuraſſent; & Latini Hernicique, qui poſt pugnam ad lacum Regillum ſactam, per annos prope centum nunquam ambigua fide in amicitia Populi Rom. ſuerant, defeciſſent; placuit ejuſdem auſpiciis defendi Remp. cujus recuperata eſſet; dictatoremque dici M. Furium Camillum: is dictator C. Servilium Ahalam magiſtrum eq. dixit. Hæc *Livius*. *Plutarchus* etiam Camillum dictatorem $\overline{\text{III}}$. creatum ſcribit ob Æquos, Volſcos, & Latinos arma capientes, & Etruſcos Sutrium urbem populo Rom. fœderatam obſidentes. Igitur Volſci fuſi cæſique; & caſtris exuti ſunt; præda militi data; & ſeptuageſimo demum anno ſubacti, & ad deditionem compulſi ſunt à Camillo dictatore. Æquorum exercitu ad Bolas oppreſſo, urbs etiam primo impetu capta eſt. Eodemque die captum Sutrium, quod ab Etruſcis ſuerat occupatum. Camillus in urbem triumphans rediit ſimul trium bellorum victor: hæc *Livius*, & fere etiam *Plutarchus*, *Eutropius* autem ſic; Anno CCCLXV. poſt Romam captam, dignitates mutatæ ſunt; & pro duobus Conſulibus facti Tribuni militares Conſulari poteſtate. Hic jam cœpit res Romana creſcere. Nam Camillus dictator eo anno Volſcorum civitatem, quæ per LXX. annos bellum cum Romanis geſſerat, vicit, & Æquorum urbem occupavit; Sutrinorum recuperavit, deletis Etruſcorum exercitibus; & tres ſimul triumphos egit. De eadem Camilli dictatura ſcriptum eſt etiam apud *Oroſium* lib. IV. Quod autem de dignitatibus mutatis ſcribit *Eutropius*, [illegible] in eo ſuam incredibilem indicat. De hoc bello aliter etiam traditum ſcribit *Plutarchus*, & *Macrobius lib. 1. Saturnalium*, verba Macrobii apponam; Poſt urbem captam, cum ſedatus eſſet Gallicus motus, res vero publica eſſet ad tenue deducta, finitimi opportunitatem invadendi Romani nominis aucupati, præfecerunt ſibi Poſtumum Livium Fidenatium dictatorem, qui mandatis ad Senatum miſſis poſtulavit, ut ſi vellent reliquias ſuæ civitatis manere, matresfamiliæ ſibi & virgines dederentur: cumque patres eſſent in ancipiti deliberatione ſuſpenſi,

(65) *Hoc eſt:* Anno ab U. C. 364.
Olymp. XCVII. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 389.
M. FURIUS CAMILLUS DICTATOR.
L. VALERIUS POTITUS MAGISTER EQU.
Ab hoc Anno uſque ad Annum ab U. C. 382. Sigonius diſcordat à Pighio & Almelovenio, namque hoc Anno Tribunos Militum facit, qui fuerunt ſequenti Anno, & ſic deinceps uſque ad Annum ab U. C. 376., poſt quem uſque ad Annum 382. nullos conſtituit Magiſtratus, ut ipſe affirmat nullos fuiſſe uſque ad Annum ab U. C. 382. Verùm Sigonium falli conſtat ex Pighii documentis, quibus demonſtrat ſemper fuiſſe ſingulis Annis ſuos Magiſtratus electos, ut & nos cum Pighio & Almelovenio eos producemus, donec iterum Anno ab U. C. 382. cum Sigonio concordemus.

ſpenſi, ancilla nomine Tutula, ſeu Philotis, A
pollicita eſt, ſe cum cæteris ancillis ſub nomine dominarum ad hoſtes ituram; habituque matrumfamilias & virginum ſumpto, hoſtibus cum proſequentium lacrymis ad fidem doloris ingeſtæ ſunt: quæ cum à Livio in caſtris diſtributæ fuiſſent, viros plurimo vino provocaverunt, diem feſtum apud ſe eſſe ſimulantes: quibus ſoporatis, ex arbore caprifico, quæ caſtris erat proxima, ſignum Romanis dederunt, qui cum repentina incurſione ſuperaſſent, memor beneficii Senatus, omnes ancillas manu juſſit emitti, dotemque eis ex publico fecit; & ornatum, quo tunc erant uſæ, geſtare conceſſit, diemque ipſum *Nonas Caprotinas* nuncupavit, ab illa caprifico, ex qua B
ſignum victoriæ ceperunt.

DE TR. MIL. AN. CCCLXV. (66)

TRibuni militum conſulari poteſtate ſubſequuti ſunt in hunc annum *Livio* teſte T. Quinctius Cincinnatus, Q. Servilius Fidenas V., L. Julius Julus, L. Aquilius Corvus, L. Lucretius Tricipitinus, Ser. Sulpicius Rufus: *Diodoro* autem T. Quinctius, L. Servilius, L. Julius, = Aquillius, L. Lucretius Ἄγγος, Ser. Sulpicius. Ex quo loco patet, L. Lucretium & Ser. Sulpicium alios eſſe, quam qui quadriennio ante Tribunatum Conſularem geſſerunt: neque enim iterati honoris nota C
addita eſt. Itaque recte illos Flavo & Camerino cognominibus affecimus, cum hi Tricipitinum & Rufum tulerint. Hoc anno oppida Etruſcorum Cortuoſa & Cortenebra vi capta dirutaque. *Livius*.

DE TR. MIL. AN. CCCLXVI. (67)

L. Papirius, Cn. Sergius, L. Aimilius II., L. Menenius, L. Valerius Poplicola III. traduntur hoc anno Tribuni militum Conſulari poteſtate à *Livio*; à *Diodoro* vero L. Papirius, C. Cornelius, L. Menenius, C. Servilius, A. Valerius, Q. Fabius. Deeſt autem apud *Livium* Sexti Tribuni nomen. Hunc eſſe D
C. Cornelium puto; ut in *ſcholiis Livianis* oſtendi. Servilium etiam habet *Diodorus* pro Sergio, & Æmilium pro Fabio: veritas incomperta eſt. L. Papirium Curſorem eſſe arbitror, quem *Livius* cenſorem hoc luſtro fecit.

De cenſoribus & Luſtro XVIII.

IN hunc annum cenſores conjecimus, & luſtrum XVIII.; quod ab iis factum eſſe vero ſimile videtur. Sequuti autem illam conjecturam ſumus, quod hoc anno tribus additas quatuor, Stellatinam, Tromentinam, Sabatinam, & Arnienſem, ſcribit *Livius*: neque vero id niſi à cenſoribus fieri potuit: quod quidem, ſi alia tribuum adjectarum tempora intueamur, facile patebit: accedit quinquennale ſpatium cenſuræ legitimum, quod inter ſuperius atque inferius luſtrum intercedit.

DE TR. MIL. AN. CCCLXVII. (68)

REs ad Camillum Tribunum mil. Conſulari poteſtate rediit: collegæ additi quinque Ser. Cornelius Maluginenſis, Q. Servilius Fidenas VI. L. Quinctius Cincinnatus, L. Horatius Pulvillus, P. Valerius. Ita *Livius*: at *Diodorus* quatuor creatos ſcribit, M. Cornelium, Q. Servilium, M. Furium, L. Quinctium. P. Valerius hic à *Livio* in aliis magiſtratibus cognominibus afficitur Poplicolæ Potiti: ac in VI. Tribunatu Capitolino L.F.L.N. ſcribitur. De Q. Servilio Fidenate VI. Tribuno, ſic eſt apud *Livium* in oratione M. Camilli; *Pro certo habeo, te ita rem geſturum ut patre, avo, teque ipſo, ac ſex Tribunatibus dignum eſt*. Hoc anno M. Camillus oblata dictatura non eſſe opus dixit; & una cum collegis Tribunis Volſcos, Antiates, atque Etruſcos rebellantes vicit. *Livius*.

DE TR. MIL. AN. CCCLXVIII. (69)

TRibunos mil. in hunc annum tradit *Livius* A. Manlium, P. Cornelium, T. & L. Quinctios Capitolinos, L. Papirium Curſorem II. *Diodorus* autem quatuor edit, L. Papirium, Q. = = = = = = T. & L. Quinctios. Ex quibus A. Manlius cum Tribunus fuerit anno CCCLXV. anno vero CCCLXXI. III. profecto nunc eſt iterum. Hoc anno excidiſſe apud *Livium* puto C. Sergium, qui anno CCCLXVII. fuit primum, anno vero CCCLXXIII. erit III. quo autem anno II. fuerit non conſtat, niſi hoc anno intercidiſſe dicamus apud *Livium*.

De

(66) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 365.
Olymp. XCVIII. Anno I.
Ante Ær. Chr. 388.
L. VALERIUS POPLICOLA II.
L. VIRGINIUS TRICOSTUS.
P. CORNELIUS COSSUS.
A. MANLIUS CAPITOLINUS.
L. ÆMILIUS MAMERCINUS.
L. POSTUMIUS ALBINUS REGILLENSIS.
} Trib Milit. Patritii Conſ. Poteſt.
Ita Pighius & Almelovenius contra Sigonium, qui eos retrahit in Annum antecedentem.

(67) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 366.
Olymp. XCVIII. Anno II.
Ante Ær. Chr. 387.
T. QUINCTIUS CINCINNATUS.
Q. SERVIL. PRISCUS FIDENAS V.
L. JULIUS JULUS.
L. AQUILLIUS CORVUS.
L. LUCRETIUS TRICIPITINUS.
SER. SULPICIUS RUFUS.
} Trib. Milit. Patritii Conſ. Poteſt.
Ita ex Livio & Diodoro Pighius & Almelovenius.

(68) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 367. E
Olymp. XCVIII. Anno III.
Ante Ær. Chr. 386.
L. PAPIRIUS CURSOR.
C. SERGIUS FIDENAS.
L. ÆMILIUS MAMERCINUS II.
L. MENENIUS LANATUS.
L. VALERIUS POPLICOLA III.
C. CORNELIUS COSSUS.
} Trib. Milit. Patritii Conſ. Poteſt.
Ita ex Livio & Diodoro Pighius, & Almelovenius contra Sigonium.

(69) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 368.
Olymp. XCVIII. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 385.
M. FURIUS CAMILLUS IV.
SER. CORNELIUS MALUGINENSIS II.
Q. SERVILIUS PRISCUS FIDENAS VI.
L. QUINCTIUS CINCINNATUS.
L. HORATIUS PULVILLUS.
P. VALERIUS POTITUS POPLICOLA.
} Trib. Milit. Patritii Conſ. Poteſt.
Ita ex Livio & Diodoro Pighius, & Almelovenius contra Sigonium.

A

De A. Cornelio Coſſo dictatore, & triumpho ejus de Volſcis.

BEllum Volſcum grave per ſe, oneratum Latinorum & Hernicorum defectione in ſpeciem cauſæ jactatum, ut major poteſtas quæreretur: ſed nova conſilia Manlii magis compulere Senatum ad dictatorem creandum: creatus A. Cornelius Coſſus magiſtrum eq. dixit T. Quinctium Capitolinum. *Livius*. Significat autem ſeditionem, quam M. Manlius, qui Capitolium à Gallis defenderat, excitabat, plebem ære alieno exſolvendo, cum aperte regnum affectare conſtaret. *Plutarchus* in Camillo Quinctium Capitolinum non magiſtrum eq. ſuiſſe, ſed dictatorem ſcribit.

B

Volſcorum porro exercitum fugatum à dictatore, caſtraque eorum capta ac direpta, triumphum actum de Volſcis eſſe, ſcribit *Livius*. Eundem dictatorem in carcerem M. Manlium ſeditionis auctorem conjeciſſe, & *Livius* & *Plutarchus* auctor eſt. Minante autem plebe ſe carcerem refracturam, Manlius S. C. è vinculis liberatus eſt.

DE TR. MIL. AN. CCCLXIX. (70)

TRibuni mil. Conſulari pot. hoc anno, teſte *Livio*, ſex; Ser. Cornelius Maluginenſis III. P. Valerius Potitus II. M. Furius Camillus V. Ser. Sulpicius Rufus II. C. Papirius Craſſus, T. Quinctius Cincinnatus II. *Diodoro* autem auctore quatuor, Ser. Sulpicius, L. Papirius, M. Cornelius, T. Quinctius. Hoc anno ob affectati regni crimen M. Manlius ad populum à Tribunis pl. accuſatus, in luco Petelino comitiis centuriatis damnatus eſt, atque de ſaxo dejectus. Sunt qui duumviros, qui de perduellione inquirerent, creatos, auctores ſint. *Livius*, *Plutarchus* in Camillo, *Valerius*, alii. Huncannum numerat *Vellejus* ſeptimum poſt urbem captam, ubi de Setia colonia agit.

C

DE TR. MIL. AN. CCCLXX. (71)

D

CReati in hunc annum ſex Tribuni mil. Conſulari poteſtate, ut ait *Livius*; L. Valerius IIII. A. Manlius III. Ser. Sulpicius III. L. Lucretius, L. Æmilius III. M. Trebonius ut *Diodorus*, quatuor; L. Valerius =====. Criſpus, A. Manlius, Ser. Sulpicius. Ex his L. Lucretium eum eſſe, qui anno CCCLXVI. Tribunus militum ſuit, puto. Criſpus cognomen eſt ſorte Trebonii apud *Diodorum*; cujus nomen cum prænomine intercidit. *Flavum* alii vocant. Veliternis & Lanuvinis deficientibus bellum indictum eſt: exercitus propter peſtilentiam non eductus.

DE TR. MIL. AN. CCCLXXI. (72)

DEinceps ſubſequuti ſunt Tribuni mil. Conſulari poteſtate, teſte *Livio*, Sp. & L. Papirii, Ser. Cornelius Maluginenſis IIII. Q. Servilius, C. Sulpicius, L. Æmilius IIII. *Diodorus* quatuor edit, Q. Servilium, Sp. Papirium, ==. Cornelium Φάβιον Α'λβον; mendoſe. Ex his Sp. Papirium patrem eſſe reor L. Papirii Sp. F. C. N. Craſſi, Tribuni mil. anno CCCLXXXV. Q. Servilium Q. Servilii Fidenatis ſexies ante Tribuni filium eſſe opinor: hic enim paulo poſt erit II C. Sulpicium Peticum eſſe reor, qui poſt Conſul & cenſor erit, atque M. F. Q. N. in *cenſura Capitolina* anno CCCLXXXVIII. dicitur. Ad Velitras, quibus Præneſtini auxilio erant, pugnatum: ea de cauſa Præneſtinis bellum indictum.

DE TR. MIL. AN. CCCLXXII. (73)

PRæneſtini Satricum coloniam Populi Rom. adjunctis Volſcis vi expugnarant. Eam rem ægre paſſi Romani, M. Furium Camillum VI. Tribunum mil. creavere: additi collegæ A. & L. Poſtumii Regillenſes, ac L. Furius cum L. Lucretio, & M. Fabio Ambuſto. *Livius*. Hos nominat *Diodorus* M. Furium, L. Furium, A. Poſtumium, L. Lucretium, M. Fabium, L. Poſtumium. *Plutarchus* ſextum hoc anno Tribunum mil. Camillum appellat, quo Præneſtinos & Volſcos vicit; & Tuſculanos, quibus bellum indictum erat, quod in bello Præneſtinorum aſſuiſſent, poſitis armis nihil hoſtile agentes, in fidem recepit. L. Lucretium eſſe arbitror, qui paulo ante bis Tribunatum geſſit. L. Furium puto alium eſſe ab eo qui ſepties ante Tribunus mil. ſuit; eundem autem cum eo qui L. Furius Sp. F. L. N. Medullinus in *cenſura Capitolina* anno CCCXC. dicitur, juvenis certe hoc anno cum ſene

(70) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 369.
Olymp. IC. Anno I.
Ante Ær. Chr. 384.

A. MANLIUS CAPITOLINUS II.
P. CORNELIUS COSSUS II.
T. QUINCTIUS CAPITOLINUS.
L. QUINCTIUS CAPITOLINUS.
L. PAPIRIUS CURSOR II.
C. SERGIUS FIDENAS II.
} Trib. Milit. Patricii Conſ. Poteſt.

E

Dictus hoc Anno Dictator fuit A. Cornelius Coſſus, qui aſſumpſit T. Quinctium Capitolinum Mag. Equitum.

Ita ex Livio & Plutarcho Pighius & Almelovenius contra Sigoniom.

(71) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 370.
Olymp. IC. Anno II.
Ante Ær. Chr. 383.

SER. CORNELIUS MALUGINENSIS III.
P. VALERIUS POTITUS POBLICOLA II.
M. FURIUS CAMILLUS V.
SER. SULPICIUS RUFUS II.
C. PAPIRIUS CRASSUS.
T. QUINCTIUS CINCINNATUS II.
} Trib. Milis. Patritii Conſ. Poteſt.

Ita partim ex Diodoro, partim ex Livio Pighius & Almel. contra Sigonium.

(72) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 371.
Olymp. IC. Anno III.
Ante Ær. Chr. 382.

L. VALERIUS POPLICOLA IV.
A. MANLIUS CAPITOLINUS III.
SER. SULPICIUS RUFUS III.
L. LUCRETIUS TRICIPITINUS II.
L. ÆMILIUS MAMERCINUS III.
M. TREBONIUS FLAVUS.
} Trib. Milit. Patritii Conſ. Poteſt.

Ita ex Livio Pighius, & Almelovenius contra Sigonium.

(73) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 372.
Olymp. IC. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 381.

SP. PAPIRIUS CRASSUS.
L. PAPIRIUS CRASSUS.
SER. CORNELIUS MALUGINENSIS IV.
Q. SERVILIUS PRISCUS FIDENAS.
SER. SULPIC. PRÆTEXTATUS.
L. ÆMILIUS MAMERCINUS IV.
} Trib. Milit. Patritii Conſ. Poteſt.

Ita ex Livio Pighius, & Almelovenius contra Sigonium.

A ſene Camillo contendit, cum uterque pari cum imperio ad bellum profectus eſſet: auctor *Livius*, & *Plutarchus*. M. Fabius ex ſecundo Tribunatu Capitolino ornatus eſt. L. Poſtumium etiam ante anno CCCLXV. Tribunum fuiſſe puto.

DE TR. MIL. AN. CCCLXXIII. (74)

LIvius ſex Tribunos militum prodit in hunc annum, L. & P. Valerios, Lucium V̄. & Publium IIĪ. C. Sergium IIĪ. L. Menenium IĪ. Sp. Papirium, Ser. Cornelium Maluginenſem: at *Diodorus* octo, L. Valerium, P. Valerium, C. Terentium, L. Menenium, C. Sulpicium, T. Papirium, L. Æmilium; M. B Fabium. Ex his Sp. Papirium L. Papirii Sp. F. L. N. Curſoris patrem eſſe opinor, qui triumphavit anno CDXXIX. Ser. Cornelium V̄. eſſe ſcribendum, ſextus & ſeptimus Tribunatus ejus oſtendit.

De cenſoribus.

CEnſoribus quoque eguit annus, maxime propter incertam famam æris alieni. Creati cenſores C. Sulpicius Camerinus, Sp. Poſtumius Regillenſis: cœptaque jam res morte Poſtumii, quia collegam ſuffici cenſori religio erat, interpellata eſt. Igitur cum Sulpicius abdicaſſet ſe magiſtratu, cenſores alii vi- C tio creati, non geſſerunt magiſtratum; tertios creati, velut diis non accipientibus in eum annum cenſuram, religioſum fuit. *Livius*. Sp. Poſtumium eum eſſe opinor, qui Tribunus mil. fuit anno CCCLIX. Secundorum cenſorum nomina nec *Livius* nec quiſquam amplius memoriæ prodidit.

De T. Quinctio Cincinnato dictatore, & triumpho ejus de Præneſtinis.

HOc anno Præneſtini ad portam Collinam ſigna intulere. Ingens in urbe trepidatio fuit: conclamatum ad arma, concurſumque in muros atque portas eſt: tandemque ab D ſeditione ad bellum verſi, dictatorem T. Quinctium Cincinnatum creavere: is magiſtrum equ., A. Sempronium Atratinum dixit: atque fugatis ad Aliam Præneſtinis & Præneſte ipſo capto, triumphum de iis nobiliſſimum egit. Hoc *Livius*. Idem ſcribit *Eutropius* his verbis; T. Quinctius Cincinnatus Præneſtinos, qui uſque ad Romæ portas venerunt, perſequutus, ad Aliam vicit: & ei triumphus decretus eſt. *Euſebius* etiam anno quarto centeſimæ olympiadis Præneſtinos à Quinctio Cincinnato ſubactos notavit. Ejuſdem victoriæ meminit etiam *Oroſius*.

DE TR. MIL. AN. CCCLXXIV. (75)

COmitia inde habita Tribunorum militum Conſulari pot. quibus æquatus patriciorum plebejorumque numerus. Ex patribus creati P. & C. Manlii cum L. Julio: plebs C. Sextilium, M. Albinum, L. Antiſtium dedit. *Livius*. At *Diodorus* octo prodit, P. Manlium, B C. Erenucium, C. Sextium, L. Julium, == Albinium, P. Trebonium, C. Manlium, L. Antiſtium. Ex his P. Manlius A. F. A. N. Capitolinus in ſecundo ſuo Tribunatu Capitolino ſcribitur. In Volſcis à Manliis temere pugnatum. Præneſtini rebellarunt. *Livius*.

DE TR. MIL. AN. CCCLXXV. (76)

TRibunos mil. Conſulari pot. ſex habuit hic annus, Sp. Furium, Q. Servilium IĪ., L. Menenium III., P. Clœlium, M. Horatium, L. Geganium. Hæc *Livius*. *Diodorus* autem quatuor edit, Q. Servilium, L. Furium, C. Licinium, P. Clœlium. Eſt autem legendum C apud *Livium* pro L. Menenio III., C. Licinius; quod oſtendi latius in *ſcholiis Livianis*. Sp. Furium fratrem eſſe ſuſpicor L. Furii tribuni mil. anno CCCLIII. Reliquos affeci familiaribus cognominibus. In Volſcos Antium & Ecetram perrectum: neutra parte obvius hoſtis fuit. *Livius*.

De Cenſoribus & Luſtro XIX.

ÆRis alieni noſcendi gratia Sp. Servilius Priſcus, Q. Clœlius Siculus, cenſores facti, ne rem agerent, bello impediti ſunt. Ita *Livius*, qui etiamſi Luſtri non meminit, factum tamen puto; quia quando factum ſit, D non proditur, niſi hoc anno dicamus: mira enim Luſtris explicandis ejus negligentia jam ſatis probata eſt.

DE

(74) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 373.
Olymp. C. Anno I.
Ante Aer. Chr. 380.

M. FURIUS CAMILLUS VI.
A. POSTUMIUS ALBINUS REGILLENSIS.
L. POSTUMIUS ALBINUS REGILLENSIS.
L. FURIUS MEDULLINUS.
L. LUCRET. TRICIPITINUS III.
M. FABIUS AMBUSTUS.
} Trib. Milit. Patritii Conſ. Poteſt. E

Ita ex Diodoro & Livio Pighius, & Almelovenius contra Sigonium.

(75) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 374.
Olymp. C. Anno II.
Ante Ær. Chr. 379.

L. VALERIUS POPLICOLA V.
P. VALERIUS POTITUS POPLICOLA III.
L. MENENIUS LANATUS II.
C. SERGIUS FIDENAS III.
SP. PAPIRIUS CURSOR.
SER. CORNELIUS MALUGINENSIS V.
} Trib. Milit. Patritii Conſ. Poteſt.

Diodorus addit duos alios ultra ſex iſtos à Livio nominatos, nempe M. Fabium, & L. Æmilium. Hoc anno Dictator dictus eſt T. QUINCTIUS CINCINNATUS, qui Mag. Equitum aſſumpſit A. SEMPRONIUM ATRATINUM. Ita ex Livio & Diodoro Pighius & Almelovenius, qui tamen Dictatorum nunquam mentionem facit, niſi quando ſoli Rempublicam toto anno rexerunt.

(76) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 375.
Olymp. C. Anno III.
Ante Ær Chr. 378.

P. MANLIUS CAPITOLINUS.
C. MANLIUS CAPITOLINUS.
L. JULIUS JULUS II.
} Trib. Mil. Patr. Conſ. Poteſt.

C. SEXTILIUS.
M. ALBINIUS.
L. ANTISTIUS.
} Trib. Militum de Plebe Conſ. Poteſt.

Diodorus addit & alios duos *P. Trebonium* patricium, & *C. Erenucium* de Plebe, & à Livio diſcrepat in hoc quod Julio Julo addit prænomen *Tiberii* non *Lucii*, Albinio verò *Lucii* non *Marci*, & pro *Sextilio* nominat *Sextium*. Ita Pighius, & Almelovenius,

DE TR. MIL. AN. CCCLXXVI. (77)

A Tribunos militares patricios omnes plebs coacta principum opibus ſecit, L. Æmilium, P. Valerium IIII., C. Veturium, Ser. Sulpicium, L. & C. Quiočtios Cincinnatos. *Livius*. Hos etiam edit *Diodorus*, L. Æmilium, C. Veturium, Ser. Sulpitium, L. Quinctium, C. Cornelium, C. Valerium. Ex his L. Æmilium eſſe arbitror, qui ante quater Tribunatum cepit: Ser. Sulpicium Prætextatum, qui ſemel: (hunc tamen Sulpicium Ruſum vocat *Zonaras*: nam in *Capitolinis tabulis* anno CCCLXXXIII. eſt tertium) L. Quinctium Cincinnatum, qui ante ſemel: ut his ambobus nota duplicati honoris adjungenda eſſe videatur. Latini & Volſci ad Satricum à P. Valerio & L. Æmilio Tribunis fuſi, caſtra capta direptaque ſunt. Antiates Urbem agroſque Romanis dedunt. Qua re Latini commoti, Satricum eorum Urbem incenderunt, ac Tuſculum occuparunt; quod à L. Quinctio & Ser. Sulpicio Tribunis recuperatum eſt. *Livius*.

De Tribunis plebis per annos V. dominantibus. (78)

Hoc anno quintùm mutata eſt Reipublicæ Romanæ ſpecies: à Tribunis enim militum Conſulari poteſtate, ad Tribunos plebis adminiſtratio Reipublicæ recidit. Hujus mutationis auctores à *Livio* traditi ſunt C. Licinius Stolo, & L. Sextius Tribuni pl. qui cum anno priore leges tres adverſus patriciorum opes pro commodis plebis promulgaſſent; unam, de ære alieoo; alteram; de modo agrorum; tertiam, ne Tribunorum militum comitia fierent, & Conſulum utique alter ex plebe crearetur; neque eas ferre per collegarum interceſſiones; quos de induſtria patres comparaverant, potuiſſent; tum irati, comitia præter ædilium Tribunorumque plebis nulla haberi, nec ullos curules Magiſtratus creari paſſi ſunt: eaque Magiſtratuum ſolitudo, & plebe reficieute duos Tribuoos, & his comitia Tribunorum militum tollentibus, per quinquennium urbem tenuit. Hæc *Livius*. Hanc autem Magiſtratuum ſolitudinem *Diodorus* appellat διαρχίαν, atque in priorem annum rejicit: quam non quinquennio, ſed quadriennio occupaſſe Rempublicam alii tradunt: ſic enim *Eutropius*; Dignitas Tribunorum militum noo diu perſeveravit: nam poſt aliquantom, nullos placuit fieri; & quadriennium ita io urbe fluxit, ut Poteſtates ibi majores non eſſent. *Sextus* autem *Rufus* ita; B Quadragintaquinque annis Romæ Conſules defuerunt: ſub Decemviris, duobus; ſub Tribunis militum, XLIII. ſine Magiſtratibus Roma fuit annis quatuor. *Caſſiodorus* autem ſic; Tribunis militum ob inſolentiam remotis, per annos IV. Poteſtas Conſulum Tribunorumque ceſſavit. Nos *Livium* ſequuti ſumus, cujus annales ſequuti videntur *Scriptores Capitolini*. *Plinius* etiam lib. XVI. cap. XLIV. meminit anni CCCLXIX. ab Urbe condita, qui fuit ſine Magiſtratibus; quo anno Romæ loton fuiſſe ait, io Lucinæ area æde condita. Porro autem in *fragmentis Capitolinis* hæc verba exeſa ſunt;

ACTUS EST.
DEDICAVIT.

C Quæ quid valeant, adhuc colligere coojectura non potui, neque enim *Livius*, aut quiſquam alius, lumen aliquod oſtendunt, quod intuentes, ad veritatis cognitionem pervenire poſſimus.

DE TR. MIL. AN. CCCLXXXII. (79)

Remittentibus tribunis plebis C. Licinio & L. Sextio, comitia per interregem ſunt

(77) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 376.
Olymp. C. Anno IV.
Ante Aer. Chr. 377.
SP. FURIUS MEDULLINUS.
Q. SERVILIUS PRISCUS FIDENAS II.
C. LICINIUS CALVUS.
P. CLOELIUS SICULUS.
M. HORATIUS PULICELLUS.
L. GEGANIUS MACERINUS.
} Trib. Milit. Patritii Conſ. Poteſt.

D Ita partim ex Livio, partim ex Diodoro Pighius, & Almelovenius.

Sigonius, ut ſupra monuimus, transfert hos Tribunos in annum antecedentem.

(78) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 377.
Olymp. CI. Anno I.
Ante Aer. Chr. 376.
L. ÆMILIUS MAMERCINUS V.
SER. SULPICIUS PRÆTEXTATUS II.
P. VALERIUS POPLICOLA IV.
L. QUINCTIUS CINCINNATUS II.
C. VETURIUS CRASSUS CICURINUS.
C. QUINCTIUS CINCINNATUS.
} Trib. Milit. Patritii Conſ. Poteſt.

E Ita ex Livio Pighius & Almelovenius contra Sigonium, qui hos Tribunos retrahit in annum antecedentem; & quinquennium ſine Magiſtratibus vult fuiſſe, cùm Pighius & Almelovenius quadriennio tantom Urbem Magiſtratibus caruiſſe confirment, vindicante ſibi Stolone & Laterano per vim ſupremam in Urbe poteſtatem.

Anno ab U. C. 378.
Olymp. CI. Anno II.
Ante Ær. Chr. 375.
L. SEXTIUS SEXTINUS LATERANUS II.
L. LICINIUS CALVUS STOLO II.
} Tribuni Plebis.

Ita Pighius & Almelovenius, qui faciunt hoc anno hos Tribunos II. eo quod ſub Tribunis militum antecedentis anni arripuerint ſibi ſupremum in Republica dominatum.

Anno ab U. C. 379.
Olymp. CI. Anno III.
Ante Ær. Chr. 374.
L. SEXTIUS SEXTINUS LATERANUS III.
L. LICINIUS CALVUS STOLO III.
} Tribuni Plebis.

Ita Pighius & Almelovenius; annum hunc tranſilienti Sigonio.

Anno ab U. C. 380.
Olymp. CI. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 373.
L. SEXTIUS SEXTINUS LATERANUS IV.
L. LICINIUS CALVUS STOLO IV.
} Tribuni Plebis.

Ita Pighius & Almelovenius ſilente Sigonio.

Anno ab U. C. 381.
Olymp. CII. Anno I.
Ante Ær. Chr. 372.
L. SEXTIUS SEXTINUS LATERANUS V.
C. LICINIUS CALVUS STOLO V.
} Tribuni Plebis.

Ita Pighius & Almelovenius prætereunte Sigonio annum hunc, poſt quem & ipſe concordat.

(79) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 382.
Olymp. CII. Anno II.
Ante Ær. Chr. 371.
L. FURIUS MEDULLINUS II.
P. VALERIUS POTITUS POPLICOLA V.
A. MANLIUS CAPITOLINUS IV.
SER. SULPICIUS PRÆTEXTATUS III.
C. VALERIUS POTITUS.
SER. CORNELIUS MALUGINENSIS VI.
} Trib. Milit. Patritii Conſ. Poteſt.

Ita Pighius & Almelovenius cum Sigonio, qui abdicantibus his Tribunis poſt alicujus temporis ſpatium, quo fuit Magiſtratuum in Urbe ſolitudo, creatos iterum volunt hoc anno Tribunos Militum L. Furium A. Manlium, Ser. Sulpicium, & Ser. Cornelium qui à principio electi fuerant.

ſunt habita; creatique tribuni militum L. Furius, A. Manlius, Ser. Sulpicius, Ser. Cornelius, P. & C. Valerii. Hos *Livius*. *Diodorus* vocat L. Papirium. L. Menenium, Ser. Cornelium Ser. Sulpicium. Poſt bos iterum ſolitudinem magiſtratuum fuiſſe ſcribit: qua ſublata, creatos A. Manlium, L. Furium, Ser. Suplicium, Ser. Cornelium. Eſt enim mira apud illum, tum librariorum tum auctoris ipſius vitio, annorum & magiſtratuum perturbatio. L. Furium eſſe puto, qui anno CCCLXXIII. tribunatum mil. geſſit: A. Manlium, fratrem P. Manlii, qui poſtea dictator fuit, & tribunus II. Ser. Sulpicium Prætextatum III. Ser. Cornelium Maluginenſem VI. P. Valerium Poplicolam V. eſſe ſcribendum, *fragmenta* hujus anni *Capitolina* ſatis oſtendunt. Veliterni Tuſculum obſidentes, à mœnibus repulſi; Velitræ à Romanis obſideri cœptæ ſunt.

DE TR. MIL. AN. CCCLXXXIII. (80)

TR. mil. Conſulari poteſtate inſequens annus habuit, auctore *Livio*, Q. Servilium, C. Veturium II. A. & M. Cornelios, Q. Quinctium, M. Fabium; *Diodoro*, Q. Servilium, C. Veturium, A. Cornelium, M. Cornelium, M. Fabium, ===. Ex his Q. Servilius bis ante Tribunus mil. fuit. Q. Quinctium Cincinnatum potius quam Capitolinum voco, quod alii etiam Cincinnati *Quinti* prænomen tulerint. Reliqua ex *fragmentis Capitolinis* fidem habent, in quibus eſt = Coſſus. = Maluginenſis. = Cincinnatus. M. Fabius Ambuſtus II. Eſt autem M. Fabius Ambuſtus is, qui filias duas collocaverat; unam, C. Licinio Stoloni; alteram, Ser. Sulpicio Prætextato; ut ſcribit *Livius*. Velitræ item ut priore anno obſeſſæ.

DE TR. MIL. AN. CCCLXXXIV. (81)

TRibunos militum Conſulari poteſtare invenio in hunc annum apud *Livium*, L. Quinctium, Ser. Cornelium, Ser. Sulpicium, Sp. Servilium, L. Papirium, L. Veturium. Tres edit *Diodorus*, T. Quinctium, Ser. Cornelium, Ser. Sulpicium. Hi vero omnes quibus cognominibus, ac qua numerorum in multiplicatis honoribus nota ſignandi ſint, *Capitolina fragmenta* docent; in quibus eſt; = Capitolinus. = Maluginenſis VII. = Prætextatus IIII. Sp. Servilius Structus L. Papirius Craſſus. L. Veturius Craſſus Cicurinus.

De M. Furio Camillo dictatore IIII., & ſeditione de plebejo Conſule.

PRincipio ſtatim anni ad ultimam dimicationem de legibus à Licinio & Sextio promulgatis ventum eſt; & cum tribus vocarentur, nec interceſſio collegarum latoribus obſtaret, trepidi patres, ad duo ultima auxilia, ſummum imperium, ſummumque civem, decurrunt. Dictatorem dici placet: dicitur M. Furius Camillus; qui Magiſtrum eq. L. Æmilium cooptat: hæc *Livius*. Eundem Camillum abdicaſſe dictatura, ſcribit idem paulo poſt, ita; Cum plebis duces acrius contra Camillum de legibus ferendis agerent, tum percitus ira Camillus, lictores, qui de medio plebem amoverent, miſit: & addidit minas, ſacramento omnes adacturum, exercitumque extemplo ex urbe educturum. Re autem neutro inclinata, ſe abdicavit: ſeu quia vitio creatus erat, ut tradidere quidam; ſeu quia Tribuni pl. tulerunt ad plebem, idque plebes ſcivit, ut ſi M. Furius pro dictatore quid egiſſet, quingentûm millium æris ei multa eſſet. Sed auſpiciis magis quam novi exempli rogatione deterritum ut potius credam, cum ipſius viri facit ingenium, tum quod ei ſuffectus eſt extemplo P. Manlius dictator: quem quid creari attinebat ad id certamen quo M. Furius victus eſſet? & quod eundem M. Furium dictatorem inſequens annus habuit, haud ſine pudore certe fractum priore anno in ſe imperium repetiturum: ſimul quod eo tempore, quo promulgatum de multa ejus traditur, aut & huic rogationi, qua ſe in ordinem cogi videbat, obſiſtere potuit; aut ne illas quidem, propter quas hæc lata erat, impedire, & quod uſque ad memoriam noſtram, quoties Tribuniciis Conſularibuſque certatum viribus eſt, dictaturæ ſemper altius faſtigium fuit. Hæc (ut dixi) *Livius*. *Plutarchus* autem cauſam, quam *Livius* infirmare conatur, aſſerit: quæ eadem cauſſa fuiſſe videtur inciſa in *Capitolinis tabulis*; ſi modo earum *fragmenta* recte interpretati ſumus. Verba *Plutarchi* ſunt hæc; Cum Licinius Stolo Tribunus plebis ſeditionem excitaret, lege promulgata, ut ex duobus Conſulibus alter ex plebe fieret, iſque una cum collegis comitia Conſularia haberi prohiberet, Reip. autem ſine magiſtratibus eſſet, Camillus plebe invita dictator quartum à Senatu creatur. Qui cum diem perſenſiſſet, quo de lege agendum populum eſſet, delectum ſe habiturum eſſe profeſſus, ex foro populum in campum evocavit; in eos ſe, qui dicto audientes non fuiſſent, animadverſurum minatus. Cum autem Tribuni repugnarent, ac quinque eum argenti myriadibus multaturum eſſe jurarent, niſi edictum & legem in plebem antiquaret, Camillus, ſive quod exſilium & damnationem ſecundam ſenex timeret, ſive quod plebem ſuperaturum ſe eſſe diffideret, domum ſe contulit; ac ſimulata valetudine, dictatura ſe abdicavit. Magiſter equitum L. Æmilius Mamercinus vocatur in *fragmento* dictaturæ hujus Capitolinæ: puto autem patrem eſſe L. Æmi-

(80) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 381.
Olymp. CII. anno III.
Ante Ær. Chr. 370.

Q. SERVILIUS PRISCUS FIDENAS III.	Trib. Milit. Patricii Conſ. Poteſt.
M. CORNELIUS MALUGINENSIS.	
C. VETURIUS CRASSUS CICURINUS II.	
Q. QUINCTIUS CINCINNATUS.	
A. CORNELIUS COSSUS.	
M. FABIUS AMBUSTUS II.	

Ita ex Livio & Diodorio Sigonius Pighius, & Almelovenius.

(81) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 384.
Olymp. CII. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 369.

L. QUINCTIUS CAPITOLINUS.	Trib. Militi. Patritii Conſ. Poteſt.
SP. SERVILIUS STRUCTUS.	
SER. CORNELIUS MALUGINENSIS VII.	
L. PAPIRIUS CRASSUS.	
SER. SULPICIUS PRÆTEXTATUS IV.	
L. VETURIUS CRASSUS CICURINUS.	

Ita ex Livio Sigonius Pighius & Almelovenius; Hoc anno Dictator dictus eſt *M. Furius Camillus*, qui Magiſtrum Equitum elegit *L. Æmilium Mamercinum*, ut Sigonius docet, & Pighius.

Æmilii L. F. L. N. Mamercini Privernatis, A
qui poſt Conſulatum cepit.

De P. Manlio Capitolino dictatore. (82)

DIctatori Camillo abdicato extemplo ſuffe-
ctum eſſe alterum dictatorem *Livius* &
Plutarchus tradunt. *Livius* P. Manlium nomi-
nat: *Plutarchus* nomen omittit. Magiſtrum
autem equit. ab eo cooptatum fuiſſe C. Lici-
nium, uterque fatetur: quamquam non eun-
dem uterque intelligit. *Plutarchus* enim eum
eſſe ait, qui dux ſeditionis fuerat, & leges
promulgarat: *Livius*, eum qui Tribunus mil.
Conſulari poteſtate fuerat; & recte: nam qui
ſeditionis caput fuerat, is hoc anno nonum B
Tribunus pl. refectus erat; neque vero eodem
tempore & Tribunus pl. & magiſter equitum
erat. Itaque ut hos diſtingueret *Livius*, ſic lo-
quutus eſt; P. Manlius dictator rem in cau-
ſam plebis inclinavit, C. Licinio, qui Tribu-
nus militum fuerat, magiſtro equitum de
plebe dicto. Id ægre paſſos patres accipio;
dictatorem propinqua cognatione Licinii ſe
apud patres excuſare ſolitum; ſimul negantem,
magiſtri equitum majus quam Tribuni Con-
ſularis imperium eſſe. Hæc ubi dixit, tum
deinceps de C. Licinio Tribuno plebis addit;
Licinius Sextiuſque ita ſe gerere, ut negando
jam ſibi velle continuari honorem, acerrime
accenderent ad id, quod diſſimulando pete- C
bant, plebem. Uterque autem Licinius ab
aliis ſcriptoribus Stolo, à *Capitolinis* Calvus
vocatur. Itaque *Livius* in anno CCCCLIV. ait;
C. Licinius Stolo, primus magiſter equitum
de plebe factus eſt. Dictatorem eſſe puto P.
Manlium A. F. A. N. Capitolinum, Tribu-
num mil. Conſularem anno ſequenti in *Capito-
linis tabulis*. His autem duobus dictatoribus
annum CCCLXXXVI. tribuunt *faſti Capitolini*,
in quibus hic annus lineis à ſuperiore & infe-
riore diſtinctus eſt.

DE TR. MIL. AN. CCCLXXXVI. (83)

CReatos in hunc annum Tribunos militum D
Conſulares hos tradit *Livius*, A. & M.
Cornelios II. M. Geganium, P. Manlium, L.
Veturium, P. Valerium VI. quos præterit *Dio-
dorus*. Horum cognomina, & multiplicato-
rum honorum notæ, in *fragmentis Capitolinis*
ſunt, ita; = Coſſus II. = Maluginenſis II. =
Macerinus. L. Veturius Craſſus Cicurinus
II. P. Valerius Potit. Poplicola VI. P. Man-
lius Capitolinus II.

*De M. Furio Camillo dictatore V. & triumpho
IV. ejus de Gallis.*

CUm præter Velitrarum obſidionem quietæ
res Romanæ eſſent, fama repens Gallici
belli allata, perpulit civitatem ut M. Furius
dictator V. diceretur: is T. Quinctium Pen-
num magiſtrum eq. dixit: ſic *Livius*. *Plutar-
chus* item metu Gallici belli Camillum jam
prope octoginta annos natum, dictatorem V.
ab omnibus uno ore creatum ſcribit. Magi-
ſtrum equitum Cincinnati cognomine uſum,
docet *fragmentum Capitolinum*. Itaque T.
Quinctius Pennus Cincinnatus eſt ſcribendus,
filius (ut arbitror) L. Quinctii, qui Cincin-
nati ſenis filius fuit. Porro autem bellatum
hoc anno cum Gallis ad Anienem flumen,
fuiſſe qui tradiderint, prodit *Livius*; ſe autem
in Albano agro rem geſtam eſſe, potius cre-
dere. Fugatos autem cæſoſque amiſſis caſtris
Gallos dictatore Camillo, & victoriam ingen-
tem eſſe relatam, eique Senatus & plebis con-
ſenſu triumphum eſſe decretum, idem ſcribit.
Plutarchus pugnatum ad Anienem eſſe proſpe-
re ait, & præterea Velitras à Camillo eſſe
captas. *Polyænus* idem lib. VIII. ad Anienem
à Camillo V. dictatore cum Gallis bene rem
geſtam ſcribit. *Appianus* autem in Celtica,
Gallos bis victos à Camillo patre tradit; hoc
autem tempore triumphaſſe eum, cum octo-
geſimum annum ageret. *Polybius* demum lib.
I. Camillum cum Gallis dimicaſſe ad Albam,
auctor eſt, anno poſt Romam captam XXX.
Polyænus & *Plutarchus*, XIII. cum tamen
XXIII. annus hic ſit, ex quo urbs capta eſt.
Livius pugnam ad Anienem cum Gallis, in
annum CCCXCII. rejicit, T. Quinctio dicta-
tore. *Livium* ſequitur *Zonaras*.

DE COS. AN. CCCLXXXVII. (84)
ex plebe primum creari cœptis.

CUm L. Sextius, C. Licinius Tribuni ple-
bis decimum refecti, acrius de legibus
ferendis pugnarent, dictatorem tandem & Se-
natum vicerunt, ac comitia Conſulum ad-
verſa nobilitate ut fierent, obtinuerunt; qui-
bus L. Sextius de plebe primus Conſul factus
eſt: cum autem patricii ſe auctores futuros
negarent, ac prope ad ſeceſſionem plebis res
ſpectaret, per dictatorem ſedatæ diſcordiæ
ſunt: conceſſumque ab nobilitate plebi, de
Conſule plebejo; à plebe nobilitati, de præ-
tore uno, qui jus in urbe diceret, ex patri-
bus creando. Iidem etiam ædiles curules duos,
ex patribus ut fierent, contenderunt. Plebs
Conſulatum L. Sextio, cujus lege partus erat,
dedit:

---

(82) Anno ab U. C. 385.
Olymp. CIII. Anno I.
Ante Ær. Chr. 368.
M. FURIUS CAMILLUS DICTATOR IV.
L. ÆMILIUS MAMERCINUS MAG. EQUIT.
His abdicantibus electi ſunt:
P. MANLIUS CAPITOLINUS DICTATOR.
C. LICINIUS CALVUS primus de plebe MA-
GIST. EQUITUM.
Sigonius tranſilit hunc annum, ſicuti & Almelo-
venius. Pighius ponit hos Dictatores ex Li-
vio. Vide Pighium ad hunc annum.

(83) *Hoc eſt:* Anno ab U. C. 386.
Olymp. CIII. Anno II.
Ante Ær. Chr. 367.
A. CORNELIUS COSSUS II.
L. VETURIUS CRASSUS CICURINUS II.
M. CORNELIUS MALUGINENSIS II.

E

P. VALERIUS POTITUS POPLICOLA VI.
M. GEGANIUS MACERINUS.
P. MANLIUS CAPITOLINUS II.
Ita ex Livio & marmore Capitolino Sigonius,
Pighius, & Almelovenius.
Hoc anno Dictator dictus eſt M. FURIUS CAMIL-
LUS V. qui T. Quinctium Cincinnatum Ca-
pitolinum elegit Mag. Equitum.

(84) *Hoc eſt:* Anno ab U. C. 387.
Olymp. CIII. Anno III.
Ante Ær. Chr. 366.
L. ÆMILIUS MAMERCINUS CONS. PATRI-
CIUS.
L. SEXTIUS SEXTINUS LATERANUS CON-
SUL PRIMUS DE PLEBE.
Ita ex Livio & Caſſiodoro Sigonius, Pighius, &
Almelovenius.

dedit : ei collega ex patribus datus L. Æmilius Mamercus. Hæc *Livius*, & *Plutarchus*, qui cum *Caſſiodoro* Conſules edit L. Æmilium ex patriciis, L. Sextium ex plebe. *Diodorus* hos vocat L. Æmilium Mamercum, L. Lateranum. Eſt autem *Lateranus* Sextii cognomen, ut eſt in *tabula Capitolina*, in qua Mamercinus, & L. Sextius Sextinus Lateranus, Conſules eduntur, ut in *faſtis Siculis* Mamercinus & Lateranus. In lib. de viris illuſtribus ſcriptum eſt, non L. Sextium, ſed C. Licinium Stolonem, primum è plebe Conſulem factum : qua de re Fabius Pictor (ut ſcribit *Gellius* lib. V. cap. IV.) ita; Quapropter tum primum è plebe alter Conſul factus eſt, duo & viceſimo anno, poſtquam Romam Galli ceperunt, id eſt, ut interpretatur *Gellius*, duodeviceſimo : ego tamen malim XXII. intelligi. L. Æmilium Mamercinum puto eundem eſſe, atque eum qui magiſter equitum fuit.

De prætore primum creato.

DE prætore ſic *Livius*; Annus hic fuit inſignis novi hominis Conſulatu, duobus Magiſtratibus, prætura, & curuli ædilitate. Hos ſibi patricii quæſivere honores pro conceſſo plebi altero Conſulatu. Patres præturam Sp. Furio M. F. Camillo, ædilitatem Cn. Quinctio Capitolino, & P. Cornelio Scipioni, ſuarum gentium viris, dederunt, Hæc ille. *Suidas* item Furium Camillum, Camilli dictatoris filium, primum prætorem tradit in voce Πραίτωρ. Prætori juris dicundi negotium datum eſt, & ſex lictoribus ut uteretur permiſſum. Unde *Polybius* ac *Plutarchus* Præturam ἑξαπέλεκυν vocant ἀρχὴν, ideſt, ſex ſecurium Magiſtratum. Deinde hic honos plebi etiam communicatus eſt anno ab Urbe condita CCCCXVI. Q. Publilius Philo teſte *Livio*, prætor primus è plebe factus eſt. At vero circa annum DX. prætor alter additus eſt : cumque eorum alter inter cives, alter inter peregrinos jus diceret, *Urbanus* ille, hic *Peregrinus* vocatus eſt, Epitomarum lib. XIX. Circa annum autem DXIX. Sicilia atque Sardinia in provinciarum formam redactis, prætores duo additi ſunt, qui in eas provincias quotannis mitterentur. Epitom. lib. XX. *Solinus* cap. XXI. *Pomponius* de origine juris. Victis præterea duabus Hiſpaniis, prætores item duo creati ſunt, qui in Hiſpanias mitterentur. Anno DLVI. Hiſpanias, ulteriorem & citeriorem, terminatas, primi prætores ſortiti ſunt M. Helvius, & C. Sempronius Tuditanus. Auctor *Livius* & *Pomponius*. Poſtremo Sulla dictator latis novis quæſtionibus, prætores duos adjecit, ut eſſent octo : tot enim Ciceronis tempore erant; quod ex ejus poſt reditum orationibus intelligitur. Inde Cæſar, duobus additis, decem effecit, teſte *Dione* & *Pomponio*. Prætoris originem hoc loco mihi demonſtrandam eſſe duxi, quoniam prætoribus ſæpiſſime imperium datum, & triumphi decreti, nec ſolum prætoribus, ſed etiam iis qui extra ordinem cum prætorio imperio eſſent. De quibus ſæpe infra dicendum erit.

De Cenſoribus.

CEnſores in hunc annum fuiſſe Regillenſem Albinum, & C. Sulpicium Peticum, ex *Capitolinis fragmentis* conjicio : quod non videtur à veritate alienum. Nam *Livius* anno ſequenti Cenſorem ait peſtilentia periiſſe. Luſtrum autem ab his conditum non eſt, fortaſſe propter Cenſoris alterius mortem. Ejus ſane nulla nota eſt in *Capitolina cenſura*. Regillenſis certe periit : nam C. Sulpicii poſt magna fit mentio : hic autem an Aulus an Lucius Poſtumius Regillenſis Albinus fuerit, qui ambo Tribuni militum ante fuerunt, in incerto eſt.

DE COS. AN. CCCLXXXVIII. (85)

LIvius, *Caſſiodorus*, & *Diodorus*, Conſules in hunc annum edunt L. Genucium & Q. Servilium. Eorundem Conſulum meminit *Oroſius* & *Eutropius*. Q. Servilius Q. F. Q. N. Ahala ſcribitur in hoc Conſulatu Capitolino: L. Genucius M. F. Cn. N. Aventinenſis in ſecundo: in *faſtis* autem *Siculis* eſt Genucius & Κίρμος; ut opinor, per mendam. Hoc anno Camillus mortuus, XXV. annis poſtquam urbem à Gallis liberaverat. Res à ſeditione & à bello quietæ. *Livius*.

DE COS. AN. CCCLXXXIX. (86)

COnſules in hunc annum creati apud *Diodorum* C. Sulpicius, C. Licinius : apud *Livium* & *Caſſiodorum*, C. Sulpicius Peticus, C. Licinius Stolo. Eorundem meminit *Valerius* lib. II. cap. I., & *Plutarchus* in Problematis. Quem autem ceteri Stolonem, *Capitolini Scriptores* (ut dixi) Calvum appellant : itemque *Siculi*, qui horum Conſulum cognomina edunt Peticum & Calvum. Eſt autem C. Sulpicius M. F. Q. N. Peticus in ſecundo Conſulatu Capitolino. Ludi ſcenici primum inſtituti : nihil aliud dignum memoria actum.

DE COS. AN. CCCXC. (87)

HIc annus Conſules habuit C. Genucium, L. Æmilium Mamercum II. *Livio* & *Caſſiodoro* teſtibus, quos *Diodorus* vocat lib. XVI. Cn. Genucium, L. Æmilium : in *Capitolinis*

(85) *Hoc eſt* : Anno ab U. C. 388.
Olymp. CIII. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 365.
L. GENUCIUS AVENTINENSIS DE PLEBE.
Q. SERVILIUS AHALA PATRICIUS.
Ita ex Livio Diodoro & Caſſiod. Sigonius, Pighius, & Almelovenius.
L. Genucium eſſe de Plebe conſtat ex anno ab U. C. 354.

(86) *Hoc eſt* : Anno ab U. C. 389.
Olymp. CIV. Anno I.
Ante Ær. Chr. 364.
C. SULPICIUS PETICUS CONSUL PATRICIUS.
C. LICINIUS CALVUS STOLO CONS. DE PLEBE.
C. Sulpicium Peticum Patricium fuiſſe conſtat ex Pighio tom. III. de Famil. Romanorum. Cetera conſtant ex Sigonio, Almelovenio, & eodem Pighio.

(87) *Hoc eſt* : Anno ab U. C. 390.
Olymp. CIV. Anno II.
Ante Ær. Chr. 363.
L. ÆMILIUS MAMERCINUS II. CONS. PATRICIUS.
CN. GENUCIUS AVENTINENSIS CONSUL DE PLEBE.
Ita ex Livio & Caſſiodoro Sigonius, Pighius, & Almelovenius.
Hoc anno Dictator dictus eſt L. MANLIUS CAPITOLINUS IMPERIOSSUS, qui Mag. Equ. elegit L. PINARIUM NATTAM.

tolinis tabulis = Mamercinus ĪĪ. Cn. Genucius M. F. M. N. Aventinenſis: in *faſtis Siculis* eſt Mamercinus & *Ἀῦλος*.

De L. Manlio Capitolino Imperioſſo dictatore.

CUm piaculorum magis conquiſitio animos, quam corpora morbi afficerent, repetitum ex ſeniorum memoria dicitur, peſtilentiam quondam clavo ab dictatore fixo ſedatam. Ea religione adductus Senatus, dictatorem clavi figendi cauſſa dici juſſit. Dictus L. Manlius Imperioſſus, L. Pinarium magiſtrum eq. dixit. Hæc *Livius*. Ejuſdem dictatoris meminit *Cic.* de off. L. Manlio, inquit, A. F. cum dictator fuiſſet, M. Pomponius diem dixit. Hujus etiam dictaturæ veſtigia ſunt in *tabulis Capitolinis*; ex quibus apparet, Manlium *Imperioſſi*, Pinarium *Nattæ* cognomen tuliſſe. Hunc autem L. Manlium Imperioſſum primum appellatum, ob ſeveritatem delectus in dictatura habiti, & quod filium rus à ſe relegaſſet, ſcribit *Livius*. Idem etiam poſtea, quaſi ſui oblitus, T. Manlium, hujus filium, qui Torquatus dictus eſt, primum ejuſmodi cognomen ait inveniſſe ob ſupplicium de filio ſumptum. Eſt autem intelligendum, cognomen hoc cœpiſſe in patre, in filio confirmatum eſſe. Pinarios Nattæ cognomine uſos eſſe, oſtendit *Cicero*, qui inquit lib. II. De divinatione; Pinarii Nattæ nobiles: & *Tacitus* lib. IV., qui Pinarii cujuſdam Nattæ meminit. De ſolenni clavi figendi, latius ſcribit hoc loco *Livius*.

De Cenſoribus & Luſtro XX.

CEnſores hoc anno fuiſſe Ambuſtum, & L. Furium Medullinum, eoſque Luſtrum XX. condidiſſe, (quarum rerum ne verbum quidem *Livius*) *Capitolina fragmenta* declarant. Priorem autem Cenſorem M. Fabium K. F. M. N. Ambuſtum eſſe duco, qui bis ante Tribunus militum fuit, perinde atque L. Furius Medullinus collega ejus, & ante in Tribunatu, & nunc etiam in Cenſura.

DE COS. AN. CCCXCI. (88)

COnſules prodit in hunc annum *Diodorus* Q. Servilium, & Q. Genucium; *faſti Siculi* Ahalam & Genucium, *Livius* & *Caſſiodorus* Q. Servilium Ahalam, L. Genucium. Hi ſunt qui triennio etiam ante collegæ inter ſe comparati ſunt. Itaque in *Capitolina tabula* nota numeri ĪĪ. utrique addita eſt.

De Ap. Claudio Craſſino dictatore, & ovatione ejus.

L. Genucius Coſ. qui primus ex plebe bellum ſuis auſpiciis geſſit, in Hernicos profectus, ab iiſque inſidiis circumventus, occiſus eſt. Ea de cauſſa dictatorem conſenſu patriciorum Servilius Conſul dixit Ap. Claudium. Hæc *Livius*. *Ex monumentis Capitolinis* intelligi poteſt, Craſſinum Regillenſem dictaturam cepiſſe. Hunc autem *Livius* Ap. Claudium vocat, eum qui anno CCCXCV. contra legem de plebejis Conſulibus dixit; quem Decemviri nepotem eſſe probavimus in Tribunatu ejus anno CCCL. Magiſtrum eq. nullum nominat *Livius*: fuiſſe tamen aliquem *fragmenta Capitolina* declarant; in quibus eſt pro magiſtro eq. ſyllaba SCI = quæ eſt prima cognominis Scipio. Hunc autem fuiſſe exiſtimo L. Cornelium Scipionem, qui poſt dictaturam cepit. Hæc de dictatore. De re autem geſta ſic *Livius*; Uſque ad caſtra fugientes Hernicos Romanus ſequitur: caſtrorum oppugnatione, quia ſerum erat diei, abſtinuere: poſtero die deſerta fuga caſtra Hernicorum, & ſaucii relicti quidam inventi: agmenque fugientium ab inſignis, cum præter mœnia eorum infrequentia ſigna conſpecta eſſent, ſuſum, ac per agros trepida fuga palatum eſt. Nec Romanis incruenta victoria fuit: quarta pars militum amiſſa; &, ubi haud minus jacturæ fuit, aliquot equites Romani cecidere. Hæc *Livius* de Ap. Claudio dictatore; qui eum triumphaſſe non adſcribit. At eum nos ovantem iniſſe ſtatuimus, ut ad numerum duarum ovationum, quas Claudiis patriciis permiſſas prodidit in Tiberio *Suetonius*, perveniremus. In *fragmentis* certe *triumphalibus Capitolinis* eſt hæc ſyllaba NOV =, quæ fortaſſe ad hunc triumphum pertinet. Alter è Claudiis patriciis, qui urbem ovans ingreſſus eſt, fuit Ap. Claudius Cenetro ex Celtiberia, anno DLXIX.

DE COS. AN. CCCXCII. (89)

COnſules memorat in hunc annum *Livius* C. Sulpicium, & C. Licinium Calvum: *Caſſiodorus* C. Sulpicium ĪĪ. & C. Licinium: *Diodorus* C. Sulpicium, C. Licinium. Nos eoſdem eſſe putamus, qui triennio ante collegæ etiam fuerunt. Itaque Licinio etiam iterati honoris notam addendam eſſe: nam Sulpicio Petico *Capitolini Scriptores* eam addiderunt, Licinium Siculi non Calvi, ut ante, ſed Stolonis cognomine afficiunt, ut Sulpicium Petici.

De dictatore T. Quinctio Capitolino, & triumpho ejus de Galleis.

DIctatorem T. Quinctium Pennum hoc anno fuiſſe, ſatis conſtat, & magiſtrum eq. Ser. Cornelium Maluginenſem. Macer Licinius comitiorum habendorum cauſſa, & ab Licinio Conſule dictum ſcribit. Cujus rei cum mentionem in vetuſtioribus annalibus nullam inveniam, magis ut belli Gallici cauſſa dictatorem creatum arbitrer, inclinat animus.

(88) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 391.
Olymp. CIV. Anno III.
Ante Ær. Chr. 362.
Q. SERVILIUS AHALA II. CONS. PATRICIUS.
L. GENUCIUS AVENTINENSIS II. CONS. DE PLEBE.
Ita ex Livio & Caſſiodoro Sigonius, Pighius, & Almelovenius.
Hoc anno Dictator dictus eſt AP. CLAUDIUS CRASSUS, qui Mag. Equitum elegit P. CORNELIUM SCAPULAM.

(89) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 392.
Olymp. CIV. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 361.
L. LICINIUS CALVUS STOLO II. CONSUL DE PLEBE.
C. SULPICIUS PETICUS II. CONS. PATRICIUS.
Ita ex Livio & Caſſiodoro Sigonius, Pighius, & Almelovenius.
Hoc anno Dictator dictus eſt T. QUINCTIUS CAPITOLINUS PENNUS CRISPINUS, qui Magiſt. Equit. elegit SEXT. CORN. MALUGIN.

A mus. Eo certe anno Galli ad tertium lapidem Salaria via trans pontem Anienis caſtra habuere. Ita *Livius*. Hoc anno iterum dictatorem fuiſſe, *fragmenta Capitolina* demonſtrant: eumque non (ut ſcripſit *Licinius*) comitiorum habendorum cauſſa, ſed (ut *Livius*) rei gerendæ cauſſa, *Appianus* enim in Celtica, Gallos tertium reverſos, à Quinctio victos ſcribit: at T. Manlium Gallo, à quo ſingulari prœlio provocatus fuerat, occiſo, Torquati cognomen retuliſſe, Gallos proxima nocte in Tiburtem agrum, atque inde ſocietate belli facta in Campaniam tranſiſſe, *Livius* & *Eutropius*. Cognomina dictatoris in *Capitolinis monumentis* hæc viſuntur = S. Capitolinus
B Criſpinus: in quo à Livio diſſentiunt; nam *Livius* eum Pennum nominavit. *Pennus* autem, fuit Cincinnatorum cognomen non Capitolinorum. Itaque literam S, quæ extrema eſt primi cognominis hujus dictatoris, ultimam literam eſſe puto hujus cognominis *Barbatus*; quod Quinctiorum Capitolinorum fuit. Ceterum Ser. Cornelium Maluginenſem magiſtrum equitum, filium eſſe arbitror Ser. Cornelii Maluginenſis, qui paucis ante annis ſepties Tribunatum militum geſſit. Triumphaſſe dictatorem apud neminem inveni, niſi in *Capitolinis fragmentis*, ex quibus triumphatum eſſe bis anno CCCXCII. apparet, primum Quirinalibus, deinde == Mart.

C *De triumpho C. Sulpicii Petici Cos. de Hernicis.*

DE C. Sulpicii Cos. triumpho nemo tradit. Quoniam autem qui *Capitolinos triumphos* digeſſerunt, eum anno CCCXCV. dictatorem triumphaſſe iterum ſcripſerunt, nec quo potiſſimum anno primum triumphaverit conſtat, ego ſuſpicatus ſum, id hoc anno factum. Nam de ejus victoria ſic ſcribit *Livius*. C. Sulpicius & C. Licinius Cos. in Hernicos exercitum duxerunt; neque inventis in agro hoſtibus, Ferentinum eorum urbem vi ceperunt. Priore certe Conſulatu hic triumphare
D non potuit; quod eo propter peſtilentiam nihil memorabile geſſerit. Hoc autem triumphaſſe, *Capitolina fragmenta* ſubindicant, quæ duos (ut dixi) in hunc annum triumphos edunt.

DE COS. AN. CCCXCIII. (90)

C. Pœtelium Balbum, M. Fabium Ambuſtum, Conſules in hunc annum tradit *Livius* & *Caſſiodorus*: at *Diodorus* M. Fabium, & C. Πόπλιον; mendoſe, pro Ποιτέλιον. M. Fabius ex *Capitolino triumpho* ejus deſcriptus eſt. Alia cognomina tradunt *Capitolini Scriptores* C. Pœtelii quam *Livius*, illi enim Libonem
E Viſolum; hi Balbum, cum *Capitolinis* faciunt *Siculi*.

De Q. Servilio Ahala dictatore, & re cum Gallis geſta.

CUm adverſus Tiburtem hoſtem duce C. Pœtelio Conſule contenta eſſet Reſpublica, Gallicus tumultus dictatorem creari coëgit: creatus Q. Servilius Ahala, T. Quinctium magiſtrum eq. dixit. Pugnatum haud procul porta Collina totis viribus urbis eſt: magnaque utrinque cæde edita, tandem avertitur acies Gallorum. Egregie tum ab dictatore tum ab Conſulibus re geſta, dictator Conſulibus & apud populum & apud Senatum magnifice collaudatis, & ſuarum quoque rerum illis remiſſo honore, dictatura ſe abdicavit. Hæc *Livius*. Q. Servilius Ahala, is eſt qui bis paulo ante Conſul fuit: T. Quinctius, qui dictaturam priore anno adminiſtravit.

De triumpho C. Pœtelii Cos. de Gallis & Tiburtibus; ovatione M. Fabii Ambuſti Cos. de Hernicis.

C. Pœtelius Cos. adverſus Tiburtes juſſu populi exercitum ducere juſſus eſt: ab eo Galli, qui ex pugna dictatoris aufugerant, palati procul Tibure excepti, egreſſis ad opem Gallis ferendam Tiburtibus, ſimul cum his intra portas compelluntur. Pœtelius de Gallis Tiburtibuſq; geminum triumphum egit. M. etiam Fabius, cui Hernici provincia evenerat, cum prœliis primum parvis, poſtremo una inſigni pugna hoſtes totis adorti copiis eſſent, Hernicos devincit: ei ſatis viſum ut ovans urbem iniret. Hæc *Livius*, quæ eadem ſunt in *tabulis triumphalibus Capit.*

DE COS. AN. CCCXCIV. (91)

LIvius, *Caſſiodorus*, Conſules produnt in hunc annum M. Popillium Lænatem, & Cn. Manlium: *Diodorus* M. Popillium Lænatem, & Cn. Manlium Imperioſſum. M. Popillius deſcriptus eſt ex tertio Conſulatu Capitolino. Primus è Popilliis hic fuit qui *Lænas* dictus ſit; cujus cauſſam ſic exponit in Bruto *Cicero*; M. Popillius cum Conſul eſſet, eodemque tempore ſacrificium publicum cum læna faceret, quod erat flamen Carmentalis, plebis contra patres concitatione & ſeditione nuntiata, ut erat læna amictus, ita venit in concionem; ſeditionemque tum auctoritate, tum oratione ſedavit. Hæc ille. *Livius* etiam hoc anno orientem ſeditionem inter patres & plebem compreſſam ait, ut Tiburtes, qua id mœnia Romæ venerant, repelleret: ex quo intelligere poſſumus, hoc anno M. Popillium cum læna exiſſe in concionem, *in Lapide Capit.* eſt, = Lænas Cn. Manlius Capitolin. Imperioſs. In *faſtis Siculis* bini anni in unum confuſi ſunt: nam Libonem & Lænatem comparant.

DE

(90) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 393.
Olymp. CV. Anno I.
Ante Ær. Chr. 360.
M. FABIUS AMBUSTUS CONS. PATRICIUS.
C. POETELIUS LIBO VISOLUS BALBUS CONS. ut putamus, DE PLEBE.
Hoc ipſo anno:
Q. SERVILIUS AHALA DICTATOR.
T. QUINCTIUS PENNUS CAPITOLINUS CRISPINUS MAG. EQU.
Ita ex Livio & lap. Capitol. Pighius & Almelovenius cum Sigonio.

(91) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 394.
Olymp. CV. Anno II.
Ante Ær. Chr. 359.
M. POPILLIUS LÆNAS. } Coſs.
CN. MANLIUS CAPITOLINUS IMPERIOSSUS. } Coſs.
A Sigonio & Pighio ſcribitur *Imperioſſus* cum duplici ſ.
Ita ex Livio, Diodoro, & Caſſiodoro Sigonius, Pighius, & Almelovenius.
M. Popillius erat Conſul de Plebe; fuit enim Trib. Pl. anno U. C. 390.

DE COS. AN. CCCXCV. (92)

NOvi Conſules inierunt apud *Livium* & *Caſſiodorum* C. Fabius, C. Plautius: apud *Diodorum*, M. Fabius, C. Plotius. *Livius* hujus etiam C. Fabii meminit interregis an. CCCXCVIII. inter alios multos Conſulares: in *faſtis Siculis* eſt, Ambuſtus & Proculus: in *Capitolinis* = Ambuſtus, C. Plautius Proculus. Hernici à Plautio devicti: Fabius incaute cum Tarquinienſibus pugnavit.

De Cenſoribus & Luſtro XXI.

CEnſores in hunc annum contulimus ſatis certa conjectura adducti. Hoc enim tribus duas additas, Pontinam & Publiliam, tradit *Livius*, quæ nonniſi à Cenſoribus addi potuerunt: confirmat conjecturam quinquennale cenſuræ ſpatium, quod poſt priores Cenſores abiit, qui cum XX. Luſtrum fecerint, his XXI. condendum reliquerunt.

De C. Sulpicio Petico dictatore, & triumpho ejus de Gallis.

CUm Gallos Præneſte veniſſe, atque inde circa Pedum conſediſſe auditum eſſet, dictatorem dici C. Sulpicium placuit, Conſul C. Plautius dixit: magiſter eq. dictatori additus M. Valerius. *Livius* hæc. C. Sulpicius ex *triumpho Capitolino* deſcriptus eſt. M. Valerius in Conſulatu, quem tertio ab hinc anno geret, Poplicola nominatur à *Livio*. Ceterum C. Sulpicium dictatorem rem bene geſſiſſe cum Gallis, qui & à Pœtelio Conſule victi fuerant, eoſque ita ſubegiſſe, ut non alius poſt M. Furium juſtiorem de Gallis triumphum egerit, ſcribit *Livius*. Ejuſdem victoriæ meminerunt *Oroſius*, *Eutropius*, *Polybius* libro primo, *Appianus* in Celtica, *Frontinus* ſtratagematum lib.II. Hic autem triumphus in *Capitolinis tabulis* ſecundus Sulpicii ſcribitur: ex quo intelligi poteſt priorem à *Livio* (ut ſupra dixi) eſſe omiſſum, id autem mirum non eſt; nam etiam hoc anno Plautianum triumphum omiſit.

De triumpho C. Plautii Proculi Conſulis.

TRiumphaſſe enim etiam C. Plautium Proculum Conſulem de Hernicis ſcriptum eſt in *Capitolinis tabulis*, cujus victoriæ *Livius* meminit, triumphi non meminit. Hernicos enim à C. Plautio victos ſubactoſque eſſe tantummodo ait.

DE COS. AN. CCCXCVI. (93)

COnſules hoc anno C. Marcius, Cn. Manlius, teſtis *Livius*, *Caſſiodorus*, *Diodorus*, quorum cognomina edunt *faſti Siculi* Rutilum & Capitolinum. Cn. Manlius biennio ante Conſul fuit: C. Marcius ex *Capitolino triumpho* deſcriptus eſt. Cn. Manlius adverſus rebellantes Faliſcos nihil memorabile egit.

De triumpho C. Marcii Rutili Cos.

C. Marcius Cos. in agrum Privernatem exercitum duxit, urbem eorum in deditionem accepit: triumphavitque de Privernatibus. *Livius*. Idem triumphus eſt in *tabulis Capitolinis*.

DE COS. AN. CCCXCVII. (94)

D*Iodorus* Conſules in hunc annum prodit M. Fabium, M. Popillium: *faſti Siculi* Ambuſtum & Lænatem: *Livius* & *Caſſiodorus* M. Fabium Ambuſtum II. & M. Popillium Lænatem II. Tiburtes à Lænate in urbem compulſi: Fabius à Faliſcis & Tarquinienſibus prima pugna fuſus, hoſtium caſtris poſt potitus eſt.

De C. Marcio Rutilo dictatore & triumpho ejus de Tuſcis.

HOc anno concitatur omne nomen Etruſcum, & Tarquinienſibus Faliſciſque ducibus ad Salinas perveniunt: adverſus eum terrorem dictator C. Marcius Rutilus primus de plebe dictus, magiſtrum eque item de plebe C. Plautium dixit. Ita *Livius*. Idem ſcribit in anno CCCCLIIII. C. Marcius, idem eſt qui priore anno Conſul fuit; C. Plautius, qui biennio ante. Hunc dictatorem ſcribit *Livius* cum Tuſcis congreſſum, caſtris eorum, & VIII. millibus hoſtium captis, cæteris aut cæſis aut agro Romano fugatis, ſine auctoritate patrum (plebejus enim erat) populi juſſu triumphaſſe: idem notat etiam in an. CDLIX. Ejuſdem triumphi *Oroſius* etiam & *Eutropius* meminerunt: quem *in monumentis* quoque *Capitolinis* inciſum invenimus.

DE COS. AN. CCCXCVIII. (95)

QUadringenteſimo anno, quam Urbs condita erat; quinto triceſimo, quam à Gallis recepta, ablato poſt XI. annum à ple-

---

(92) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 395.
Olymp. CV. Anno III.
Ante Ær. Chr. 358.
C. FABIUS AMBUSTUS. } Coſs.
C. PLAUTIUS PROCULUS. }
Hoc ipſo anno:
C. SULPICIUS PETICUS DICTATOR.
M. VALERIUS POPLICOLA MAG. EQU.
Ita ex Livio & Diodoro Sigonius, Pighius, & Almelovenius. C. Plautius Proculus erat Conſul de Plebe, fuit enim ex Plautia gente Plebeja, ut docet Pighius tom. III. pag. 620. de Famil. Rom.

(93) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 396.
Olymp. CV. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 357.
C. MARCIUS RUTILUS DE PLEBE. } Coſs.
CN. MANLIUS CAPITOLINUS IMPERIOSSUS II. }
Ita ex Livio, Caſſiodoro, & faſtis Siculis Sigonius Pighius, & Almelovenius, qui perperam ſcribit C. Manlium pro C. Marcio.

(94) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 397.
Olymp. CVI. Anno I.
Ante Ær. Chr. 356.
M. FABIUS AMBUSTUS II. } Coſs.
M. POPILLIUS LÆNAS II. }
Hoc ipſo anno:
C. MARCIUS RUTILUS *primus* de Plebe DICTATOR.
C. PLAUTIUS PROCULUS MAG. EQU.
Ita ex Livio, & Caſſiodoro Sigonius, Pighius, & Almelovenius.

(95) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 398.
Olymp. CVI. Anno II.
Ante Ær. Chr. 355.
C. SULPICIUS PETICUS III. } Coſs.
M. VALERIUS POPLICOLA. }
Ita ex Livio, Diodoro, & Caſſiod. Sigonius, Pighius, & Almelovenius.

à plebe Conſulatu, patricii Conſules ambo ex interregno magiſtratum inierunt, C. Sulpicius Peticus III. M. Valerius Poplicola. *Livius*. Eadem nomina ſunt etiam apud *Caſſiodorum* & *Diodorum*, & *in faſtis Siculis*. Cur diſſentiat Liviana ſumma annorum à noſtra, cauſa ſupra expoſita eſt: latius etiam in chronologiæ Livianæ ſcholiis. Empulium ex Tiburtibus captum.

DE COS. AN. CCCXCIX. (96)

LIvius; Conſules hoc anno fuerunt ambo patricii M. Fabius Ambuſtus III. T. Quinctius. *In quibuſdam annalibus* pro T. Quinctio M. Popillium Conſulem invenio. *Livio* aſſentitur *Caſſiodorus*, & *Diodorus*, & *Solinus*; qui ait; Alexander (ut Nepos edidit) M. Fabio Ambuſto, T. Quinctio Capitolino Conſulibus, oritur, poſt Romam conditam anno CCCXCV. T. Quinctius, hic eſt qui ante dictator & magiſter equitum fuit. Hi Conſules, cum iis qui ſequuntur, *in faſtis Siculis* præteriti ſunt: *in Cuſpiniani* vero, eſt Ambuſtus & Capitolinus.

De triumpho II. M. Fabii Ambuſti Coſ. de Tiburtibus.

HOc anno cum Tiburtibus ad deditionem pugnatum, Saſſulam ex his urbem captam, & gentem univerſam poſitis armis in fidem Conſulis veniſſe, deque Tiburtibus triumphatum eſſe, ſcribit *Livius*. Hic autem Conſul fuit M. Fabius Ambuſtus; quod *ex Capit. triumpho* intelligitur.

DE COS. AN. CD. (97)

COnſulatum utrumque apud patricios manſiſſe, Conſules creatus C. Sulpicium Peticum IIII. M. Valerium Poplicolam II. invenio apud *Livium* & *Caſſiodorum*. *Diodorus* item prioribus Conſulibus ſubjicit M. Valerium, C. Sulpicium.

De T. Manlio Torquato dictatore, & re geſta cum Cæritibus.

SEnatus in Etruſci belli curam intentus, Valerium Conſulem Volſcis oppoſitum, revocatum inde dicere dictatorem juſſit. T. Manlium L. F. dixit: is ſibi magiſtrum equ. A. Cornelium Coſſum cooptavit. Hic Manlius anno CCCXCII. quod Gallum ſpolians, quocum pugnarat, ei torquem detraxit & ſe induit, *Torquatus* eſt appellatus. Itaque in tertio Capitolino Conſulatu ſcribitur L. Manlius L. F. A. N. Imperioſſus Torquatus. *Livius*, *Gellius* lib. IX. cap. XIII. *Cicero* de off. lib. III. A. Cornelius P. F. A. N. Coſſus Arvina ſcribitur in *triumpho Capitolino*, quem geſſit anno CDX. Hic cum Cæritibus rem geſſit, quibus bellum indictum erat, quod Tarquinienſibus ſe adjunxerant. Cærites ſine prœlio in deditionem accepti, in centum annos inducias impetrarunt. *Livius*.

DE COS. AN. CDI. (98)

P. Valerio Poplicolæ datus eſt à plebe collega C. Marcius Rutilus in hunc annum, ut ait *Livius*. Hos vocat *Caſſiodorus* P. Valerium, C. Marcium Rutilum II. *Diodorus* M. Fabium, P. Valerium. Hos cum inſequentibus confundunt *faſti Siculi*, qui Rutilum & Pennum inter ſe comparant.

De C. Julio dictatore.

TError vanus Etruſci belli, cum conjuraſſe XII. populos fama eſſet, dictatorem dici coëgit. Dictus in caſtris (eo enim ad Conſules miſſum S. C. eſt) C. Julius; cui magiſter equ. adjectus L. Æmilius. Ceterum foris tranquilla omnia fuere. *Livius*. Ego C. Julio attribui familiare cognomen Julum. L. Æmilium eſſe puto, qui in triumpho ſecundi Conſulatus Capitolino, quem egit anno CDLXXXIIII. L. F. dicitur: quo anno Privernas eſt appellatus.

DE COS. AN. CDII. (99)

CReati in hunc annum Conſules C. Sulpicius Peticus, T. Quinctius Pennus, quidam Cæſonem, alii Cajum nomen Quinctio adjiciunt: ſic *Livius*. *Caſſiodorus* C. Sulpicium Peticum, T. Quinctium Pennum edit: *Diodorus* C. Sulpicium, & C. Quinctium. Hunc T. Quinctium eum eſſe cenſeo, qui anno CCCLXXXVI. magiſter eque fuit; & à *Livio* Pennus, à *Capitolinis* ſcriptoribus Cincinnatus vocatus eſt. C. Sulpicium V. notavi, quia quater ante fuit.

De cenſoribus, & Luſtro XXI.

CUm cenſoribus creandis indicta comitia eſſent, profeſſus ſe petere cenſuram C. Marcius Rutilus, qui primus dictator de plebe fuerat, concordiam ordinum turbavit; poſt autem

(96) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 399.
Olymp. CVI. Anno III.
Ante Ær. Chr. 354.
M. FABIUS AMBUSTUS III. }
T. QUINCTIUS PENNUS CAPITOLINUS CRISPINUS. } Coſs.
Ita ex Livio, Diodoro, & Caſſiod. Sigonius, Pighius, & Almelovenius.

(97) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 400.
Olymp. CVI. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 353.
C. SULPICIUS PETICUS IV. }
M. VALERIUS POPLICOLA II. } Coſs.
Hoc ipſo anno:
T. MANLIUS IMPERIOSSUS TORQUATUS DICTATOR.
A. CORNELIUS COSSUS ARVINA MAGISTER EQUIT.
Ita ex Livio & Caſſiodoro Sigonius, Pighius, & Almelovenius.

(98) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 401.
Olymp. CVII. Anno I.
Ante Ær. Chr. 352.
P. VALERIUS POPLICOLA. }
C. MARCIUS RUTILUS II. de Plebe. } Coſs.
Hoc ipſo anno:
C. JULIUS JULUS DICTATOR.
L. ÆMILIUS MAMERCINUS MAG. EQU.
Ita ex Livio & Caſſiodoro Sigonius, Pighius, & Almelovenius.

(99) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 402.
Olymp. CVII. Anno II.
Ante Ær. Chr. 351.
C. SULPICIUS PETICUS V. }
T. QUINCTIUS CINCINNATUS CAPITOLINUS. } Coſs.
Hoc ipſo anno:
M. FABIUS AMBUSTUS DICTATOR.
Q. SERVILIUS AHALA MAG. EQU.
Ita ex Livio & Caſſiodoro Sigonius, Pighius, & Almelovenius.

autem non variatum comitiis eſt quin cum Manlio Cnæo cenſor Marcius erearetur, ita per eundem qui ad dictaturam aperuit viam, cenſuræ quoque in partem vocata plebs eſt. *Livius*. *Eutropius* etiam expoſito triumpho quem anno CCCXCVII. C. Marcius de Tuſcis egit, Romæ cenſum actum ſcribit: ex quo, hoc anno cenſum luſtrumque factum eſſe, colligere poſſumus. Alio etiam loco *Livius* in anno CCCCLIIII. C. Martium Rutilum cenſorem primum de plebe factum ſcribit. Cn. Manlius Imperioſſus bis ante Conſul fuit.

De M. Fabio Ambuſto dictatore.

Dictatorem quoque hic annus habuit M. Fabium, nullo terrore belli, ſed ne lex Licinia comitiis Conſularibus obſervaretur. Magiſter equ. dictatori additus Q. Servilius. Hæc *Livius*. Idem in anno CCCCXXVIII. hujus dictatoris meminit; eumque ait ter Conſulem, & dictatorem fuiſſe. Idem ſcribit *Valerius* lib. II. cap. II. Q. Servilius Ahala, ſive ille ſit qui ante bis Conſul fuit, ſive ejus filius, (quod magis probo) omnino Q. F. Q. N. eſt ſcribendus.

DE COS. AN. CDIII. (100)

M. Popillium Lænatem à plebe Conſulem in hunc annum, à patribus L. Cornelium Scipionem datum, ſcribit *Livius*. *Caſſiodorus* M. Popillium Lænatem III. L. Cornelium Scipionem edit; *Diodorus* C. Cornelium, M. Popillium: *faſti Siculi* Scipionem & Lænatem.

De L. Furio Camillo dictatore.

M. Popillius Lænas Conſul in Gallos profectus, rem bene geſſit: moram triumpho vulnus attulit; eademque cauſſa dictatoris deſiderium Senatui fecit, ut eſſet qui ægris Conſulibus comitia haberet. Dictator L. Furius Camillus dictus, addito magiſtro equitum P. Cornelio Scipione. Hæc *Livius*, & fere *Zonaras*. Ceterum L. Furius Camillus, filius fuit M. Camilli V. dictatoris: auctores *Livius*, & *Appianus*. Hoc anno dictatorem fuiſſe, indicant *veſtigia Capitolina* magiſtri equitum.

De triumpho M. Popillii Lænatis Cos. III. de Gallis.

Fortuna illuſtriorem plebejum Conſulem fecit. Nam cum ingentem Gallorum exercitum in agro Latino caſtra poſuiſſe nunciatum eſſet, Scipione gravi morbo implicito, Gallicum bellum Popillio extra ordinem datum: Galli amiſſis caſtris fugati: Conſul vulnere accepto tardius triumphavit. Sed tamen ante quam inirent novi conſules, triumphus ab eo actus eſt, magno favore plebis: Hæc *Livius*. Hujus Popillianæ de Gallis victoriæ meminit etiam *Appianus* in Celtica. Idem triumphus inciſus eſt *in tabulis Capitolinis*.

DE COS. AN. CDIV. (1)
& re geſta à L. Furio Cos. cum Gallis.

Dictator L. Furius Camillus reddidit patribus priſtinam poſſeſſionem Conſulatus, ipſe ob id meritum ingenti patrum ſtudio creatus Conſul, Collegam P. Claudium Craſſum dixit. *Livius*. Iidem Conſules produntur à *Caſſiodoro*. *Diodorus* M. Æmilium, T. Quinctium edit: *faſti Siculi*, Camillum & Craſſum. Horum Conſulum meminit *Cicero in Catone*, cum ait, Platonem Tarentum veniſſe L. Camillo ac P. Claudio Cos. & *Gellius* lib. IX. cap. XI. cum ait, L. Furio, Ap. Claudio Cos. anno Urbis conditæ CDV. M. Valerius cum Gallo pugnavit, & Corvinus eſt appellatus. Hoc enim anno cum Galli ex Albanis montibus campos & maritima loca popularentur, P. Claudius in ipſo belli apparatu moritur: L. Furius Gallos in agro Pontino acie fuſos in Apuliam compulit: M. Valerius Tribunus mil. ex ſingulari pugna cum Gallo commiſſa, Corvi cognomen accepit. *Livius* & *Eutropius*. De obitu P. Claudii ſcriptum eſt etiam in *fragmento* hujus anni *Capitolino*.

De T. Manlio Torquato dictatore II.

L. Camillus juſſus ab Senatu bellum maritimum curare, cum prætore junxit caſtra: ibi quia res trahi ſegnitie Græcorum non committentium ſe in aciem videbatur, dictatorem comitiorum cauſa T. Manlium Torquatum ex Senatus auctoritate Conſul Camillus dixit, dictator, magiſter eq. A. Cornelio Coſſo dicto, Conſularia comitia habuit. *Livius*. Nos quia eoſdem eſſe, qui anno CD. Collegæ in hoc eodem Magiſtratu fuerunt, putamus, iterati honoris notam adjecimus. Dictatorem hoc anno comitiorum habendorum cauſa factum, *Capitolinum* etiam *fragmentum* docet.

DE COS. AN. CDV. (2)

Dictator abſentem M. Valerium Corvum (id enim illi deinde cognominis fuit) ſum-

(100) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 403.
Olymp. CVII. Anno III.
Ante Ær. Chr. 350.
M. POPILLIUS LÆNAS III. de Plebe.) Coſs.
L. CORNELIUS SCIPIO Patricius.)
Hoc ipſo anno:
L. FURIUS CAMILLUS DICTATOR.
P. CORNELIUS SCIPIO MAG. EQU.
Ita ex Livio & Caſſiodoro Sigonius, Pighius, & Almelovenius.
Sigonius verò vult à L. Furio Camillo Dictatore reſtitutum Patriciis Conſulatum, ſed fallitur. Fuit quidem uterque Conſul ſequenti anno Patricius, ſed iterum intruſus eſt Conſulum alter de Plebe, ut paulo infra videbimus.

(1) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 404.
Olymp. CVII. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 349.
L. FURIUS CAMILLUS CRASSUS SABINUS REGILLENSIS.) Coſs. Patricii.
AP. CLAUDIUS, qui in Magiſtratu obiit.)
Hoc ipſo anno:
T. MANLIUS IMPERIOSSUS TORQUATUS DICTATOR II.
A. CORNELIUS COSSUS ARVINA MAGIST. EQU. II.
Ita ex Livio & Caſſiodoro Sigonius, Pighius, & Almelovenius.

(2) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 405.
Olymp. CVIII. Anno I.
Ante Ær. Chr. 348.
M. VALERIUS CORVUS Patricius.) Coſs.
M. POPILLIUS LÆNAS de Plebe.)
Hoc ipſo anno:
C. CLAUDIUS CRASSUS REGILLENSIS DICTATOR.
C. LIVIUS DENTER MAG. EQUITUM.
De Conſulibus hujus anni concordant ex Livio Sigonius, Pighius, & Almelovenius. Circa Dictatorem Sigonius in incerto nomen relinquit. Pighius ex conjectura id producit ex Panvinii conjecturis deducta, ſed dubitat. Fuiſſe tamen hoc anno Dictatorem dictum omnes admittunt.

ſummo favore populi tres & viginti natum anoos Conſulem renuntiavit: Collega Corvo de plebe M. Popillius Lænas IIII. Conſul futuris datus eſt. Ita *Livius*, & *Caſſiodorus*. *Diodorus* triennio poſt, M. Valerium & M. Pnpillium edit. Hujus Conſulatus Valeriani, ætatis, cognominis, *Valerius* etiam, & *Eutropius*, & *Gellius* lib. IX. cap. XI. meminerunt. Se ex Poplicolarum familia, & à P. Valerio qui Reges ejecit, hic Corvus nrtum apud *Livium* prnfitetur. In *fragmento Capitolino* eſt tantum M. Valerius M. F. M. N. Corvus Cnnſul: in *faſtis Siculis*, Corvinus & Lænas. Domi foriſque ntium.

De IIIIIIIII dictatore.

DIctatorem hoc annn cum magiſtro equitum comitiorum habendorum cauſa creatum, ex *fragmentis Capitolinis* apparet. Qui vero ſuerint, nec *Livius* prodit, nec exeſn marmore *Capitolini* Scriptnres. Itaque inter cetera vetuſtate incomperta, hnc quoque in incerto ſit.

DE COS. AN. CDVI. (3)

T. Manlium Tnrquatum, C. Palutium, Conſules in hunc annum ednot *Livius* & *Caſſiodorus*: *faſti Cuſpiniani* & *Siculi*, Tnrquatum & Vennnnem: in *Capitolino fragmento* exſtaot cognnmina Manlii, Imperioſſus Torquatus. Dnmi foriſque res quietæ.

DE COS. AN. CDVII. (4)

M. Valerium Corvum II. cum C. Pœtelio Conſulem profitetur in hunc annum *Livius* & *Caſſiodorus*: *faſti Cuſpiniani* & *Siculi*, Corvinum & Libonem. *Cenſorinus* etiam horum Conſulum meminit, ubi agit de ludis ſæcularibus; atque hunc annum CDX. ab Urbe cnndita nominat. C. Pœtelius ex dictatura Capitolina anno CDXI. geſta deſcriptus eſt; nam in *fragmento* hujus Conſulatus exſtat tantum cogonmeo ejus alterum, VISOLUS.

De Cenſoribus, & Luſtro XXIII.

CUm annn CDII. Luſtrum XXII. factum eſſe dixerimus, annoautem CDXXI. Luſtrum XXIV. cnnditum eſſe appareat, prnſecto inter hoc tempus fuerint neceſſe eſt qui Luſtrum XXIII. fecerint. De qun cum nihil apud *Livium* invenirem, ſuſpicatus ſum ex quinquennali ſpatio Cenſnres hoc anno id feciſſe; ſed fortaſſe divioamus, qui certiora habet, ea ſequatur: nos ne conjecturas quidem noſtras, in tanto intervallo tempotum, hiſtnriæ R. ſublevandæ cauſa, nmiſimus. *Euſebius* VII. annis antequam T. Torquatus Cos. io filium animadverteret, cenſum factum, cenſa CLX. millia ſcribit.

De triumpho M. Valerii Corvi Cos. II. de Antiatibus Satricaniſque.

VAlerius Conſul Volſcis bellum inferre juſſus, ad Satricum infeſto exercitu pergit: quo cum Antiates aliique Vnlſci occurriſſent, nulla mnra dimicandi facta eſt. Vnlſci certamine victi, Satrici mœnia petuot: cumque urbs caperetur, ad quatuor millia præter multitudinem imbellem ſeſe dedidere: nppidum dirutum atque incenſum. Qui ſe dediderunt, vinctos ante currum triumphans Valerius egit. Ita *Livius*, eundem triumphaſſe de Antiatibus Volſcis Satricaniſque, ſcriptum eſt in *Capitolina tabula*.

DE COS. AN. CDVIII. (5)

CReati Conſules in hunc annum M. Fabius Dorſo, Ser. Sulpicius Camerinus: auctor *Livius* & *Caſſiodorus*. *Diodorus* etiam, quamquam non ſun loco, M. Fabium, & Ser. Sulpicium Conſules prodit: *faſti Siculi* Dnrſonem & Camerioum. Meminit etiam *Livius* C. Fabii Dorſnnis ſupra in anoo CCCLXIII. Hi Conſules ambo patricii fuerunt, quod omiſit *Livius*.

De L. Furio dictatore II. & re geſta cum Auruncis.

AUruncum bellom, ab repeotina populatione cœptum; dictatnrem velut adverſus armatum jam Latium, L. Furium creatum, magiſtrum eq. Cn. Manlium Capitolinum dixiſſe, auctor eſt *Livius*. Dictator legionibus in Auruncns ductis, prima acie debellavit: ac victnr Rnmam reverſus, dictatura ſe abdicavit. Hic idem dictaturam ante geſſit; Cn. Manlius & Conſulatum, & cenſuram.

DE COS. AN. CDIX. (6)

COnſnles hoc anno C. Marcius Rutilus III. T. Manlius Tnrquatus II. *Livius* & *Caſſio-*

(3) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 406.
Olymp. CVIII. Anno II.
Ante Ær. Chr. 347.
T. MANLIUS IMPERIOSSUS TORQUATUS Patricius.) Coſs.
C. PLAUTIUS VENNO de Plebe.)
Ita ex Livio & Caſſiodoro Sigonius, Pighius, & Almelovenius. Plautio Sigonius dat cognomen *Vennonis*, Pighius & Almelov. *Hypſæi* ex nummo antiquo, quem producit ad annum U. C. 419. & Patricium facit.

(4) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 407.
Olymp. CVIII. Anno III.
Ante Ær. Chr. 346.
M. VALERIUS CORVUS, ſeu CORVINUS II. Patricius.) Coſs.
C. POETELIUS LIBO VISO VISOLUS de Plebe.)
Ita ex Livio & Caſſiodoro Sigonius, Pighius, & Almelovenius. Pœtelium de Plebe eſſe ſuperius adnotavimus. Fuit enim ejus pater Q. Pœtelius Libo Viſolus bis Tribunus Plebis anno U. C. 307. ubi Pighium lege tom. I. pag. 132.

(5) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 408.
Olymp. CVIII. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 345.
M. FABIUS DORSO.) Coſs. Patricii.
SER. SULPICIUS CAMERINUS.)
Ita ex Livio & Caſſiodoro Sigonius, Pighius, & Almelovenius.
Hoc ipſo anno:
L. FURIUS CAMILLUS DICTATOR.
CN. MANLIUS CAPITOLINUS IMPERIOSSUS MAG. EQU. Ita Sigon. & Pighius.

(6) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 409.
Olymp. CIX. Anno I.
Ante Ær. Chr. 344.
C. MARCIUS RUTILUS III. de Plebe.) Coſs.
T. MANLIUS IMPERIOSSUS TORQUATUS II. Patricius.)
Ita ex Livio, Diodoro, & Caſſiodoro Sigonius, Pighius, & Almelovenius.
Hoc ipſo anno:
P. VALERIUS POPLICOLA DICTATOR.
Q. FABIUS AMBUSTUS MAG. EQU. Ita Sigonius & Pighius.

Caſſiodorus auctor. *Diodorus* item edit C. Marcium, T. Manlium Torquatum: *faſti Siculi* Rutilum & Torquatum. Eorundem meminit etiam *Frontinus* libro primo Stratagematum.

De P. Valerio Poplicola dictatore, & feriis Latinis.

CUm lapidibus pluviſſet, & nox interdiu viſa eſſet intendi, librïſque inſpectis cum plena religione civitas eſſet, Senatui placuit dictatorem feriarum conſtituendarum cauſa dici. Dictus P. Valerius Poplicola: magiſter eq. ei Q. Fabius Ambuſtus datus eſt. *Livius*. Ferias autem intelligit quæ *Latinæ* dicebantur; quod ſolenne etiam *Latiar* appellatum eſt. Earum feriarum Superbus Rex auctor fuit. Locus erat in monte Albano, in quem populus R. & Latini fœderati (ii fuiſſe XLVII. populi traduntur) conveniebant, atque Jovi Latiali uno conſenſu omnes ſacrificabant: cumque eorum alii agnos, alii caſeum, alii lac, alii alia domo ſecum ex inſtituto attuliſſent, Tauro immolato, ſuam quiſque carnis partem accipiebant. Conceptivas autem has fuiſſe ferias, docet *Macrobius*; quod à Magiſtratibus quotannis in certos vel incertos dies conciperentur. His feriis unus dies primum dicatus fuit à Superbo; exactis autem Regibus, biduum; poſt ſeceſſionem pl. in montem ſacrum, triduum; anno denique CCCXCVI. ab Urbe condita, compoſita de plebejo Conſulatu ſeditione, quatriduum: auctor *Livius*, *Plutarchus* in Camillo, & *Dionyſius*. Sic anno CDXCVI. Latinarum feriarum conſtituendarum cauſa dictator creatus eſt Q. Ogulnius Gallus; ut eſt in *Capitolinis tabulis*.

DE COS. AN. CDX. (7)

CReati Conſules in hunc annum M. Valerius Corvus III. A. Cornelius Coſſus. *Livius* auctor & *Caſſiodorus*. M. Valerium & A. Cornelium edit *Diodorus*; *Cicero* De Divinat. & *Frontinus* Valerium Maximum & Cornelium Coſſum is qui ſcripſit de viris illuſtribus: Corvinum & Coſſum *faſti Siculi*. Uterque patricius eſt.

De bello Samnitico, & triumphis Conſulum Corvi & Coſſi.

ANimadverti in *tabulis Conſularibus Capitolinis* maximum quodque bellum notari; quale eſt hoc Samniticum: quod ab his Cos. primum geſtum eſſe, ſcribit *Livius*. Suſceptum autem eſſe Campanorum cauſſa, qui à Samnitibus oppreſſi, ſe ſuaque omnia Senatui Romano per Legatos dediderunt, idem tradit. *Florus* per annos quinquaginta geſtum ſcribit, ex eoque triumphos vigiati quatuor eſſe actos. *Livius* lib. XXXI. in oratione legati Romani in Concilio Ætolorum, per annos LXX. geſtum ait. Anno CDLXXXI. bello huic finem eſſe impoſitum arbitror; quo anno L. Papirius de Samnitibus triumphavit. Ceterum M. Valerius Conſul in Campaniam adverſus Samnites miſſus cum exercitu, bis pugnavit: primum, ad montem Gaurum; iterum ad Sueſſulam: utroque in loco victoria parta eſt, fuſis hoſtibus, eorumque caſtris captis atque direptis. At vero A. Cornelius Cos. in Sammium profectus, ad Saticulam caſtra fecit: cum autem quendam in ſaltum cava valle pervium, circaque infeſſum ab hoſte, exercitum perduxiſſet, P. Decius Tribunus mil. accepto quod poſtulabat, præſidio, in ſuperiorem locum evaſit, & hoſtes terruit. Ex eo comparata Cornelio victoria eſt, cæſis hoſtibus, caſtriſque eorum direptis. Ambo de Samnitibus triumpharunt. *Livius*. Et hi etiam triumphi in *Capitolinis tabulis* inciſi ſunt.

DE COS. AN. CDXI. (8)

COnſules in hunc annum produnt *Livius* & *Caſſiodorus* C. Marcium & Q. Servilium: *Diodorus* Q. Servilium, Marcium Rutilum: Ahalam & Rutilum *faſti Siculi*. Hunc Marcium jam quartum Conſulem eſſe, & dictatorem ac cenſorem fuiſſe auctor eſt *Livius*. Q. Servilium Ahalam puto eſſe eum qui magiſter equitum fuit anno CDII. Hoc anno lex lata, ne quis intra decem annos eundem Magiſtratum caperet, auctor *Livius*.

De M. Valerio Corvo dictatore.

CUm in caſtris C. Marcii Conſulis milites ſeditionem feciſſent, quod eorum conſilia, quæ de adimenda Campanis Capua inierant, Conſul infirmaſſet; atque T. Quinctio patricio viro (quamquam claudo) imperatore appellato, cum arma inferre patriæ coëgiſſent; dictator M. Valerius Corvus cum magiſtro eq. L. Æmilio Mamerco dictus eſt, qui ad eos cum exercitu profectus, oratione, ne contra patriam irent, effecit. Ita militari defectione compreſſa, Corvus Romam rediit. Hæc *Livius*, & is, qui ſcripſit de viris illuſtribus. In aliis annalibus *Livius* ſe inveniſſe ait, non Valerium dictatorem dictum, ſed per Conſulem rem omnem actam; atque non T. Quinctium, ſed C. Manlium ducem ſibi milites depopoſciſſe. L. Æmilius fuit etiam magiſter eq. anno CDI.

DE COS. AN. CDXII. (9)

COnſules ſubſequuti ſunt C. Plautius II. & L. Æmilius Mamercus, teſte *Livio* & *Caſſio-*

(7) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 410.
Olymp. CIX. Anno II.
Ante Ær. Chr. 343.
M. VALERIUS CORVUS III. } *Coſs.* Patricii.
A. CORNELIUS COSSUS ARVINA. }
Ita ex Caſſiodoro, Livio, & Diodoro Sigonius, Pighius, & Almelovenius.

(8) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 411.
Olymp. CIX. Anno III.
Ante Ær. Chr. 342.
C. MARCIUS RUTILUS IV. de Plebe. } *Coſs.*
Q. SERVILIUS AHALA Patricius. }
Ita ex Livio, Diodoro, & Caſſiodoro Sigonius, Pighius, & Almelovenius.

Hoc ipſo anno:
M. VALERIUS CORVUS DICTATOR.
L. ÆMILIUS MAMERCINUS MAG. EQU.
Ita Sigonius & Pighius ex Livio.

(9) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 412.
Olymp. CIX. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 341.
C. PLAUTIUS VENNO HYPSÆUS. } *Coſs.*
L. ÆMILIUS MAMERCINUS. }
Ita ex Livio, & Caſſiodoro Sigonius, Pighius, & Almelovenius, qui duo dant L. Æmilio *Privernatis* cognomen, cum potius dari debeat C. Plautio, qui Privernum expugnavit, ut Pighius ipſe teſtatur. Ambo hi Conſules abdicarunt, & duo Interreges creati ſunt.

Digitized by Google

Caſſiodoro: *Diodoro* autem, L. Æmilius, C. Plotius: *faſtis Siculis*, Venno & Mamercinus. L. Æmilius in ſecunda dictatura Capitolina anno CDXXXVII. L. F. L. N. Mamercin. Privernas dicitur. De C. Plautio Cos. ſic *Livius*; Privernas & Volſcum bellum Plautio ſorte evenit. Prius ad Privernum profectus, extemplo acie conflixit: haud magno certamine devicti hoſtes: oppidum captum, redditumque Privernatibus. Cum igitur C. Plautium Conſulem *Livius* ſcribat Privernum cepiſſe, inveniam autem in nummo argenteo perantiquo apud clariſſimum virum Andream Lauredanum, patricium Venetum, hæc verba;

C. YPSAEUS COS.
PRIV. CEPIT. & ab altera parte;
P. YPSAEUS S. C.

non dubito quin hic Plautius ſit. *Hypſæus* enim poſt cognomen Plautiorum fuit. De Plautio Conſule ad Privernum, meminit etiam *Valerius* lib. VI. cap. II. L. Æmilius in Samnites profectus, nullum hoſtem invenit. Samnites pacem à Senatu petentes impetrarunt.

DE COS. AN. CDXIII. (10)

De bello Latino, devotione P. Decii Conſulis, & triumpho T. Torquati Cos.

T. Manlius Torquatus $\overline{III}$. P. Decius Mus, hoc anno Conſulatum geſſerunt, auctore *Livio* & *Caſſiodoro*. *Diodorus* edit T. Manlium Torquatum, P. Decium: *Siculi faſti*, Torquatum & Murem: *Zonaras*, Torquatum $\overline{III}$. & Decium. Eorundem Conſulum meminit *Plin.* lib. XXII. cap. V. *Valerius* libr. I. cap. V. *Florus* de bello Latino, auctor libri de viris illuſtribus in Decio & Torquato. *Plutarchus* item in Parallelis ait in bello contra Samnites creatum Conſulem Manlium ὡς ἰμπεριόσον ἐπικληθέντα, ideſt, Imperioſſum cognominatum, de filio, qui contra edictum ſuum pugnaverat, ſupplicium ſumpſiſſe: in quo errat. Nam non cum Samnitibus hoc anno bellatum eſt, qui fœderati erant; ſed cum Latinis. P. Decium Q. F. vocat *Cicero* de divinatione lib. I. Quod idem confirmant *Capitolinæ tabulæ*, in quibus filius hujus P. F. Q. N. appellatur. Hunc primum in domum ſuam Conſulatum intuliſſe, ſcribit eodem loco *Cicero*, & *Valerius* lib. V. cap. VI. Cum Latini, qui poſt pugnam ad lacum Regillum in fide Romanorum manſerant, aſſumptis Campanis ac Sidicinis, bellum Samnitibus fœderatis populi R. facerent, ac Romam evocati arma ponere juberentur, feroci reſponſo, quo alterum Conſulem è Latio fieri petierunt, bellum Romanum in ſe converterunt. Caſtra autem adverſus eos Torquato & Decio Conſulibus ad Capuam habentibus, in quiete utrique audire viſum eſt, ex una acie imperatorem, ex altera exercitum diis manibus matrique Terræ deberi: utrius exercitus imperator legiones hoſtium, ſuperque eas ſe devoviſſet, ejus populi partiſque victoriam fore: cum autem nocturnos viſus contuliſſent, ita inter eos convenit, ut cujus cornu in acie laboraret, diis ſe manibus devoveret: factum eſt ut poſt inita ad Veſerim cum hoſte pugna,

A inclinante Decii parte, is ſe & hoſtes per M. Valerium pontificem diis manibus devoverit; & impetu in eos facto, morte ſua victoriam ſuis pepererit; auctores *Livius*, *Valerius* lib. V. cap. VI. *Plin.* lib. XXII. cap. XXV. *Oroſius*, *Florus*, *Plutarchus* in Parallelis; ubi hoc bellum Albanum vocat. *Cicero* autem de divinatione lib. I. ita; At vero P. Decius ille Q. F. qui primus è Deciis Conſul fuit, cum eſſet Tribunus militum M. Valerio & A. Cornelio Conſulibus, à Samnitibuſque premeretur noſter exercitus, incolumis exercitum obſidione liberavit: poſt triennium autem, cum Conſul eſſet, devovit ſe, atque in aciem Latinorum irrupit armatus. Devovendi formula, & B ritus, & verba, ſcripta ſunt apud *Livium* latius. Fugati ad Veſerim Latini, cum poſt exercitu reparato uni Torquato ſe obtuliſſent inter Sinueſſam Minturnaſque devicti ſunt. Ita T. Manlius Conſul de Latinis, Campanis, Sidicinis, Auruncis, quos virtute ſua, collegæ Decii morte vicerat, triumphavit; ut ex *Capitolinor. triumphorum fragmentis* apparet: neque enim *Livius* triumphi verbum ullum facit. Verba ejus ſunt; Ita bello geſto, T. Manlius Romam rediit; cui venienti ſeniores tantum obviam veniſſe conſtat. Ea de re ſic *Valerius* lib. IX. cap. III. Manlio Torquato ampliſſimam & glorioſiſſimam victoriam in urbem referenti, cum ſeniores omnes lætitia C ovantes occurrerent, juniorum nemo obviam proceſſit: at libr. VI. T. Manlius Torquatus patriam Latino tumultu feſſam ſpecioſiſſimo triumpho recreavit: & *Oroſius*; Manlius, quamvis victor, occurſum tamen nobilium juvenum Romanorum triumphans parricida non meruit: & *Diodorus*; Romani cum Latinis & Campanis congreſſi ad oppidum Sueſſam, victores fuerunt, & victis agri partem ademerunt: Manlius autem Cos. cujus auſpicio res bene geſta eſt, triumphavit. Idem tradit *Zonaras*. Hoc bello T. Manlius de filio, qui injuſſu ſuo pugnaverat, ſupplicium ſumpſit. *Livius*, *Valerius*, omnes.

D

De L. Papirio Craſſo dictatore, & re geſta cum Antiatibus.

ANtiates in agrum Hoſtienſem, Ardeatem, Solonium, incurſiones fecerunt. Manlius Conſul, quia ipſe per valetudinem id bellum exſequi nequierat, dictatorem L. Papirium Craſſum, qui tum forte erat prætor, dixit: ab eo magiſter equitum L. Papirius Curſor dictus. Nihil memorabile adverſus Antiates ab dictatore geſtum, cum aliquot menſes ſtativa in agro Antiati habuiſſet. Ita *Livius*. *Cicero* autem ad Pœtum ſic; Poſt L. Papirium Mugillanum XIII. fuerunt ſella curuli ante L. Papirium Craſſum, qui primus *Papiſius* eſt vocari E deſitus. Is dictator cum L. Papirio Curſore magiſtro equ. factus eſt annis poſt Romam conditam CCCCXV. Craſſus ex *Capitolina cenſura* deſcriptus eſt; Curſor ex triumpho.

DE

(10) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 413.
Olymp. CX. Anno I.
Ante Ær. Chr. 340.
T. MANLIUS IMPERIOSSUS TORQUATUS III. } Coſs.
P. DECIUS MUS, qui ſe devovit. }

Ita ex Livio, Caſſiodoro, & aliis Sigonius, Pighius, & Almelovenius.
Hoc ipſo anno:
L. PAPIRIUS CRASSUS DICTATOR.
L. PAPIRIUS CURSOR MAG. EQU.
Ita Sigonius & Pighius.

DE COS. AN. CDXIV. (11)

CReati Cos. in hunc annum Ti. Æmilius Mamercus, Publius Philo, teſte *Livio* : *Caſſiodoro* vero, Ti. Æmilius Mamercus, Q. Publilius Philo : *Diodoro*, Q. Publilius, Ti. Æmilius: *faſtis Siculis*, Mamercinus & Philo. Si quid autem ſit mendi in his ſcriptoribus, id in *Livianis ſcholiis* quo modo tolleretur, oſtendi. Tiberii prænomen quam ſit Æmiliis familiare, ſupra etiam patuit. Publilius ex triumpho Capitolino ornatus eſt.

De triumpho Q. Publilii Philonis Cos. de Latinis.

LAtini ob iram agri amiſſi rebellantes, in campis Senectanis fuſi caſtriſque exuti ſunt. Publilio, cujus auſpicio res geſtæ erant, & qui in deditionem Latinos populos acceperat, quorum ibi juventus cæſa erat, triumphus decretus eſt. Sic *Livius*. Idem etiam triumphus eſt in *Capit. tabulis* deinceps poſt Manlianum triumphum inciſus. Æmilius adverſus Pedanos miſſus.

De Q. Publilio Philone dictatore.

ÆMilius Conſul bello Pedanorum infecto repente omiſſo, quia collegæ decretum triumphum audivit, ipſe quoque triumphi ante victoriam flagitator Romam rediit. Qua cupiditate offenſis patribus, negantibuſque niſi Pedo capto aut dedito triumphum, hinc alienatus ab Senatu, ſeditioſis Tribunatibus ſimilem Conſulatum geſſit. Itaque poſtquam Senatus, finire imperium Conſulibus cupiens, dictatorem adverſus rebellantes Latinos dici juſſit, Æmilius, cujus tum faſces erant, collegam dictatorem dixit, ab eo magiſter equ. Junius Brutus dictus. Hæc *Livius*. Magiſter equ. eſt D. Junius Brutus Scæva, is qui poſt Conſul fuit anno CCCCXXVIII. Plus hoc anno domi acceptum cladis ab Conſulibus & dictatore, quam ex victoria eorum belliciſque rebus foris auctum imperium, legibus plebi ſecundiſſimis, adverſis nobilitati latis.

DE COS. AN. CDXV. (12)

COnſules in hunc annum prodit *Livius* & *Caſſiodorus* L. Furium Camillum, & C. Mænium: *Diodorus* L. Furium, & C. Μαλιον; mendoſe : Camillum & Mænium *faſti Siculi* : L. Furium Camillum, C. Mænium *triumphi Capitolini*. C. Mænii Conſulis anno CDXVI. meminit *Plin.* lib. XXXIV. cap. V. Hic L. Furius, alius ab eo eſt qui ante Conſul & di-
A ctator fuit: ille enim M. F. hic Sp. F. M. N. ſcribitur in *Capitolino triumpho*.

De triumphis L. Furii Camilli & C. Mænii Conſulum de Latinis.

ARicinos, Lavinios, & Veliternos, Antiatibus Volſcis ſe conjungentes, ad Sturam flumen Mænius improviſo adortus, fudit. Camillus ad Pedum cum Tiburtibus maxime valido exercitu majore mole, quamquam æque proſpero eventu, pugnavit. Præſidiis inde diſpoſitis per recepta oppida, Romam ad deſtinatum omnium conſenſu triumphum deceſſere. Ita *Livius*. Iidem triumphi ſunt in *Ca-
B pitolinis tabulis*. *Livius* additum triumpho honorem ſcribit, ut ſtatuæ Conſulibus, raræ illa ætate res, in foro ponerentur. Qua de re ſic *Eutropius*; Latini ingenti pugna ſuperati ſunt, ac de his perdomitis triumphatum eſt. Statuæ Conſulibus ob meritum victoriæ in roſtris poſitæ. *Plinius* autem ſic lib. XXXIV. cap. V. Antiquior columnarum celebratio eſt, ſicut C. Mænio, qui Latinos Priſcos devicerat; eodemque in Conſulatu in ſuggeſtu roſtra devictis Antiatibus fixerat anno urbis CCCCXVI. de quibus roſtris eadem ſcribit *Livius*. Itaque *Florus* ita ait; Exſtant & parta de Antio ſpolia, quæ Mænius in ſuggeſtu fori capta hoſtium claſſe ſuffixit: ſi tamen illa claſſis: nam
C ſex fuere roſtratæ : vulgo autem legitur *Mænibus*, pro *Mænius*. Ita bellum Latinum triennio confectum.

DE COS. AN. CDXVI. (13)

SEquutos Conſules eſſe C. Sulpicium Longum, P. Ælium Pætum, ſcribit *Livius* & *Caſſiodorus*: C. Sulpicium & L. Papirium *Diodorus*: Longum & Pætum *faſti Siculi*. C. Sulpicius ex tertio Conſulatu Capitolino deſcriptus eſt, quem geret anno CDXXXIX.

De C. Claudio Regillenſi dictatore.

D CUm Sidicini Sueſſam Auruncam evertiſſent, Senatus inſenſus Conſulibus, quorum cunctatione Aurunci ſocii deleti eſſent, dictatorem dici juſſit C. Claudium Regillenſem; qui magiſtrum equ. C. Claudium Hortatorem dixit : cum autem augures dictatorem vitio creatum videri dixiſſent, dictator magiſterque equ. ſe abdicarunt. *Livius*. C. Claudius hic Regillenſis, fortaſſe pater fuit Ap. Claudii C. F. Ap. N. Cæci; ut eſt in *Capitolinis tabulis*.

DE

E

(11) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 414.
Olymp. CX. Anno II.
Ante Ær. Chr. 339.
TIB. ÆMILIUS MAMERCINUS. } Coſs.
Q. PUBLILIUS PHILO. }
Ita ex Livio, Caſſiodoro, & aliis Sigonius, Pighius, & Almelovenius.
Hoc ipſo anno:
Q. PUBLILIUS PHILO DICTATOR.
D. JUNIUS BRUTUS SCÆVA MAG. EQU.
Ita Sigonius, & Pighius.

(12) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 415.
Olymp. CX. Anno III.
Ante Ær. Chr. 338.
L. FURIUS CAMILLUS. } Coſs.
C. MÆNIUS. }
Ita ex Livio, Caſſiodoro, & aliis Sigonius, Pighius, & Almelovenius.

(13) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 416.
Olymp. CX. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 337.
C. SULPICIUS LONGUS. } Coſs.
P. ÆLIUS POETUS. }
Ita ex Livio, Caſſiodoro, & aliis Sigonius, Pighius, & Almelovenius.
Hoc ipſo anno:
C. CLAUDIUS CRASSUS REGILLENSIS DICTATOR II.
C. CLAUDIUS HORTATOR MAG. EQU.
Ita Sigonius & Pighius.

DE COS. AN. CDXVII. (14)

L. Papirius Craſſus, K. Duilius, Conſules in hunc annum: auctores *Livius Caſſiodorus*, & exempto Craſſi cognomine *Diodorus*. Craſſus & Duilius eſt in *faſtis Siculis*. His de Conſulibus ſic *Cicero* ad Pætum; L. Papirius Craſſus, quadriennio poſtquam dictator fuit, Conſul factus eſt cum K. Duilio. Hic L. Papirins ex *cenſura Capitolina*, quam geſſit anno CDXXXV. deſcriptus eſt.

DE COS. AN. CDXVIII. (15)

HOc anno Auſones, qui Cales urbem incolebant, Sidicinis arma junxerunt. Ea res fecit ut M. Valerium Cornum maximum imperatorem, Conſulem quartum facerent: collega additus Corvo M. Atilius Regulus. Hæc *Livius*. Eoſdem etiam Conſules prodit *Caſſiodorus*, & exceptis cognominibus *Diodorus*: cognomina autem exſtant in *faſtis Siculis*. M. Atilium patrem eſſe reor M. Atilii M. F. M. N. Reguli, qui Conſul triumphavit anno CDLIX. in *Capitolinis tabulis*.

De triumpho III. M. Valerii Corvi Cos. IIII. de Calenis.

M. Valerium Conſulem, cui ea provincia extra ſortem data erat, ad Cales, unde bellum Auſonum ortum erat, profectum, Calenos ipſos acie fudiſſe, atque oppido capto, ex Senatus conſulto triumphaſſe, ſcribit *Livius*. Idem etiam triumphus eſt in *Capitolinis tabulis*.

De L. Æmilio Mamercino Privernate dictatore.

NE M. Atilius expers gloriæ eſſet, juſſi ambo Conſules adverſus Sidicinos ducere exercitum: dictatorem ante ex Senatus conſulto Conſulum habendorum cauſſa dixerunt L. Æmilium Mamercum: is magiſtrum equitum Q. Publilium Philonem dixit. *Livius*. L. Æmilius ante etiam Conſul fuit: itemque Philo.

DE COS. AN. CDXIX. (16)

DIctatore comitia babente, creati ſunt Conſules T. Veturius & Sp. Poſtumius: ut
A ait *Livius*. Eoſdem Conſules edit *Caſſiodorus* & *Diodorus*: *Zonaras* Tiberium Calvinum, & Sp. Poſtumium: recte, fuit enim Tiberius Veturiorum prænomen. *Livius* in anno CDXXXII. Veturium Calvinum; Poſtumium *Plutarchus* in Parallelis, ubi de clade Caudina ſcribit, Albinum appellat.

De P. Cornelio Rufino dictatore.

CUm Samnium fama eſſet conciri ad bellum, dictator ab Conſulibus ex auctoritate Senatus dictus P. Cornelius Rufinus: magiſter eq. M. Antonius. Religio deinde inceſſit, vitio creatos eſſe; magiſtratuque ſe abdi-
B carunt. *Livius*.

De anno CDXX. ſine Conſulibus. (17)

HOc loco annum cogimur interponere ſine Conſulibus; etiamſi ejus neque apud *Livium*, neque apud quemquam alium ulla mentio ſit. Hoc autem facimus, nt rationem habeamus ſummæ annorum, quæ in *Capitolinis tabulis*, quas ſequimur, inſtituta eſt. Nam cum M. Valerium Corvum Conſulem IIII. fuiſſe ſcriptum ſit anno Urbis conditæ CDXVIII. L. autem Æmilium & C. Plautium anno CDXXIIII. omnino, ut hæc inter ſe conſentiant, annum interſerere debemus: quo
C prætermiſſo, fiet ut L. Æmilius Conſul in annum CCCCXXIII. incidat, eaque tota deinceps annorum ſumma, quæ in *Capitolinis tabulis* eſt, labet: neque vero mirum hoc volo cuiquam videri, cum alio etiam loco idem neceſſario faciundum eſſe intellexerit. Quod autem annus hic interjiciendus ſit, vidit etiam ante me *Gregorius Haloander*, qui Chronologiam Conſulum ſcripſit. Ego vero puto hoc anno Magiſtratuum ſolitudinem, & ſiue Conſulibus Rempublicam fuiſſe peſtilentiæ cauſſa: de qua *Livius* ſcribit hoc modo; Dictator & Magiſter eq. Magiſtratu ſe abdicaverunt: & quia peſtilentia inſecuta eſt, velut omnibus eo vitio contactis auſpiciis, res ad interre-
D gnum rediit. Hujus anni in *faſtis Siculis* ratio non habetur.

DE COS. AN. CDXXI. (18)

A. Cornelium II. Cn. Domitium, Conſules ſuggerunt *Livius* & *Caſſiodorus*: *Diodorus* autem

---

(14) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 417.
Olymp. CXI. Anno I.
Ante Ær. Chr. 336.
L. PAPIRIUS CRASSUS. } Coſs.
COESO DUILIUS. }
Ita ex Livio, Caſſiodoro, & Cicerone Sigonius, Pighius, & Almelovenius.

(15) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 418.
Olymp. CXI. Anno II.
Ante Ær. Chr. 335.
M. VALERIUS CORVUS IV. } Coſs.
M. ATILIUS REGULUS. }
Ita ex Livio, Diodoro, & Caſſiodoro Sigonius, Pighius, & Almelovenius.
Hoc ipſo anno:
L. ÆMILIUS MAMERCINUS DICTATOR.
Q. PUBLILIUS PHILO MAG. EQU.
Ita Sigonius, Pighius, & Almelovenius.

(16) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 419.
Olymp. CXI. Anno III.
Ante Ær. Chr. 334.
T. VETURIUS CALVINUS. } Coſs.
SP. POSTUMIUS ALBINUS. }
Ita ex Livio, Diodoro, & Caſſiodoro Sigonius, Pighius, & Almelovenius.
Hoc ipſo anno:
C. CORNELIUS RUFINUS DICTATOR. } Qui ambo abdicarunt.
M. ANTONIUS MAG. EQU. }
Ita Sigonius, & Pighius.

(17) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 420.
Olymp. CXI. Anno IV.
E Ante Ær. Chr. 333.
L. PAPIRIUS CURSOR. } Coſs.
C. POETELIUS LIBO VISOLUS. }
Ita ex Solino Pighius, & Almelovenius. Vide Pighium. Petavius Sigonium ſequutus nullos Conſules creatos hoc anno docet.

(18) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 421.
Olymp. CXII. Anno I.
Ante Ær. Chr. 332.
A. CORNEL. COSSUS ARVINA IV. } Coſs.
CN. DOMITIUS CALVINUS. }
Ita ex Livio, Diodoro, Caſſiodoro &c. Sigonius, Pighius, & Almelovenius.
Hoc ipſo anno:
M. PAPIRIUS CRASSUS DICTATOR.
P. VALERIUS POPLICOLA MAG. EQU.
Ita Sigonius, & Pighius.

autem A. Cornelium, C. Domitium: Calvinum & Coſſum *faſti Sicul*. Ego tamen Cn. Domitium malim: ut ſit pater C. Domitii Cn. F. Calvini ædilis curulis, cujus meminit *Livius* in anno CDLV., & *Plin.* lib. XXXIII. cap. I. cum ait, Cn. Flavium ædilem curulem factum cum Q. Anicio Prænestino, præteritis C. Pœtelio & C. Domitio, quorum patres Conſules fuerant.

De M. Papirio Craſſo dictatore.

TRanquillis rebus, fama Gallici belli pro tumultu valuit, ut dictatorem dici placeret. Dictus M. Papirius Craſſus, & Magiſter eq. P. Valerius Poplicola, à quibus cum delectus intentius quam adverſus finitima bella haberetur, exploratores miſſi attulerunt, quieta omnia apud Gallos eſſe. *Livius*. M. Papirium Craſſum fratrem eſſe reor L. Papirii Craſſi dictatoris anno CDXIII. P. Valerium, qui dictator fuit anno CDIX.

De Cenſoribus & Luſtro XXIIII.

CEnſum hoc anno à Cenſoribus Publilio Philone & Sp. Poſtumio actum, tribus Mæciam & Scaptiam additas ſcribit *Livius*. Horum Cenſorum meminit etiam *Vellejus* libro primo, cum inquit à Sp. Poſtumio, Philone Publilio, Acerranis civitatem datam. Ea enim de re agit hoc etiam anno *Livius*. Hi Conſules ante fuerunt. Luſtrum ſi quis neget à Cenſoribus his factum, itemque ab aliis, eo quia *Livius* Luſtri verbum nullum fecerit, nunquam ad Luſtrorum numerum Capitolinum perveniet, & eum quem *Livius* lib. X. extremo edidit. Hoc autem fuit, ſi ſuperiora ſpectes, XXIIII.

DE COS. AN. CDXXII. (19)

CReati inde Cos. M. Claudius Marcellus, C. Valerius: auctor *Livius* & *Caſſiodorus*. C. Valerius, M. Clodius, ſunt etiam apud *Diodorum*. *Livius* ſe Flaccum Potitumque varie in annalibus cognomen Valerii reperire ait. *Oroſius* Claudium Marcellum, & Valerium Flaccum edit: Potitum & Marcellum *faſti Siculi*. Ego utrumque cognomen retinui; ut Potito antiquo Valeriæ gentis cognomine, novum Flacci cognomen adjunctum eſſe videatur. Hunc Marcellum avum eſſe ſuſpicor M. Marcelli quinquies Conſulis, qui M. F. M. N. deſcribitur, quem primum uſum eſſe Marcelli cognomine, falſo ſcribit *Plutarchus*.

De Cn. Quinctilio dictatore.

HOc anno primum de veneficiis Romæ quæſitum eſt. Matronæ veneficia coquentes, peſtilentiam alebant. Ea res prodigii loco habita, captiſque magis mentibus, quam conſceleratis ſimilis viſa. Itaque memoria ex annalibus repetita, in ſeceſſionibus quondam plebis clavum à dictatore fixum, alienataſque diſcordia mentes hominum eo piaculo ſui compotes feciſſe, dictatorem clavi figendi cauſſa creari placuit. Creatus Cn. Quinctilius, magiſtrum eq. L. Valerium dixit, qui, clavo fixo, Magiſtratu ſe abdicavit. *Livius*: de ſolemni autem figendi clavi ſcripſit lib. VII. copioſius. Varum cognomen Quinctiliorum, Quinctilio; Potitum, Valeriorum, Valerio addidi.

DE COS. AN. CDXXIII. (20)

L. Papirium Craſſum $\overline{II.}$ L. Plautium Vennonem Conſules ſuggerit *Livius*, & *Caſſiodorus*: L. Plotium, L. Papirium *Diodorus*: Craſſum & Vennonem *faſti Siculi*. L. Plautius, pater eſt (ut puto) L. Plautii L. F. L. N. Vennonis Conſulis anno CDXXXV. in *Capitolinis tabulis*. Privernas bellum hoc anno initum, quod M. Vitrubius Vaccus Fundanus commoverat. Privernum duobus exercitibus Conſularibus obſeſſum. *Livius*.

DE COS. AN. CDXXIIII. (21)

CReati deinceps Conſules L. Æmilius Mamercus, & C. Plautius, teſte *Livio* & *Caſſiodoro*: L. Plotius, & L. Papirius, *Diodoro*: Mamercinus & Decianus *faſtis Siculis*. Uterque horum quomodo deſcribendus ſit, *triumphus* eorum *Capitolinus* aperte docet. Hi Conſules K. Quinctilibus Magiſtratum inierunt.

De triumphis L. Æmilii Mamercini Privernatis Cos. $\overline{IIII.}$ C. Plautii Deciani Cos. $\overline{III.}$ de Privernatibus.

CUm Privernatibus hoc anno proſpere pugnatum eſſe, Privernum captum, Vitrubiumque ejus belli auctorem in poteſtatem veniſſe, eaque de re Plautium Conſulem triumphaſſe, tradit *Livius*. Quod idem ſcriptum eſt etiam in *Capitolinis tabulis*: in iis etiam inciſus eſt triumphus L. Æmilii Mamercini Privernatis Conſulis de Privernatibus; cujus *Livius* ne verbum quidem facit: immo ei Gallicum bellum obtigiſſe ait. Veriſimilem autem hunc triumphum reddit cognomen ejus *Privernas*, quo ipſe primum uſus eſt; & quod ait *Livius*, explorata ejus temporis

(19) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 422.
Olymp. CXII. Anno II.
Ante Ær. Chr. 331.
M. CLAUDIUS MARCELLUS. } Coſs.
C. VALERIUS POTITUS FLACCUS. }
Ita ex Livio, Diodoro, Caſſiodoro &c. Sigonius, Pighius, & Almelovenius.
Hoc ipſo anno:
CN. QUINCTILIUS VARUS DICTATOR.
L. VALERIUS POTITUS MAG. EQU.
Ita Sigonius, & Pighius.

(20) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 423.
Olymp. CXII. Anno III.
Ante Ær. Chr. 330.
L. PAPIRIUS CRASSUS II. } Coſs.
L. PLAUTIUS VENNO, aliis VENOX. }
Ita ex Livio, Diodoro, Caſſiodoro &c. Sigonius, Pighius, & Almelovenius.

(21) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 424.
Olymp. CXII. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 329.
L. ÆMILIUS MAMERCINUS PRIVERNAS II. } Coſs.
C. PLAUTIUS DECIANUS. }
Ita ex Livio, Diodoro, Caſſiodoro &c. Sigonius, Pighius, & Almelovenius.
Nunc primum, & non prius, ex triumpho quem L. Æmilius de Privernatibus retulit, Privernatis cognomen adeptus eſt, ut Pighius innuit.

poris quiete, omnem à Gallis Privernum vim converſam eſſe.

DE COS. AN. CDXXV. (22)

COnſules ſubjicit *Livius*, & *Caſſiodorus* P. Plautium Proculum, & P. Cornelium Scapulam: P. Cornelium, A. Poſtumium *Diodorus*: Venonnem, & Scipionem *faſti Siculi* P. Plautium arbitror eſſe filium C. Plautii P. F. P. N. Proculi, Conſulis anno CDXCV. Annus nulla re belli domive inſignis. Palæpolitani multa hoſtilia adverſus Romanos agrum Campanum Falernumque incolentes fecerunt. *Livius*.

DE COS. AN. CDXXVI. (23)

L. Cornelium Lentulum, Q. Publilium Philonem, Conſules in hunc annum comparat *Livius* & *Caſſiodorus*: L. Cornelium & Q. Publilium *Diodorus*: Lentulum & Philonem *faſti Siculi*. Eſt autem nunc II. Conſul Philo. Palæpolitanis ferociter ad res repetitas reſpondentibus, bellum à Q. Publilio Conſule illatum eſt: Cornelius, Samnitibus, ſi qua ſe moverent, oppoſitus.

De M. Claudio Marcello dictatore.

CUm comitiorum inſtaret dies, & Publilium imminentem Palæpolitanorum muris avocari à ſpe capiendæ urbis haud è Republica eſſet, actum cum Tribunis eſt, ad populum ferrent, ut cum Publilius Philo Conſulatu abiiſſet, pro Conſule rem gereret, quoad debellatum cum Græcis eſſet. L. Cornelio quia ne eum quidem in Samnium jam ingreſſum revocari ab impetu belli placebat, litteræ miſſæ, ut dictatorem comitiorum cauſſa diceret: dixit M. Claudium Marcellum, ab eo magiſter eq. dictus Sp. Poſtumius, nec ab dictatore habita comitia ſunt; quia vitione creatus eſſet, in diſcuſſionem venit: Conſulti augures, vitioſum videri dictatorem pronuntiaverunt. Res ad interregnum rediit. *Livius*. Uterque horum ante Conſulatum geſſit.

DE COS. AN. CDXXVII. (24)

C. Pœtelium, L. Papirium Cos. in hunc annum edit *Livius*: C. Pœtelium III. L. Papirium Mugillanum *Caſſiodorus*. Meminit horum etiam *Solinus* cap. XXXV. cum ait, L. Papirio Sp. F. C. Pœtelio C. F. * Alexandria condita eſt. Papirium *Livius* Mugillanum vocat ille quidem; ſed in aliis tamen annalibus Curſorem ſe invenire ait. Itaque ego etiam hunc Curſorem appello, tum ut numerus Conſulatuum ſequentium, qui in *tabulis Capitolinis* ſunt, conſtet; tum etiam quia *Livius* anno CDXXXIII. iterum Conſulem Curſorem vocat; cum tamen, quando primum fuerit, non appareat, niſi eum hoc anno fuiſſe ſtatuas: idque tanto libentius, quod in *faſtis Siculis* Libonem & Curſorem comparatos invenio. C. Pœtelius II. non III. ſcribendus eſt: non enim eſt idem qui Conſul fuit anno
B CCCXCIII., ſed ejus filius. Cum Samnitibus, quibus ut apertis hoſtibus bellum indictum erat, res bene à Conſulibus geſta.

De Triumpho Qu. Publilii Philonis primi Procoſ. de Palæpolitaneis.

PUblilio decretum eſſe triumphum, ſcribit *Livius* de Palæpolitaneis; quod ſatis credebatur obſidione domitos hoſtes in fidem veniſſe. Addit etiam, duo hæc ſingularia ei viro contigiſſe, prorogationem imperii non ante in ullo factam; & acto honore triumphum: ſiquidem (ut diximus) actum cum tribunis pl. erat, ad populum ferrent, ut cum Publilius Conſulatu abiiſſet, pro Conſule rem gereret, quoad debellatum cum Græcis eſſet. Itaque videmus etiam notatum in *Capitolina tabula*, Publilium primum pro Conſule triumphaſſe. De Proconſulari imperio diximus in *ſcholiis Livianis*.

DE COS. AN. CDXXVIII. (25)

COnſules ſuggerit *Livius* & *Caſſiodorus* L. Furium Camillum II., Junium Brutum Scævam: *Diodorus* L. Furium, D. Junium: Camillum & Brutum *faſti Siculi*. Camillo Samnium, Bruto Veſtini, qui ſe Samnitibus conjunxerant, provincia evenit.

De L. Papirio Curſore dictatore, ſine Cos. an. CDXXIX, (26) & Triumpho ejus de Samnitibus.

L. Furium, cui Samnium provincia evenerat, morbo implicitum, fortuna bello ſub-

(22) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 425.
Olymp. CXIII. Anno I.
Ante Ær. Chr. 328.
C. PLAUTIUS PROCULUS VENNO, aliis VENOX. } Coſs.
P. CORNELIUS SCAPULA. }
Ita ex Livio, Caſſiodoro, & aliis Sigonius, Pighius, & Almelovenius.

(23) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 426.
Olymp. CXIII. Anno II.
Ante Ær. Chr. 327.
L. CORNELIUS LENTULUS. } Coſs.
Q. PUBLILIUS PHILO II. }
Ita ex Livio, Diodoro, & Caſſiodoro Sigonius, Pighius, & Almelovenius.
Hoc ipſo anno:
M. CLAUDIUS MARCELLUS DICTATOR.
SP. POSTUMIUS ALBINUS MAG. EQU.
Ita Sigonius, & Pighius.

(24) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 427.
Olymp. CXIII. Anno III.
Ante Ær. Chr. 326.
C. POETELIUS LIBO VISOLUS II. } Coſs.
L. PAPIRIUS MUGILLAN. CURSOR. }
Ita ex Livio, Caſſiodoro, & Solino Sigonius, Pighius, & Almelovenius.
Pighius tamen negat L. Papirio *Curſoris* cognomen.

(25) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 428.
Olymp. CXIII. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 325.
L. FURIUS CAMILLUS II. } Coſs.
D. JUNIUS BRUTUS SCÆVA. }
Ita ex Livio, Diodoro, Caſſiodoro &c. Sigonius, Pighius, & Almelovenius.
Hoc ipſo anno:
L. PAPIRIUS CURSOR DICTATOR.
Q. FABIUS MAXIMUS RULLIANUS MAG. EQU., quo abdicante ſuffectus eſt
L. PAPIRIUS CRASSUS MAG. EQU.
Ita Sigonius & Pighius.

(26) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 429.
Olymp. CXIV. Anno I.
Ante Ær. Chr. 324.
L. PAPIRIUS CURSOR DICTATOR.
L. PAPIRIUS CRASSUS MAG. EQU.
Hi duo ſine Conſulibus ſuum Magiſtratum hoc anno continuarunt, ut docent Sigonius & Pighius cum Petavio & Almelovenio.
Hunc fortaſſe annum omittit Blanchinus, ut ſequentes Conſulatus retrahat in annum antecedentem.

ſubtraxit: juſſuſque dictatorem dicere rei gerendæ cauſſa, dixit L. Papirium Curſorem longe clariſſimum bello ea tempeſtate: à quo Q. Fabius Maximus Rullianus magiſter equ. dictus eſt. Huic poſtea Curſor, quia injuſſu ſuo, ſe Romam ad auſpicia repetenda profecto, cum Samnitibus proſpere pugnarat, magiſterium equitum abrogavit, & in ejus locum L. Papirium Craſſum ſibi cooptavit. Hæc *Livius*, *Eutropius*, *Valerius* lib. II., & is qui ſcripſit de viris illuſtribus. L. Papirium Craſſum eſſe opinor eum, cujus dictatoris ante hic Curſor magiſter equ. fuit. Q. Fabius ex ſequentibus magiſtratibus Capitolinis deſcriptus eſt, M. Fabii Ambuſti, qui ter Conſul & dictator fuerat, filius, *Livio*, & *Plinio* libro VII. cap. XLI. teſtibus. Ac *Livius* quidem ita loquitur, ut eodem anno Papirium dictatorem fuiſſe intelligat, quo Conſules fuerunt Camillus & Brutus: fuerunt autem anno ab Urbe condita CDXXIIX. Ego autem cum L. Papirium dictatorem de Samnitibus triumphaſſe anno CDXXIX. ſcriptum inveniam in *tabulis Capitolinis*, earum auctoritatem ſequutus, L. Papirium dictatorem in hunc annum conjeci, quod ei neceſſario faciendum eſt, qui *Capitolinam* annorum *ſummam* tueri velit. Nam ſi Philo Procos. triumphavit anno CDXXVII. de Palæpolitanis, L. autem Fulvius & Q. Fabius Conſules anno CDXXXI. profecto L. Papirius dictaturam geſſit non anno CDXXIIX., ſed CDXXIX. idque (ut puto) ſine Conſulibus: neque vero continuaſſe dictaturam eum dici poteſt; quia in triumpho dictator II. ſcriberetur. Hunc autem annum, quo L. Papirius dictator ſine Conſulibus fuit, ne *Glareanus* quidem & *Haloander* omiſerunt. Dictatorem etiam L. Papirium Curſorem, fuſis fugatiſque Samnitibus triumphaſſe, auctor eſt *Livius*, & ſcriptor libri de viris illuſtribus. *Livius* tamen in priorem annum hunc triumphum conjecit. Papirii Curſoris dictatoris cum Fabio Rullo magiſtro equitum adverſum Samnites, *Zonaras* etiam meminit.

DE COS. AN. CDXXX. (27)

L. Papirius dictator priuſquam dictatura ſe abdicaret, Conſules creavit C. Sulpicium Longum II., Q. Æmilium Cerretanum. Aulium quidam annales habent. Hæc *Livius*. *Faſti* item *Siculi* Longum & Cerretanum habent. Q. Aulius, Q. F. Al. N. Cerretanus, eſt magiſter equitum anno CDXXXVIII. in *tabulis Capitolinis*. *Caſſiodorus* Αἴλιον mendoſe pro Αὔλιον edit. Sulpitio Samnites; Apulia, novum bellum, Aulio evenit. Nulla res memorabilis acta.

DE COS. AN. CDXXXI. (28)

Q. Fabium, L. Fulvium, Conſules in hunc annum produnt *Livius* & *Caſſiodorus*: quos Q. Fabium Maximum Rullianum, L. Fulvium Curvum nominant *Capitolini triumphi*. Itaque miror in *faſtis Siculis* ſuggeri Curſorem & Syllam.

De A. Cornelio Coſſo Arvina dictatore, & triumphis Qu. Fabii, & L. Fulvii Cos. de Samnitibus.

A. Cornelius Arvina dictator, & M. Fabius Ambuſtus magiſter equ. exercitum adverſus Samnites duxerunt, remque bene geſſerunt: dictator ex Senatus conſulto triumphavit. Hoc bellum à Conſulibus bellatum quidam auctores ſunt, eoſque de Samnitibus triumphaſſe: nec diſcrepat quin dictator eo anno A. Cornelius fuerit; id ambigitur, belline gerendi cauſſa creatus ſit, an ut eſſet qui ludis Romanis, quia L. Plautius Prætor gravi morbo forte implicitus erat, ſignum mittendis quadrigis daret, functuſque eo haud ſane memorandi imperii miniſterio, ſe dictatura abdicaret: nec facile eſt aut rem rei, aut auctorem auctori præferre. Hæc *Livius*. Alios *annales Capitolini* Scriptores ſequuti ſunt, quod ad Conſules, non ad dictatorem triumphos contulerunt. Quæ cauſſa effecit ut ipſe hoc anno dictatorem ludorum Romanorum cauſſa creatum, non rei gerendæ, ſcripſerim. Summi magiſtratus munus fuiſſe ſignum dare mittendis quadrigis, oſtendit idem *Livius* lib. XLV. cum ait; A. D. X. Kal. Octobr. ludorum Romanorum ſecundo die, C. Licinio Conſuli, ad quadrigas mittendas exſcendenti, tabellarius reddidiſſe laureatas literas dicitur: quadrigis miſſis, Conſul currum conſcendit. Ludi autem Romani primi Romæ inſtituti ſunt L. Tarquinio Priſco regnante; ut *Livius* lib. I. L. Tarquinius Priſcus, præda ex Latinis majore quam quanta belli fama fuerat, revecta, ludos opulentius inſtructiuſque quam priores Reges fecit. Tunc primum circo, qui nunc Maximus dicitur, deſignatus locus eſt: loca diviſa patribus equitibuſque, ubi ſpectacula ſibi quiſque fecerunt; fori appellati: ſpectavere furcis, duodenos ab terra ſpectacula alta ſuſtinentibus pedes. Ludicrum fuit, equi pugileſque ex Etruria acciti: ſolennes deinde annui manſere ludi Romani; Magnique varie appellati. Horum ludorum curam mandatam fuiſſe ædilibus curulibus, ut plebejorum ludorum plebejis ædilibus commiſſa fuerat, apparet ex *Livio* lib. VI. extremo, aliiſque plurimis ex locis; atque etiam ex *Cicerone* in Verrem, qui ait; Nunc ſum deſignatus ædilis; habeo rationem quid à populo Romano acceperim: mihi ludos ſanctiſſimos maxima cum cæremonia Cereri, Liberæ, Liberoque faciendos; mihi ludos antiquiſſimos, qui primi Romani ſunt appellati, maxima cum dignitate ac religione Jovi, Junoni, Minervæque eſſe faciendos. Fuerunt & alii ludi Magni votivi, itemque alii Megalenſes appellati, bello ſecundo Punico inſtituti. Ceterum hoc anno (ut dixi) aliis à dictatore, aliis à conſuli-

(27) *Hoc eſt:* Anno ab U. C. 430.
Olymp. CXIV. Anno II.
Ante Ær. Chr. 323.
C. SULPICIUS LONGUS II. }
Q. AULIUS (aliis ÆMILIUS) CERRETANUS. } Coſs.
Ita ex Livio, & faſtis Siculis Sigonius, Pighius, & Almelovenius.

(28) *Hoc eſt:* Anno ab U. C. 431.
Olymp. CXIV. Anno III.
Ante Ær. Chr. 322.
Q. FABIUS MAXIMUS RULLIANUS. }
L. FULVIUS CURVUS. } Coſs.
Ita ex Livio, & Caſſiod. & faſt. Capitol. Sigonius, Pighius, & Almelovenius.
Hoc ipſo anno:
A. CORNELIUS COSSUS ARVINA DICTATOR.
M. FABIUS AMBUSTUS MAG. EQU.
Ita Pighius cum Sigonio.

ſulibus cum Samnitibus bellatum eſſe, Fabium in Apuliam proceſſiſſe, atque inde magnas prædas egiſſe, placuit: qui *Capitolinos* autem *triumphos* deſcripſerunt, ii triumphaſſe Conſules, non dictatorem, voluerunt: quod à quibuſdam traditum videtur *Livius* improbare. *Zonaras* A. Cornelium dictatorem Samnites debellaſſe putat.

DE COS. AN. CDXXXII. (29)

HOc anno T. Veturium Calvinum, Sp. Poſtumium, Conſules reperio apud *Livium* & *Caſſiodorum*: Tiberium Calvinum & Sp. Poſtumium apud *Zonaram*: Calvinum & Albinum in *faſtis Siculis*; Utrumque II. Conſulem fuiſſe docet *Cicero*, qui tertio de Off. ſcribit; At vero T. Veturius & Sp. Poſtumius, cum iterum Conſules eſſent, quia cum male pugnatum apud Caudium eſſet, legionibus noſtris ſub jugum miſſis, pacem cum Samnitibus fecerunt, dediti ſunt. Hoc idem ſcribit *Livius*, *Eutropius*, *Oroſius*, auctor libri de viris illuſtribus. Id C. Pontio duce factum eſt.

De Qu. Fabio Ambuſto, M. Æmilio Papo dictatoribus.

COnſules domum reverſi, poſtquam ſub jugum à Samnitibus miſſi fuerunt, & fœdus turpe fecerunt, in privato abditi, nihil pro Magiſtratu agere, niſi quod expreſſum Senatusconſulto eſt, ut dictatorem dicerent comitiorum cauſſa. Q. Fabium Ambuſtum dixerunt: is P. Æmilium Pœtum magiſtrum eq. dixit. Q. autem Fabio & P. Ælio vitio creatis ſuffectus eſt M. Æmilius Papus dictator, L. Valerius Flaccus magiſter eq. nec per eos comitia habita. Et quia tædebat populum omnium Magiſtratuum ejus anni, res ad interregnum rediit. *Livius*.

DE COS. AN. CDXXXIII. (30)

Q. Publilius Philo, & L. Papirius Curſor II. Conſules fuerunt in hunc annum auctore *Livio* & *Caſſiodoro*: Curſor & Philo *faſtis Siculis*. Philonem nunc III. Conſulem eſſe, ſuperiores Conſulatus oſtendunt. Hoc anno Poſtumius & Veturius, qui turpe fœdus ad Caudium ſpoponderunt, Samnitibus dediti, nec recepti, atque ita ſolutis religione Romanis, bellum rurſus Samnitibus indictum. *Livius*.

De dictatoribus tribus ejuſdem anni.

EX *fragmentis Capitolinis* apparet tres hoc anno dictatores, cum tribus magiſtris equitum creatos: verum cur facti aut ſuffecti ſint, parum liquet. Non eſt autem dubium quin primi ſint C. Mainius, M. Foſſius; quod eos II. fuiſſe, *in tabulis Capitolinis* ſcriptum ſit anno CDXXXIX. Qui etiam ſequuntur eos, L. Cornelium Lentulum, & L. Papirium Curſorem Conſulis Curſoris filium eſſe, perſpicuum eſt: de quibus *Livius* ait ambigi, an ipſi res ad Caudium, atque inde ad Luceriam geſſerint, & de Samnitibus triumphaverint; an Conſulis Papirii præcipuum decus id fuerit. Poſtremos, T. Manlium Torquatum, qui jam bis dictator, & ter Conſul fuerat, & L. ipſum Papirium Craſſum eſſe arbitratus ſum, qui haud ita multo poſt Cenſor erit. Primos autem rei gerendæ cauſſa creatos, quod vitio facti eſſent, abdicaſſe: ſecundos, rei gerendæ cauſſa ſuffectos (id enim tradit *Livius*) tertios, his abdicatis, comitiorum cauſſa factos exiſtimo, in *fragmento* autem ita eſt:

C. MA=
M. FOS=

L. CORN=
L. PAPIRIV=

T. MANLI=
L. PAPIRIV=

DE COS. AN. CDXXXIIII. (31)

L*Ivius* ambigi ait Curſorne Papirius hoc anno cum Q. Æmilio Cerretano iterum ob rem bene geſtam Luceriæ continuato Magiſtratu Conſul tertium creatus ſit, an L. Papirius Mugillanus, & in cognomine erratum ſit. *Caſſiodorus* L. Papirium, Q. Aulium Cerretanum edit: Papirium & Cerretanum *faſti Siculi*. Curſorem autem, non Mugillanum probat *Capitolinus* ejus *triumphus*. Alios annales ſequuti ſunt ii qui librum quem citat *Cuſpinianus*, ſcripſerunt, in quo eſt, Mugillanus III. & Cerretanus, quaſi vero idem fuerit Mugillanus cum Curſore.

De triumpho II. L. Papirii Curſoris Cos. III. de Samnitibus.

POſtquam Romanus exercitus à Samnitibus ad Caudium intercluſus, ſub jugum miſſus

(29) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 432.
Olymp. CXIV. anno IV.
Ante Ær. Chr. 321.
T. VETURIUS CALVINUS II. } Coſs.
SP. POSTUMIUS ALBINUS II. }
Ita ex Livio Sigon. Pigh. & Almelov.
Hoc ipſo anno:
Q. FABIUS AMBUSTUS DICTATOR.
P. ÆLIUS POETUS MAG. EQU.
His abdicare coactis ſuffecti ſunt:
M. ÆMILIUS PAPUS DICTATOR.
L. VALERIUS FLACCUS MAG. EQU.
Ita Sigonius, & Pighius.

(30) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 433.
Olymp. CXV. Anno I.
Ante Ær. Chr. 320.
L. PAPIRIUS CURSOR II. } Coſs.
Q. PUBLILIUS PHILO III. }
Ita ex Livio, & Caſſiodoro, & faſt. Siculis Sigonius, Pighios, & Almelovenius.
Hoc ipſo anno:
C. MAINIUS DICTATOR.
M. FOSLIUS FLACCINATOR MAG. EQU.
His abdicantibus ſuffecti ſunt:
L. CORNELIUS LENTULUS DICTATOR.
L. PAPIRIUS CURSOR MAG. EQU. II.
His quoque abdicantibus ſuffecti ſunt:
T. MANLIUS IMPERIOSSUS TORQUATUS DICTATOR III
L. PAPIRIUS CRASSUS MAG. EQU.
Ita Sigonius & Pighius.

(31) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 434.
Olymp. CXV. Anno II.
Ante Ær. Chr. 319.
L. PAPIRIUS CURSOR III. } Coſs.
Q. AULIUS CERRETANUS II. }
Ita ex Livio, Caſſiodoro, & faſt. Siculis Sigonius, Pighius, & Almelovenius.

ſus eſt, Populus Rom. deditus turpiſſimæ pacis auctoribus, bellum renovavit; cumque fortiſſime dimicaſſet, Samnitibus ſuperatis, atque ſub jugum miſſis, ignominiam ante acceptam acerrime ultus eſt. Itaque triumphatum de Samnitibus eſſe, nemo diſſentit: at vero quo duce, aut quo anno, non convenit. *Livius* alios fuiſſe, qui ſcripſerint anno ſuperiore à L. Cornelio Lentulo dictatore triumphatum, ait; alios, qui à L. Papirio Curſore II. Conſule; alios, qui à L. Papirio Curſore III. Conſule, id eſt hoc anno: ita enim ait; Inde ad triumphum deceſſiſſe Romam Papirium Curſorem ſcribunt, qui eo duce Luceriam receptam, Samniteſque ſub jugum miſſos, auctores ſunt. Hos autem auctores ſequutus eſt *Eutropius*, & ii quoque, qui *Capitolinos triumphos* digeſſerunt; à quibus triumphus de Samnitibus à L. Papirio Curſore Conſule III. actus, in hunc annum eſt rejectus.

De Cenſoribus.

CEnſores item hoc anno fuiſſe, *fragmenta Capitolina* docent. Eorum alterum fuiſſe C. Sulpicium Longum virum Conſularem, ex *fragmento Capitolino* apparet. Luſtrum autem ab his nullum eſſe factum puto, neque enim, ſi factum fuiſſet hoc anno, cauſſa fuiſſet cur ſequenti proximo iterum fieret: quod ex *Capitolinis monumentis* apparet: præſertim vero cum inter duo Luſtra quatuor anni fere ſoleant intercedere. Credo autem Cenſores, cum in hunc annum eſſent creati, aliqua tamen de cauſſa abdicaſſe, nec Luſtrum feciſſe: atque ita ſequenti anno creatos eſſe qui XXV. fecerint: quo autem certo anno XXIIII. factum ſit parum mihi compertum eſt, ſed tamen cum inter Luſtrum XXIII. & XXV. amplius X. anni interſint, profecto medio hoc intervallo, non extremo factum eſſe putavero. Luſtra autem ſolennia per hæc tempora condita fuiſſe docet *Livius*, qui in anni hujus hiſtoria exponenda, cum de Alexandro Macedone loquitur, ait; Cenſebantur ejus ætatatis Luſtris ducena quinquagena millia Civium.

DE COS. AN. CDXXXV. (32)

NOn erit cur in his XII. ſequentibus annis expoliendis valde elaboremus: præſertim vero cum undique incorrupti & integri faſti cum *triumphis Capitolinis* ad nos pervenerint. Ii vero, & *Livius* & *Caſſiodorus*, in hunc annum Conſules edunt M. Foſſium Flaccinatorem, L. Plautium Vennonem: *Diodorus* L. Plotium, Μάνιον Φούλβιον: Veunnnem & Flaccum *faſti Siculi*. De Flaccinatore fit mentio etiam in ſecundo ejus magiſterio eq. Capitolino. Hoc anno Samnitibus induciæ biennii petentibus datæ: Apuli Theanenſes, & Canuſini, in deditionem venerunt. *Livius*.

De Cenſoribus, & Luſtro XXV.

L. Papirium L. F. M. N. Craſſum, C. Mainium P. F. P. N. Cenſores hoc anno Luſtrum condidiſſe XXV. ſcriptum eſt in *Capitolinis tabulis*. Eorum autem nec *Livius*, nec alius quiſquam, quod comperērim, meminit; niſi *Feſtus*, cum ait, Mainiana dicta à Cenſore Mainio; & *Iſidorus* lib. XV. Mainius collega Craſſi, in foro projecit materias, quæ Mainiana dicta. *Livius* tantum, cum hoc anno tribus duas additas ait, Ufentinam & Falerinam, eodem Cenſores fuiſſe ſignificat.

DE COS. AN. CDXXXVI. (33)

COnſules ſuggerit *Caſſiodorus* C. Junium, Q. Æmilium; *Livius* C. Junium Bubulcum, Q. Æmilium Barbulam: *Capitolinus lapis* Q. Æmilium Barbulam, C. Junium Bubulcum Brutum. Apulia perdomita, in Lucanos perrectum, inde repentino adventu Æmilii Conſulis Nerulum vi captum. *Livius*.

DE COS. AN. CDXXXVII. (34)

DEinceps Sp. Nautium, M. Popilium Conſules edunt *Livius* & *Caſſiodorus*. Rutilus & Lænas eorum cognomina nobis à *Capitolinis tabulis* reſtituta ſunt: quæ eadem extant quoque in *faſtis Siculis*.

De L. Æmilio Mamercino dictatore II.

LIvius dictatori L. Æmilio à Conſulibus legiones traditas ſcribit; eumque cum L. Fulvio magiſtro eq. Saticulam oppugnare adortum, rebellandi cauſſam Samnitibus dediſſe. Hunc dictatorem in hunc annum conjiciunt etiam *Capitolini Scriptores*, ex quorum tabulis apparet, dictatoris cognomina eſſe, Mamercinum Privernatem; magiſtri eq. Curvum. Fuſi Samnites, ſpe abjecta tuendæ Saticulæ, Pliſtiam ſocios Romanorum cirumſederunt. *Livius*.

DE COS. AN. CDXXXVIII. (35)

COnſulum hujus anni nomina exciderunt apud *Livium*: ea vero ſunt, L. Papirius

IIII.

(32) *Hoc eſt:* Anno ab U. C. 435.
Olymp. CXV. Anno III.
Ante Ær. Chr. 318.
M. FOSLIUS FLACCINATOR. } Coſs.
L. PLAUTIUS VENNO. }
Ita ex Livio, Caſſiodoro, & faſt. Siculis Sigonius, Pighius, & Almelovenius.

(33) *Hoc eſt:* Anno ab U. C. 436.
Olymp. CXV. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 317.
Q. ÆMILIUS BARBULA. } Coſs.
C. JUNIUS BUBULCUS BRUTUS. }
Ita ex Livio, Caſſiodoro, & faſtis Capitol. Sigonius, Pighius, & Almelovenius.

(34) *Hoc eſt:* Anno ab U. C. 437.
Olymp. CXVI. Anno I.
Ante Ær. Chr. 316.
SP. NAUTIUS RUTILUS. } Coſs.
M. POPILLIUS LÆNAS. }
Ita ex Livio, Caſſiodoro, & faſt. Capitol. Sigonius, Pighius, & Almelovenius.
Hoc ipſo anno:
L. ÆMILIUS MAMERCINUS PRIVERNAS DICTATOR II.
L. FULVIUS CURVUS MAG. EQU.
Ita Sigonius & Pighius.

(35) *Hoc eſt:* Anno ab U. C. 438.
Olymp. CXVI. Anno II.
Ante Ær. Chr. 315.
L. PAPIRIUS CURSOR IV. } Coſs.
Q. POBLILIUS PHILO IV. }
Ita ex Caſſiodoro, & tab. Capitol. Sigonius, Pighius, & Almelovenius.
Hoc ipſo anno:
Q. FABIUS MAXIMUS RULLIANUS DICTATOR.
Q. AULIUS CERRETANUS MAG. EQU. quo in prœlio occiſo ſuffectus eſt
C. FABIUS AMBUSTUS MAG. EQU.
Ita Sigonius, & Pighius.

A ɪɪɪ. Q. Publilius Philo IV. ut apud *Caſſiodorum*, & in *tabulis Capitolinis*, & in libro *Cuſpiniani* ſcriptum eſt, ubi eſt Curſor & Philo. Miror autem *faſtis Siculis* eſſe Curſorem & Lænatem.

De Qu. Fabio Maximo dictatore.

HIs Cos. dictatorem Q. Fabium, magiſtrum eq. Q. Æmilium Cerretanum, cum Samnitibus pugnaſſe, auctor eſt *Livius*, quamquam in aliis annalibus pro Æmilio Aulium ſe reperire ait: magiſtro autem eq. Aulio in prœlio occiſo, C. Fabium eſſe ſuffectum. Quæ omnia ſumma diligentia ootata
B ſunt etiam in *Capitolinis tabulis*. Saticula Romani, Pliſtia Samnites potiuntur. Ad Soram, quæ ad Samnites defecerat, vis belli converſa eſt. *Livius*.

DE COS. AN. CDXXXIX. (36)

C. Sulpicium, M. Pœtelium, Conſules memorat in hunc annum *Livius* & *Caſſiodorus*: *Diodorus* autem C. Sulpicium, & *Μάρκον Πίτηλον*, mendoſe, pro *Ποιτήλιον*: *Capitolini Scriptores* M. Pœtelium Libonem, C. Sulpicium Longum ɪɪɪ. Siculi Longum & *Σαυρίων*: ſed ut puto, per mendum.

C *De C. Mainio dictatore* ɪɪ.

CUm omnia infida Romanis eſſent, Capuæ quoque occultæ principum conjurationes patefactæ ſunt, de quibus cum ad Senatum relatum eſſet, quæſtiones decretæ; dictatorumque quæſtionibus exerceodis dici placuit. C. Mænius dictus: is M. Foſſium magiſtrum equitum dixit. Hæc *Livius*: à quo *Capitolini auctores* diſcrepant: non enim quæſtionum exercendarum, ſed rei gerendæ cauſſa creatum dictatorem C. Mænium ſcripſerunt.

De triumpho C. Sulpicii Cos. de Samnitibus.

D C. Sulpicium Conſulem de Samnitibus triumphaſſe, invenio *Capitolinis triumphis*, de quo triumpho ne verbum quidem *Livius*: ait enim Soram & Auſonam oppida, & Luceriam, quæ defecerant, recepta; Samnites prœlio victos Beneventum perſugiſſe; Conſules victoria parta, protinus inde ad Bovianum oppugnandum legiones duxiſſe, ibique hiberna egiſſe. Ex quibus verbis intelligi poteſt, aut utrumque Conſulem triumphaſſe, aut neutrum.

DE COS. AN. CDXL. (37)

L. Papirium Quintum, C. Junium Cos. in hunc annum edit *Diodorus*: Curſorem & Bubulcum *faſti Siculi*: *Livius* autem & *Caſſiodorus* L. Papirium Curſorem V. C. Junium Bubulcum ɪɪ. Horum etiam Conſulum meminit *Feſtus* libro XVIII. Triumviri, inquit, M. Valerius Corvinus, D. Junius Scæva, P. Fulvius Longus, ex Senatusconſulto Idibus Jan. L. Papirio Curſore, C. Junio Cos. Intelligit autem Triumviros qui hoc anno miſſi ſunt ad colonias deducendas Interamnam & Caſſinum, qua de re etiam *Livius*.

De C. Pœtelio Libone dictatore.

C. Pœtelius dictator cum M. Foſſio magiſtro eq. à Conſulibus exercitum accepit. Nola ſive à Pœtelio dictatore, ſive ab C. Junio Conſule, (nam utrumque traditur) capta eſt. Qui captæ decus Nolæ ad Conſulem trahunt, adjiciunt, Atinam & Calatinam ab eodem captas; Pœtelium autem, peſtilentia orta, clavi figendi cauſſa dictatorem dictum. Ita *Livius*, à quo *Capitolinæ tabulæ* in eo tantum diſſentiunt, quod pro M. Foſſio magiſtro eq. M. Pœtelium Libonem; neque clavi figendi, ſed rei gerendæ cauſſa creatum dictatorem produot.

DE COS. AN. CDXLI. (38)

M. Valerium Maximum, P. Decium, Conſules inſequutos eſſe *Livius*; M. Valerium, P. Decium *Caſſiodorus* ſcribunt. Meminit etiam horum *Frontinus* de aquæductibus. Appia aqua (inquit) M. Valerio Maximo, P. Decio Mure Conſulibus, inducta eſt annos triginta poſt initium belli Samnitici. P. Decium Murem poſt vocat *Livius*; Maximum, & Murem, *faſti Siculi*.

De C. Sulpicio Longo dictatore.

ALtero Conſule in Samnio reliquias belli perſequente, P. Decius, qui graviter æger Romæ reſtiterat, auctore Senatu, ad belli Etruſci famam, dictatorem C. Junium Bubulcum dixit. Neutri tamen finibus egreſſi. Ita *Livius*, at *Capitolini* dictatorem C. Sulpicium Longum, magiſtrum equitum C. Junium Bubulcum edunt, ex quo intelligi poteſt mendum eſſe apud *Livium*, & librarium præterito C. Sulpicio, ad C. Junium tranſcendiſſe: itaque apud *Livium* legendum eſſe; P. Decius dictatorem C. Sulpicium, is magiſtrum eq. C. Junium Bubulcum dixit.

De

(36) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 439.
Olymp. CXVI. Anno III.
Ante Ær. Chr. 314.
M. POETELIUS LIBO. } Coſs.
C. SULPICIUS LONGUS III. }
Ita ex Livio, Caſſiodoro, & faſt. Capitol. Sigonius, Pighius, & Almelovenius.
Hoc ipſo anno:
C. MAINIUS DICTATOR II.
M. FOSLIUS FLACCINATOR MAG. EQU. II.
Ita Pighius cum Sigonio.

(37) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 440.
Olymp. CXVI. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 313.
L. PAPIRIUS CURSOR V. } Coſs.
C. JUNIUS BUBULCUS BRUTUS II. }
Ita ex Livio, Caſſiodoro, & aliis Sigonius, Pighius, & Almelovenius.

E Hoc ipſo anno:
C. POETELIUS LIBO VISOLUS DICTATOR.
M. POETELIUS LIBO MAG. EQU.
Ita ex faſt. Capitol. Sigonius & Pighius. Livius verò ponit *Mag. Equ.* M. Foslium, ſive, ut legit Sigonius, *Foſſium*.

(38) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 441.
Olymp. CXVII. Anno I.
Ante Ær. Chr. 312.
M. VALERIUS MAXIMUS. } Coſs.
P. DECIUS MUS. }
Ita ex Livio, Caſſiodoro, Frontino &c. Sigonius, Pighius, & Almelovenius.
Hoc ipſo anno:
C. SULPICIUS LONGUS DICTATOR.
C. JUNIUS BUBULCUS BRUTUS MAG. EQU.
Ita Sigonius & Pighius contra Livium, qui Dictatorem facit C. Junium Bubulcum, & Mag. Equ. C. Sulpicium, ſed errore fortaſſe Librariorum.

De Cenſoribus, & Luſtro XXVI.

CEnſores in eundem annum produnt *Livius* Ap. Claudium Craſſum, cui poſtea cognomen Cæcus fuit; & C. Plautium: *Capitolini Scriptores* Ap. Claudium Cæcum, C. Plautium Venocem. Ap. Claudii Cenſoris meminit etiam *Eutropius*, *Caſſiodorus*, *Frontinus*, & *Cicero* in Catone. Ap. Claudius Cæcus inquit, Cenſor ante ſuperiorem Conſulatum fuit, & *Diodorus*; Appius cum Magiſtratu ſe abdicaſſet, & Senatus invidiam caveret, ſe cæcum eſſe ſimulavit, & domi manſit. De cæcitate autem ejus ſic *Livius*; Quia Appio auctore gens Potitia, cujus ad aram maximam Herculis familiare ſacerdotium fuerat, ſervos publicos miniſterii delegandi cauſſa, ſolennia ejus ſacri docuerat, memori deûm ira poſt aliquot annos Appium tradunt luminibus captum. C. Plautium Venocem appellatum ſcribit *Frontinus* lib. I. ob inquiſitas aquæ venas, quæ aqua ab Ap. Claudio collega in urbem perducta, *Claudia* nominata eſt. Eoſdem Cenſores Luſtrum XXVI. feciſſe, ſcriptum eſt in *tabulis Capitolinis*, quod Luſtrum miror à *Livio* eſſe præteritum.

De triumpho M. Valerii Maximi Cos. de Samnitibus.

EOdem anno M. Valerium Conſulem reliquias belli in Samnio perſequutum eſſe, P. Decium ægrotaſſe, prodit *Livius*, ſine ulla cujuſquam triumphi mentione, at vero in *Capitolinis tabulis* exſtat, M. Valerium de Samnitibus triumphaſſe. Itaque neſcio unde acceperit is qui ſcripſit de viris illuſtribus, P. Decium Decii F. primo Conſulatu de Samnitibus triumphaſſe, & ſpolia Cereri conſecraſſe: præſertim vero cum Decium hoc anno ægrotaſſe *Livius* ſcribat, nec inter *Capitolinos* Decianus ullus triumphus relatus ſit.

DE COS. AN. CDXLII. (39)

COnſules reperio hoc anno apud *Livium* & *Caſſiodorum* C. Junium Bubulcum III. Q. Æmilium Barbulam II. apud *Diodorum*, C. Junium, Q. Æmilium: in *faſtis Siculis* Bubulcum & Barbulam. Eadem nomina ſunt etiam in *Capitolinis*, quæ apud *Livium*. Junio Samnites, Æmilio Etruſci obvenerunt.

De triumphis C. Junii Bubulci Cos. III. de Samnitibus; Qu. Æmilii Barbulæ Cos. II. de Etruſcis.

C. Junium Bubulcum Conſulem de Samnitibus, Q. Æmilium de Etruſcis triumphaſſe, quod exſtat in *Capitolinis tabulis*, mihi probatur; quamquam connivente in tantæ rei mentione *Livio*; quia Junium in Samnitibus, Æmilium in Etruſcis proſpere rem geſſiſſe; Cluviam & Bovianum in Samnio captum, Sutrium in Etruria oppugnatum ſcribit.

DE COS. AN. CDXLIII. (40)

C. Marcius Rutilus, Q. Fabius Conſules in hunc annum ſunt apud *Livium*: apud *Caſſiodorum* C. Marcius Rutilus, Q. Fabius II. apud *Diodorum* C. Marcius, Q. Fabius iterum: in *faſtis Siculis* Rullus & Rutilus: *Capitolinis* Q. Fabius Maxim. Rullian. II. C. Marcius Rutilus, qui poſtea Cenſorinus in ſecunda cenſura anno CDXCVIII. appellatus eſt. Filius autem fuit (ut ait *Livius* in an. CDLIX.) C. Marcii, ejus qui dictator primus de plebe injuſſu Senatus triumphavit anno CCCXCVII.

De L. Papirio Curſore dictatore II. anno CDXLIIII. (41) & triumpho ejus de Samnitibus.

HOc loco annum interponunt *Capitolini ſcriptores*; quo L. Papirius Curſor II. dictator, cum C. Junio Bubulco II. magiſtro equitum, ſummæ rerum ſine Conſulibus præfuerunt: quem annum tranſcendit *Livius*: ſcribit enim, L. Papirium Curſorem cum C. Junio Bubulco magiſtro eq. Fabio & Marcio Conſulibus dictum, quod res non ſatis proſpere à C. Marcio Conſule in Samnitibus eſſent geſtæ. *Livium* ſequitur & *Diodorus* & *Caſſiodorus*: nam ſuperioribus Conſulibus Q. Fabium III. P. Decium II. Conſules ſuggerunt. L. autem Papirium Curſorem dictatorem de Samnitibus triumphaſſe, tradit *Livius* ille quidem; ſed triumphum tamen ejus in annum refert eum, quo Fabius Marciuſque Conſules fuerunt: quem hoc anno actum eſſe *Capitolini ſcriptores* memoriæ prodiderunt.

De triumpho Qu. Fabii Maximi Procos. de Etruſcis.

L*Ivius* item Fabium in Conſulatu de Etruſcis triumphaſſe ſcribit, cum in *Capitolinis tabulis* eum hoc anno pro Conſule triumphaſſe traditum ſit: ſcriptor etiam libri de viris illuſtribus, Q. Fabium iterum de Samnitibus triumphaſſe teſtatur. Hoc anno Fabius trans Ciminiam ſylvam profectus, ad Peruſiam ita opes Etruſcorum fregit, ut à Peruſia, Crotona, & Arretio, legati pacem petentes venerint, atque inducias in triginta annos petierint, & impetrarint: ad Vadimonis vero lacum congreſſus, quod in acie roboris fuit, cecidit, caſtra cepit, diripuitque. Peruſini induciarum fide rupta, à Fabio victi, urbem dediderunt. *Livius*.

DE

(39) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 442.
Olymp. CXVII. Anno II.
Ante Ær. Chr. 311.
C. JUNIUS BUBULCUS BRUTUS III. } Coſs.
Q. ÆMILIUS BARBULA II. }
Ita ex Livio, Caſſiodoro, & faſt. Capitol. Sigonius, Pighius, & Almelovenius.

(40) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 443.
Olymp. CXVII. Anno III.
Ante Ær. Chr. 310.
Q. FABIUS MAXIMUS RULLIANUS II. } Coſs.
C. MARCIUS RUTILUS, dictus poſtea CENSORINUS. }
Ita ex Livio, & faſtis Capitol. Sigonius, Pighius, & Almelovenius.

(41) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 444.
Olymp. CXVII. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 309.
L. PAPIRIUS CURSOR DICTATOR II. } Sine Conſulibus.
C. JUNIUS BUBULCUS BRUTUS MAG. EQU. II. }
Ita ex faſtis Capitolinis Sigonius, & Pighius cum Almelovenio.

DE COS. AN. CDXLV. (42)

FAbio continuatum Conſulatum ob egregie domitam Etruriam, eundemque Decio collegam datum, prodit *Livius*. *Caſſiodorus* Conſules Q. Fabium III. P. Decium II. profitetur: *Diodorus* P. Decium, Q. Fabium: *faſti Siculi* Murem & Rullum: *Capitolini* P. Decium Murem II. Q. Fabium Maximum Rullianum III. Decius in Etruſcis rem geſſit; Fabius è Samnio ad Umbros moventes ſe contulit, eoſque ad deditionem compulit.

DE COS. AN. CDXLVI. (43)

DEinceps ſequutos Conſules Ap. Claudium & L. Volumnium prodit *Livius*, *Caſſiodorus*, & *Diodorus*: Appium & Violentem *faſti Siculi*: Ap. Claudium Cæcum, L. Volumnium Flammam Violentem *Capitolini*. Ap. Claudium bis poſt cenſuram Conſulatum geſſiſſe, auctor eſt *Cicero* in Catone. Eundem etiam cenſorem petiiſſe Conſulatum, comitiaque ejus ab L. Furio Tribuno pl. interpellata, donec cenſura ſe abdicavit, ſe in quibuſdam annalibus reperiſſe ſatetur *Livius*. Fabius pro Conſule cum Samnitibus rem gerit; Volumnius Conſul cum novis hoſtibus Sallentinis.

De cenſoribus, & Luſtro XXVII.

HOc anno cenſores M. Valerium Maximum, & C. Junium Bubulcum luſtrum XXVII. condidiſſe, extat in *Faſtis Capitolinis*. *Livio* ſcripſiſſe ſatis ſuit, ædem Salutis à C. Junio Bubulco cenſore locatam, quam Conſul bello Samnitium voverat: ab eodem, collegaque ejus M. Valerio Maximo, cenſoribus, vias per agros publica impenſa factas: quod etiam notavit *Caſſiodorus*: His de cenſoribus ſic *Valerius* lib. II. M. Valerius Maximus, & C. Junius Bubulcus Brutus cenſores, L. Antonium Senatu moverunt, quod quam virginem in matrimonium duxerat, repudiaſſet, nullo amicorum in conſilium adhibito.

DE COS. AN. CDXLVII. (44)

COnſules in bunc annum edunt P. Cornelium Arvinam, Q. Marcium Tremulum, *Livius* & *Caſſiodorus*: Q. Marcium, P. Cornelium *Diodorus*: Tremulum & Arvinam *faſti Siculi*. Q. Marcius ex *triumpho* hujus anni *Capitolino* deſcriptus eſt; P. Cornelius ex *cenſura Capitolina* anni CDLIX. Horum etiam Conſulum veſtigia apparent in Conſulatu Capitolino.

A P. Cornelius in Samnitibus rem proſpere gerit, Q. Marcius in Hernicis.

De P. Cornelio Scipione Barbato dictatore.

DIctatorem idem annus habuit P. Cornelium Scipionem cum magiſtro eq. P. Decio Mure: ab iis propter quæ creati erant, comitia Conſularia habita; quia neuter Conſulum potuerat bello abeſſe. Hæc *Livius*. Scipio Barbatus, Cornelii; Mus, Decii cognomina, extant etiam in *fragmento Capitolinæ dictaturæ*. *Livius* quoque Cornelii Barbati pont. max. poſt meminit.

B

De triumpho Q. Marcii Tremuli Cos. de Hernicis.

Q. Marcius, cui bellum Hernicorum Anagninorum decretum erat, Hernicos trinis caſtris intra paucos dies exuit, & gentem in deditionem accepit; ac de Hernicis triumphans in urbem rediit; ſtatuaque ei equeſtris in foro decreta eſt, quæ ante templum Caſtoris poſita ſuit: ut ait *Livius*: quem triumphum etiam inter Capitolinos invenimus. Itaque *Plinius* etiam lib. XXXIIII. ſic ſcriptum reliquit; Ante ædem Caſtoris ſuit Q. Marcii Tremuli ſtatua equeſtris togata; qui Samnites bis devicerat, captaque Anagnia, populum C ſtipendio liberaverat: & *Cicero* Philipp. VI. In foro L. Antonii ſtatuam videmus; ſicut illam Q. Tremuli, qui Hernicos devicit, ante Caſtoris.

DE COS. AN. CDXLVIII. (45)

L. Poſtumium, Ti. Minucium Conſules ſubjiciunt *Livius*, *Caſſiodorus*, & *Diodorus*: Megellum & Minucium *faſti Siculi*. Hos Conſules Piſo Q. Fabio & P. Decio ſuggerit biennio exempto, quo Claudium Volumniumque, & Cornelium cum Marcio Conſules factos eſſe tradidimus, memoria ne fugerit in annalibus digerendis, an conſulto bi- D nos Conſules falſos ratus tranſcenderit, incertum eſt. *Livius*. Addit idem; Minucium Conſulem in Samnites profectum, cum vulnere relatum in caſtra mortuum, quidam auctores ſunt; & M. Fulvium Conſulem in ejus locum ſuffectum. In hoc collegio Ti. Minucius Augurinus locum obtinuit plebeji Conſulis: argumento eſt, quod in ejus demortui locum Fulvius plebejus ſuffectus ſit. Minucii enim Augurini, patricii cum eſſent, ad plebem ſe contulerunt: auctor ſuit L. Minucius Tribunus pl. undecimus, anno CCCXIIII. teſte *Livio*

(42) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 445.
Olymp. CXVIII. Anno I.
Ante Ær. Chr. 308.
P. DECIUS MUS II.
Q. FABIUS MAXIMUS RULLIANUS III. } Coſs.
Ita ex Livio, Caſſiodoro, & faſt. Capitol. Sigonius, Pighius, & Almelovenius.

(43) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 446.
Olymp. CXVIII. Anno II.
Ante Ær. Chr. 307.
AP. CLAUDIUS CAECUS Patricius.
L. VOLUMNIUS FLAMMA VIOLENS de Plebe. } Coſs.
L. Volumnium de Plebe eſſe, docet Sigonius, ad annum U. C. 457.
Ita ex Livio, Caſſiodoro, & faſt. Capitol. Sigonius, Pighius, & Almelovenius.

(44) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 447.
Olymp. CXVIII. Anno III.
E Ante Ær. Chr. 306.
Q. MARCIUS TREMULUS.
P. CORNELIUS ARVINA. } Coſs.
Ita ex Livio, Diodoro, Caſſiodoro, & faſt. Siculis Sigonius, Pighius, & Almelovenius.
Hoc ipſo anno:
P. CORNELIUS SCIPIO BARBATUS DICTATOR.
P. DECIUS MUS MAG. EQU.
Ita Sigonius, & Pighius.

(45) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 448.
Olymp. CXVIII. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 305.
L. POSTUMIUS MEGELLUS.
TIB. MINUCIUS AUGURINUS, cui in prœlio occiſo ſuffectus eſt
M. FULVIUS CURVUS PATINUS. } Coſs.
Ita Sigonius, Pighius, & Almelovenius.

Livio & *Plinio*. L. Poſtumius deſcriptus eſt ex ſecundi Conſulatus triumpho anni CDLIX. Hoc etiam anno Megellum Poſtumii cognomen; & Tiberium Minucii, Marcum Fulvii prænomina edit *fragmentum Capitolinum*. Fulvii cognomina fuerunt Curvus Pætinus; ut ſcriptum eſt in triumpho ejus.

De triumpho M. Fulvii Cos. de Samnitibus.

COnſules Minucium & Poſtumium in Samnites profectos, Boviano capto magna gloria rerum geſtarum triumphaſſe, ait *Livius* ille quidem: ſed ab aliis tamen traditum addit, Minucium Conſulem cum vulnere in caſtra relatum mortuum; & M. Fulvium in ejus locum ſuffectum, Bovianum cepiſſe, quos *auctores* qui triumphos Capitolinos deſcripſerunt, ſequuti ſunt: præſertim cum duorum Conſulum triumphos reticuerint, tertium M. Fulvii Curvi Pætini Conſulis de Samnitibus adſcripſerint.

DE COS. AN. CDXLIX. (46)

COnſules inſequnti ſunt P. Sulpicius Saverrio, P. Sempronius Sophus: auctores *Livius* & *Caſſiodorus* apud *Diodorum*, P. Sulpicius, P. Sempronius: in *faſtis Siculis* Sempronius & Saverrio. Horum Conſulum meminit *Plin.* lib. XXXIII. Annulos quoque inquit, depoſitos à nobilitate, in annales relatum eſt, non à Senatu univerſo. Hoc actum P. Sempronio Longo, P. Sulpicio Cos. anno Urbis conditæ CDXLIIX. Hi Conſules ex *triumphis* eorum *Capitolinis* deſcripti ſunt: in Conſulatu enim tanrum extat cognomen Sempronii, Sophus; & prænomen Sulpicii, Publius.

De cenſoribus, & luſtro XXVIII.

CEnſores in hunc annum una cum *Capitolinis tabulis* conjicit *Livius* P. Decium & Q. Fabium. De Fabio autem ita tradit; Fabius ſimul concordiæ cauſſa, ſimul ne humillimorum in manu comitia eſſent, omnem forenſem turbam excretam in quatuor tribus conjecit, urbanaſque eas appellavit: adeoque eam rem acceptam gratis animis ferunt, ut *Maximi* cognomen, quod tot victoriis non pepererat, hac ordinum temperatione pareret. Eandem cauſam tradit etiam *Plutarchus* in Pompejo, & *Valerius* lib. II. cap. I. ubi horum cenſorum meminit. De cenſura & cognomine Fabii, idem eſt in lib. de viris illuſtr. Cum autem Maximus in hoc honore dictus ſit, mirum videtur cur in prioribus magiſtratibus hoc cognomine à *Livio* & à *Capitolinis ſcriptoribus* affectus ſit. Ab his cenſoribus luſtrum XXVII. conditum, ex ſequentibus luſtris apparet.

De triumphis P. Sempronii Sophi Cos. de Æquis, P. Sulpicii Saverrionis Cos. de Samnitibus.

P. Sempronium Conſulem de Æquis, P. Sulpicium de Samnitibus triumphaſſe, video ſcriptum eſſe in *Capitolinis tabulis*. Quæ res eſt mihi admirationi. Etenim *Livius* hoc anno Samnitibus petentibus fœdus antiquum eſſe redditum tradit; ambos autem Conſules in Æquos profectos, eorum nomen prope ad internecionem deleviſſe; deque iis triumphatum eſſe. Verba ejus hæc ſunt; Eo anno cum Samnium exercitus Romanus, P. Sempronio Conſule, benigne præbito commeatu peragraſſet, fœdus antiquum Samnitibus petentibus redditum. Ad Æquos inde per multos annos ſub ſpecie infidæ pacis quietos verſa arma; quod Samnitibus auxilia miſerant, & poſt etiam ad eos deſciverant. Conſules ambo, ad ſingulas urbes circumferendo bello, XLI. oppida intra dies IX. omnia oppugnando ceperunt; nomenque Æquorum prope ad internecionem deletum; de Æquis triumphatum. *Diodorus* libro XX. rem in Æquis geſtam à P. Sempronio Conſule ſcribit, eumque triumphaſſe.

DE COS. AN. CDL. (47)

L. Genucium, Ser. Cornelium Conſules in hunc annum ſuggerunt *Livius*, *Caſſiodorus*, & *Diodorus*: Aventinenſem & Lentulum *faſti Siculi*. Cornelio etiam cognomen Lentulum adjiciunt *Capitolini ſcriptores*. Ne Romani prorſus imbellem gererent annum, parva expeditio in Umbria facta eſt: quod nuntiabatur, ex ſpelunca quadam excurſiones armatorum in agros fieri: ſumo ac pavore ad duo millia armatorum, ruentia noviſſime in ipſas flammas, dum evadere tendunt, abſumpta. *Livius*.

DE COS. AN. CDLI. (48)

COnſules hoc anno nominat *Livius* M. Livium, C. Æmilium: *Caſſiodorus* M. Livium, L. Æmilium: *Diodorus* M. Livium, M. Æmilium. De prænomine Æmilii credo potius *Diodoro*, quam ceteris: præſertim vero cum apud *Livium* mentio ſit anno ſequenti M. Æmilii Paulli magiſtri eq. quem eumdem cum hoc Conſule eſſe duxi. M. Livius Denter ſcribitur in *faſtis Capitolinis*; quod cognomen Liviis adjicit etiam alio loco. *Livius*, *Cuſpiniani* item liber Dentrem & Paullum, tamquam horum cognomina Conſulum, edit: Dentrem & Aimilium *faſti Siculi*.

De C. Junio Bubulco dictatore, & triumpho ejus de Æquis.

C. Junium Bubulcum dictatorem cum magiſtro eq. M. Titinio rei gerendæ cauſſa in

(46) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 449.
Olymp. CXIX. Anno I.
Ante Ær. Chr. 304.
P. SULPICIUS SAVERRIO. } Coſs.
P. SEMPRONIUS SOPHUS. }
Ita ex Livio, & Caſſiodoro, & aliis Sigonius, Pighius, & Almelovenius.

(47) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 450.
Olymp. CXIX. Anno II.
Ante Ær. Chr. 303.
S. CORNELIUS LENTULUS. } Coſs.
L. GENUCIUS AVENTINENSIS. }
Ita ex Livio, Diodoro, & Caſſiodoro Sigonius, Pighius, & Almelovenius.

(48) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 451.
Olymp. CXIX. Anno III.
Ante Ær. Chr. 302.
M. LIVIUS DENTER. } Coſs.
M. ÆMILIUS PAULLUS. }
Ita ex Diodoro Sigonius, Pighius, & Almeloven.
Hoc ipſo anno:
C. JUNIUS BUBULCUS BRUTUS DICTAT.
M. TITINIUS MAG. EQUITUM.
Ita Pighius & Sigonius.

A in hunc annum creatum prodit *Livius* . Ejus
etiam dictatoris cognomina exſtant in *Capitolinis tabulis*, Bubulcus Brutus. Hac autem de
re ſic *Livius* ; Redintegratum Æquorum bellum, tantum terrorem Romæ fecit, quia vix
credibile erat tam aſſectis rebus ſolos per ſe
Æquos ad bellum coortos , ut tumultus ejus
cauſſa dictator diceretur C. Junius Bubulcus
cum M. Titinio magiſtro equitum: profectus,
primo congreſſu Æquos ſubegit, ac die octavo triumphans redit; ædemque Salutis, quam
Conſul voverat , cenſor locaverat , dictator
dedicavit . Hic idem ſecundus Bruti triumphus etiam inter *Capitolinos* relatus eſt.

B *De dictatoribus duobus anno CDLII.* (49)

CUm *faſtos Capitolinos* perficerem, in multos incidi locos obſcuros atque difficiles;
ſed nullus alius æque mihi difficilis & obſcurus viſus eſt, atque hic ipſe, quem nunc tracto . In quo video *Livium* à *Capitolinis fragmentis* diſſentire, & quia manca admodum ea
fragmenta ſunt, quo modo & qua de cauſſa
diſſentiant, ſatis aſſequi conjectura non poſſum.
Recitabo primum verba *Livii* ; deinde quid
ipſe de iis judicem, indicabo. Multiplex, inquit, deinde exortus terror . Etruriam rebellare nuntiabatur. Itaque propter eum tumultum dictus M. Valerius Maximus dictator ,
C magiſtrum equitum ſibi legit M. Æmilium
Paullum. Id magis credo, quam Q. Fabium
Maximum ea ætate atque eis honoribus Valerio ſubjectum. Ceterum ex Maximi communi
cognomine ortum errorem, haud abnuerim .
Et paulo infra ; Prœlio ab dictatore commiſſo, fractæ iterum Etruſcorum opes : dictator
triumphans in urbem redit : Conſul ex dictatura factus M. Valerius . Non petentem ,
atque adeo abſentem etiam, creatum crediderc quidam. Et per interregem ea comitia facta. Id unum non ambigitur, Conſulatum cum
Appulejo Panſa geſſiſſe. Hæc ille. In his verbis primum addubito, an eodem anno M. Valerius hic dictator fuerit, quo C. Junius Bubulcus; an alio atque alio : neque enim *Livius* hæc aperte diſtinguit. Hos igitur, etiamſi
D contra alii ſentiant omnes , dicimus non eodem anno fuiſſe ; verum annum interjiciendum eſſe cenſemus; tribus de cauſis: primum,
ut conſtet ratio annorum qui notati ſunt in
faſtis Capitolinis. Nam ſi C. Junius Bubulcus
dictator triumphavit anno CDLI., qui fieri
poteſt, ut Cn. Fulvius Centumalus Conſul
anno CDLV. triumpharit , niſi annum hunc
interſeramus? Deinde, quia *fragmenta Capitolina* oſtendere videntur dictatorem hoc anno
ſine conſulibus fuiſſe. Poſtremo, ut conſtent
verba *Ciceronis* in Catone, qui ait inter duos
Ap. Cæci conſulatus decem annos interfuiſſe;
E qui tamen hoc exempto niſi novem eſſe reperiuntur. Hac expoſita quæſtione, ſequitur altera, quæ me item maxime torquet; an unus
hoc anno, an duo dictatores fuerint. Ac ſane,
ſi *Livium* attendamus, unum tantum dicemus
fuiſſe, M. Valerium Maximum: ſin autem *Capitolina fragmenta*, duos, Q. Fabium Maximum , & M. Valerium Corvum: quod ita
eſſe etiam probabimus: primum enim illæ literæ M. F. N. N. MAX. ad neminem alium
referri poſſunt , quam ad Q. Fabium Maximum , quem M. F. N. N. *Capitolini ſcriptores*
nuncupant : nam M. Valerium Maximum
M. F. M. N. appellant. Deinde vero, obſervatio *Capitolinæ ſcripturæ* , docet illam ſyllabam MAX. potius cognominis eſſe Q. Fabii,
quam M. Valerii, etenim in M. Valerio integra ſcripta fuiſſet , cui nullum aliud cognomen addendum erat : at in Fabio , quia ſequebatur etiam, RULLIANUS , compendioſa ſcriptura opus fuit . Accedit, quod *Livius*
ait , annales aliquot pro M. Æmilio Q. Fabium Maximum magiſtrum eq. prodere ; ſe
autem putare ex communi Maximi cognomine natum eſſe errorem. Quæ verba abſurdam
continebunt ſententiam, ſi ea ita ut ſcripta
ſunt, interpretabimur: quo enim modo commune Maximi cognomen fuerit in Æmilio
Paullo & Q. Fabio, non video. Itaque diſceptationem eam potius fuiſſe arbitror , an M.
Valerius Maximus, an Q. F. Fabius Maximus
dictator fuerit; eamque (ut ille ait) ex communi Maximi cognomine eſſe ortam puto .
Quapropter Q. Fabium Maximum potius ,
quam M. Valerium Maximum dictatorem fuiſſe, credendum eſt . At vero quis alter fuerit
dictator, in diſquiſitionem venire merito poteſt. Ac certe æquum videri pleriſque poſſet,
ut quoniam M. Valerium Maximum vel invito fortaſſe *Livio* ex priore dictatura dejecimus,
ei ſaltem alteram relinqueremus . Quod ne
fieri quidem etiam poſſe oſtendo. Primum autem , quod ad illas litteras attinet , quæ in
Capitolino fragmento ſunt, M. F. M. N. ſciendum eſt illas referri promiſcue poſſe ad duos
virtute hoc maxime tempore florentes viros,
M. Valerium Maximum, & M. Valerium Corvum : utrumque enim eorum M. F. M. N.
Capitolinæ tabulæ nominant : at vero *fragmentum triumphi* hoc anno acti , omnino Valerium Maximum reſpuit , Valerium Corvum
patitur , & probat : in quo eſt ita ; = IV.
DICT. II. DE. = Significat autem M. hunc Valerium, cujus triumphus deſcribebatur , quartum triumphaſſe , iterum dictatorem fuiſſe.
Quæ cum nullo modo transferri poſſint ad
Maximum , Corvo quidem ita conveniunt ,
ut ne aptius quidem poſſint . Hic enim ſemel ante dictator fuit, ter triumphavit : Maximus autem , nunquam ante dictator, ſemel
triumphavit. Deinde cum *Livius* addat , M.
Valerium ex dictatura Conſulem factum cum
Q. Appulejo ; qui vero cum Q. Appulejo factus ſit , is M. Valerius Corvus ſit, profecto
qui dictator eſt, eum Corvum eſſe , non Maximum, neceſſe eſt. Quod autem Corvus cum
Q. Appulejo Conſul fuerit , paulo poſt apertius oſtendam . Ergo cum M. Valerius Corvus

(49) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 452.
Olymp. CXIX. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 301.

Q. FABIUS MAXIMUS RULLIANUS II. DICTATOR.	Sine Conſulibus.
M. AEMILIUS PAULLUS MAG. EQU.	
M. VALERIUS CORVUS DICTATOR II.	
P. SEMPRONIUS SOPHUS MAG. EQU.	

Ita ex conjecturis veroſimilibus Sigonius , & Pighius , quos tamen Schroderus in faſtis Livianis impugnat , & refutare contendit. Adeo incerta res eſt.

Dictatoris poteſtas ultra ſex menſes non extendebatur , atque ideo poſteriores anni ſex menſes M. Valerio , & P. Sempronio tribuendos putamus. Quid ſentiat Schroderus latet, cum ille non ſit ad manus. Petavius Sigonio, & Pighio adhæret , quibus & nos altro adhæremus .

A

vus dictator fuerit, magiſtrum autem equitum habuerit, nec is, qui fuerit, conſtet, ego conjectura uſus, ex illis ſyllabis quæ ſunt in *fragmento Capitolino* accepta, ONIUS, P. SemproNIUM Sophum eſſe ratus ſum: cujus nomen per hæc tempora fuit celeberrimum. Quæ autem de duobus dictatoribus hoc anno, Corvo & Fabio Maximo ſcripſi, ea confirmantur etiam auctoritate veteris *libri Cuſpiniani*, in quo eſt ita;

DENTRE, ET PAULO.
CORVO II. ET RULLIANO.
CORVO V. ET PANSA.

B

Nam Denter & Paullus, Conſules ſunt; quibus ſubjecti ſunt in annum unum duo dictatores, Corvus II. & Rullianus: vel unus dictator Corvus, cum magiſtro equitum Rulliano, deinceps in tertium annum ſequuntur Conſules Corvus V. & Panſa, neque vero Corvus Conſul eſſe poteſt cum Rulliano, quia nec id traditur: neque $\overline{\text{II}}$. ſed $\overline{\text{V}}$. eſſet ſcribendus. Ex his quæ dixi apparet, eos qui *fragmenta Capitolina* ordinarunt, non recte hoc fragmentum diſpoſuiſſe, cum ſuperiori fragmento antepoſuerint.

De triumpho II. M. Valerii Corvi dict. $\overline{\text{II}}$. de Etruſcis.

C

HOc anno prœlio fractæ iterum Etruſcorum opes; pax negata, induciæ biennii datæ: dictator M. Valerius Maximus triumphans in urbem rediit. Habeo auctores, ſine ullo memorabili prœlio pacatam ab dictatore Etruriam eſſe, *Livius*. Hujus triumphi veſtigia, quæ dixi, in *Capitolinis tabulis* exſtant: tribuitur autem (ut oſtendi) M. Valerio Corvo dictatori, non Maximo.

DE COS. AN. CDLIII. (50)

LIvius & *Caſſiodorus* M. Livio & M. Æmilio Conſulibus Conſules ſuggerunt M. Valerium, & Q. Appulejum Panſam. M. autem

D

Valerium Maximum videtur intelligere *Livius*; quod eum ex dictatura Conſulem factum ait. Dictatorem autem M. Valerium Maximum aperte ſcribit. Nos autem ut ante pro Maximo Corvum dictatorem ſcripſimus; ſic hoc etiam loco Corvum Conſulem, non Maximum facimus, primum, ut Corvus nunc ſit Conſul quintum apud *Livium*, cum anno ſequenti certum ſit eum $\overline{\text{VI}}$. eſſe: deinde, quia *faſti Cuſpiniani* & *Siculi* id etiam affirmant, in quibus eſt, quod ad hunc annum pertinet; CORVO V. vel CORVINO, & PANSA. Valerius bellum haud memorabile adverſus rebellantes Æquos geſſit: Appulejus in Um-

E

bria Nequinum oppidum circumſedit.

DE COS. AN. CDLIV. (51)

IN hunc annum Conſules profitentur *Livius*, *Caſſiodorus*, M. Fulvium Pætum, T. Manlium Torquatum: Pætinum & Torquatum *faſti Siculi*. *Livius* Q. Fabium Conſulatum ſibi non petenti, oblatum ait recuſaſſe. T. Manlium Torquatum puto eſſe filium T. Manlii Torquati, quem pater T. Manlius, quod injuſſu ſuo pugnaverat, interfecit. M. Fulvius Pætinus, ex *triumpho Capitolino* deſcriptus eſt. Ceterum T. Manlio Conſuli Etruria, quæ adverſus inducias bellum parabat, evenit, is autem vix dum ingreſſus hoſtium fines, cum exerceretur inter equites, ab rapido curſu circumagendo equo effuſus, extemplo prope exſpiravit: tertius ab eo caſu dies, finis vitæ fuit M. Valerium Conſulem omnes centuriæ dixere: quem Senatus dictatorem juſſurus erat. Hæc *Livius*. M. autem Valerium Corvum intelligit: video enim ſcriptum eſſe apud *Plutarchum* in Mario, Valerio Corvo ſoli ad hanc diem ſextum Conſulatum fuiſſe delatum. *Cicero* præterea in Catone, *Plin.* libro VII. *Valerius* lib. VIII. auctores ſunt, Valerium Corvum ad centeſimum annum vitam perduxiſſe, atque inter primum & ſextum ejus Conſulatum XLVI. annos interfuiſſe, quamquam *Plutarchus* XLV. ſcribit. Idem hoc anno adverſus Etruſcos miſſus, hoſtes elicere ad certamen non potuit.

De Cenſoribus, & Luſtro XXIX.

DE Cenſoribus, & Luſtro hoc anno condito, ſic *Livius*; & Luſtrum eo anno conditum à P. Sempronio Sopho, & P. Sulpicio Saverrione: tribuſque additæ duæ, Anienſis, & Terentina. Hoc Luſtrum XXIX. eſſe, ex XXX. quod proxime ſequitur, intelligi poteſt.

De triumpho M. Fulvii Pætini Cos. de Nequinatibus.

M. Fulvium Conſulem de Samnitibus Nequinatibuſque triumphaſſe, cum inciſum ſit in *Capitolinis tabulis*, miror eſſe à *Livio* prætermiſſum. Etenim eum Nequinum cepiſſe, & exercitum cum magna præda Romam deduxiſſe tantum aſcribit. Samnites ille hoc etiam anno quieviſſe intelligit ex fœdere icto anno CDXLIX.

DE COS. AN. CDLV. (52)

DEinceps Cn. Fulvium & L. Cornelium Scipionem Conſules prodit *Caſſiodorus* & *Livius*: Maximum & Scipionem *faſti Siculi*. Cn. Fulvius ex *triumpho Capitolino* deſcriptus eſt. L. Cornelium Scipionem patrem eſſe arbitror

(50) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 453.
Olymp. CXX. Anno I.
Ante Ær. Chr. 300.
M. APPULEJUS PANSA.
M. VALERIUS CORVUS, ſive CORVINUS V. } Coſs.
Ita ex faſtis Cuſpiniani, & Siculis Sigonius, Pighius, & Almelovenius. Faſti Cuſpiniani iidem ſunt, qui Anonymi Noriſiani.

(51) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 454.
Olymp. CXX. Anno II.
Ante Aer. Chr. 299.
M. FULVIUS PAETINUS Conſ.
T. MANLIUS TORQUATUS Conſ. Hoc in Mag. mortuo ſuffectus eſt.
M. VALERIUS CORVUS VI. Conſ.
Ita ex Livio, Caſſiodoro, & faſt. Siculis Sigonius, Pighius, & Almelovenius.

(52) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 455.
Olymp. CXX. Anno III.
Ante Ær. Chr. 298.
L. CORNELIUS SCIPIO.
CN. FULVIUS CENTUMALUS. } Coſs.
Ita ex Livio, Caſſiodoro, & faſt. Cuſpiniani Sigonius, Pighius, & Almelovenius.

bitror L. Cornelii L. F. Cn. N. Scipionis, Conſulis anno CDXCIV.

De triumpho Cn. Fulvii Centumali Cos. de Samnitibus & Etruſcis.

CN. Fulvium Centumalum Maximum Conſulem de Samnitibus & Etruſcis triumphaſſe, reperio ſcriptum *Capitolinis tabulis*. Quod admirationem movere poteſt; quia *Livius* à Scipione Conſule rem in Etruſcis geſtam ſcribit, nulla triumphi ejus facta mentione. Cn. autem Fulvium bene re geſta de Samnitibus triumphaſſe, quibus bellum indictum erat, quod Lucanis ſociis Rom. quos ad ſocietatem armorum perlicere non poſſent, arma intulerant, ac fines eorum populati erant.

DE COS. AN. CDLVI. (53)

HIc annus Conſules habuit Q. Fabium Maximum IIII. P. Decium Murem III. Porro autem Q. Fabium non petentem, ac recuſantem Conſulem factum, ſcribit *Livius*. Eadem nomina ſunt etiam apud *Caſſiodorum*: cognomina in *faſtis Siculis*. Samnites cum Etruſcis arma conjunxiſſe, fama fuit. Etruſcis autem quieſcentibus, cum Samnitibus ab utroque Conſule proſpere pugnatum eſt.

DE COS. AN. CDLVII. (54)

L. Volumnius de plebe, Ap. Claudius ex patribus Conſul in hunc annum factus: qui priore Conſulatu inter ſe item comparati fuerunt. *Livius*, & *Caſſiodorus*. In *faſtis* etiam *Siculis* eſt Claudius & Violens. *Cicero* autem in Catone auctor eſt, inter duos Ap. Cæci Conſulatus annos decem interfuiſſe. Hoc anno Fabius & Decius, prorogato in ſex menſes imperio, multa Samnitum oppida ceperunt: ſunt tamen quidam qui novorum Conſulum eam gloriam faciant: alii non amborum, ſed alterius L. Volumnii, cui Samnium provincia evenerat: is certe in Samnio atque in Etruria, cum ad Claudium collegam ſecum exercitu contuliſſet, proſpere pugnavit.

DE COS. AN. CDLVIII. (55)

DEinceps ſubſequutos Conſules eſſe Q. Fabium V., P. Decium IIII., qui jam duobus Conſulatibus & cenſura collegæ fuerant, auctor eſt *Livius*, & *Caſſiodorus*: Rullum & Murem *faſti Siculi*. Quorum Conſulum meminit etiam in an. DXXXIX. *Livius* cum ait; Referebant ſenes, ſic Maximum Rullum cum P. Decio ad bellum Gallicum Conſules declaratos. *Valerius* lib. V., Fabium Rullianum V. Conſulem memorat. *Plutarchus* hunc Q. Maximi cunctatoris *Πρόπαππον* vocat, & quinquies Conſulem fuiſſe, ac triumphos clariſſimos egiſſe. *Livius* à M. Valerio, A. Cornelio Cos. hunc eſſe annum XLVI. ait, in quo à noſtra ſupputatione diſcedit.

De devotione P. Decii Cos. IIII. & triumpho Qu. Fabii Max. Cos. V. de Samnitibus, Etruſcis & Gallis.

HOc anno Conſules Q. Fabius & P. Decius ad bellum profecti ſunt, quod Samnites, Galli, Etruſci, & Umbri, collatis armis, graviſſimum inferebant: cum autem audiſſent apud hoſtes Samnitibus & Gallis delegatam pugnam, inter ipſum certamen Etruſcos Umbroſque caſtra Romana oppugnare juſſos; Cn. Fulvio, ut ex Faliſco; L. Poſtumio, ut ex Vaticano agro exercitum ad Cluſium admoveant, ſummaque ope fines hoſtium depopulentur, ſcribunt. Ita Etruſcis ad ſuos fines tutandos revocatis, Samnites Galloſque in agro Sentinati juſto certamine provocant, in quo cum equitatus Romanus à Gallis, quibus oppoſitus erat Decius, in fugam verteretur, Decius exemplum patris ſequutus, qui bello Latino ad Veſerim ſe pro populo Rom. devoverat, adhibito M. Livio Pontifice, pariter ſe devovit, & morte ſua populo Rom. victoriam tradidit. Fabius caſtris Samnitum captis, atque Egnatio hoſtium duce interfecto, Gallos à tergo circumventos cæcidit. Hæc *Livius*; qui idem paulo poſt adjicit, ita; Magna ejus diei, quo in Sentinati agro bellatum, fama eſt, etiam vero ſtanti, ſed ſuperjecere quidam augendo fidem; qui in hoſtium exercitu peditum XL. millia CCCXX. equitum ſex millia, mille carpentorum ſcripſere fuiſſe; ſcilicet cum Umbris Tuſciſque, quos & ipſos pugnæ affuiſſe, & ut Romanorum quoque augerent copias, L. Volumnium Proconſulem ducem Conſulibus, exercitumque ejus legionibus Conſulum adjiciunt. In pluribus annalibus duorum ea Conſulum propria victoria eſt. Q. Fabius Deciano exercitu relicto in Etruria, ſuis legionibus deductis ad urbem, de Gallis Etruſciſque & Samnitibus triumphavit: milites triumphantem ſequuti ſunt. De iiſdem populis triumphatum eſſe, ſcriptum eſt etiam in *tabulis Capitolinis*: quamquam in libro de viris illuſtribus proditum eſt, Q. Fabium tertio de Gallis, Umbris, Marſis, & Tuſcis triumphaſſe, nulla Samnitum facta mentione. Devotionem Decianam, & victoriam Fabianam, omnes hiſtorici, *Oroſius*, *Florus*, *Cicero* in II. de finib. & in Catone, memoriæ mandarunt.

DE COS. AN. CDLIX. (56)

INſequuti deinceps Conſules ſunt L. Poſtumius Megellus, M. Atilius Regulus, auctor

(53) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 456.
Olymp. CXX. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 297.
Q. FABIUS MAXIMUS RULLIANUS IV. } Coſs.
P. DECIUS MUS III. }
Ita ex Livio, Caſſiodoro, & faſt. Siculis Sigonius, Pighius, & Almelovenius.

(54) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 457.
Olymp. CXXI. Anno I.
Ante Ær. Chr. 296.
L. VOLUMNIUS FLAMMA VIOLENS II. de Plebe. } Coſs.
AP. CLAUDIUS CÆCUS II. Patricius. }
Ita ex Livio, Caſſiodoro, & faſtis Siculis Sigonius, Pighius, & Almelovenius.

(55) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 458.
Olymp. CXXI. Anno II.
Ante Ær. Chr. 295.
Q. FABIUS MAXIMUS RULLIANUS V. } Coſs.
P. DECIUS MUS IV. qui pro ſalute Reip. ſe devovit, ut ejus Pater. }
Ita ex Livio, Caſſiodoro, & faſt. Siculis Sigonius, Pighius, & Almelovenius.

(56) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 459.
Olymp. CXXI. Anno III.
Ante Ær. Chr. 294.
L. POSTUMIUS MEGELLUS II. } Coſs.
M. ATILIUS REGULUS. }
Ita ex Livio, Caſſiodoro, & faſt. Siculis Sigonius, Pighius, & Almelovenius.

ctor *Livius* & *Caſſiodorus*: utrumque ex *Capitolino* ipſo eorum *triumpho* deſcripſi; in Conſulatu enim tantum exſtant parva fragmenta cognominum Megelli & Reguli; quæ expreſſa ſunt in *faſtis Siculis*.

De Cenſoribus, & Luſtro XXX.

CEnſores hoc anno Luſtrum XXX. condidiſſe, ſcriptum eſt in *tabulis Capitolinis*. *Livius* horum meminit in anno ſequenti, ita; Luſtrum conditum eſt eo anno à P. Cornelio Arvina, & C. Marcio Rutilo Cenſoribus. Idem tamen, qui in inſequentem annum Luſtrum rejecit, hoc anno de C. Marcio loquens, patrem nominat ejus qui tunc Cenſor erat, ex quo intelligi poteſt, Cenſores hoc anno fuiſſe illos quidem, at poſtero Luſtrum feciſſe. Idem *Livius* hos Cenſores viceſimos ſextos à primis, & Luſtrum hoc undeviceſimum numerat. Ex quo perſpici licet, aliquot nos Cenſores ſcriptoris ejus incuria amiſiſſe. Quod autem in *Capitolinis tabulis* hoc Luſtrum XXX. ſit, non XIX. ut à *Livio* ſcribitur, obſcura cauſa eſt. Ego, niſi in numerorum notis XXIX. & XIX. menda ſit, Luſtra eum undecim prætcrire, alios ſequurum annales, putaverim. Ceterum ut C. Marcius poſtea Cenſorinus appellatus ſit, in ſecunda ejus cenſura dicemus.

De triumphis L. Poſtumii Megelli Cos. de Samnitibus & Etruſcis, M. Atilii Reguli Cos. de Volſonibus & Samnitibus.

L*Ivius* affert diverſas horum de Conſulum triumphis ſententias. Ejus à nobis verbis expoſitis, facile quid ipſe, quid ceteri ſenſerint, apparebit. Re ab ambobus Conſulibus in Samnitibus geſta, Atilius, inquit, comitiorum cauſſa Romam profectus eſt, cui de triumpho agenti, negatus honos, & ob amiſſa in Samnio ſeptem millia militum & tercentos, & quod captivos ſine pactione ad Luceriam in Apulia ſub jugum miſiſſet. Poſtumius re primum in Samnitibus, poſt in Etruſcis bene geſta, auxilio Tribunorum pl. trium, contra ſeptem Tribunorum interceſſionem & repugnantem Senatum vix triumphavit: obſtabat enim quod tardius ab urbe valerudinis cauſſa exiſſet, & quod injuſſu Senarus ex Samnio in Etruriam tranſiſſet. Hujus tamen anni parum conſtans memoria eſt. Poſtumium auctor eſt Claudius in Samnio captis aliquot urbibus, in Apulia fuſum fugatumque, ſaucium ipſum cum paucis Luceriam compulſum; ab Atilio in Etruria res geſtas, eumque triumphaſſe. Fabius ambos Conſules in Samnio, & ad Luceriam res geſſiſſe ſcribit; traductumque in Etruriam exercitum: ſed ab utro Conſule, non adjecit: & ad Luceriam utrimque multos occiſos. Hæc *Livius*, ex *Capitolinis tabulis* apparet, L. Poſtumio de Samnitibus & Etruſcis, M. Atilio de Volſonibus & Samnitibus triumphum eſſe decretum: ita ut ille & in Samnio, & in Etruria; hic, & in Samnio, & in Apulia ad Luceriam (hos enim Volſones vocant) rem geſſerit. M. Atilium Regulum Conſulem æquo Marte cum Samnitibus pugnaſſe ſcribit *Zonaras*.

DE COS. AN. CDLX. (57)

IN hunc annum Conſules fuerunt L. Papirius Curſor, & Sp. Carvilius, auctore *Livio* & *Caſſiodoro*: Curſor & Maximus *faſtis Siculis*. *Lapis Capitolinus* Papirii L. F. Sp. N. Curſoris meminit; quem Papirium *Livius* L. Papirii Curſoris quinquies Conſulis filium tradit. De iis ſic *Plinius* libro VII. Princeps Romanis ſolarium horologium ſtatuit ante duodecim annos, quam cum Pyrrho bellatum eſt, ad ædem Quirini L. Papirius Curſor, cum eandem dedicaret à patre ſuo votam; ut à Fabio Veſtali proditur. Sp. Carvilii Q. F. Maximi meminit *Livius* in anno CDLV. in quem annum eum ædilem curulem profitetur. Ita etiam *Capitolinæ tabulæ*. Eundem ſcribit *Velleius* lib. II. equeſtri loco narum, & novum hominem ad ſummos honores populi Rom. ſuffragiis perveniſſe.

De triumphis L. Papirii Curſoris, & Sp. Carvilii Max. Conſulum de Samnitibus.

HOc anno L. Papirius Cos. Samuitium exercitum, qui jurejurando obſtrictus, qio majore conſtantia virrutis pugnaret, ad bellum venerat, fudit, atque ingentem victoriam peperit. Itaque de triumpho ejus ſic ſubjicit *Livius*; Papirius Conſul de Samnio exercitum deduxit, venienti Romam triumphus omnium conſenſu delarus eſt: triumphavit in Magiſtraru inſigni (ut illorum temporum erat) triumpho. Idem triumphus eſt etiam inter *Capitolinos*, & apud *Zonaram*. De Carviliano autem triumpho ita *Livius*: Sp. Carvilius re primum in Samnitibus, poſt in Etruria bene geſta, Faliſcis annuis induciis datis, ad triumphum deceſſit, ut minus clarum de Samnitibus, quam collegæ triumphus fuerat, ita cumulo Etruſci belli æquatum. De eodem ſic *Plinius* lib. XXXIV. Fecit & Sp. Carvilius Jovem qui eſt in Capitolio, victis Samnitibus ſacrata lege pugnantibus. Eundem Sp. Carvilium de Samnitibus triumphaſſe, inciſum eſt in *tabulis Capitolinis*. Pecuniam tantum in ærarium intuliſſe ſcribit *Zonaras*.

DE COS. AN. CDLXI. (58)

INſequens annus Conſules habuit Q. Fabium Gurgitem, D. Junium Brutum Scævam, teſte *Livio* & *Caſſiodoro*: Junium Brurum, & Q. Fabium Maximum *Zonara*; Maximum & Scævam *faſtis Cuſpiniani*; Brutum & Maximum *Siculis*; Fabium Q. Maximi Rulliani quinquies ante Conſulis filium *Livius*, *Plinius* lib. VII. *Capitolinæ tabulæ*, & *Zonaras* prodiderunt. Brutum D. Junii Bruti Scævæ filium eſſe opinor, Conſulis anno CDXXVIII.

De

(57) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 460.
Olymp. CXXI. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 293.
L. PAPIRIUS CURSOR. } Coſs.
SP. CARVILIUS MAXIMUS. }
Ita ex Livio, Caſſiodoro, & faſt. Siculis Sigonius, Pighius, & Almelovenius.

(58) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 461.
Olymp. CXXII. Anno I.
Ante Ær. Chr. 292.
Q. FABIUS MAXIMUS GURGES. } Coſs.
D. JUNIUS BRUTUS SCÆVA. }
Ita ex Livio, Caſſiodoro, faſt. Siculis, & Cuſpin. Sigon. Pigh. & Almelov.

De re geſta cum Samnitibus & Faliſcis.

HOrum Conſulnm res geſtæ apud *Livium* exciderunt: quo nos eas diligentius ex aliis annalibus conquiſitas afferemus: ſic igitur ſcriptum eſt in II. Hiſtoriarum *Zonaræ*: Cum Samnites & Faliſci Romanorum opibus, vel peſtilentiæ cauſſa, qua civitas laborabat, vel Conſulum, quos, ut pacatis temporibus, non ex virtute delegerant, contemptis moviſſent, Romani Carvilium Junio Bruto, Q. Fabio Maximum Rullianum patrem legatum decreverunt. Ac Brutus quidem Faliſcis victis, & eorum & aliorum Tuſculorum agros popu- B latus eſt: Fabius autem, cum educere ſine patre Roma copias, quod Samnites Campanum agrum populabundos iniſſe audierat, properaſſet, atque in ſpeculatores quoſdam hoſtium incidiſſet, ut eos pedem referentes vidit, exercitum univerſum hoſtium fugientem ratus, ut ad ſe univerſæ rei gloriam ante patris adventum traheret, manum conſerere feſtinavit. Incompoſito vero profectus agmine, atque in confertos delapſus hoſtes, cum univerſo exercitu cæſus fuiſſet, niſi nox ſuperveniſſet: multi tamen poſt periere; cum neque medicorum, neque aliarum opportunitatum copia eſſet; quod ſpe victoriæ momento temporis comparandæ, poſt ſe impedimenta reli- C quiſſent. Samnites autem eos poſtridie univerſos cæcidiſſent; niſi Fabium imperatoris patrem adventare rati, receſſiſſent. Quibus rebus Romam nuntiatis, populus Rom. indignatus, Conſulem ad ſupplicium ab exercitu revocavit. Pater autem ejus ſenex, rebus ſuis, & familiæ ſuæ geſtis commemoratis, cum idem filium ſuum nihil majorum ſuorum dignitate alienum facturum eſſe promitteret, atque cladem acceptam in ætatem transferret, populum placavit; & cum filio egreſſus, Samnites victos caſtris exuit: agriſque vaſtatis, prædam, quæ magna erat, partim in ærarium intulit, partim militibus diſtribuit. Hæc *Zonaras*. Quæ eadem ab *Eutropio* video confirmari his ver- D bis; Samnites reparato bello Q. Fabium Maximum vicerunt, tribus millibus hominum occiſis: poſtea cum pater ei Fabius maximus legatus datus fuiſſet, & Samnites vicit, & plurima eorum oppida cepit: & ab *Oroſio* his; Fabius Gurges Conſul, male adverſus Samnites pugnavit: namque commiſſo prœlio, victus in urbem refugit. Itaque cum Senatus de * immovendo eo deliberaret, pater Fabius Maximus ignominiam filii deprecatus, legatum ſe filio iturum ultro obtulit; ſi illi depellendæ ignominiæ, & gerendi iterum belli facultas daretur: qua impetrata, prœlioque conſerto, cum ſubito pugnantem filium Conſulem, inſiſtente Pontio Samnitium duce, & infeſtis ho- E ſtium telis concluſum videret, in medium ſe agmen pius ſenex equo vectus intulit. Quo facto permoti Romani tota ibi incubuere acie, donec ipſum ducem Pontium deleto hoſtili exercitu victum oppreſſumque * viderunt. Cæſa ſunt in eo prœlio Samnitium viginti millia, capta quatuor millia cum rege ſuo; tandemque Samniticum bellum, quod per XLIX. annos multa Romanorum clade trahebatur,

(59) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 462.
Olymp CXXII. Anno II.
Ante Ær Chr. 291.
L. POSTUMIUS MEGELLUS III.
C. JUNIUS BRUTUS BUBULCUS.

A capti ducis deſtitutione finitum eſt. Hinc etiam illa ſunt apud *Valerium* capite. De inſtitutis; Q. Fabius Maximus quinquies Conſul, vir jampridem ſummæ auctoritatis, & tunc ultimæ ſenectutis, à filio Conſule invitatus, ut inter ſe & lictorem procederet, ne hoſtium Samnitium turba, ad quorum colloquium deſcendebant, elideretur, id facere noluit. Quod autem *Valerius* addit; *Idem à Senatu legatus miſſus ad filium Conſulem Sueſſam*: turpem ejus *αὐτοψίαν* oſtendit; cum id Fabio Verrucoſſo contigerit, non Rulliano: auctores omnes.

DE COS. AN. CDLXII. (59)

B CUm ex hoc Conſulatu *Livii* libri X. intercidérint, quem locupletiſſimum auctorem hujus hiſtoriæ hucuſque habuimus, jamque maximis prope annalium præſidiis deſtituti ſimus, *Dionyſii*, *Diodori*, & *Livii*; nemo eſt qui non intelligat, quantum nobis ſit in poſterum laborandum in his magiſtratuum ac triumphorum tabulis & confirmandis & perficiendis. Itaque abhinc *Caſſiodoro* & *Siculis faſtis* in primis auctoribus utemur in annis per Conſules digerendis: neque vero interea, ſi quid ab aliis nobis adjumenti ſuppeditabitur, rejiciemus. In hunc igitur annum creatos Conſules eſſe L. Poſtumium, & C. Junium, C ſcribit *Caſſiodorus*; quorum cognomina, Megellum & Brutum Bubulcum, ne *faſti* quidem *Cuſpiniani* & *Siculi* omiſerunt. Itaque *Livius* libro XXVIII. horum ita meminit; L. Poſtumius Megellus interrex, iis comitiis quæ ipſe habuit, cum C. Bubulco creatus eſt. L. Poſtumius ex binis ſuperioribus Conſulatibus deſcriptus eſt. C. Junius, filius eſt (ut puto) C. Junii C. F. C. N. Bruti Bubulci Conſulis anno CDXL. Conſulibus bis quæ provinciæ obvenerint, incompertum eſt. Nam Fabio Gurgiti pro Conſule prorogatum in Samnites imperium eſt. Poſtumius autem Conſul quietam videtur ſortitus eſſe provinciam; quod milites in agris colendi cauſſa habuerit: qua D de re ſequenti anno damnatus eſt. Sic enim ſcriptum eſt in *Epitoma Livianarum* XI. L. Poſtumius Conſularis, quoniam, cum exercitui præeſſet, opera militum in agro ſuo uſus eſſet, damnatus: & apud *Suidam*. Poſtumius duobus Conſulatibus, & generis ſplendore elatus, cum collegam plebejum eſſet nactus, in eum ſuperbius ſe geſſit, & milites in agro habuit. Collegam autem plebejum, opinor, Brutum intellexit. Cum civitas peſtilentia laboraret, miſſis legatis, ut Æſculapii ſignum Romam ab Epidauro transferrent, anguem, qui ſe in navem eorum contulerat, in quo ipſum numen eſſe conſtabat, deportavere; eoque in inſulam Tiberis egreſſo, eodem loco E ædes Æſculapii conſtituta eſt. *Epitoma* XI. *Valerius* capite de miraculis.

De triumpho Qu. Fabii Maximi Gurgitis Procos. de Samnitibus.

HOc anno, qui eſt ab U. C. CDLXII. Maximum triumphaſſe, *fragmenta* triumphorum *Capitolina* indicant: is autem eſt Q. Fa-

Deficientibus hic Livii libris decem Sigonius, Pighius, & Almcloventus Caſſiodorum, & faſtos Siculos, & Cuſpiniani ſectantur, qui hoc anno hos eoſdem Conſules ponunt.

Fabius Maximus Gurges; qui priore anno Conſul, rem bene cum Samnitibus, patre adjuvante, geſſit, atque hoc anno de iis Procos. triumphavit: ſiquidem ſcriptum eſt apud *Zonaram*, victoria Fabiana de Samnitibus Romam nuntiata, & patri honorem habitum, & filio imperium in alterum annum, ut pro Conſule bellum gereret, prorogatum: patrem autem, qui & tum legatus erat, omnia, ita tamen ut à filio geſta viderentur, adminiſtraſſe: quin etiam in *Epitoma* XI. invenio, Fabium filium, conſiliis & opera patris ſui adjutum, cæſis Samnitibus triumphaſſe; C. Pontium Samnitium imperatorem, ductum in triumpho, ſecuri percuſſiſſe: & apud *Valerium* hæc ſunt; Fabius Rullianus, quinque Conſulatibus ſumma cum gloria peractis, legatus ire Fabio Gurgiti filio, ad bellum difficile & periculoſum conficiendum, gravatus non eſt. Idem triumphantis currum equo inſidens ſequi, quem ipſe parvulum triumphis ſuis geſtaverat, in maxima voluptate poſuit.

DE COS. AN. CDLXIII. (60)

IN hunc annum Conſules edit *Caſſiodorus* P. Cornelium Rufinum, M'. Curium Dentatum: pro quibus invenio in *faſtis Siculis* Maximum III. & Murem VI. quos in annum CDLXXXVIII. rejiciendos puto. Horum autem meminit *Plinius* lib. VII. cum inquit; P. Cornelius Rufus, qui Cos. cum M'. Curio fuit, dormiens, oculorum viſum amiſit: & *Vellejus* primo; Sabinis, inquit, ſine ſuffragio data civitas Curio & Rufino Cos. *Eutropius* item M'. Curium Dentatum, & P. Cornelium Rufinum in hunc annum Conſules commemorat. Rufini porro Conſulis meminit & *Plutarchus* in Sylla. *Cicero* in Catone, M'. Curium Conſulatum quinquennio cepiſſe poſt Decii filii devotionem ſcribit. P. Cornelius, filius (ut puto) fuit P. Cornelii Rufini, dictatoris an. CDXIX. Curium *Dentatum* inde appellatum tradit *Plinius* lib. VII. quod cum dentibus natus eſſet. Idem ex quarto *Capitolino triumpho* deſcriptus eſt.

De re geſta cum Samnitibus, Lucanis, & Sabinis; & triumphis Rufini & Curii Conſulum.

HOc anno cum Samnitibus, Lucanis, & Sabinis, acie dimicatum eſt. Samnites veteres hoſtes erant: Lucanos & Sabinos, alios aliæ ad bellum cauſſæ, ſed parum nobis compertæ, incitarunt. Triumphaſſe autem Curium de omnibus, Rufinum de Samnitibus, verbis ſcriptorum expoſitis, demonſtrabo. *Eutropius*; Deinde P. Cornelius Rufinus, M'. Curius Dentatus, Conſules ambo contra Samnites miſſi, ingentibus prœliis eos confecere: tum bellum cum Samnitibus per annos XLIX. geſtum ſuſtulerunt: & in *epitoma* XI. Curius Dentatus Conſul, Samnitibus cæſis, & Sabinis, qui rebellaverant, victis, & in deditionem acceptis, bis in eodem magiſtratu triumphavit. *Cicero* etiam in Catone, Curium de Samnitibus, Sabinis, & Pyrrho, ſcribit triumphaſſe. Sed de Pyrrho paulo poſt. *Appulejus* item Apologia prima, M'. Curium ter triumphum una porta egiſſe, de Samnitibus, de Sabinis, de Pyrrho ait. *Plutarchus* denique in Catone majore, Curium ſcribit ter triumphaſſe. Nam ab eo etiam in Sabinis rem proſpere geſtam eſſe, oſtendit *Florus*, cum ait: Populus R. à Latinis aggreſſus eſt gentem Sabinorum; qui immemores factæ ſub T. Tatio affinitatis, quodam contagio belli ſe Latinis adjunxerant: ſed Curio Dentato Conſule, omnem eum tractum, qua Nar ambit, fonteſque Velini Adriatico tenus mari, igne ferroque vaſtavit: qua victoria tantum hominum, tantum agrorum redactum in poteſtatem, ut in utro plus eſſet, ne ipſe quidem poſſet exiſtimare qui vicerat: & *Oroſius*, cum inquit; Cum Sabinis Curio Conſule bellum geſtum eſt; ubi quot millia hominum interfecta, quot capta ſint, ipſe Conſul oſtendit, qui, cum in Senatu magnitudinem acquiſiti agri Sabini, & multitudinem capti populi referre vellet, numerum explicare non potuit. De eodem Curio in Sabinis ſic *Frontinus* libro primo; M'. Curius adverſus Sabinos, qui ingenti exercitu conſcripto; relictis finibus ſuis noſtros occupaverant, occultis itineribus manum miſit; quæ deſolatos agros eorum vicoſque per diverſa incendit. Sabini ad arcendam domeſticam vaſtitatem receſſerunt. Curio contigit & vacuos infeſtare hoſtium fines, & exercitum ſine prœlio avertere, ſparſumque cædere. Hinc etiam eſt quod *Cicero* libro IIII. epiſt. ad Att. Lacum Velinum à M'. Curio monte interciſo in Nar emiſſum ait: & quod Sabinis hoc anno civitatem datam ſine ſuffragio ſcribit *Vellejus*. Eundem porro Curium eodem anno cum Lucanis ſecundo prœlio decertaſſe, inde intelligi poteſt, quod de iis ovans urbem ingreſſus eſt: quod ex libro De viris illuſtribus liquet, in quo ita eſt; M'. Curius Deutatus primo de Samnitibus triumphavit, quos uſque ad mare ſuperum pacavit: regreſſus, in concione dixit; Tantum agri cepi, ut ſolitudo futura fuerit, niſi tantum hominum cepiſſem; tantum porro hominum cepi, ut fame perituri fuerint, niſi tantum agri cepiſſem. Iterum de Sabinis triumphavit: tertio de Lucanis ovans introivit urbem. Hunc autem auctorem ſequutus, ovationis etiam memini, ut poſt, cum de Pyrrho triumphavit, quartum triumphaverit: quemadmodum in *Capitolino* ejus *triumpho* inciſum eſt. Hoc autem tempore bellum geſtum eſſe cum Lucanis, docet etiam *Epitoma* XI. in qua ſic ſcriptum eſt; Res adverſus Lucanos geſtas continet; contra quos auxilium Tyrrhenis ferre placuerat. Significat autem, Romanos Tyrrhenorum cauſſa bellum ſuſcepiſſe contra Lucanos, ut ante Campanorum cauſſa contra Samnites. Bellum autem Lucanum, eodem anno quo & Tarentinum & Samniticum, qui poſt arma conjunxerant, eſt confectum. Hoc eſt autem tempus illud quo M'. Curius ad focum ſedens, aurum offerentibus Samnitibus aſpernatus eſt; & malle ſe aurum habentibus imperare, quam aurum habere dixit: auctor *Cicero* in Catone. *Plinius* lib. X. cap. V. *Plutarchus* in Catone majore, & in Apophthegmatis: quamquam *Athenæus* aurum oblatum à Sabinis tradit libro decimo. Hæc de triumphis Cu-

(60) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 463.
Olymp. CXXII. Anno III.
Ante Ær. Chr. 290.

P. CORNELIUS RUFINUS. } Coſs.
M'. CURIUS DENTATUS. }
Ita ex Eutropio, & Caſſiodoro Sigonius, Pighius, & Almeloveenius.

Curii. Rufini autem triumphi obſcurior multo memoria eſt : eum vero tradit *Plinius* lib. XXXIII. eap. XI. cum ait ; Propter quinque pondo notatum à cenſoribus triumphalem ſenem, fabuloſum jam videtur : ſenem enim triumphalem vocat Rufinum ; quem poſt ab Æmilio Fabricioque cenſoribus notatum eadem cauſſa, in eorum exponenda cenſura oſtendemus. Adjiciam illud hoc loco, Samnites hoc demum anno bello fractos pacem petiiſſe, & cum iis fœdus quarto renovatum eſſe ; de quo fœdere ſcriptum eſt in Epitoma XI. ante res Curii geſtas, ut puto, præpoſtere : ſiquidem *Eutropius* bis demum etiam Conſulibus bellum Samniticum ſublatum eſſe teſtis eſt : neque veriſimile videtur, eos aut tam cito de fœdere deceſſuros, aut per tot annos ſine fœdere novo quieturos fuiſſe : ſiquidem novem poſt annis eoſdem cum Tarentinis defeciſſe conſtat.

DE COS. AN. CDLXIV. (61)

M. Valerius, Q. Cædicius, deinceps Conſulatum ineunt auctore *Caſſiodoro*: quorum cognomina, CORVINUS & NOCTUA, ut ſunt in *faſtis Cuſpiniani*, ſic in *Siculis* prætereuntur. Eſt autem Corvinus, M. Valerii Corvi, qui jam ſexies Conſul fuit, ſine dubio filius : Noctua Cædicii cognomen : quem Cædicium patrem eſſe arbitror Q. Cædicii Q. F. Q. N. Conſulis anno CDXCVII. Hoc (ut opinor) anno TRIUMVIRI CAPITALES primum creati : de quibus ſcriptum eſt in *Epitoma* XI. Per hos annos quieſcentibus Samnitibus, ſæpius cum Vulſinienſibus & Lucanis pugnatum ; verum quibus Conſulibus, aut quo eventu, parum compertum eſt. Hoc autem declarant verba *Epit.* XI. hæc ; Res contra Vulſinienſes & Lucanos geſtas continet.

De cenſoribus, & Luſtro XXXI.

HOc anno Cenſores fuiſſe, cum quinquennale ſpatium docet, tum verba *Epitomæ* XI. in qua poſt Curianum triumphum eſt ita ; Cenſus actus eſt : Luſtrum conditum : cenſa ſunt civium capita CCXXIII. millia. Cenſores qui fuerint, parum exploratum eſt, fuiſſe autem M'. Curium cum L. Papirio, conſentaneum eſt, de quibus ſic ſcripſit *Frontinus* in libro de aquæ ductibus : Vetus Anio, poſt annos XL. quam Appia aqua perducta eſt, anno ab U. C. CCCCLXXXIX. M'. Curius Dentatus, qui cenſuram cum L. Papirio Curſore geſſit. Anionis, qui nunc dicitur Vetus, aquam perducendam in urbem ex manubiis de Pyrrho captis curavit, Sp. Carvilio, L. Papirio Cos. Scriptor autem libri de viris illuſtribus ſic ; Curius aquam Anienem manubiis hoſtium in urbem induxit. Videtur autem hic eſſe *Frontini* ſenſus ; Curium Carvilio & Papirio Cos. aquam ex manubiis Pyrrhi fortaſſe duumvirum perduxiſſe, cum multo ante cum L. Papirio Cenſor fuiſſet : fit enim Curii duumviri apud eundem mentio. Nam ſi in eum Conſulatum hos Cenſores rejiciamus, L. Papirium Conſulem & Cenſorem eodem anno faciemus. Luſtrum autem non hoc anno, ſed poſtero conditum, ut in multis aliis animadverti, puto.

DE COS. AN. CDLXV. (62)

CAſſiodorus Conſules ſubrogatos in hunc annum ſcribit Q. Marcium, P. Cornelium ; eos credo, qui anno CDXLVII. collegæ fuerunt ; quorum cognomina Tremulus & Arvina exſtant in *faſtis Cuſpiniani* & *Siculis*. Conſulum provinciæ quæ fuerint, excidit : cum Lucanis tamen & Vulſinienſibus interea bellatum eſſe, ante oſtendimus.

DE COS. AN. CDLXVI. (63)

INſequens annus Conſules habuit, auctore *Caſſiodoro*, M. Marcellum. Sp. Nautium, Marcellum & Rutilum *faſtis Siculis* & *Cuſpiniani*. Marcellum filium eſſe puto M. Claudii Marcelli, Conſulis anno CDXXII. Sp. Nautium, Sp. Nautii Sp. F. Sp. N. Rutili, Conſulis an. CDXXXVI. Et horum Conſulum res geſtæ deſiderantur.

DE COS. AN. CDLXVII. (64)

M. Valerium, C. Ælium, Conſules prodit in hunc annum *Caſſiodorus*. Eorum cognomina ſunt in *faſtis Cuſpiniani*, Maximus & Pætus ; Siculis, Potitus & Pætus.

De

(61) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 464.
Olymp. CXXII. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 289.
M. VALERIUS MAXIMUS CORVINUS.
Q. CÆDICIUS NOCTUA. } Coſs.
Ita ex Caſſiodoro, & faſtis Cuſpiniani, ſive Anonymi Noriſiani Sigon. Pigh. & Almelov.

(62) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 465.
Olymp. CXXIII. Anno I.
Ante Ær. Chr. 288.
Q. MARCIUS TREMULUS II.
P. CORNELIUS ARVINA II. } Coſs.
Ita ex Caſſiodoro, faſtis Siculis, & Anon. Noriſiani Sigon. Pigh. & Almelov.

(63) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 466.
Olymp. CXXIII. Anno II.
Ante Ær. Chr. 287.
M. CLAUDIUS MARCELLUS.
C. NAUTIUS RUTILUS. } Coſs.
Ita ex Caſſiodoro, faſtis Siculis, & Anon. Noriſ. Sigonius, Pighius, & Almelovenius. His Conſulibus Pighius ponit Q. Hortenſium Dictatorem dictum, ſed dubitat de anno, nempe an hoc, an ſequenti. Nos cum Sigonio ſtatuimus in ſequenti.

(64) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 467.
Olymp. CXXIII. Anno III.
Ante Ær. Chr. 286.
M. VALER. MAXIMUS POTITUS.
C. ÆLIUS POETUS. } Coſs.
Ita ex Caſſiodoro, & faſtis Græcis, (hoc eſt Siculis) & faſtis Cuſpiniani, ſive Anon. Noriſiani Sigonius, Pighius, & Almelovenius cum Petavio.

Hoc ipſo anno :
Q. HORTENSIUS DICTATOR.
. . . . MAG. EQU. cujus nomen ignoratur.
Mortuo in Magiſtratu Q. Hortenſio, ex Pighii opinione ſuffectus eſt.
Q. FABIUS MAXIMUS RULLIANUS DICTATOR III.
L. VOLUMNIUS FLAMMA VIOLENS MAG. EQU.
Panvinius Q. Hortenſio Dictatori dat Magiſtrum Equitum M. Livium Dentrem, ſed dubiis nititur conjecturis.
Hoc autem anno, & non antecedenti hos Dictatores fuiſſe dictos, ut putat Pighius, ſtant pro nobis præter Sigonium etiam Panvinius & Petavius, qui hoc putant contigiſſe anno U. C. 468 juxta M. Varronem, qui idem annus coincidit cum anno U. C. 467. juxta faſtos Capitolinos.

De tertia ſeceſſione plebis, & Q. Hortenſio dictatore.

PEr hos annos Populum R. ab externis diſficilibus bellis quieviſſe, ſeditione autem domeſtica laboraſſe, exiſtimo. Hujus rei ſeceſſionem plebis in montem Janiculum, habeo teſtem; quæ hoc certe triennio facta eſt, cujus ſeditionis ſedandæ cauſſa Q. Hortenſium dictatorem creatum invenio: verum quibus potiſſimum Conſulibus, exploratum non habeo. Illud vero dubium non eſt, quin poſt Luſtrum conditum dictus ſit: ſiquidem poſt ejus mentionem ita ſcriptum eſt in *Epitoma* XI. Plebs propter æs alienum, poſt graves & longas ſeditiones, ad ultimum ſeceſſit in Janiculum: unde à Q. Hortenſio dictatore deducta eſt, iſque in ipſo Magiſtratu deceſſit. Adjicit *Zonaras*, ſeditionem hoc tempore lege de novis tabulis à Tribunis plebis promulgata, & à creditoribus impedita, excitatam eſſe; neque ante compoſitam, quam hoſtes urbem invaſerint. De eadem re ſic ſcribit *Auguſtinus* libro tertio de civitate Dei; Poſt graves & longas Romanorum ſeditiones, ad ultimum plebs in Janiculum hoſtili diremptione ſeceſſit, cujus mali tam dira calamitas fuit, ut ejus rei cauſſa dictator creatus Hortenſius ſit: qui plebe revocata, in eodem Magiſtratu exſpiravit; quod nulli dictatori ante contigerat. Idem etiam legem in boc Magiſtratu tuliſſe dicitur, de qua ſcriptum eſt apud *Plinium* libro XVI. Q. Hortenſius dictator, cum plebs ſeceſſiſſet in Janiculum legem in Eſculeto tulit, ut quod ea juſſiſſet omnes Quirites tenerent. Unde ſcriptum eſt in primo libro *Inſtitutionum*, Plebeſcita lege Hortenſia lata, non minus quam leges valere cœpiſſe, qua de re *Gellius* etiam lib. XV. cap. XXVII. Hæc autem lex lata ante fuerat à Q. Publilio dictatore anno CDXIV., ſed forte non obſervata. Magiſtri equitum certum nomen, neque aliud quicquam de tanto plebis motu invenire potui.

DE COS. AN. CDLXVIII. (65)

CAſſiodorus Conſules ſuggerit C. Claudium, M. Æmilium: Caninam & Lepidum *faſti Siculi* & *Cuſpiniani*; quorum illud Claudii, hoc Æmilii cognomen eſt. Horum Conſulum res geſtæ ignorantur. Bruttios tamen boc tempore cum Lucanis & Etruſcis ad arma excitos hortatu Tarentinorum, ſequentibus annis explanandis docebo.

DE COS. AN. CDLXIX. (66)

C. Servilium, L. Cœlium Conſules edit in bunc annum *Caſſiodorus*. Cœlium tamen ego puto eſſe mendoſe pro Cæcilio. *Cicero* enim novam gentem Cœliam vocat, & paucis ante ſe annis Conſulatum adeptam, pro Murena, cum ait; Quamquam ego putabam, Judices, multis viris fortibus ignobilitas ne objiceretur, meo labore eſſe perfectum: qui

A non modo Curiis, Catonibus, Pompejis, antiquis illis fortiſſimis viris, novis hominibus; ſed bis recentibus, Mariis, Didiis, Cœliis commemorandis jacebunt. Intelligit autem M'. Curium Dentatum, M. Porcium Catonem, Q. Pompejum, C. Marium, T. Didium, C. Cœlium Caldum; qui primi ex ſuis Conſulatum ceperunt. C. autem Cœlius anno DCLIX. Conſul factus eſt. In *faſtis Siculis* cognomina horum ſunt Δίττων & Τύκων; utrumque, ut puto, mendoſe. *Dentrem* enim legendum exiſtimo; quod, ut Liviorum, ſic etiam Cæciliorum fuiſſe accepimus, alii *Tuccam* Servilio cognomen adjiciunt.

B *De Cenſoribus.*

QUinquennium abſolutum poſtulat ut in bunc annum Cenſores referantur, de quibus tamen nihil accepimus. Conjecturæ autem ſi dandus locus eſt, alter ex his fuit Sp. Carvillius C. F. C. N. Maximus, vir Conſularis ac triumphalis; quem *Vellejus* lib. II. ad cenſuram etiam evectum à populo Rom. cum equeſtri eſſet loco natus, ſignificat. Luſtrum tamen ab bis factum non eſſe, ex ſequentibus Luſtris apparet. Collegæ ejus patricii nomen ne colligere quidem divinatione poſſumus.

C *De bello Gallico, & Senonico, & L. Cæcilio Cos. Cæſo.*

HOc anno Gallos Senonas bellum, quo funditus deleti ſunt, excitaſſe, inde intelligi poteſt, quod & *Polybius* poſt decimum annum quam à Fabio V. Conſule victi fuerant, arma moviſſe ait; & quod id bellum L. Cæcilio duce, qui & in eo cecidit, geſtum fertur; quem hoc anno Conſulem fuiſſe accepimus. Neque vero me movent verba *Oroſii*, qui poſtero anno, Dolabella & Domitio Conſulibus, illata à Gallis arma inquit: exarſiſſe enim tum bellum, quod hoc anno ſuſceptum eſt, puto. De cauſſis porro hujus
D belli, ſcriptum eſt ita in *Epitoma* XII. Cum legati Romanorum à Gallis Senonibus interfecti eſſent, bello ob id Gallis indicto, L. Cæcilius prætor cum legionibus ab iis cæſus eſt, & *Oroſius*; Dolabella & Domitio Conſulibus, Lucani, Bruttii, Samnites quoque, cum Etruſcis & Senonibus Gallis facta ſocietate, eum redivivum contra Romanos bellum molirentur, Romani ad exorandos Gallos miſere legatos, quos cum Galli interfeciſſent, Cæcilius prætor ob ulciſcendam legatorum necem, & comprimendum multorum hoſtium impetum cum exercitu miſſus, ab Etruſcis Galliſque oppreſſus interiit, ſeptem Tribuni mil. cæſi; multi nobiles trucidati:
E XIII. millia militum Rom. ibi bello proſtrata ſunt. *Polybius* autem aliquanto ſecus; qui Lucium ante cæſum quam legatos violatos ait. Poſt decimum (inquit) annum, quam cum Gallis ad Cluſium pugnatum eſt, iidem comparato ingenti exercitu in Etruria Arretium obſident. Romani cum Arretinis auxilio

(65) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 468.
Olymp. CXXIII. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 285.
C. CLAUDIUS CANINA. } Coſs.
M. ÆMILIUS LEPIDUS. }
Ita ex Caſſiodoro, faſtis Siculis, & Anon. Noriſ. Sigonius, Pighius, & Almelovenius.

(66) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 469.
Olymp. CXXIV. Anno I.
Ante Ær. Chr. 284.
C. SERVILIUS TUCCA. } Coſs.
L. CÆCILIUS METELLUS DENTER. }
Ita ex Caſſiodoro, faſtis Siculis, & Anon. Noriſ. Sigonius, Pighius, & Almelovenius.

A lio veniſſent, non longe ab urbe acie conflixerunt, in qua pugna ſuperati ſunt, Lucio duce amiſſo M'. Curium in ejus locum ſuffecere. Hic ſtatim legatos in Galliam ad redimendos captivos miſit; quos violato jure gentium Galli interfecere. Reliqua in poſterum annum referenda exiſtimo. Ex his apparet, bellum Gallicum hoc anno initum, & L. Cæcilio Conſule, ut conſentaneum eſt, non prætore geſtum; & in ejus locum M'. Curium Cnnſulem eſſe ſubrogatum.

DE COS. AN. CDLXX. (67)

P. Cornelium Dolabellam, Cn. Domitium Conſules ſuggerit *Caſſiodorus*: Dolabellam
B & Calvum *faſti Cuſpiniani*: Dolabellam Maximum *Siculi*. Maximum autem Dollabellæ cognomen putant quidam: quod ex Gallici belli parta laude ſibi videtur comparaſſe. Hic eſt autem Cn. Domitius Cn. F. Calvinus, cujus ædilis curulis meminit *Livius* in anno CDLV. Horum Conſulum alii etiam meminerunt, ut *Oroſius*.

De re geſta cum Gallis à P. Dolabella Coſ. & triumpho ejus.

Gallici belli perfecti decus penes Dolabellam Conſulem fuiſſe, nemo eſt qui ne-
C get. Significat hoc *Eutropius*, cum ait; Interjectis aliquot annis, iterum ſe Gallorum copiæ contra Romanos Tuſcis Samnitibuſque junxerunt, ſed cum Romam tenderent, à P. Cornelio Dolabella Conſule deletæ ſunt. Significat & *Florus*, cum inquit; Poſt aliquot annos, omnes reliquias Gallorum in Etruria ad lacum Vadimonis Dolabella delevit; ne quis exſtaret in ea gente, qui incenſam à ſe Romam urbem gloriaretur. Unde inquit etiam *Polybius*; Romani novo delectu habito, in Galliam penetrant. Quibus cum Senones Galli occurrerent, magno prœlio victi ſunt: iiſque è regione pulſis Romani Senam urbem eorum coloniam deducunt. Boji autem, cum dele-
D tos Senones intelligerent, & ſuis rebus timerent, advocatis Etruſcis, exercitum adverſus Romanos eduxerunt; atque ad lacum Vadimonis congreſſi, pleriſque Etruſcis cæſis, ipſi vix evaſerunt. Quæ cum ita ſint, quamquam triumphaſſe Dnlabellam Conſulem nemo tradit, tamen quin tam glorioſa parta victoria triumpharit, neminem dubitare poſſe opinor. Hac enim victoria ab Aeſi fluvio, quondam Italiæ termino, uſque ad Rubiconem, Italiæ fines producti ſunt. Ad hoc etiam bellum illa pertinere exiſtimo, quæ ſunt apud *Suetonium* in Tiberio; *Livius* Druſus hoſtium duce Druſo cominus trucidato, ſibi poſteriſque ſuis cognomen invenit. Traditur etiam pro prætore
E ex provincia Gallia retuliſſe aurum, Senonibus olim in obſidione Capitolii datum, nec (ut fama eſt) extortum à Camillo.

DE COS. AN. CDLXXI. (68)

C. Fabricium, Q. Æmilium Conſules ſubjicit *Caſſiodorus*; Luſcinum & Papum *Siculi faſti*. Horum autem ſic meminit *Cicero* in Lælio; Videmus Papum Æmilium C. Luſcino familiarem fuiſſe: ſic à patribus accepimus, bis una Conſules, & Collegas in Cenſura. Præterea C. Fabricii, & Q. Æmilii Papi meminit etiam *Valerius* capite de paupertate. Æmilium mendoſe Paulum vocat *Plutarchus* in Parallelis. Pater eſt L. Æmilii Q. F. Cn. N. Papi, Conſulis anno DXXVIII. C. Fabricius deſcriptus eſt ex ſecundo ipſius Capitolino Conſulatu.

De triumpho C. Fabricii Luſcini Coſ. de Etruſcis & Gallis.

C. Fabricium priore hoc Conſulatu triumphaſſe, ex *Capitolinis fragmentis* colligo, primum quia eundem Conſulem iterum, triumphaſſe iterum ſcriptum eſt: deinde, quia veſtigia exſtant etiam prioris triumphi; nam ſyllabæ illæ EISQUE, quæ ſunt proxime ante triumphum Q. Marcii Conſulis, ſine dubio pertinent ad C. Fabricium, qui Conſul Q. Marcium Conſulem præcedit. Triumphaſſe autem Fabricium ſcripſi de Etruſcis Galliſque, quod *Polybius* anno poſtquam ad lacum Vadimonem cum Etruſcis Boji deleti fuerant, eoſdem novo delectu habito arma moviſſe, atque victos pacem petiiſſe à Romanis tertio ante Pyrrhi in Italiam adventum anno ſcribit: ut ex eo intelligi poſſit, ne Bojos quidem atque Etruſcos clade priore perculſos, hoc anno otium habuiſſe. In *Epitome* quidem XII. etiam ſcriptum eſt, adverſus Bruttios & Lucanos & Etruſcos, aliquot prœliis à compluribus ducibus bene eſſe pugnatum.

DE COS. AN. CDLXXII. (69)

Deinceps ſequuti ſunt Conſules Q. Marcius cum L. Æmilio: auctor *Caſſiodorus*. Horum alter, Philippus; alter, Barbula nominatus eſt: quod ex *faſtis Siculis*, & eorum *triumphis Capitolinis* intelligi poteſt, ex quibus uterque deſcriptus eſt. Marcio Etruſci, Æmilio Tarentini obvenerunt.

De triumpho Qu. Marcii Philippi Coſ. de Etruſcis.

Q. Marcium Philippum Conſulem de Etruſcis triumphaſſe ſcriptum eſt in *tabulis Capitolinis*: cujus triumphi mentionem nemo facit: ad hunc tamen pertinent hæc verba *Epitomæ* XII. Adverſus Lucanos, Bruttios, & Etruſcos, res à compluribus ducibus bene geſtæ. Adde, quod *Jornandes* ſcribit, nondum Etruſco bello confecto cum Tarentinis bellari cœptum.

De

(67) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 470.
Olymp. CXXIV. Anno II.
Ante Ær. Chr. 283.
P. CORNELIUS DOLABELLA MAXIMUS. } Coſs.
CN. DOMITIUS CALVINUS. }
Ita ex Caſſiodoro, & faſt. Siculis, & Anon. Noriſ. Sigonius, Pighius, & Almelovenius.

(68) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 471.
Olymp. CXXIV. Anno III.
Ante Ær. Chr. 282.
C. FABRICIUS LUSCINUS. } Coſs.
Q. ÆMILIUS PAPUS. }
Ita ex faſt. Siculis, & Caſſiod. Sigonius, Pighius, & Almelovenius.

(69) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 472.
Olymp. CXXIV. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 281.
L. ÆMILIUS BARBULA. } Coſs.
Q. MARCIUS PHILIPPUS. }
Ita ex Caſſiodoro, & faſtis Siculis Sigonius, Pighius, & Almelovenius.

De Bello Tarentino, & Regis Pyrrhi.

BEllum autem Tarentinum, inter Romana bella nobiliſſimum, hoc anno initum eſt; eum priore anno cauſſam, *Oroſio* auctore, habuiſſet, quæ apud *Zonaram* ita narratur; Cum Tarentini maximum adverſus Romanos bellum Gallorum, atque Etruſcorum conciſſent, neque ipſi tamen arma cepiſſent, caſu evenit ut bello graviſſimo cauſſam dederint. Nam cum L. Valerius claſſis præfectus Tarentum, quam ſociam eſſe Civitatem rebatur, acceſſurus eſſet, ut inde, quo mittebatur, iret, Tarentini ex conſcientia ſcelerum ſuorum, eum adverſus ſe veniſſe ſuſpicati, ipſum nihil hoſtile metuentem adorti, cum multis aliis demerſerunt. Qua re Romæ cognita, Romani, etſi hanc injuriam graviſſimo animo tulerunt, tamen per legatos cum eis queſti ſunt: quibus non modo nihil æqui reſponſum eſt, ſed etiam contumelia illata, L. Poſtumii Legatorum Principis veſte ſordibus inquinata. Ea cauſſa fecit ut bellum L. Æmilio Conſuli ſit decretum: qui cum eo veniſſet, idoneis verbis animos eorum tentavit; ratus eos pacem facile æquis conditionibus accepturos: ſed in magna civium diſſenſione, cum ſeniorum ac locupletiorum animi ad pacem, juniorum ac tenuiorum ad bellum inclinarent, juniorum ſententia vicit. Suis autem diffiſi viribus, Pyrrhum Epirotam, legatis & muneribus ad eum miſſis, ad belli ſocietatem accerſiverunt. Quibus rebus cognitis, Æmilius agrum populatus eſt; eoſque in aciem egreſſos in fugam vertit; ut oppida quædam etiam ceperit. Cum autem captivos diligenter curaret Æmilius; & aliquot etiam ex potentioribus dimiſiſſet, Tarentini & humanitatem ejus admirati, & in ſpem pacis impetrandæ erecti, Agidem Romanis amicum cum ſummo imperio ducem creaverunt. Qui cum vix Magiſtratum iniſſet, Cineas legatus à Pyrrho præmiſſus advenit, atque pacis omnia conſilia diſturbavit. Etenim Pyrrhus, cum ingenii facilitate, tum diſciplina ac rerum uſu præſtans, maxima Græciæ parte vel beneficiis vel metu ſibi adjuncta, Tarentinorum ſocietatem rationibus ſuis accommodatam futuram exiſtimans, cum jampridem Siciliam, Carthaginem, & Sardiniam affectaret, & tamen cum Romanis inire inimicitias vereretur, ſe iis auxilio futurum eſſe ſpoponderat. Sed ne in Romanorum ſuſpicionem incideret, ſtatim ſe domum redituirum eſſe oſtendit; & in fœdere excepit, ne diutius quam opus eſſet, ab eis in Italia detineretur. Hæc pactus, majorem legatorum partem, ut in colligendis militibus operam navaturos, obſidum loco retinuit; paucos & Cineam cum exercitu præmiſit. Quorum adventu confirmati Tarentini, pace repudiata, imperium Agidi abrogatum, uni legatorum detulerunt. Neque multo poſt Milo à Pyrrho cum copiis miſſus, arcem eorum ad Pyrrhum recipiendum occupavit, & muros ſibi cuſtodiendos aſſumpſit: id quod gratum Tarentinis fuit: quod neque in præſidiis eſſe, neque laborem militarem quemquam ſuſcipere coge-

A rentur. Itaque cibaria præbuerunt, & Pyrrho pecuniam miſerunt, Æmilius, qui ad id tempus in agro erat, Pyrrhi militum adventu percepto, cum hiberna incommoda tolerare non poſſet, in Apuliam abire ſtatuit. Sed cum Tarentini, anguſtis quibuſdam faucibus occupatis, per quas ei neceſſario tranſeundum erat, iter ei ſagittis, jaculis, & ſundis interclusiſſent, captivos eorum, quos ſecum ducebat, oppoſuit. Illi vero veriti, ne ſuos pro Romanis conficerent, deſtiterunt. Hæc *Zonaras*. Eadem belli cauſſa ſcripta eſt in *Epitoma* XII. ita; Cum à Tarentinis claſſis Romana direpta eſſet, duumviro, qui præerat claſſi, occiſo, legati ad eos à Senatu, ut de
B injuriis quererentur, miſſi, pulſati ſunt: ob id bellum iis indictum eſt. Samnites defecerunt. Eadem apud *Florum*. *Valerius* autem capite De inſtitutis, Legatum Romanum non pulſatum, ſed urina reſperſum ſcribit. *Livius* præterea libro XXXI., cum Tarentinis Samnitem, & Bruttium, & Lucanum defeciſſe tradit.

DE COS. AN. CDLXXIII. (70)

P. Valerium cum Ti. Coruncanio Conſulem in poſterum annum prodit *Caſſiodorus*: Lævinum & Coruncanium *faſti Siculi*. Valerio Lævinum cognomen addunt item *Florus*,
C *Oroſius*, *Eutropius*, *Epitome*: omnes demum præter *Plutarchum*; qui Λ'αβῖνον habet pro Λαιβῖνον. Ti. Coruncanius ex *triumpho Capitolino* deſcriptus eſt. Valerio Tarentini, Coruncanio Etruſci, quæ duæ hoc tempore Conſulares provinciæ erant, obtigerunt.

De re geſta cum Pyrrho à P. Lævino Coſ.

HOc anno ineunte, Pyrrhum in Italiam veniſſe opinor: ſcribit enim *Zonaras*, eum non exſpectato vere, cum maximo & lectiſſimo exercitu, & viginti elephantis, (quæ animalia non ante in Italia conſpecta, admirationem ac terrorem hominibus attule-
D runt) profectum, dum Jonium trajiceret, fœdiſſima tempeſtate multis amiſſis, ceteris diſſipatis, vix pedeſtri itinere Tarentum perveniſſe. Quod idem ſignificat *Pauſanias* in Atticis, cum ait; Primus in Italiam Rex Pyrrhus trans mare Jonium adverſus Romanos exercitum tranſportavit, à Tarentinis accitus; qui priore anno ſuſcepto cum Romanis bello, ſuis ſe id ſuſtinere viribus poſſe diffidebant: cum maximum Tarentinorum erga Pyrrhum beneficium exſtaret, quod eum Corcyrenſium bello implicatum claſſe adjuverant. Venit ergo in Italiam Pyrrhus P. Lævino Conſule: quod etiam indicat *Plinius* libro VIII. cum ait; anno Urbis conditæ CDLXXII. Ita-
E liam primum elephantos vidiſſe Pyrrhi bello: & *Polybius*, cum inquit, Gallis pacem datam tertio ante Pyrrhi in Italiam adventum anno. De Pyrrhi porro adventu loquuntur omnes hiſtoriæ, *Plutarchi*, *Juſtini*, *Eutropii*, alii. Res autem adverſus eum à Lævino Conſule geſtas, his prope verbis narrat *Zonaras*: Cum Tarentum Pyrrhus perveniſſet, juventutem Ta-

(70) *Hoc eſt:* Anno ab U. C. 473.
Olymp. CXXV. Anno I.
Ante Ær. Chr. 280.
P. VALERIUS LÆVINUS. } Coſſ.
TIB. CORUNCANUS. }

ita ex Caſſiodoro, & faſtis Siculis Sigonius, Pighius, & Almelovenius, qui male addit Coruncano cognomen *Nepotis*; ut conſtat ex Pighio, qui quidem alterius Tiberii Nepotem hunc facit, ſed non hoc iſti cognomen adſcribit.

Tarentinam conſcriptam copiis ſuis inſeruit; ne ſeorſum inſtructi, novis rebus ſtuderent; ac theatrum clauſit, ne eo convenientes aliquid molirentur; & conviviorum comeſſationumque uſum interdixit: juvenes autem in armis exerceri, aut totos dies in foro agere juſſit. Ut autem quoſdam harum rerum moleſtia ſe ſubducere animadvertit, ſuos portis, ne eos exire paterentur, præfecit. His igitur rebus, & commeatu ſuppeditando, & ſatellitibus ejus intra ædes ſuas recipiendis oneratos Tarentinos pœnituit, cum dominum, non ſocium Pyrrhum experirentur. Ille vero, ne ad Romanos inclinarent veritus, eos qui gerendæ Reipublicæ, & tractando populo idonei erant, partim per cauſſas aliquas in Epirum ad filium miſit, partim clam ſuſtulit: Ariſtarchum vero, ſummum apud illos virum, & ſumma eloquentia præditum, ſibi conciliavit, ut ob ſuam familiaritatem populi in ſuſpicionem incideret. Sed cum ei nihilominus fidem à populo haberi videret, eum in Epirum ire juſſit: qui adverſari non auſus, conſcendit ille quidem; ſed Romam profectus eſt. Quæ cum Tarenti agerentur, Romani, Pyrrhi adventu anxii, tum quod Italiam infeſtam haberent, tum quod illum rei militaris peritum firmiſſimum adducere exercitum fama erat, delectibus habitis, coactaque pecunia, ſociorum oppida præſidiis firmant, ne illi quoque deficerent: & quos novis rebus ſtudere ſenſerunt, eorum principes multarunt. Contra Pyrrhum vero ac Tarentinos, eorumque ſocios, Valerium Lævinum miſerunt, parte exercitus in urbe præſidii cauſſa retenta. Is ſtatim Roma profectus eſt, ut bellum quam longiſſime à patria gereret, & terrorem Pyrrho incuteret, qui ab iis ultro laceſſeretur, quorum ſe mœnia oppugnaturum arbitrabatur, ac motis caſtris, munitum atque opportunum in Lucanis oppidum cepit, ac præſidium reliquit, ne illi hoſtibus eſſe adjumento poſſent. Pyrrhus, Lævini adventu cognito, eductis copiis, tempus terere, dum auxilia conveniſſent, cupiens, literas ad Lævinum miſit ſuperbas; quibus ſe litis, quæ inter Romanos ac Tarentinos eſſet, arbitrum fore profeſſus eſt, atque Lævinum ea de cauſſa ad ſe accivit. Cui Lævinus ſe cum toto exercitu venturum ad pœnas de Tarentinis atque ipſo repetendas, reſpondit. Atque ita properans caſtris interjecto flumine poſitis, ſpeculatores aliquot comprehendit; quos per caſtra circumductos, cum ſe multo majorem alium habere exercitum gloriaretur, dimiſit. Quo facto perculſus Pyrrhus, pugnam detrectavit, tum quod ſocii ejus nondum conveniſſent, tum quod Romanos in hoſtili agro re frumentaria laboraturos ſperabat. Eadem Lævinus quoque reputans, confligere quamprimum ſtatuit, & quia milites Pyrrhi famam & elephantes timebant, convocato exercitu, & longa oratione ad confirmandos militum animos habita, ita ſe parat ut cum Pyrrho vel invito pugnaturus, qui quamvis à pugna abhorreret, tamen ne Romanos formidare videretur, & ipſe milites ſuos ad pugnam cohortatus, Lævinum flumen juxta caſtra transire conantem prohibuit. Is igitur cum peditatu ibi ſe continens, equitibus per ſpeciem prædæ petendæ ablegatis, mandat ut longe provecti trajiciant. Qui cum ex improviſo terga hoſtium invaſiſſent, & ordines turbaſſent, Lævinus flumine ſuperato, prœlium & ipſe init. Sed Pyrrhus dum ſuis fugientibus ſuccurrit, equo ex vulnere amiſſo periiſſe putabatur: unde Epirotis animi imminuti ſunt, Romanis creverunt, mutata prœlii facie. Qua re Pyrrhus intellecta, veſtem inſignem dat Megacli induendam; eumque paſſim circumvehi jubet; ut ſe vivere arbitrati hoſtes terrerentur, ſui confirmarentur: ipſe privati hominis habitu cum toto exercitu, elephantis exceptis, in Romanos invehitur; & ubique laborantibus ſuccurrens, ſuos ſublevat. Pugna igitur initio anceps fuit; donec quidam Megacle occiſo, Pyrrhum ſe occidiſſe ratus, effecit ut idem & alii crederent. Tum vero & Romanis aucti ſunt animi, & hoſtes ceſſerunt. Quod cum Pyrrhus ſenſiſſet, abjecto pileo, & nudato capite circumiens, pugnæ fortunam mutavit, & cum Lævinus equites, quos extra aciem in inſidiis habebat, à tergo in hoſtes incurrere juſſiſſet, ſignum elephantis dedit. Ibi ex inuſitato belluarum conſpectu, & horrendo barritu, armorumque ſonitu, quem qui in turribus ferebantur, edebant, tum Romani perterriti ſunt; tum equi perturbati, ſeſſores paſſim excutientes, partim vehentes, fugerunt. Itaque fractis animis in fugam verſi, partim ab iis qui in elephantorum turribus erant, occidebantur, partim ab ipſis belluarum proboſcidibus & cornibus ſeu dentibus conficiebantur, partim pedibus earum conterebantur. Multos etiam equites inſequuti occiderunt, neque evaſiſſet quiſquam, niſi elephantus vulneratus regrediens, barritu ſuo ceteros diſturbaſſet. Nam cum ea de cauſſa Pyrrhus perſequendi finem feciſſet, Romani flumine ſuperato, in oppidum quoddam Apuliæ pervenerunt. Multi tamen ex Pyrrhi militibus & ducibus ceciderunt, quare cum ei quidam victoriam gratularetur. Si iterum, inquit, ita vicerimus, actum de nobis erit, & Romanos quamvis victos admiratus, ſi eis imperaret, ſe Orbis terrarum imperio facile potiturum affirmavit. Ex ea victoria magnam laudem adeptus eſt, & multi ad eum defecerunt. Sociis, cum veniſſent, ob moram nonnihil caſtigatis, partem ſpoliorum dedit. Qui Romæ erant, ob acceptam cladem mœſti, Lævino ſupplementum miſerunt; & Tiberio ex Etruria revocato, urbem præſidiis firmarunt; nam Pyrrhum ad eam tendere audierant. Lævinus vero ſauciis curatis, & diſperſis recollectis, acceptiſque miſſis ab urbe militibus, Pyrrhum perſequutus eſt; & Capuam, cujus illum potiendæ cupidum eſſe audierat, defendit. Quo conſilio fruſtratus Pyrrhus, Neapolim receſſit, quam cum occupare non poſſet, Romam properans, ac per Etruriam tranſiens, ut eam quoque ſibi gentem adjungeret, ubi eos cum Romanis fœdus percuſſiſſe didicit, & Tiberium ſibi obviam ire, Lævinum à tergo ſequi, ne ab eis in regione ignota circumveniretur, extimeſcens, longius non eſt progreſſus. Ut vero recedenti, & Campaniæ fines ingreſſo, Lævinus cum exercitu multo majore, quam ante habuerat, ſe oſtendit: Hydræ inſtar, inquit, Romanorum legiones cædendo renaſcuntur, & aciem inſtruxit ille quidem, verum prœlio abſtinuit. Nam cum ſuos milites clypeos haſtis pulſantes clamorem tollere, & claſſica canere, & elephantos barrire juſſiſſet, ut Romanos ante congreſſum perterrefaceret: illi autem multo ferocius reclamaſſent, ut ipſius milites conſternarentur; pugnare, auſpicia infauſta cauſ-

ſatus,

ſitus, noluit: ac motis caſtris Tarentum rediit. Hæc ex *Zonara*. Eadem alii, ſed brevius; & maxime in Pyrrho *Plutarchus*; Pyrrhum, ubi P. Lævinum Conſulem adverſus ſe exercitum adducere, atque una Lucanorum agros vaſtare accepit, non exſpectatis ſociis, caſtra in eum moviſſe, præmiſſo præcone, qui Romanos moneret, ſi de controverſiis cum Italis diſceptare jure quam armis mallent, ſe eos uti arbitro poſſe, pugnatum præterea ab his eſſe in Campania inter Pandoſiam & Heracleam urbes ad flumen Sirim; ibique victis ac pulſis Romanis, maxime elephantorum inuſitata tum apud eos pugna, Pyrrhi haud incruentam victoriam fuiſſe. Poſt autem cum Samnitium, Bruttiorum, Lucanorumque ſociorum copiæ acceſſiſſent, cum propius Romam populabundum caſtra admoviſſe, ac Præneſte uſque veniſſe, inde Romanis novo delectu habito occurrentibus, iterum in Campaniam ſe recepiſſe. Itaque in *Epitoma* XIII. ſic ſcriptum eſt; Pyrrhus Epirotarum Rex, ut auxilium ferret Tarentinis, in Italiam venit. Cum in præſidium Rheginorum legio Campana cum præfecto Decio Jubellio miſſa eſſet, occiſis Rheginis, Rhegium occupavit. Valerius Lævinus Conſul parum proſpere adverſus Pyrrhum pugnavit, elephantorum maxime inuſitata facie territis militibus. Poſt id prœlium cum corpora Romanorum, qui in acie ceciderant, Pyrrhus inſpiceret, omnia verſa in hoſtem invenit; populabundusque ad urbem Romam proceſſit. Et apud *Frontinum* libro III. Valerius Lævinus adverſus Pyrrhum, occiſo quodam gregali, tenens gladium cruentum, exercitui utrique perſuaſit, Pyrrhum interemptum, quamobrem hoſtes, deſtitutos ſe ducis morte credentes, conſternati à mendacio, ſe pavidi in caſtra receperunt. Et libro IV. P. Valerio Conſuli Senatus præcepit, exercitum ad Sirim victum ducere Serinum; ibique caſtra munire, & hiemem ſub tentoriis exigere. Hoc eodem anno C. Fabricium legatum à Senatu ad Pyrrhum Tarentum de captivis redimendis miſſum, ſummo in honore ab eo habitum, captivos ſine pretio à Pyrrho remiſſos, ſcribit *Zonaras*. Qua de re ita eſt in *Epitoma* XIII. ſcriptum; C. Fabricius miſſus ad Pyrrhum à Senatu, ut de redimendis captivis ageret, fruſtra, ut patriam deſereret, à Rege tentatus eſt. Captivi ſine pretio remiſſi ſunt. Hæc eadem *Plutarchus*, *Oroſius*, *Eutropius*, *Florus*, *Juſtinus*; *Ennius* apud *Ciceronem* libro primo de Officiis. Quin etiam eodem hoc anno à Pyrrho Cineam legatum Romam de componenda pace miſſum, auctor eſt *Zonaras*; eundem muneribus nobilium animis tentatis, in Senatum veniſſe; atque expoſita Regis in eum voluntate, pacem petiiſſe, ad quam cum major pars Senatus inclinaret, Appium Cæcum ſe lectica in curiam deferri juſſiſſe, & eam frequenti Senatu diſſuaſiſſe; atque ex ejus ſententia Cineam eodem die urbe abire à Senatu juſſum, Pyrrho Regi bellum indictum: captivos vero militari ignominia notatos; cum iis neque contra Pyrrhum uſi ſint, neque uſquam alibi univerſis, ne quid conjuncti rerum novarum molirentur; ſed alios in alia præſidia dimiſiſſe. Ex quo apparet, locum illum *Ciceronis* in Catone, in quo ait, Ap. Cæcum eam ſententiam dixiſſe decem & ſeptem poſt alterum Conſulatum annos, ita intelligendum eſſe, ut extremos etiam annos comprehendamus, & eum quo Conſul Appius fuit, & eum quo pacem diſſuaſit. Hac de re item *Plutarchus* in Pyrrho, & *Florus*. Illud novi eſt in *Epitoma*; Cineam egiſſe ut pacis componendæ cauſſa Rex in Urbem reciperetur.

De Triumpho Ti. Coruncanii Cos. de Vulſinienſibus.

TI. Coruncanium Conſulem de Vulſinienſibus & Vulcientibus triumphaſſe, nemo eſt qui tradat præter *Capitolinos ſcriptores*. Rem quidem geſtam à Tiberio Conſule in Etruria, & fœdus cum Etruſcis ictum tradit *Zonaras*. Ex quo intelligi poteſt, Coruncanium Conſulem reliquias Etruſcæ victoriæ, Vulcientibus & Vulſinienſibus domitis, ac pace illis data, confeciſſe, neque enim Etruſci belli poſt ulla per aliquot annos mentio fit. Hinc etiam Caſtrum & Coſſam per hos annos in Etruria colonias deductas in *Epitomis* legimus. Addo etiam, Coruncanium triumphalem à *Vellejo* libro II. extremo ſignificari.

De Cenſoribus, & Luſtro XXXII.

CEnſores hoc anno creatos, ex quinquennalibus ſequentibus Luſtris opinor. Auget hanc opinionem, quod in *Epitoma* XIII. poſt pacis, quam cum Pyrrho Ap. Claudius diſſuaſit, mentionem, ſic ſcriptum eſt; Cn. Domitius Cenſor primus è plebe Luſtrum condidit: cenſa ſunt civium capita CCLXXVIII. millia CCXXII. Ego vero Cn. Domitium Calvinum eſſe arbitror, qui Conſul fuit anno CDLXX. Conſularem enim quærimus qui Cenſor factus ſit. Ut autem C. Marcius primus è plebe Cenſor fuit, ſic hic primus è plebe Cenſor Luſtrum fecit. Domitii collega, ſi conjecturis ſtandum eſt, fuit Q. Fabius Maximus Gurges Conſularis; quem *Plinius* lib. VII. principem Senatus appellat. Principem autem Senatus legi, qui ex cenſoriis vetuſtiſſimus eſſet, moris fuiſſe ante II. bellum Punicum, prodit *Livius*. Accedit quod patricius & plebejus Cenſores comparantur; quod his temporibus factitabatur.

DE COS. AN. CDLXXIV. (71)

DEinceps P. Sulpicium cum P. Decio Conſules ſuggerit *Caſſiodorus*: Saverrionem & Murem *faſti Siculi*. P. Decium P. Decii, qui ſe Samnitico & Gallico bello devovit, filium fuiſſe, auctor eſt *Cicero* lib. II. De finibus, & in Tuſculanis diſputationibus. P. Sulpicium P. Sulpicii Saverrionis filium eſſe arbitror, qui Conſul fuit anno CDXLIX. Utrique Tarentinum & cum Pyrrho bellum decretum.

De

(71) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 474.
Olymp. CXXV. Anno II.
Ante Ær. Chr. 279.

P. SULPICIUS SAVERRIO.)
P. DECIUS MUS, qui in prœlio cum) Coſs.
Pyrrho Rege occiſus eſt.)

Ita ex Caſſiodoro, & faſtis Siculis Sigonius, Pighius, & Almelovenius.

De re geſta cum Pyrrho à Conſulibus.

QUæ Romani hoc anno cum Pyrrho geſſerint, ea his fere verbis apud *Zonaram* ſcripta eſſe invenio: Per hiemem utrinque bellum paratum eſt. Vere autem ineunte, Pyrrhus impreſſione in Apuliam facta, multa vi, multa deditione ſibi adjunxit, donec Romani ad Aſculum oppidum adverſus eum caſtra poſuerunt. Per multos autem dies utrinque, cum alter alterum metueret, otium fuit. Interea cum nonnulli rumore diſſipato, Decium ad devovendum ſe exemplo patris & avi paratum eſſe, Epirotis terrorem inferrent, quaſi ex illius obitu perituris omnibus, Pyrrhus ſuos milites hortatus eſt ne perturbarentur; indagatoque habitu, quo Decii ſe devoviſſent, monuit, ſi quem ita ornatum conſpexiſſent, ne occiderent, ſed viventem comprehenderent. Decio vero nunciari juſſit, facinus illud ei non ſucceſſurum: &, ſi vivus caperetur, male periturum eſſe minatus eſt. Cui Conſules, nulla ſibi devotione opus eſſe, reſponderunt, ſe enim alia ratione victoriam adepturos, ac trajecto flumine, quod inter utraque caſtra interjectum erat, ſigna contulerunt. Cum Græci pellerentur, Pyrrhus elephantis in auxilium, non qua falcati currus ſtabant, ſed in alteram partem adductis, equitatum Romanorum terrore belluarum ante congreſſum profligavit; ſed pedites non magno admodum detrimento affecit. Interea quidam Appuli, Epirotarum caſtra ingreſſi, Romanis victoriam attulerunt. Nam cum Pyrrhus pugnatores aliquot ad eorum impetum comprimendum miſiſſet, reliqui omnes turbati & caſtra capta eſſe, & illos fugere opinati, inclinarunt; eorumque multi cæſi ſunt. Pyrrhus ipſe, & ex præfectis alii multi vulnerati, cum ob commeatus, tum ob medicamentorum inopiam, graviter affecti ſunt. Quare, antequam id Romani ſentirent, Tarentum receſſit. Conſules etſi flumen pugnandi cauſſa tranſierant, tamen cum audiſſent hoſtes omnes diſſipatos eſſe, in urbes Appuliæ in hiberna regreſſi propter ſaucios milites, eos perſequi non potuerunt. Hæc *Zonaras*, quæ brevius *Eutropius* ita; Miſſi ſunt contra Pyrrhum duces P. Sulpicius, & P. Decius Mus Conſules: certamine commiſſo Pyrrhus vulneratus eſt; elephanti interfecti; XX. millia cæſa hoſtium: at ex Romanis tantum quinque millia: Pyrrhus Tarentum fugatus. Hoc autem in prœlio P. Decium cecidiſſe auctor eſt *Cicero* lib. II. De finibus. Quæ cum ita ſint, profecto verba hæc *Epitomæ* XIII. ad hunc annum pertinent; Iterum adverſus Pyrrhum dubio eventu pugnatum eſt. Dubio enim eventu ait, quod Rex ab una parte vulneratus, Conſul ab altera interfectus ſit; plures tamen inde quam hinc ceciderint. Poſtremo apud *Frontinum* lib. II. ſcriptum eſt, Pyrrhum pro Tarentinis apud Aſculum dextro cornu Samnitas Epirotaſque, ſiniſtro Bruttios, atque Lucanos cum Sallentinis, in media acie Tarentinos collocaſſe; equitatum & elephantos in ſubſidiis eſſe juſſiſſe: contra Conſules aptiſſime diviſis in cornua equitibus, legiones in prima acie & in ſubſidiis poſuiſſe, his immiſcuiſſe auxilia; utrinque XL. millia fuiſſe: Pyrrhi dimidiam partem exercitus amiſſam, apud Romanos quinque millia deſiderata.

DE COS. AN. CDLXXV. (72)

DEinceps C. Fabricius, Q. Æmilius Conſulatum inierunt, ut ait *Caſſiodorus*, quorum cognomina, Luſcinum & Papum, edunt *faſti Siculi*. Hi ſunt qui etiam ante collegæ fuerunt anno CDLXXI. Hos enim bis una Conſules fuiſſe ſcribit in Lælio *Cicero*. Eorundem meminit *Plutarchus* in Pyrrho, *Gellius* lib. III. & *Cicero* pro Cornelio. Cum Heraclea, inquit, fœdus ictum C. Fabricio Cos. Pyrrhi temporibus. Utrique Conſuli Tarentinum bellum decretum.

De re geſta cum Pyrrho à Conſulibus, & triumpho C. Fabricii Cos.

QUæ vero Conſules hoc anno cum Pyrrho geſſerint, ea fere, quantum ex annalibus *Zonaræ* colligitur, hæc ſunt: Pyrrhus Tarenti, quo adverſo prœlio facto receſſerat, cum alia paravit, tum milites ac pecunias domo advehi juſſit. Sed cum Fabricium & Papum Conſules in caſtra veniſſe audiſſet, ſententiam mutavit. Tum vero Nicias quidam, qui ei fidus eſſe putabatur, Conſules adiit; pollicitus ſe dolo Pyrrhum interfecturum. Quod ægre ferens Fabricius, inſidias Pyrrho indicavit, qua ille humanitate permotus, captivos iterum gratuito remiſit, atque iterum de pace legatos miſit. Cum autem Romani nihil de pace reſponderent, ſed tum denique, cum Italia exceſſiſſet, eum de pace agere juberent, in Siciliam, quo à Syracuſanis advocabatur, regreſſus eſt, Milone, qui Tarentum & reliqua Italiæ loca tueretur, relicto. Hæc *Zonaras*, quæ brevius multo video confirmari ab *Eutropio*, his verbis: Interjecto anno contra Pyrrhum Fabricius miſſus eſt, qui prius inter legatos ſollicitari non potuerat, tunc cum vicina caſtra ipſe & Rex haberent, medicus Pyrrhi ad eum nocte venit, promittens veneno Pyrrhum occiſurum, ſi ſibi aliquid polliceretur, quem Fabricius vinctum reduci juſſit ad dominum, Pyrrhoque dici quæ contra caput ejus medicus ſpondiſſet, tunc Rex in Siciliam profectus eſt, Fabricius victis Samnitibus & Lucanis triumphavit. Idem in *Epitome* XIII. ſcriptum eſt ita; Cum C. Fabricio Conſuli is qui ad eum à Pyrrho transfugerat, polliceretur, ſe Regi venenum daturum, cum indicio ad Regem remiſſus eſt: res præterea contra Etruſcos, Lucanos, Bruttios & Samnites proſpere geſtas continet. Pyrrhus in Siciliam trajecit, C. etiam Fabricium Luſcinum Conſulem ſcribit *Valerius* De miraculis, proſpere cum Bruttiis & Lucanis auxilio Martis dimicaſſe. Itaque in *tabulis* triumphali *Capitolina* eſt, unum C. Fabricium II. Conſulem, II. de Lucanis, Bruttiis, Tarentinis, & Samnitibus triumphaſſe. Ex his autem apparet, neutrum horum Conſulum cum Pyrrho ſigna contuliſſe. Ita-

(72) *Hoc eſt*; Anno ab U. C. 475. Olymp. CXXV. Anno III. Ante Ær. Chr. 278.

C. FABRICIUS LUSCINUS II.
Q. ÆMILIUS PAPUS II. } Coſs.

Ita ex Caſſiodoro, & faſtis Siculis Sigonius, Pighius, & Almelovenius.

A Itaque miror Critolaum (ut eſt in *Parallelis Plutarchi*) ſcripſiſſe, Æmilium Papum Conſulem victoria ex Pyrrho parta, elephantos Romam miſiſſe centum ſexaginta. Etenim *Plinius* auctor eſt, Romam primum elephantos vidiſſe in Curii triumpho de Pyrrho, miror etiam multo magis, *Plutarchum* pugnam ad Aſcolom, in Conſulatum Æmilii & Fabricii referre, quod videtur facere, cum ejus pugnæ poſt indicatas Pyrrho ab his Conſulibus inſidias meminerit. Sed hæc atque ejuſmodi alia graviora vitia, vel ſcriptorum negligentia, vel hiſtoriæ varietas contrahit, quale vitium illud eſt *Flori*, & ejus qui librum ſcripſit De viris illuſtribus, qui Curium Fabriciumque Conſules comparant, Æmiliumque
B prætereunt. De inſidiis porro à Conſulibus his Regi demonſtratis, quæque de ea re inter ſcriptores controverſia ſit, *Gellius* lib. III. *Plutarchus* in Pyrrho, & in Apophthegmatis, *Cicero* lib. I. De officiis, *Valerius* lib. VI.

DE COS. AN. CDLXXVI. (73)

INſequens annus auctore *Caſſiodoro* Conſules habuit P. Cornelium, C. Junium: quorum cognomina invenio in *faſtis Siculis* Rufinum & Bubulcum. P. Cornelium bis Conſulem profitetur *Gellius* lib. IV. & XVII. De hoc etiam Conſulatu idem loquitur lib. IV. cum
C ait; C. Fabricius Luſcinus P. Cornelium Rufinum, manu quidem ſtrenuum, & bellatorem bonum, ſed furacem hominem, & avaritia acri, odio habebat. Sed cum Reip. difficillimis temporibus creandi Conſules forent, & Rufinus peteret Conſulatum, competitoreſque ejus eſſent imbelles, ſumma ope adnixus eſt Fabricius ut Rufino Conſulatus deferretur: eam rem pleriſque admirantibus, Fabricius inquit, Nihil eſt quod miremini, ſi malui compilari quam venire. Idem *Cicero* lib. II. de Oratore. C. Junius ex *triumpho* ſuo *Capitolino* deſcriptus eſt. Utrique Conſuli bellum Tarentinum decretum.

De Triumpho C. Junii Bubulci Cos. de Lucanis & Bruttiis, & rebus geſtis à Conſulibus.

REs autem hoc anno à Conſulibus geſtas, his verbis memoriæ mandavit *Zonaras*: Romani per abſentiam Pyrrhi confirmatis animis, ad ulciſcendos eos à quibus accerſitus erat, converſi, Tarentinorum vindicta in aliud tempus dilata, Rufini & Junii Conſulum ductu atque auſpiciis Samnium invaſerunt. Samnites enim in aſperos montes cariſſima pignora, & pretioſiſſima quæque contulerant. Igitur Romani contemptim eo conſcendere auſi, plerique aut ceciderunt, aut capti ſunt. Ejus
E cladis culpam Conſules cum alter in alterum conferrent, bellum de communi ſententia gerere deſtiterunt: ac Junius partem Samniticæ regionis vaſtavit, Rufinus Lucanos & Bruttios afflixit; & ad Crotonem recuperandam, quæ à Romanis defecerat, profectus eſt, à familiaribus ſuis accerſitus. Sed cæteri ante adventum ejus, præſidium cui Nicomachus præerat, à Milone advocarant. Cujus rei ignarus, cum, ut ad amicorum mœnia, negligentius acceſſiſſet, ſubita hoſtium eruptione cladem accepit: deinde arte quadam urbe potitus eſt: duos enim captivos perſugarum nomine Crotonem miſit; quorum alter diceret, eum deſperata urbis expugnatione, Locros, quo à proditoribus vocaretur, diſceſſurum; alter affirmaret, eum jam in itinere eſſe: quæ oratio ut eſſet probabilior, collectis ſarcinis ſe properare ſimulavit. Id Nicomachus verum eſſe ratus, (nam ſpeculatores idem renunciabant) Crotone relicta, breviore via celeriter Locros contendit. Quo cum perveniſſet, Rufinus converſo Crotonem itinere, animadvertente nemine, quod & præter exſpectationem aderat, & nebula conſpectum eripuerat, urbem cepit. Quo Nicomachus cognito, Tarentum rediturus, cum in itinere in Rufinum incidiſſet, multos amiſit. Locri ad Romanos ſe contulerunt. Hæc *Zonaras*. De Rufino autem idem prope etiam *Frontinus* libro III. Cornelius Rufinus Conſul, cum aliquanto tempore Crotonem oppidum fruſtra obſediſſet, quod inexpugnabile faciebat aſſumpta in præſidia Lucanorum manus, ſimulavit ſe cœpto deſiſtere: captivum deinde magno præmio ſollicitatum miſit Crotonem, qui tamquam ex cuſtodia effugiſſet; perſuaſit diſceſſiſſe Romanos. Id verò Crotonienſes arbitrati, dimiſere auxilia; deſtitutique propugnatoribus, inopinati & invalidi capti ſunt. Eſt etiam in *Epitoma* XIV. quod ad hanc rem attinet, ita; Res contra Lucanos, Samnites & Bruttios proſpere geſtas continet. In *tabulis* autem *Capitolinis* tantum invenio, C. Junium Bubulcum Cos. II. de Lucanis & Bruttiis triumphum egiſſe. De Crotone item per hæc tempora capto tradit *Euſebius*.

DE COS. AN. CDLXXVII. (74)

Q. Fabium, C. Genucium Conſules ſuggerit *Caſſiodorus*: Gurgitem & Clepſinam *faſti Siculi*. Horum Conſulum ſic meminit *Oroſius*; Fabio Gurgite II. C. Genucio Clepſina Conſulibus, peſtilentia gravis urbem & fines ejus invaſit.

De P. Cornelio Rufino dictatore.

DE dictatura P. Cornelii Rufini, hæc habeo quæ dicam. *Gellius* lib. IV. & XVII. ita ſcriptum reliquit; P. Cornelius Rufinus bis Conſul, & dictatura functus, notatus eſt à Fabricio cenſore: & Valerius de cenſoria nota; Cornelius Rufinus duobus Conſulatibus & dictatura ſpecioſiſſima functus, à Luſcino cenſore eſt notatus. Hæc verba me adduxerunt ut ante cenſuram Fabricii dictaturam P. Cornelii collocarem: quamquam quo potiſſimum anno, aut qua de cauſſa dictus ille fuiſſet, parum

(73) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 476.
Olymp. CXXV. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 277.
P. CORNELIUS RUFINUS II. }
C. JUNIUS BRUTUS BUBULCUS II. } Coſs.
Ita ex Caſſiodoro, & faſt. Siculis, & Anon. Noriſ. Sigonius, Pighius, & Almelovenius.

(74) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 477.
Olymp. CXXVI. Anno I.
Ante Ær. Chr. 276.
Q. FABIUS MAXIMUS GURGES II. }
C. GENUCIUS CLEPSINA. } Coſs.
Ita ex Caſſiodoro, faſt. Siculis, & Oroſio Sigonius, Pighius, & Almelovenius.
Hoc ipſo anno ex Sigonii & Pighii conjectura:
P. CORNELIUS RUFINUS DICTATOR.
. . . . MAG. EQU. ignoratur.
Magiſtrum Equitum Pighius putat fuiſſe C. Ælium Pœtum; ſed ſilet quo fundamento.

A parum certum haberem. Quoniam autem hoc anno gravi peſtilentia civitas laboravit, videndum putavi ne clavi figendi cauſſa, ut alii ante alias dictus eſſet. Nam Auguſtinus lib. III. de civitate Dei, hanc peſtilentiam ſumma vi in homines pecudeſque ſæviſſe ſcribit. Si quis tamen certiora attulerit, & ipſe ſequar: meam conjecturam in re omnino non contemnenda ne obſcuram quidem eſſe cuiquam volui.

De Triumpho Qu. Fabii Gurgitis Cos. II. de Samnitibus, Lucanis, & Bruttiis.

B Quæ res ab his Conſulibus geſtæ ſint, nemo tradit: apparet tamen Romanos cum Samnitibus, Lucanis, & Bruttiis bellum continuaſſe, ex eo, quia in *Capitolinis tabulis* ſcriptum eſt, Q. Fabium Gurgitem in hoc Conſulatu de Samnitibus, Lucanis, & Bruttiis triumphaſſe: cui triumpho ſerviunt etiam illa *Epitomæ* XIV. verba; Res contra Lucanos, Samnites, & Bruttios proſpere geſtæ. Victoriam autem ingentem fuiſſe, inde intelligi poteſt, quod Tarentini ac Samnites rebus ſuis diffiſi, Pyrrhum ex Sicilia revocaverint.

DE COS. AN. CDLXXVIII. (75)

C Deinceps M'. Curium, L. Lentulum ſubjicit Conſules *Caſſiodorus* & *Eutropius*: Dentatum & Lentulum *faſti Siculi*. Hic eſt tertius M'. Curii Conſulatus, qui una cum Lentuli Conſulatu ex *Capitolino* hujus anni *triumpho* deſcriptus eſt. Bellum Tarentinum & Samniticum utrique Conſuli datum.

De Triumpho IV. M'. Curii Cos. de Samnitibus & Pyrrho, & L. Lentuli Cos. de Samnitibus & Lucanis.

Hoc anno reverſo in Italiam ex Sicilia Pyrrho, bellum cum eo & Tarentinis renovatum, cum Samnitibus & ſociis eorum D continuatum eſt: quod ipſum ita eſſe, expoſitis annalium verbis, facile quivis intelliget, ſcribit *Zonaras* ita; Anno inſequente Romanis, exercitu contra Samnites & Lucanos educto, belloque Bruttiis illato, Pyrrhus Sicilia pulſus, & in Italiam reverſus, permoleſtus fuit. Locros, qui Romano præſidio cæſo defecerant, recepit: ſed à Rhegii oppugnatione depulſus, & ipſe vulneratus eſt, & multos milites amiſit. Inde in Locridem profectus, quibuſdam adverſæ factionis multatis, frumentoque & pecunia à ceteris acceptis, Tarentum rediit. A Samnitibus, quos Romani graviter urgebant, in auxilium evocatus, in fu- E gam conjectus eſt. Nam cum pullus elephanti vulneratus, ſeſſoribus excuſſis, matrem paſſim quæreret; eaque perturbata, ceteri etiam elephanti conciti eſſent, omnia ſine diſcrimine immiſcuerunt. Poſtremo Romani multis occiſis, & VIII. elephantis captis, caſtris etiam potiti, vicerunt. Pyrrhus cum paucis equitibus Tarentum refugit; atque inde in Epirum, ut rediturus, Milone cum præſidio Tarenti relicto, navigavit. Hæc *Zonaras*. De quibus ſic ſcriptum eſt apud *Juſtinum*; Interjecto tempore legati ab Italicis ſociis venere, nuntiantes, Romanis reſiſti non poſſe, deditionemque futuram, niſi ſubveniat. Pyrrhus anxius tam ambiguo periculo, incertuſque quid ageret, vel quibus primum ſubveniret, in utrumque pronus conſultabat: quippe inſtantibus hinc Carthaginienſibus, inde Romanis, periculoſum videbatur exercitum in Italiam non trajicere; periculoſius, à Sicilia deducere; ne aut ille, non lata ope; aut hi, deſerti amitterentur. Itaque conſerto prœlio cum ſuperior fuiſſet, quoniam tamen à Sicilia abiret, pro victo fugere viſus eſt: ac propterea ſocii ab eo defecerunt: & imperium Siciliæ tam cito amiſit, quam facile quæſiverat. Sed nec in Italia fortuna meliore uſus, in Epirum regreditur. Eutropius autem ſcribit hoc modo; Curius Dentatus, & Cornelius Lentulus, adverſus Pyrrhum, qui ex Sicilia in Italiam reverterat, miſſi ſunt. Curius contra eum pugnavit, exercitum ejus cecîdit; ipſum Tarento fugavit, caſtra cepit, ea die cæſa ſunt hoſtium XXIII. millia. Curius in Conſulatu triumphavit. Primus Romam elephantos quatuor duxit. Pyrrhus etiam à Tarento mox receſſit; in *Epitoma* autem XIV. ita eſt; Curius Dentatus cum delectum haberet, ejus qui citatus non reſponderat, bona primus vendidit. Is iterum Pyrrhum ex Sicilia in Italiam reverſum vicit, & Italia expulit. Hoc item anno tertium cum Pyrrho pugnatum, idque in Lucania in Aruſinis campis, auctor eſt *Oroſius*, & *Florus*; ad Beneventum autem *Plutarchus*. Idem *Florus* Pyrrhum bis caſtris exutum, bis ſaucium ex Italia victum exceſſiſſe adſcribit. De acie Pyrrhi hoc prœlio inſtructa, ſic *Frontinus* lib. IV. Pyrrhus Rex primus totum exercitum ſub eodem vallo continere inſtituit. Romani deinde, victo eo in campis Aruſinis ad Beneventum, caſtris ejus potiti, & ordinatione notata, paulatim ad hanc uſque metationem, quæ nunc effecta eſt, pervenerunt. Triumphaſſe porro M'. Curium de Pyrrho Rege, tradit *Cicero* in Catone, & in defenſione Murenæ; *Eutropius*, & *Florus*; cujus hæc verba ſunt; Nec ullus pulchrior in Urbem aut ſpecioſior triumphus intravit; cum ante hunc diem nihil niſi pecora Volſcorum, greges Sabinorum, carpenta Gallorum, fracta Samnitium arma vidiſſet. Tum ſic captivos aſpiceres, Moloſſi, Theſſali, Macedones, Bruttius, Appulus, atque Lucanus; ſi pompas, aurum, purpura, ſigna, tabulæ, Tarentinæque deliciæ. Sed nihil libentius populus Rom. aſpexit, quam illas quas timuerat cum turribus ſuis belluas; quæ non ſine ſenſu captivitatis, ſummiſſis cervicibus victores equos ſequebantur. *Plutarchus* item M'. Curium Pyrrhum Regem viciſſe, ac Samnitium opes fregiſſe ſcribit. Itaque in *tabulis Capitolinis* eum de Samnitibus & Pyrrho Rege quartum triumphaſſe ſcriptum eſt. De L. autem Cornelii Lentuli Conſulis triumpho, quem de Samnitibus

(75) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 478.
Olymp. CXXVI. Anno II.
Ante Ær. Chr. 275.
M'. CURIUS DENTATUS II. }
L. CORNELIUS LENTULUS CAUDINUS. } Coſſ.

Corrigendus eſt Sigonius, qui hunc tertium Dentati Conſulatum putat, cum ſit ſecundus; fuit enim antea per ipſum Sigonium ſemel tantum Conſul anno U. C. 463.

Hos Conſules ponunt hoc anno Sigonius, Pighius, & Almeloveenius ex Caſſiodoro, Eutropio, & faſt. Siculis.

tibus actum *in Capitolinæ tabulæ fragmento* inciſum eſt, bæc accepimus. Pyrrhum ſcribit *Plutarchus* partem copiarum in Lucaniam miſiſſe, ut alterum Conſulem morarentur; ipſum Curio ad Beneventum occurriſſe. *Plinius* etiam lib. XXXIII. L. Lentulus Conſul, inquit, Ser. Cornelio Merendæ, Samnitium oppido capto, coronam aurcam ex præda dedit. Quibus ex verbis intelligi poteſt, Lentulum item de Samnitibus, ac (quoniam *fragmentum* hujus triumphi *Capitolinum* habet, SAMNITIBUS ET) Lucanis etiam fortaſſe, triumphaſſe. A

De Cenſoribus, & Luſtro XXXIII.

HOc anno Cenſores fuiſſe Fabricium & Papum, tradit his verbis *Zonaras*; Eo dem anno Fabricius & Papus Cenſores facti, cum alios Equites & Senatores, tum Ruſinum, quamvis dictatorium, atque iterum Conſulem, notarunt, quod decem pondo argenti facti haberet. Cui verba *Epitomæ* XIV. aſtipulantur, quæ Curianam victoriam proxime ſubſequuntur; Fabricius Cenſor P. Cornelium Ruſinum Conſularem Senatu movit, quod decem argenti pondo facti haberet. Luſtro à Cenſoribus condito cenſa ſunt Civium capita CCLXXI. millia CCXXIV. Cujus cenſus meminit etiam *Euſebius*. Collegam Fabricii Q. Æmilium Papum nominat *Cicero* in Lælio, & *Gellius* lib. XVII. De Rufino à Fabricio Cenſore notato item *Gellius*, & *Plutarchus* in Sylla; *Florus* de bello Tarentino, *Valerius* de cenſoria nota. Hinc etiam illud *Juvenalis* Satira IX.

——— *Argenti vaſcula puri,*
Sed quæ Fabricius Cenſor notet.

DE COS. AN. CDLXXIX. (76)

SEr. Cornelium, M'. Curium Conſules tradit in hunc annum *Caſſiodorus*; Dentatum & Merendam *faſti Siculi*. Ego Ser. Cornelium Merendam eſſe opinor eum, quem ſcribit *Plinius* ab L. Lentulo Conſule anno priore, capto Samnitium oppido, coronam ex auro accepiſſe. M'. Curius jam quartum Conſul eſt. Conſules cum Bruttiis & Lucanis & Samnitibus bellaſſe opinor. Illud tantum eſt apud *Zonaram*, quod ad hunc annum pertinet; Tarentini quidam Milonem, à quo male tractati erant, Nicone duce aggreſſi, cum nihil profeciſſent, caſtello quodam ſuæ ditionis occupato, inde in eum impreſſionem ſecerunt; & cum Romanos adverſus ſe bellum parare cognoviſſent, legatis Romam miſſis, pacem impetrarunt.

DE COS. AN. CDLXXX. (77)

C*Aſſiodorus* ſuggerit Conſules C. Fabium, C. Claudium: *faſti Siculi*, Licinum & Caninam; *Cuſpiniani*, Licinium & Cinnam; A *Eutropius* Fabium Licinium, & C. Claudium Caninam: *Vell. jus* Fabium Dorſonem, & Claudium Caninam. Ex quo intelligi poteſt hos Conſules vocatos C. Fabium Dorſonem Licinum, & C. Claudium Caninam. Nam *Dorſo*, antiquum fuit Fabiorum cognomen; *Licinus* autem, poſt etiam in iis vel *Capitolinis tabulis* teſtibus celebrabitur, ut ſi pater M. Fabii C. F. M. N. Licini, Conſulis anno DVII. C. autem Claudius Canina, is eſt qui ante Conſul cum M. Æmilio Lepido fuit: unde intelligi poteſt, eum fuiſſe plebejum; præſertim qui tum cum Æmilio, nunc cum Fabio patriciis comparatus ſit, neque enim per hæc tempora niſi ex utroque corpore Conſules fiebant. B Aliquando in hunc annum Fabricium Luſcinum Conſulem contuli; parum emendatis annalibus antiquorum deceptus.

De rebus hoc anno geſtis, & triumpho C. Claudii Caninæ Cos. II. de Samnitibus & Lucanis.

QUæ in hunc annum ex *Zonara* geſta referenda ſunt, hæc fere ſunt: Ptolemæus Philadelphus Ægypti Rex, Pyrrhi cladibus & Romanorum incrementis cognitis, & munera eis miſit, & amicitiam pepigir. Qua re Romani læti, & ipſi ad eum legatos miſerunt; qui magnifice ab illo donati, munera in ærarium C referre voluerunt; ſed ea Senatus legatos habere juſſit. His Conſulibus Legatos Alexandrinos Romam veniſſe à Ptolemæo, & ſocietatem cum Romanis junxiſſe, tradit etiam *Eutropius*: Coſſam, & Pæſtum colonias deductas, *Vellejus*. Coſſa autem Vulcientium eſt, de quibus paulo ante triumphatum eſt; auctore *Plinio*. Quibus de rebus ſic ſcriptum video in *Epitoma* XIV. Cum Ptolemæo Ægypti Rege ſocietas juncta eſt. Sextilia virgo Veſtalis damnata inceſti, viva defoſſa eſt. Coloniæ deductæ ſunt Poſidonia & * Coſſa. Legatos porro qui à Senatu ad Regem miſſi ſint, nominat *Valerius* Q. Fabium Gurgitem Conſularem, N. Fabium Pictorem, & Q. Ogul- D nium; qui poſt Conſulatum adipiſcenrur: lib. IV. cap. IV. & *Juſtinus* lib. XVIII. Poſtremo C. Claudium Caninam Conſulem triumphaſſe de Samnitibus & Lucanis, apparet in *fragmento* triumphi *Capitolino*, cujus rei meminit nemo. Continerur autem hic triumphus his verbis *Epitomæ* XIV. Res contra Lucanos, Samnites, & Bruttios proſpere geſtas continet.

DE COS. AN. CDLXXXI. (78)

SP. Carvilium, L. Papirium Curſorem Conſules deinceps prodit *Caſſiodorus*. Curſorem & Maximum *Siculi faſti* & *Cuſpiniani*. Hi E ambo iterum Conſules fuerunt: quod ex *Capitolinis* eorum *triumphis* liquet. Meminit horum *Frontinus* de aquæ ductibus, & *Livius* lib.

(76) *Hoc eſt:* Anno ab U. C. 479.
Olymp. CXXVI. Anno III.
Ante Ær. Chr. 274.
M'. CURIUS DENTATUS III. } Coſs.
SER. CORNELIUS MERENDA. }
Ita ex Caſſiodoro, faſt. Siculis, & Cuſpiniani Sigonius, Pighius, & Almelovenius.
Corrigendus eſt Sigonius, qui hunc quartum Conſulatum Dentati ponit.

(77) *Hoc eſt:* Anno ab U. C. 480.
Olymp. CXXVI. Anno IV.
Ante Aer. Chr. 273.
C. FABIUS DORSO LICINUS. } Coſs.
C. CLAUDIUS CANINA II. }
Ita ex Caſſiodoro, faſtis Siculis, & Vellejo Paterc. Sigonius, Pighius, & Almelovenius.

(78) *Hoc eſt:* Anno ab U. C. 481.
Olymp. CXXVII. Anno I.
Ante Ær. Chr. 272.
L. PAPIRIUS CURSOR II. } Coſs.
SP. CALVISIUS MAXIMUS II. }
Ita ex Caſſiodoro, faſtis Siculis, & Cuſpiniani Sigonius, Pighius, & Almelovenius.

lib. XXIV. Ambobus Conſulibus Tarentini cum Samnitibus & ſociis evenerunt.

De triumpho II. L. Papirii Cos. II. & Sp. Carvilii Cos. II. & re cum Tarentinis ac Samnitibus geſta.

HOc demum anno bellum Samniticum & Tarentinum confectum eſt, cujus rei hæc habeo annalium priſcorum teſtimonia: *Zonaras*, poſt hæc, inquit, Samnites per Carvilium ſubegerunt: Lucanos & Bruttios, per Papirium vicerunt. Idem Papirius etiam Tarentinos domuit, qui cum Milonem ferre non poſſent, & à ſuis, ut dixi, vexarentur, qui Miloni erant infeſti, Carthaginienſium præſidium, Pyrrhi morte percepta, implorarunt. At Milo in anguſtum adductus, Romanis terra, Carthaginienſibus mari prementibus, arcem Papirio ea conditione tradidit, ut ſibi cum pecuniis & militibus incolumi diſcedere liceret. Inde Carthaginienſes, ut Romanis fœderati, receſſerunt. Urbs Papirio armis & navibus traditis, muriſque dirutis, & tributo pacto ſe dedidit. Quæ autem ſcribit *Zonaras*, ea à *Livio* etiam confirmantur, cum inquit libro XXIV. Papirium & Carvilium Conſules adverſus Samnites Bruttioſque, & Lucanum cum Tarentino populum, declaratos eſſe, & *Epitoma* XIV. in qua eſt; Carthaginienſium claſſis auxilio * Tarentinis venit, quo facto ab iis fœdus violatum eſt: res præterea contra Lucanos & Samnites & Bruttios proſpere geſtas, & Pyrrhi Regis mortem continet, victis Tarentinis pax & libertas data eſt. His adde *Oroſium*, qui inquit; Tarentini, Pyrrhi morte comperta, nova arma ſollicitant adverſus Romanos. Carthaginienſium auxilia poſcunt per legatos, atque accipiunt. Conſerto prælio Romani vicere: & *Frontinum* lib. III. Papirius Curſor Conſul, apud Tarentum Miloni, qui cum præſidio Epirotarum urbem obtinebat, ſalutem ipſi, & popularibus, ſi per illum oppido potiretur, ſollicitus eſt. Quibus præmiis ille corruptus, perſuadet Tarentinis ut ſe legatum ad Conſulem mitterent: à quo plena promiſſa ex pacto referens, in ſecuritatem oppidanos reſolvit, atque ita incuſtoditam urbem Curſori tradidit. Unde *Euſebius* etiam Romanos Tarentum à Milone accepiſſe notavit. De Samnitico bello illud apponam, quod ipſi apud *Livium* lib. XXIV. in oratione ad Annibalem poſuerunt: Per centum prope annos cum Populo R. bellum geſſimus; nullo externo adjuti, nec duce, nec exercitu: niſi quod per biennium Pyrrhus noſtro magis milite ſuas auxit vires, quam ſuis viribus nos defenderit. Item; Hoſtes Populi Rom. fuimus primum per nos ipſi, quoad noſtra arma, noſtræ vires nos tutari poterant. Poſteaquam iis parum fidebamus, Pyrrho regi nos adjunximus; à quo relicti, pacem neceſſariam accepimus. Libro autem XXXI. propius ad veritatem loquitur, cum ait Samnites cum Romanis per an. LXX. bellaſſe. Nam *Florus* per L. annus Samnites domitos imprudenter ſcribit: at neſcio an imprudentius *Appianus* in proœmio hiſtoriæ; qui LXXX. prodit, cum ad noſtram ſupputationem ſint LXXI. ſiquidem bellum initum eſt anno CDX. finitum CDLXXXI. *Capitolina* porro *fragmenta* utrumque Conſulem de Tarentinis triumphaſſe ſignificant: ſed ita, ut de aliis etiam triumphatum ab iis eſſe intelligi poſſit, ut de Lucanis, Samnitibus, & Bruttiis. *Florus* viginti quatuor triumphos de Samnitibus actos tradit; nos autem unum & triginta collegimus. Hac victoria magna pars Italiæ in poteſtatem redacta eſt, victis præſertim Tarentinis, Samnitibus, Lucanis, & paulo ante quoque Etruſcis.

DE COS. AN. CDLXXXII. (79)

C. Quinctium, L. Genucium Conſules prodit in hunc annum *Caſſiodorus*: Claudium & Clepſinam *faſti Siculi* cum *Cuſpiniani*: quorum illud Quinctii, hoc Genucii cognomen videtur. *Livius* lib. VII. T. Quinctii meminit altero pede claudi: à quo hoc ſorte cognomen tractum eſt.

De legione Campana à Genucio Cos. cæſa.

HOc anno (ut ait *Oroſius*) magnam viſcerum ſuorum partem ſeveritas Romana concidit. Nam octava legio, quæ adventante Pyrrho, diffidens Romanæ ſpei, Rheginos omnes, quibus ſubſidio præerat, interfecerat, ac prædam ſibi omnem atque ipſum oppidum vindicaverat, L. Genucio Conſuli punienda data eſt: qui obſeſſa Rheginorum urbe, captiſque omnibus, ipſe quidem in reliquos perfugas & latrones exercuit digna ſupplicia; Romanos vero milites integræ legionis Romam miſit; qui populi juſſu medio foro virgis cæſi, ſecurique percuſſi ſunt: qua de re in *Epitoma* quoque XV. poſt pacem Tarentinam ita ſcriptum eſt; Legio Campana, quæ Rhegium occupaverat, obſeſſa, deditione facta, ſecuri percuſſa eſt. Eandem rem *Polybius* libro primo tradit pluribus verbis, & poſtremus omnium *Zonaras*; & *Valerius*, qui libro II. ita loquitur; Populus R. milites qui Rhegium injuſto bello occupaverant; mortuoque duce D. Jubellio M. Cæſium ſcribam ejus ſua ſponte imperatorem delegerant, carcere incluſit; ac M. Fulvio Flacco Tribuno pl. denuntiante, ne in cives R. adverſus morem majorum animadverteret, nihilo minus propoſitum exſequutus eſt: ceterum minore cum invidia ut id perageretur, quinquagenos per ſingulos dies virgis cæſos ſecuri percuti juſſit; eorumque nullum ſepulturæ mandari, mortemque lugeri vetuit.

DE COS. AN. CDLXXXIII. (80)

C. Genucium, Cn. Cornelium Conſules prodit deinceps *Caſſiodorus*: Clepſinam & Blaſionem *faſti Cuſpiniani*. C. Genucius idem eſt, ut puto, qui ante Conſul fuit anno CDLXXVII. Cn. Cornelius ex *cenſura Capitolina* deſcriptus eſt, quam geret anno CD-

(79) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 482.
Olymp. CXXVII. Anno II.
Ante Ær. Chr. 271.
C. QUINCTIUS CLAUDUS. } Coſs.
L. GENUCIUS CLEPSINA. }
Ita ex Caſſiodoro, faſtis Siculis, & Cuſpiniani Sigonius, Pighius, & Almelovenius.

(80) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 483.
Olymp. CXXVII. Anno III.
Ante Ær. Chr. 270.
C. GENUCIUS CLEPSINA II. } Coſs.
CN. CORNELIUS BLASIO. }
Ita ex Caſſiodoro, & faſt. Cuſpin. Sigonius, Pighius, & Almelovenius.

A CDLXXXVIII. Hi in *faſtis Siculis* præteriti ſunt.

De Triumpho Cn. Cornelii Blaſionis Cos. de Saſſinatibus.

FRagmenta Capitolinorum triumphorum ſatis indicant, Cn. Cornelium Conſulem de Saſſinatibus triumphaſſe. Cujus victoriæ auctor exſtat nemo. *Saſſina* eadem quæ *Sarſina* eſt; Umbriæ oppidum: quos *Polybius* libr. II. vocat Ὀμβρους καὶ Σαρσινάτους. Umbros autem hoc tempore moviſſe, apparet ex XV. *Epitoma*, in qua eſt; Umbri victi in deditionem accepti ſunt: quamquam id factum eſt
B auno CDLXXXVII.

De Cenſoribus & Luſtro XXXIV.

QUinquennii ratio poſtulat ut in hunc annum cenſores conſeramus; quos quidem nemo tradit. Quod ſi conjecturis ſtandum eſt, eorum alterum eſſe Ti. Coruncanium T. F. T. N. dicemus: quem ut Conſularem ac triumphalem, ſic cenſorium; lib. II. *Vellejus* ſignificat. Collega autem ejus patricius, ne conjecturæ quidem auxilio indagari poteſt. Luſtrum autem ab his conditum, & quidem XXXIV. ex ſequenti luſtro XXXV. Capitolino opinor.

C

DE COS. AN. CDLXXXIV. (81)

C*Aſſiodorus* Cornelio & Genucio Conſulibus P. Sempronium & Ap. Claudium Conſules ſuggerit, atque Quinctium Gulonem, Fabium Pictorem conſulto tranſcendit: quorum meminit *Eutropius*, cum ait; Quinctio Gulone, Fabio Pictore Conſulibus, Picentes bellum commovere; & ab inſequentibus Conſulibus P. Sempronio, Ap. Claudio victi ſunt: & *Plin.* libr. XXXIII. Q. Fabio Conſule, inquit, argentum ſignatum eſt annis quinque ante Punicum bellum. Hos etiam numerat *Vellejus*, cum inquit lib. I. Ap. Claudium &
D P. Sempronium quinquennio poſt Conſulem C. Claudium Caninam Conſules fuiſſe. Ne hos quidem Conſules prætereunt *faſti Siculi*, aut *Cuſpiniani*: in quibus eſt Gallus & Pictor; aut *Zonaras*, qui Q. Gallum & C. Fabium edit. Ex quo intelligi poteſt; *Eutropii* librum habere mendum in altero horum Conſulum grave, & pro Quinctio Gulone, Quinto Ogulnio (ſic enim manuſcripti aliquot habent libri) eſſe reponendum: ut ſit Q. Ogulnius L.F. A.N. Gallus; qui paulo ante legatus ad Ptolemæum miſſus eſt, & poſt dictator erit an. CDXCVII. *Capitolinis tabulis* teſtibus. Cadit autem præclare, ut Ogulnius plebejus cum Fabio patricio compararetur. C. Fabium Pictorem fratrem
E eſſe natu majorem puto N. Fabii C. F. M. N. Pictoris, poſt Conſulis anno CDLXXXVII. in *Plinio* vero mendoſe Q. pro C. legi.

De re geſta à Conſulibus.

HOc anno Lollius Samnis Romæ obſes, fuga elapſus, manu contracta, & valido regionis ſuæ caſtello occupato, latrocinari cœpit. Adverſus quem cum Q. Gallus & C. Fabius exercitum eduxiſſent, ipſum, & qui cum eo erant convenas & pleroſque inermes, ceperunt. Inde cum in Caracenos moviſſent, apud quos illi prædam depoſuerant, magna pericula adierunt. Tandem vero ſuperato muro nocte à perfugis, pene in tenebris cæſi ſunt: cum autem luna illuxiſſet, caſtellum expugnarunt: tunc etiam magna pecuniarum vis Romanis acceſſit; ita ut denarios argenteos uſurparint. Hæc *Zonaras*. Hoc eſt autem id quod exſtat in epitoma; Tunc primum Populus Rom. argento uti cœpit.

DE COS. AN. CDLXXXV. (82)

P. Sempronium, Ap. Claudium, Conſules ſubjicit (ut dixi) *Caſſiodorus* & *Eutropius*: Sempronium & Rufum *faſti Siculi*: Sempronium Sophum, & Appium Cæci filium *Vellejus*: Sophum & Rufum *Cuſpinianus*. P. Sempronius Sophus ex *cenſura Capitolina* anni DI. deſcriptus eſt. Ambobus Conſulibus Picentes evenerunt.

De re geſta cum Picentibus, & Triumphis Ap. Claudii & P. Sempronii Conſulum.

HOc tempore cum Picentibus bellum ſuſceptum eſt: de quo quid invenerim, exponam. *Eutropius*; Quinto Ogulnio, C. Fabio Pictore Conſulibus, Picentes bellum commovere; & ab inſequentibus Conſulibus P. Sempronio, Ap. Claudio victi ſunt: & de his triumphatum eſt: conditæ à Romanis civitates, Ariminum in Gallia, & Beneventum in Samnio. In *Epitoma* XV. Cum legatos Apolloniatium ad Senatum miſſos quidam juvenes pulſaſſent, dediti ſunt Apolloniatibus: Picentibus victis pax data: Coloniæ deductæ, Ariminum in Piceno, Beneventum in Samnio, & *Valerius* lib. VI. Legatos ab urbe Apollonia Romam miſſos Q. Fabius, Cn. Apronius ædiles, orta contentione pulſaverunt, quod ubi comperit Senatus, continuo eos per fœtiales dedidit: quæſtoremque cum his Brunduſium ire juſſit, ne quam in itinere à cognatis deditorum injuriam acciperent. De Picentibus autem victis ſic ſcribit *Florus*; Domiti ſunt poſt Tarentinos Picentes, & caput gentis Aſculum, Sempronio duce; qui tremente inter prœlium campo, Tellurem Deam promiſſa æde placavit, & *Oroſius* ita: Sempronius Conſul adverſus Picentes duxit exercitum; & cum directe intra jactum teli utraque acies conſtitiſſet, repente ita cum horrendo fragore terra tremuit, ut ſtupore miraculi utrumque paveſactum agmen hebeſceret, diu attoniti utrique populi hæſitavere, præ-

(81) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 484.
Olymp. CXXVII. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 269.
Q. OGULNIUS GALLUS. } Coſs.
C. FABIUS PICTOR. }
Ita ex Eutropio, & faſt. Siculis, & Cuſpiniani Sigonius, Pighius, & Almelovenius.
Eutropius tamen rectius fortaſſe, quam Pighius, ſcribit cum Petavio *Q. Gulo Gallus*, pro *Q. Ogulnio Gallo*.

Cur Caſſiodorus hos Conſules omiſerit, ignoratur.
(82) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 485.
Olymp. CXXVIII. Anno I.
Ante Ær. Chr. 268.
P. SEMPRONIUS SOPHUS. } Coſs.
AP. CLAUDIUS CRASSUS RUFUS. }
Ita ex Caſſiodoro, Eutropio, & aliis Sigonius, Pighius, & Almelovenius.
Hoc primum anno cuſæ ſunt Romæ monetæ argenteæ.

A

præjudicata incœpti conſcientia : taodem pro curſu concito, iniere certamen. Romani, qui admodum pauci eo prœlio remanſerunt, vicerunt. Et *Frontinus* lib. primo ita. Ti. Semprooius Gracchus Conſul, acie adverſus Picentes directa, cum ſubitus terræ motus utraſque partes conſudiſſet, exhortatione confirmavit ſuos, & impulit ut conſternatum ſuperſtitione hoſtem invaderent; adhortatuſque devicit. In quo illud eſt mendoſe, quod Ti. Gracchum pro P. Sopho edit : uterque enim ex gente Sempronia fuit. Poſtremo *Vellejus* lib. 1. Ariminum, inquit, & Beneventum colooi miſſi; & ſuffragii ſerendi jus datum Sabinis, Sempronio Sopho, & App. Cæci filio Conſulibus.

B

Hos Conſules ambos de Picentibus triumphaſſe, facile ex *fragmentis* eorum *Capitolinis* intelligi poteſt.

DE COS. AN. CDLXXXVI. (83)

M. Atilium, L. Julium Libonem Conſules ſuggerit *Eutropius*: Regulum & Libooem *faſti Sculi*: M. Atilium, L. Julium *Caſſiodorus*. Uterque ex *triumphis Capitolinis* deſcriptus eſt.

De bello Sallentino, & triumphis M. Atili & L. Julis Conſulum.

C

HOc anno bellum initum eſt cum Sallentinis, auctor eſt *Eutropius*, cum inquit, M. Atilio Regulo, L. Julio Libone Coſs. Sallentinis bellum indictum, captique ſunt cum civitate ſimul Brunduſini; & de his triumphatum eſt, & *Florus*; apud quem ita ſcriptum eſt; Sallentini Picentibus additi, caputque regionis Brunduſium inclyto portu, M. Atilio duce, & in boc certamine victoriæ pretium templum ſibi paſtoria Pales ultro popoſcit. Itaque in *Epitoma* XV. etiam eſt, Sallentini in deditionem accepti ſunt, & apud *Zonaram* hoc modo; Deinde Calabriæ arma intulerunt, id crimini dantes, quod Pyrrhum boſtem recepiſſent, & ſocios ſuos vexaſſeot; ſed revera, ut Brunduſium ſubigerent, & inclyto por-

D

tu inſtructum, & ad trajiciendum ex Illyrico & Græcia adeo commodum, ut eodem vento in portum accedere, & ſolvere portu liceret, quod cum in poteſtatem redegiſſent, eo coloniam deduxerunt. Quas res cum geſſiſſent, ac mirum in modum opes ſuas adauxiſſent, non tamen ſuperbia evecti ſunt : ſed Q. Fabium Senatorem Apolloniatibus Jonium ſinum accolentibus dediderunt, quod eorum legatos contumelia affeciſſet, quem illi acceptum incolumem remiſere. M. etiam Atilium Regulum fuſis Sallentinis triumphaſſe, ſcriptum invenio in libro de viris illuſtribus, & *Cicero* de finibus lib. II. M. Atilium bis Conſulem fuiſſe

E

ac triumphaſſe ſcribit. Ab his tamen Conſulibus bellum confectum non eſſe, indicant *triumphi* ſequentium Conſulum, quos una cum horum Conſulom triumphis integros in *tabulis Capitolinis* habemus.

DE COS. AN. CDXXCVII. (84)

D. Junium, N. Fabium Conſules edit in hunc annum *Caſſiodorus*; Peram & Pictorem *faſti Siculi*: D. Junium D. F. D. N. Peram, N. Fabium C. F. M. N. Pictorem *Capitolini triumphi*. Hie eſt N. Fabius qui cum Q. Fabio Gurgite, & Q. Ogulnio Gallo legatus ad Ptolemæum ante miſſus eſt.

De triumphis duobus D. Junii Peræ, & N. Fabii Pictoris Conſulum, de Saſſinatibus & Sallentinis.

HOs Conſules ambos in Magiſtratu triumphaſſe, ſcriptum eſt in *tabulis Capitolinis*, primum de Saſſinatibus, deinde de Sallentinis Meſſapiiſque. Quos triumphos probant verba *Epitomæ* XV. bæc; Umbri & Sallentini victi, in deditionem accepti ſunt, & quod *Eutropius* ait, de Sallentinis triumphatum eſſe. Sont autem Saſſinates, ut dixi, Umbriæ populi. Nec quicquam aliud de hoc bello accepimus.

DE COS. AN. CDXXCVIII. (85)

CAſſiodorus Junio & Fabio Conſulibus ſuggerit Ap. Claudium, M. Fulvium : ntque ſine dubio annum tranſcendit. Nam ſi Junius, Fabiuſque an. CDXXCVII. M. autem Fulvius an. CDXXCIX. triumpharunt, profecto interſerendus eſt annus CDXXCVIII. Itaque recte in *faſtis Siculis* Pictnri & Peræ Maximus & Vitulus ſuggeruntur; & apud *Zonaram* Q. Fabius ac Mamilius; & apud *Cuſpinianum* Q. Fabius Maximus, & L. Mamilius Vitulus. Ego vero hunc Q. Fabium Gurgitem ex *Flori* ſententia eſſe exiſtimo, qui Vulſinios boc tempore à Fabio Gurgite victos eſſe tradit.

De re geſta cum Vulſinienſibus.

HOc anno bellatum eſt cum Vulſinienſibus. Hujus belli cauſam his verbis expoſitam apud *Zonaram* video : Q. Fabio, & Mamilio Cos. ad Vulſinienſes ſocios ſuos in libertatem vindicandos exercitum adduxerunt, qui cum Etruſcorum antiquiſſimi eſſent, magnas opes ſibi compararant, & mœnia validiſſima conſtituerant, & Rempoblicam bonis legibus inſtituerant, qua de cauſa diu Romanis bello reſtiterant. Ut autem ſubacti ſunt, ad delicias converſi, Reipublicæ adminiſtrationem ſervis commiſerunt, & bella per eos plerumque gerebant : ntque eo tandem eos evexerant, ut ipſi ſe in libertatem vindicantes, dominas etiam ſuas uxores ducereot, & dominis ſuccederent, & in Senatum legerentur, & Magiſtratus caperent, & ipſi omnem auctoritatem

(83) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 486.
Olymp. CXXVIII. Anno II.
Ante Ær. Chr. 267.
M. ATILIUS REGULUS. } Coſs.
L. JULIUS LIBO.
Ita ex Eutropio, Caſſiodoro, & faſt. Siculis Sigonius, Pighius, & Almelovenius.

(84) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 487.
Olymp. CXXVIII. Anno III.
Ante Ær. Chr. 266.
NUM. FABIUS PICTOR. } Coſs.
D. JUNIUS PERA.
Ita ex Caſſiodoro, faſt. Siculis, & Capitol. Sigonius, Pighius, & Almelovenius.

(85) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 488.
Olymp. CXXVIII. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 265.
Q. FABIUS MAXIMUS GURGES III. } Coſs.
L. MAMILIUS VITULUS.
Ita ex faſt. Siculis, Zonara, & Cuſpiniano Sigonius, Pighius, & Almelovenius.
Hos pariter Conſules Caſſiodorus tranſgreditur.

tem obtinerent, & injurias à dominis factas petulanter objicerent. A Cum autem veteres cives eos neque perferre, neque ulciſci viribus ſuis poſſent, clam legatos Romam miſerunt; qui precibus ſecreto impetrarunt ut Senatus, ne res palam fieret, privatim in ædibus conveniret. Ac illi quidem ut nemine audiente deliberabant: Samnis autem quidam, ædium domini hoſpes, ægrotans per incuriam ibi relictus, cognito Senatusconſulto monuit eos qui accuſabantur. Illi vero legatos reverſos comprehenderunt; ac de iis quæſtione habita, cum quid ageretur cognoviſſent, eos una cum aliis primoribus interfecerunt. Quare Fabius à Romanis contra eos miſſus, qui ſibi occurrerunt, in fugam vertit, ac pleroſque B in fuga aſſequutus occidit: reliquis intra mœnia incluſis, ad oppidum exercitum adduxit. Ubi cum ex vulnere occubuiſſet, ſervi audenti animo eruperunt; atque iterum victi, pedem retulerunt, atque obſeſſi, tandem ob cibariorum inopiam ſeſe dediderunt. Conſul autem eos qui dominis ſuis Magiſtratus ademerant, excruciatos necavit, urbem evertit; indigenas vero, & ſervos qui in dominorum fide manſerant, alibi collocavit. Ita *Zonaras*, at *Florus* hoc modo; Poſtremi Italicorum in fide manſere Vulſinii opulentiſſimi Etruſcorum, implorantes opem adverſus ſervos quondam ſuos, qui libertatem à dominis datam in ipſos erexerant, translataque in C ſe Republica dominabantur, ſed hi quoque duce Fabio Gurgite pœnas dederunt. Auctor autem libri de viris illuſtribus ita; Vulſinii, Etruriæ nobile oppidum, luxuria pene perierunt; nam dum temere ſervos manumitterent, dum in curiam legerent, conſenſu ſervorum oppreſſi, cum multa indigna paterentur, clam Roma auxilium petierunt, miſſuſque Decius Mus libertinos omnes aut in carcere necavit, aut dominis in ſervitutem reſtituit. Ex his intelligi poteſt, Q. Fabium Gurgitem hoc bellum geſſiſſe hoc anno, eo mortuo Decium Murem bellum confeciſſe. Quoniam autem M. Fulvium Flaccum de Vulſinienſibus ſequenti anno triumphaſſe ſcrip- D tum eſt in *Capitolinis tabulis*, fit ut non hoc anno, neque à Decio, ſed poſtero anno, & à M. Fulvio Flacco Conſule bellum finitum eſſe putem; atque hunc eſſe Conſulem eum cujus *Zonaras* poſt Fabii mortem meminit, à quo huic bello finem impoſitum tradit.

De Cenſoribus & Luſtro XXXV.

CEnſores hoc anno Cn. Cornelium Blaſionem, & C. Martium Rutilum II., qui in hoc magiſtratu Cenſorinus appellatus eſt, luſtrum XXXV. condidiſſe, ſcriptum eſt in *tabula Capitolina*. Qua de re ſic *Eutropius*; E Cum jam clarum urbis Romæ nomen eſſet, arma tamen extra Italiam mota non fuerant: ut igitur cognoſcerent quæ copiæ Romanorum eſſent, cenſus eſt habitus: tum inventa ſunt civium capita CCXCII. millia CCXXIV. Et *Oroſius*, Sæviente per biennium peſtilentia, inquit, cenſus indictus eſt; qui non quantum hominum deperiſſet, ſed quantum ſuperfuiſſet, inquireret. Luſtrum autem ſequenti anno conditum puto, quia in *Epitoma* luſtri mentio fit poſt pacem Hieroni regi datam, ita, Luſtrum à cenſoribus conditum: cenſa ſunt civium capita CCXCII. millia CXXIV. De Marcio autem cenſore iterum, ſic *Valerius* libro IV. Marcius Rutilus Cenſorinus, iterum cenſor creatus, ad concionem populum vocatum quam potuit graviſſima oratione corripuit, quod eam poteſtatem bis ſibi detuliſſet. *Plutarchus* item in Coriolano ait è Marciorum gente fuiſſe Cenſorinum, quem populus bis cenſorem creavit. Hic ex cenſura bis novo exemplo capta, *Cenſorinus* in hoc honore appellatus eſt.

De bello Punico primo.

HOc anno bellum Punicum primum excitatum eſt; ſuſceptum autem anno ſequenti, Ap. Claudio, qui primus bellum intulit Pœnis, Conſule, anno (ut ait *Solinus*) CDXXCIX. in quo cum *Capitolina ſumma* conſentit. Belli cauſſæ ferebantur hæ, ut inquit *Zonaras*: à Romanis quod Pœni Tarentinis adverſus ſe auxilio veniſſent: à Pœnis, quod Romani cum Hierone amicitiam iniſſent: vera autem cauſſa erat; quod ſe inter ſe ſuſpectos haberent, atque uterque ſalutem ſuam in eo poneret, ſi alterum ſubegiſſet. Cum autem ita affecti eſſent, hæc belli gerendi occaſio incidit. Quo tempore Rhegium, ut inquit *Polybius*, à legione Romana D. Jubellio duce, qui urbis præſidio præerat, in finibus Italiæ occupatum eſt, eodem etiam Meſſanam in Sicilia Campani, qui ſub Agathocle meruerant, intra mœnia recepti, violata fide, civibus partim interfectis, partim expulſis, potiti ſunt. Supplicio de legione Romana à Romanis ſumpto, anno (ut ſcripſi) CDLXXXII. qui Meſſanam tenebant, cum metu perterriti, tum prœlio adverſo cum Hierone, quo ille victor rex Syracuſanorum appellatus fuerat, fracti, alii Carthaginenſium, alii Romanorum præſidium implorarunt. Romani, veriti ne Carthaginenſes hac occaſione tota Sicilia potirentur, cum illi cetera omnia præter Meſſanam & Syracuſas tenerent, Mamertinis advocantibus opem ferendam eſſe cenſuerunt. Hæc multis verbis *Polybius*; brevius *Florus* & *Zonaras*. Hoc autem loco magna habenda vetuſtati gratia eſt, quæ cum omnia prope hiſtoriarum hujus temporis monumenta conſumpſerit, integras nobis Conſulares triumphaleſque tabulas uſque ad ſecundum bellum Punicum reliquerit: quas quibus poterimus antiquorum annalium teſtimoniis confirmabimus.

DE COS. AN. CDXXCIX. (86)

IN hunc annum edunt Conſules Ap. Claudium, Q. Fulvium *Caſſiodorus*, *Eutropius*, *Oroſius*, & *Florus*: Caudicem & Flaccum *faſti Cuſpiniani* cum *Siculis*. Hi à *Gellio* lib. XVII. cap. XXI. nominantur Ap. Claudius Caudex Cæci frater, & M. Fulvius Flaccus, ut etiam in *Capitolinis tabulis*.

De

(86) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 489.
Olymp. CXXIX. Anno I.
Ante Ær. Chr. 264.
AP. CLAUDIUS CAUDEX. } Coſs.
M. FULVIUS FLACCUS. }

Ita ex Caſſiodoro, Eutropio, Oroſio, Floro, & faſt. Capitol. Sigonius, Pighius, & Almelovenius.

De re ab Ap. Claudio cum Pœnis geſta,

AP. Claudio Conſuli Sicilia provincia ob-
venit; M. Fulvio, Etruria. Appius C.
Claudium Tribunum militum præmiſit: qui
cum navicula Meſſanam trajeciſſet, ac fruſtra
de pacis conditionibus cum utriſque egiſſet,
claſſe fretum ſuperare conatus, partim vi tem-
peſtatis, partim Pœnorum ſolertia multis na-
vibus amiſſis, vix Rhegium tenuit. Anno
vero Pœnorum imperator, captis navibus re-
miſſis, Claudium ad componendam pacem
provocavit: qua ille repudiata, ac claſſe re-
fecta, æſtuſque natura & freti notata, in Si-
ciliam trajecit. Annone autem arcis præfecto
in carcerem à Romanis approbantibus Mamer-
tinis condito, Pœni legatum ad Romanos mi-
ſerunt, atque ut certa die Sicilia excederent,
edixerunt: quibus non obedientibus, Italos
omnes qui ſub ſe ſtipendia faciebant, neca-
runt; & Hierone Syracuſanorum rege ſocio
aſſumpto Meſſanam obſederunt, ac fretum,
ne aut copiæ aut commeatus importarentur,
cuſtodiverunt. Conſul autem Appius, præſi-
diis Pœnorum deceptis, nocte trajecit, Con-
ſilium quo uſus eſt, tale narrat *Frontinus*:
Ap. Claudius Cos. inquit, cum à Rhegio
Meſſanam trajicere militem nequiret, cuſto-
dientibus fretum Pœnis, ſparſit rumorem,
quaſi bellum injuſſu populi incœptum gerere
non poſſet; claſſemque Italiam verſus ſe age-
re ſimulavit: digreſſis deinde Pœnis, qui pro-
fectioni ejus habuerant fidem, circumactas na-
ves appulit Siciliæ. Hieronem porro improvi-
ſo adortus, cum eo ita conflixit, ut equeſtri
prœlio victus, pedeſtri proſpere pugnaverit,
ac Hieronem Syracuſas fugaverit. Variis dein-
de prœliis cum Carthaginenſibus ad Meſſanam
factis, præſidio Meſſanæ relicto, Hieronem
perſequutus eſt, ac Syracuſas obſedit: poſtre-
mo in anguſtum adductus, captus eſſet, niſi
antequam circumveniretur, de pacis condi-
tionibus ad regem legatum miſiſſet: nam cum
quidam veniſſet quocum de pace ageret, inter
colloquendum paulatim receſſit, donec in tu-
tum pervenit. Itaque Meſſanæ relicto præſi-
dio, Rhegium ſe recepit. Hujus triumphum
nullum adſcripſerunt *Capitolini ſcriptores*, trium-
phaſſe autem eum, *Eutropius* auctor eſt, &
Silius lib. VI. cum ait;

Appius aſtabat pugnæ, lauroque revinctus,
Juſtum Sarrana ducebat cæde triumphum.

De re geſta cum Vulſinienſibus & Triumpho M. Fulvii Flacci Cos.

VUlſinienſe bellum, ut dixi, à Q. Fabio
Cos. priore anno initum, hoc anno ex-
cidio Vulſiniorum à M. Fulvio Flacco Cos.
finitum eſt: oſtendit hoc *triumphus* ejus *Capi-
tolinus*, quem de Vulſinienſibus hoc anno ab
eo actum eſſe, ſcriptum eſt: oſtendit etiam
Zonaras; qui Conſulem alterum, mortuo Fa-
bio, ſupplicium de ſervis ſumpſiſſe, & oppi-
A dum evertiſſe ait, atque hunc eſſe eum quem
Decium Murem vocat ille qui ſcripſit de vi-
ris illuſtribus, puto. Accedit, quod idem *Zo-
naras* in rebus hujus anni exponendis ait, Ro-
manos rebus Etruriæ compoſitis, atque Italia
plane pacata, ambos Conſules in Siciliam mi-
ſiſſe: ſignificat enim hoc anno alterum tantum
eſſe miſſum, Ap. Claudium; cum alter M. Ful-
vius Etruſco bello eſſet implicatus. Metrodo-
rus, auctore *Plinio* libro XXXIV. cap. VII.
Vulſinios expugnatos eſſe propter duo millia
ſtatuarum, Romanis objecit.

DE COS. AN. CDXC. (87)

B M'. Valerium, M'. Otacilium Conſules
ſuggerunt *Polybius*, *Caſſiodorus*, atque
Eutropius: Valerium Maximum, & Otacilium
Craſſum *Zonaras*: Maximum Meſſallam &
Craſſum *faſti Cuſpiniani*, & *Siculi*. Ut autem
in hoc honore Valerius Meſſalla dictus ſit,
teſtibus *Capitolinis ſcriptoribus*, mox oſtendam.
Utrique Sicilia obvenit.

De Cn. Fulvio Centumalo dictatore.

DIctatorem hoc anno Cn. Fulvium Centu-
malum cum magiſtro equitum Q. Marcio
Philippo clavi figendi cauſſa dictum, nemo
prodit, niſi qui *tabulas Capitolinas* ſcripſit. Id
C autem mihi probatur, propter peſtilentiæ vim,
quæ acrius civitatem per hos annos auctore
Oroſio & *Zonara* vexavit. Clavo enim figendo
peſtilentiam remitti, perſuaſum erat Romanis;
ut ante diximus.

De re geſta cum Pœnis à Conſulibus, & triumpho M'. Valerii Meſſallæ.

HUjus anni res cum Pœnis geſtæ, non eo-
dem modo traduntur ab omnibus. Nam
Polybius ſic ſcribit; Conſules inde M'. Vale-
rius, & M'. Otacilius in Siciliam trajiciunt:
quorum adventu non ſolum pleræque Cartha-
ginienſium urbes ad Romanos defecerunt; ſed
D ipſe etiam rex Hiero, rebus ſuis diffidens,
pacem petiit, atque impetravit his conditioni-
bus; ut captivos Romanorum ſine pretio di-
mitteret; argenti talenta centum penderet;
ſocius Populi R. eſſet. His rebus auditis,
Carthaginenſes in Siciliam ſupplementum mi-
ſerunt, Agrigentum tamquam arcem adverſus
Romanos tenuerunt. Conſules fœdere cum
Hierone icto, ex Sicilia receſſerunt. Et *Zona-
ras*; Conſules Valerius Maximus, & Otaci-
lius Craſſus, tam ſenſum; quam una inſu-
lam pervagantes, multos in deditionem acce-
perunt; ac locis pleriſque adjunctis, Syracu-
ſas contenderunt. Hiero vero perterritus,
redditis urbibus quas ademerat, promiſſa-
E que pecunia, & captivis dimiſſis, pacem pe-
tiit, atque impetravit, quod Conſules opibus
ejus adjunctis, facilius debellari Pœnos poſ-
ſe rebantur. Pactis firmatis, ad alias urbes in
quibus Punica præſidia erant, converſi, & ce-
teris

(87) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 490.
Olymp. CXXIX. Anno II.
Ante Ær. Chr. 263.
M'. VALERIUS MAXIMUS MESSALLA. } Coſs.
M'. OTACILIUS CRASSUS. }
Ita ex Polybio, Caſſiodoro, Eutropio, Val. Max, &c. Sigonius, Pighius, & Almeloveenius.
Hoc ipſo anno;

CN. FULVIUS MAXIMUS CENTUMALUS DICTATOR.
Q. MARCIUS PHILIPPUS MAG. EQU.
De Dictatore, & Mag. Equ. conſentit Sigonio Pighius, ſed neuter documentum affert, unde hoc hauſerit, niſi ex tab. Capitol.
In hunc annum fortaſſe Blanchinus transfert Conſules ſequentis anni, & ſic de ceteris qui ſubſequuntur.

teris repulſis, Segeſtam ultro ſe dedentem receperunt: atque ob hibernum tempus Rhegium reverſi ſunt, majore Punicarum copiarum parte in Sardiniam tranſportata. Ita ſi *Polybium* ſequamur & *Zonaram*, res ab his Conſulibus ſine prœlio cum Hierone bene geſta eſt. Qui autem *triumphum* Meſſallæ *Capitolinum* de Pœnis & Hierone Rege, & Valerium in hoc Magiſtratu Meſſallam appellatum ſcripſerunt, alios annales ſequuti videntur, eoſdem prope quos etiam *Plinius*, qui libro XXXV. ſcribit; M'. Valerius Maximus Meſſalla princeps tabulam picturæ prœlii, quo Carthaginienſes & Hieronem in Sicilia devicerat, propoſuit in latere curiæ Hoſtiliæ, anno ab U. C. CDXC. Et lib. VII. cap. LX. M'. Valerium Meſſallam bello Punico primo Conſulem, Catana in Sicilia capta, primum horologium in publico ſtatuiſſe, ſecundum roſtra in columna, M. Varro tradit. Et *Eutropius*, qui ait; M'. Valerio, & Otacilio Conſulibus, in Sicilia à Romanis res magnæ geſtæ ſunt; Tauromintani, Catanenſes, & præterea quinquaginta civitates, in fidem acceptæ ſunt. Idem etiam *Eutropius* in eo diſſentit, quod pacem Hieroni Regi datam non primo belli anno ſcribit, ut eſt in libro de viris illuſtribus, & apud *Florum* & *Oroſium*, nec ſecundo ut apud *Polybium*; ſed tertio inſequenti. Cum *Capitolinis* autem *ſcriptoribus* ſtat etiam *Macrobius*; qui libro primo Saturnalium ſcribit; Valerius Maximus poſtquam Meſſanam urbem Siciliæ nobiliſſimam cepit, *Meſſala* cognominatus eſt. Credo etiam *Livium* hos annales ſequutum eſſe, ſic enim ſcriptum eſt in *Epitoma* ejus XVI. Origo Carthaginienſium, & primordia urbis eorum referuntur, contra quos & Hieronem Regem Syracuſanorum, auxilium Mamertinis ferendum cenſuit Senatus, cum de ea re inter ſuadentes ut id fieret, diſſuadenteſque contentio fuiſſet, tranſgreſſis tum primum mare equitibus Romanis adverſus Hieronem ſæpius bene pugnatum, petenti pax data eſt: res præterea contra Pœnos, Vulſinios proſpere geſtas continet.

DE COS. AN. CDXCI. (88)

Conſules ſubdunt *Caſſiodorus* & *Polybius* L. Poſtumium, Q. Mamilium; *Zonaras* Poſtumium Albinum, & Q. Mamilium: *faſti Siculi* Albinum & Vitulum, at *Capitolini* L. Poſtumium L. F. L. N. Megellum, Q. Mamilium Q. F. M. N. Vitulum. Utrique Sicilia decreta.

De re geſta cum Pœnis.

Conſules in Siciliam profecti, Agrigentum, quod à Pœnorum duce Annibale tenebatur, obſident; Erbeſus, quot erat horreum populi Romani ab Annone receptum. Pœni nihilominus fame oppreſſi, ad ſummam dimicationem cum veniſſent, victi ſunt. Agrigen-

A tum, clam præſidio Pœnorum egreſſo, in poteſtatem Romanorum venit. Hæc *Polybius*, at *Eutropius* ita; Afri tertio anno belli Punici primi, in Sicilia victi ſunt: & de his iterum Romæ triumphatum eſt. Hunc tamen triumphum *Capitolini ſcriptores* non probant. De Agrigento obſeſſo à Romanis & capto, latius etiam *Oroſius* & *Zonaras*.

DE COS. AN. CDXCII. (89)

L. Valerium, T. Otacilium Conſules comparant inter ſe in hunc annum *Polybius* & *Caſſiodorus*. Valerii cognomen eſt Flaccus, Otacilii Craſſus, ut eſt in *Capitolinis tabulis*,
B itemque in *Siculis*.

De re geſta cum Pœnis.

Ut Valerius & Otacilius Conſules novo delectu habito in Siciliam miſſi, pleraſque mediterraneas civitates, pedeſtrium copiarum Romanarum metu; ita Pœni maritimas claſſes terrore ad ſe traxerunt. Id cum Romani animadvertiſſent, quinqueremes centum, triremes viginti exædificandas curant; quibus partim Italiæ oram tuerentur, partim Africam ipſam vexarent. *Polybius*. Atque hoc primum tempore Romani claſſem belli gerendi cauſſa habuerunt. Hos Conſules nihil me-
C morabile in Sicilia geſſiſſe tradit *Zonaras*.

DE COS. AN. CDXCIII. (90)

Conſules ſuggerit *Caſſiodorus* & *Zonaras* Cn. Cornelium, C. Duilium: Item etiam *Polybius*; præterquamquod Βίλιον habet pro Δυΐλιον: Scipionem & Duilium *faſti Siculi*. Cn. Cornelius Scipio Aſina nominatur à *Capitolinis ſcriptoribus*, *Oroſio*, *Eutropio*, & *Valerio* lib. VI. cap. X. de quo cognomine ſic *Macrobius* lib. 1. Saturn. *Aſinæ* cognomentum Corneliis datum eſt, quoniam princeps Corneliæ gentis empto fundo, ſeu filia data marito, cum ſponſores ab eo ſolenniter poſcerentur,
D aſinam cum pecuniæ onere produxit in forum; quaſi pro ſponſoribus præſens pignus. De C. Duilio mox dicam.

De navali triumpho C. Duilii Cos. de Pœnis.

Cn. Cornelius Cos. claſſi præfectus, omnibus navibus, ubi perfectæ eſſent, ad fretum venire juſſis, ipſe cum decem & ſeptem Meſſanam contendit, inde, cum, paratis neceſſariis rebus, quadam oblata ſpe, aliquanto celerius quam neceſſe erat, Liparas cum XVII. navibus conceſſiſſet, ibi ab Annibale Pœnorum duce concluſus & captus eſt. Annibal cum ad claſſem Romanorum ſpeculan-
E dam iret, atque improviſo in eam inſtructam incidiſſet magna ſuarum navium parte amiſſa, ipſe vix vivus effugit. His rebus auditis, C. Duilius pedeſtribus, quibus præerat, copiis

(88) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 491.
Olymp. CXXIX. anno III.
Ante Ær. Chr. 262.
L. POSTUMIUS MEGELLUS.
Q. MAMILIUS VITULUS. } Coſs.
Ita ex Polybio, & Caſſiodoro, & tab. Capitol. Sigonius, Pighius, & Almelovenius.

(89) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 492.
Olymp. CXXIX. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 261.
L. VALERIUS FLACCUS,
T. OTACILIUS CRASSUS. } Coſs.
Ita ex Polybio, Caſſiodoro, & tab. Capitol. Sigonius, Pighius, & Almelovenius.

(90) *Hoc eſt*. Anno ab U. C. 493.
Olymp. CXXX. Anno I.
Ante Ær. Chr. 260.
CN. CORNELIUS SCIPIO ASINA.
C. DUILIUS. } Coſs.
Ita ex Caſſiodoro, Zonara, Polybio, Oroſio &c. Sigonius, Pighius, & Almelovenius.

piis Tribunis militum traditis, ad claſſem ſe contulit; ac Pœnos navali prœlio congreſſus, devicit. Annibal vix Carthaginem incolumis rediit. Romani Segeſtam obſidione exemerunt, ac Macellam oppidum in Sicilia vi ceperunt. Hæc *Polybius* & *Zonaras*: quæ eadem ſunt in *Epitoma* XVII. ita; Cn. Cornelius Cos. à claſſe Punica circumventus, & per fraudem veluti in colloquium evocatus, captus eſt. C. Duilius Cos. adverſus claſſem Pœnorum proſpere pugnavit; primuſque omnium Romanorum ducum, navalis victoriæ duxit triumphum, ob quam cauſſam ei perpetuus quoque honos habitus eſt, ut revertenti à cœna tibicine canente funale præferretur. Itaque apud *Ciceronem* Cato merito ita loquitur; C. Duilium M. F. qui Pœnos primus claſſe devicerat, redeuntem à cœna ſenem ſæpe vidi puer, delectabatur crebro funali, & tibicine; quæ ſibi nullo exemplo privatus ſumpſerat, tantam licentiam dabat gloria. Et *Florus*; Duilius victor ad Liparas merſa & fugata hoſtium claſſe, primum illum maritimum egit triumphum, cujus quod gaudium fuit? cum Duilius imperator non contentus unius diei triumpho, per vitam omnem, ubi à cœna rediret, prælucere funalia, & præcinere ſibi tibias juſſit: quaſi quotidie triumpharet. Eadem *Eutropius* & *Oroſius*, & *Plinius* libro XXXIIII. Columna poſita C. Duilio Cos. qui primus navalem triumphum egit de Pœnis; quæ eſt etiam nunc in foro. Et *Tacitus* lib. II. Jano templum apud forum olitorium C. Duilius ſtruxit, qui primus rem R. proſpere mari geſſit, triumphumque navalem de Pœnis meruit. Idem eſt etiam apud Scriptorem libri de viris illuſtribus. De manibus ferreis, quas excogitavit in prœlio Duilius, & corvos nominavit, ſcribit *Polybius*, & *Frontinus* lib. II. cap. III.

DE COS. AN. CDXCIIII. (91)

C. Aquillium, L. Cornelium Conſules *Caſſiodorus*: Florum & Scipionem *faſti Siculi*: C. Florum, L. Scipionem *Zonaras*: C. Aquillium Florum, L. Cornelium Scipionem *Eutropius* & *Oroſius* ſuggerunt. Hos prætermittit *Polybius*. *Tabulæ Capitolinæ* cum annalibus conſentiunt *Eutropii* & *Oroſii*.

De triumpho L. Cornelii Scipionis Cos. de Pœnis & Sardinia & Corſica.

L. Cornelium Scipionem Conſulem de Pœnis, Sardis & Corſis triumphaſſe, ſcriptum eſt in *tabulis Capitolinis*. De quo triumpho ſic *Eutropius*; C. Aquillio Floro, L. Cornelio Scipione Cos. Scipio Corſicam & Sardiniam vaſtavit, multa millia inde captivorum abduxit, triumphum egit. In *Epitoma* XVII. L. Cornelius in Sardinia contra Sardos & Corſos, & Annonem Pœnorum ducem feliciter pugnavit. Et *Florus*; L. Scipio Cos. ſerpente latius bello, in Sardiniam, annexamque ei Corſicam, tranſit: ubi & Caracalæ urbis excidio incolas terruit, & omnes Pœnos ita terra marique expugnavit, ut jam victoriæ nihil niſi Africa ipſa reſtaret. Item *Oroſius*; item *Zonaras*: item *Valerius* libro quinto; L. Cornelius Cos. primo Punico bello, cum Olbiam oppidum cepiſſet, pro quo fortiſſime pugnans Anno dux Carthaginenſium occiderat, corpus ejus è tabernaculo ſuo amplo funere extulit. Et *Frontinus* libro III. L. Scipio in Sardinia cujuſdam civitatis per tumultum relicta oppugnatione, quam inſtruxerat, ſpeciem fugientis præſtitit; inſequutiſque temere oppidanis, per eos quos in proximo occultaverat, oppidum invaſit. Hoc anno nihil memorabile geſtum in Sicilia ſcribit *Polybius*. Quamquam utrumque Conſulem de Pœnis triumphaſſe, ſcriptum eſt in *Capitolinis tabulis*: id quod probatur: quia *Zonaras* ſcriptum reliquit, Amilcarem Pœnorum ducem totam Siciliam in ditionem ſuam fuiſſe redacturum, niſi à C. Floro Conſule ei obviam itum eſſet.

DE COS. AN. CDXCV. (92)

A. Atilium, C. Sulpicium Conſules edit in hunc annum *Polybius*: A. Atilium Calatinum, C. Sulpicium *Caſſiodorus*; CALATINUM & PATERCULUM *faſti Cuſpiniani* cum *Siculis*: A. Atilium Calatinum, C. Sulpicium Paterculum *Capitolini*: Atilium Calatinum, C. Sulpicium *Zonaras*.

De Triumpho C. Aquillii Flori pro Cos. de Pœnis.

C. Aquillium Florum pro Conſule de Pœnis hoc anno triumphaſſe, ſcriptum invenio in *tabulis Capitolinis*. Ex quo intelligi poteſt, rem priore anno ab ambobus Coſs. & in Sicilia & in Sardinia geſtam: quamvis *Polybius* nihil geſtum memoria dignum tradiderit.

De Triumpho C. Sulpicii Paterculi Cos. de Pœnis & Sardis.

COnſules in Siciliam profecti, Panormum, ubi Pœnorum tum copiæ hiemabant, totum belli impetum convertunt: eo vero oppido relicto, Hippanam & Mytiſtratum capiunt: Camarinam, quæ à ſe deſecerat, recipiunt; Ennam & alia Pœnorum oppida occupant; Liparas obſident. Ita *Polybius*. Qui vero ſcripſit de viris illuſtribus, hoc modo; Atilius Calatinus Enna, Drepano, Lilybæo hoſtilia præſidia dejecit, Panormum cepit: totamque Siciliam pervagatus, paucis navibus magnam hoſtium claſſem duce Amilcare ſuperavit: cum ad Camarinam ab hoſtibus obſeſſam properaret; à Pœnis in anguſtiis clauſus eſt: ubi Tribunus militum Calpurnius Flamma, acceptis trecentis, in ſuperiorem locum evaſit, Conſulem liberavit; ipſe cum trecentis pugnans cecidit; & poſtea ab Atilio ſemianimis inventus & ſanatus eſt. Florus autem ſic; Calatino dictatore: omnia fere præſidia Pœnorum Agrigento, Drepano, Panormo, Eryce, Lilybæo detracta: trepidatum ſemel circa

(91) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 494.
Olymp. CXXX. Anno II.
Ante Ær. Chr. 259.
L. CORNELIUS SCIPIO. } Coſs.
C. AQUILLIUS FLORUS. }
Ita ex Caſſiodoro, faſt. Siculis, Eutrop. & Oroſ. Sigonius, Pighius, & Almeloveniu.

(92) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 495.
Olymp. CXXX. Anno III.
Ante Ær. Chr. 258.
A. ATILIUS CALATINUS. } Coſs.
Q. SULPICIUS PATERCULUS. }
Ita ex Caſſiodoro, Zonara, faſt. Siculis, & Cuſpiniani Sigonius, Pighius, & Almeloventus.

circa Camarinenſium ſaltum : ſed eximia virtute Calpurnii Flammæ Tribuni militum, evaſerunt. In *Epitoma* autem XVII. ita; Atilius Calatinus Conſul, cum in locum iniquum à Pœnis circumſeſſum temere duxiſſet exercitum, M. Calpurnii Tribuni militum virtute & opera evaſit ; qui cum trecentis militibus eruptione facta, hoſtes in ſe convertit. De eodem Calpurnio *Oroſius*, *Gellius* lib. III. cap. VII. *Plinius* lib. XXII. cap. VI. *Frontinus* de ſtratagematis, *Valerius*. Agrigentum non recte *Florus* hoc anno captum ſcribit, cum biennio ante per obſidionem in poteſtatem Romanorum venerit. Præterea vero illud etiam apud ſcriptorem libri de viris illuſtribus eſt imprudenter ſcriptum, quod A. Atilio prœlium navale tribuit ; quod C. Atilio ſequenti anno Conſuli tribuendum eſt; ut poſt dicam: apud *Florum* iterum, quod res has à Calatino dictatore geſtas prodit; cum in Conſulatu geſtæ ſint. Porro autem C. Sulpicium in Sardinia rem geſſiſſe, ut A. Atilium in Sicilia, apparet inde, quod Sulpicius de Pœnis & Sardis Conſul triumphavit; Atilius ſequenti anno pr. de Pœnis ex Sicilia, auctoribus *Capitolinis tabulis*.

De Cenſoribus & Luſtro XXXVI.

IN *tabulis Capitolinis* hoc anno cenſor eſt C. Duillius : collega ejus intercidit, neque annalium ope ulla reperiri adhuc potuit : in *fragmentis Capitolinis* eſt ſyllaba SCI = ex qua apparet Scipionem fuiſſe ; credo eum qui priore anno Conſulatum geſſit. Luſtrum factum eſſe XXXVI. probat ſequens luſtrum XXXVII.

DE COS. AN. CDXCVI. (93)

CN. Cornelium, C. Atilium Serranum Conſules prodit *Caſſiodorus* : C. Atilium *Polybius*: C. Atilium Regulum *Capitolinæ tabulæ*: REGULUM & BLASIONEM iterum, *faſti Cuſpiniani & Siculi*. Hic Atilius primus fuiſſe videtur, qui *Serrani* cognomen tulerit: de quo *Cicero* pro Roſcio; Næ tu Erucci accuſator ridiculus eſſes, ſi illis temporibus natus eſſes, cum ab aratro accerſebantur qui Conſules fierent : etenim qui præeſſe agro colendo flagitium putes, profecto illum Atilium, quem ſua manu ſpargentem ſemen qui miſſi erant, convenerunt, hominem turpiſſimum judicares: & *Valerius* lib. IV. Atilium, qui ad eum accerſendum à Senatu miſſi erant ad imperium Populi R. ſuſcipiendum, ſemen aſpergentem viderunt: ſed illæ ruſtico opere attritæ manus, ſalutem publicam ſtabilierunt, ingentes hoſtium copias peſſumdederunt ; quæque modo arantium boum jugum rexerant, triumphalis currus habenas retinuerunt : & *Appulejus* in Apologia Romanorum etiam majoribus Quinctiis & Serranis non modo uxores, verum etiam Conſulatus & dictaturæ in agris offerebantur. *Plin.* lib. XVIII. Ipſorum tunc manibus imperatorum colebantur agri (ut fas eſt credere) gaudente terra vomere laureato, & triumphali aratore: ſerentem invenerunt, dati honores ; Serranum unde cognomen. Ex his enim intelligitur, Atilium eum qui Serranus dictus eſt, & Conſulatum geſſiſſe, & triumphum egiſſe : quæ duo huic contigerunt.

De Q. Ogulnio dictatore.

Q. Ogulnium Gallum dictatorem cum M. Lætorio Planciano magiſtro equitum hoc anno creatum feriarum Latinarum cauſſa, niſi ſcriptum eſſet in *Capitolinis tabulis*, id, ut multa alia, vetuſtas obruiſſet. Hunc eſſe opinor eum qui Conſul ante fuit anno CDXXCIV.

De triumpho A. Atilii Calatini pr. ex Sicilia de Pœnis.

IN *tabulis Capitolinis* eſt, A. Atilium Calatinum pr. ex Sicilia de Pœnis triumphaſſe : de quo triumpho ſcribit etiam auctor libri de viris illuſtribus. De rebus ab eo geſtis, diximus in anno priore. Illud admonendum hoc loco videtur, Prætorem pro Proconſule poni in *tabulis Capitolinis* : hoc enim ſignificant, Atilium prorogato ultra Conſulatum imperio, non in magiſtratu triumphaſſe : niſi malis, eum poſt Conſulatum abſentem prætorem creatum, in prætura triumphum egiſſe : quod quidem ego potius crediderim.

De triumpho navali C. Atilii Reguli Cos. de Pœnis.

C. Atilium Regulum Conſulem de Pœnis navalem egiſſe, invenio ſcriptum in *tabulis Capitolinis*: qui triumphus probatur etiam auctoritate *Oroſii*, qui ſic ait; Annibal ſenior, à Carthaginienſibus iterum claſſi præpoſitus, infeliciter com Romanis navali prœlio congreſſus, & victus, ab exercitu ſuo ſeditione orta, lapidibus obrutus eſt. Atilius Conſul Liparam Melitamque, inſulas Siciliæ nobiles, pervagatus evertit. Item *Zonaras*. Item in *Epitoma* XVII. Annibal dux Pœnorum victa claſſe, cui præfuerat, à militibus ſuis in crucem ſublatus eſt. Huc etiam referuntur quæ de A. Atilio Calatino ſunt in libro de viris illuſtribus; Totam Siciliam pervagatus, pancis navibus magnam hoſtium claſſem duce Amilcare ſuperavit. Hos annales ſequuti ſunt ii, qui *triumphum* hujus navalem *Capitolinum* ſcripſerunt : nam *Polybius* bis mari pugnatum eſſe ab C. Atilio & Pœnis ait ita, ut ambo ſibi victoriæ gloriam vindicarent : ceterum terra nihil memorabile geſtum eſſe. Hinc factum eſt ut *Plinius* hunc triumphalem aratorem appellaverit ; & *Valerius* triumphalis currus habenas eum tractaſſe tradiderit, ut ante expoſui.

DE

(93) *Hoc eſt:* Anno ab U. C. 496.
Olymp. CXXX. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 257.
C. ATILIUS REGULUS SERRANUS.) Coſs.
CN. CORNELIUS BLASIO II.)
Ita ex Caſſiodoro, Polybio, faſt. Capitol. & Siculis &c. Sigonius, Pighius, & Almelovenius.
Hoc ipſo anno:
Q. OGULNIUS GALLUS DICTATOR.
M. LÆTORIUS PLANCIANUS MAG. EQU.
Ita Sigonius, & Pighius.

DE COS. AN. CDXCVII. (94)

Q. Cædicium, L. Manlium Conſules edit deinceps *Caſſiodorus*: Vulſonem & Cædicium *faſti Siculi*: M. Regulum, L. Manlium *Zonaras*: M. Atilium Regulum, L. Manlium Vulſonem *Eutropius*. M. Atilium, L. Manlium *Polybius*. *Livius* etiam libro trigeſimo nono; Poſt M. Atilium Regulum, inquit, & L. Manlium Conſules, Africa nullas copias Romanas vidit, niſi poſt annos ferè quinquaginta, cum P. Scipio trajecit. Eorundem meminit etiam *Juſtinus* lib. XLI. Eſt autem intelligendum, Q. Cædicium in Magiſtratu mortuum, M. Atilium in ejus locum ſubrogatum, atque iterum factum eſſe, quod ex *Capitolinis tabulis* patet; in quibus eſt L. Manlius Vulſo Longus, & in locum Q. Cædicii M. Atilius Regulus II. & ex libro *Cuſpiniani*, apud quem eſt LONGUS & REGULUS.

De triumpho navali L. Manlii Vulſonis Cos. de Pœnis, & rebus à M. Atilio Regulo Cos. cum Pœnis geſtis.

Hoc anno Romani pararunt omnia, ut in Africam trajicerent. Pœni id pro viribus impedire conati, prœlium navale commiſerunt, duces tunc erant Conſules, M. Atilius, L. Manlius; inde, Anno & Amilcar, victoria penes Romanos fuit. Iidem reparatis quas cœperant navibus ad Mercurii promontorium, quod eſt in Africa, inde Aſpidem urbem à litore primam veniunt: eaque in deditionem accepta, in agrum Carthaginienſem impetum faciunt. L. Manlius Romam cum parte claſſis revocatus eſt M. Atilius in Africa cum XL. navibus, & XV. millibus peditum, & D. equitibus, manſit. Carthaginienſes tribus ducibus, Aſdrubali, Boſtari, & Amilcari, regionis præſidium tradunt. Atilius Adi oppido obſeſſo, Tunete expugnato, cum ſucceſſorem timeret, facere fœdus cum Carthaginienſibus voluit: quod ab iis propter acerbiores conditiones repudiatum eſt. Hoc *Polybius*. *Eutropius* paulo ſecus de eadem re ita; L. Manlio Vulſone, M. Atilio Regulo Coſs. bellum in Africam translatum eſt, contra Amilcarem Carthaginienſium ducem in mari pugnatum, victuſque eſt, nam amiſſis LXIV. navibus, regreſſus eſt. Romani XII. amiſerunt: cum in Africam tranſiſſent, primam Clypeam Africæ civitatem in deditionem acceperunt, Conſules uſque ad Carthaginem proceſſerunt: multiſque vaſtatis oppidis, Manlius victor Romam rediit, & XXVII. millia captivorum cum ingentibus ſpoliis reduxit. Atilius in Africa remanſit; contra tres Carthaginienſium duces aciem inſtruxit, Aſdrubales duos, & Amilcarem; ac dimicans, victor fuit. XVIII. millia hoſtium cæcidit, V. millia cum XVIII. elephantis cepit: ſerpentem miræ magnitudinis, qui milites multos,

A qui ad flumen Bagradam aquatum deſcenderant, devoraverat, occidit: cujus corium CXX. pedes longum fuit, Romam delatum, aliquandiu cunctis miraculo fuit, tum victi Carthaginienſes, pacem à Romanis petierunt. In *Epitoma* autem XVII. ſic eſt: Atilius Regulus Cos. victis navali prœlio Pœnis, in Africam trajecit: item, in Africa ſerpentem portentoſæ magnitudinis cum maxima militum clade occidit. Eadem ſunt apud *Oroſium*, & *Florum*, & *Zonaram*, & *Silium*. De ſerpente, & corio ejus, *Gellius* lib. VI. cap. III. *Valerius* de miraculis. Hæc & navalem triumphum L. Manlii, de quo eſt in *Capitolinis tabulis*, & nobilem victoriam M. Atilii, con-
B firmare poſſunt. Eodem anno extremo captum M. Atilium puto, id enim & tradit *Zonaras*, & hæc verba *Livii* probant, quæ ſunt lib. XXIV. M. Atilius primo acceſſu ad Africam, non offendit: eique portus Africæ patuerunt: & quantum ad Carthaginienſes duces, invictus ad ultimum permanſit. Captum autem ita ſcribit *Eutropius*: Cum Regulus pacem niſi duris conditionibus daret, Pœni auxilium à Lacedæmoniis petierunt: & dux eis miſſus Xanthippus, ejus belli victor fuit. Regulus victus eſt ultima pernicie: II. millia tantum ex Romanis effugerunt: XV. millia cum Regulo capta, XXX. millia cæſa. Xantippus ilico in Græciam navigavit: Regulus
C in catenas conjectus. *Polybius* elephantorum maxime cauſa cladem acceptam ſcribit. De eodem etiam capto pluribus agit *Zonaras*.

DE COS. AN. CDXCVIII. (95)

Ser. Fulvium, M. Aimilium Conſules in hunc annum prodit *Polybius*: Nobiliorem & Paullum *faſti Cuſpiniani*: Paetinum & Paullum *Siculi*: Ser. Fulvium Nobiliorem, M. Aimilium Paullum *Caſſiodorus*, & cum *faſtis Capitolinis Eutropius*. Uterque in Siciliam miſſus.

De triumphis Ser. Nobilioris, & M. Paulli
D *Procos. de Coſſurenſibus & Pœnis.*

Igitur Æmilius Paullus & Fulvius Nobilioe Conſules, audita captivitate Reguli (inquit *Oroſius* & *Zonaras*) & clade exercitus Romani, tranſire in Africam cum claſſe CC. navium juſſi, Clupeam petunt. Eo & Carthaginienſes cum pari claſſe confeſtim venerunt, nec differri potuit navale certamen. CIV. naves Carthaginienſium demerſæ: XXX. cum pugnatoribus captæ: præterea XXXV. millia militum cæſa ſunt. Romanorum autem novem navibus deprehenſis, mille centum periere milites, Conſules Clupeæ caſtra poſuerunt, cum duo Annones eo cum magno exercitu
E convenissent, prœlio commiſſo, IX. millia militum perdiderunt: poſt autem, cum Romana claſſis ad Italiam prædis onuſta remearet, infando naufragio everſa eſt; nam ex CCC. navibus CCXX. perierunt, LXXX. vix abje-

(94) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 497.
Olymp. CXXXI. Anno I.
Ante Ær. Chr. 256.
L. MANLIUS VULSO LONGUS.
Q. CÆDICIUS, cui in Magiſtratu mortuo ſuffectus eſt.
M. ATILIUS REGULUS II.
Ita ex Caſſiodoro, faſt. Siculis, Eutropio, & Livio Sigonius, Pighius, & Almeloveenius.

(95) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 498.
Olymp. CXXXI. Anno II.
Ante Ær. Chr. 255.
SER. FULVIUS PÆTINUS NOBILIOR. } Coſs.
M. AIMILIUS PAULLUS. }
Aimilius ſcribi debet, non *Aemilius*. Vide Sig.
Ita ex Polybio, Eutropio, Caſſiodoro, & faſt. Sic. & Cuſpiniani Sigonius, Pighius, & Almeloveenius.

Digitized by Google

A abjectis oneribus liberatæ ſunt. Amilcar cum exercitu in Numidiam Mauritaniamque miſſus, poſtquam hoſtiliter in univerſos egit, quod Regulum libenter ſuſcepiſſe dicerentur, mille argenti talentis, & XX. millibus boum reliquos condemnavit. Eadem ſunt apud *Polybium* fere & *Eutropium*: de naufragiis Romanis in *Epitoma* XVIII. Itaque in *Capitolinis tabulis* ſcriptum eſt, utrumque Conſulem de Coſſurenſibus & Pœnis pro Conſule ſequenti anno triumphaſſe, ut omnino naufragia Conſulibus, quo minus victoriæ honorem meritum adepti ſint, impedimento fuiſſe non videantur. Coſſura autem inſula fuit in mari Africo ad quam Conſules tempeſtate delatos B eſſe; eamque vaſtatam præſidiiſque firmatam reliquiſſe, tradit *Zonaras*.

DE COS. AN. CDXCIX. (96)

CN. Cornelium, A. Atilium Conſules memorat in hunc annum *Caſſiodorus*, & *Polybius*: A. Atilium Calatinum II. Cn. Cornelium Scipionem Aſinam II. ſcribunt *Capitolini auctores*. De Cn. Cornelio Aſina Cos. II. ſic *Valerius* lib. VI. Cn. Cornelius Scipio Aſina, qui Conſul à Pœnis apud Liparas captus fuit, cum belli jure omnia perdidiſſet, cuncta recuperavit Conſul iterum creatus, ita ex Conſule captivus, ex captivo iterum Conſul fa- C ctus.

De re geſta à Conſulibus cum Pœnis, & triumpho Cn. Cornelii Aſinæ pro Cos. de Pœnis.

ROmani ducentarum & viginti navium claſſe refecta, Conſules Cn. Cornelium, A. Atilium in Siciliam miſerunt, qui acceptis iis quæ ex naufragio ſuperfuerunt, & claſſe trecentarum navium facta, Panormum Pœnorum urbem obſidione ceperunt. Ita *Polybius*, & *Zonaras*. *Eutropius* item claſſem ducentarum navium ſtatim à Romanis reparatam ſcribit. Hac de cauſa factum eſt ut Cn. Cornelius de Pœnis, ſed pro Conſule, atque inſe- D quenti anno, triumphaverit, ejus enim triumphus in *Capitolinis tabulis* ſcriptum eſt; præterea nuſquam.

DE COS. AN. D. (97)

COnſules ſuggerit *Caſſiodorus* & *Polybius* Cn. Servilium, C. Sempronium. Cæpionem & Blæſum *faſti Siculi*: Servilium Cæpionem & C. Sempronium *Zonaras*: Cn. Servilium Cæpionem, C. Sempronium Blæſum *Eutropius* & *Oroſius*. Eorundem meminit etiam *Solinus* cap. XXX. & *lapis Capitolinus*.

De Cenſoribus abdicatis.

E CEnſores in hunc annum conjiciunt *Capitolini ſcriptores* D. Junium Peram, L. Poſtumium Megellum, qui idem prætor erat. Ceterum abdicatos eos morte Poſtumii intelligendum eſt. Nam nec Luſtrum adſcriptum eſt, & poſtero anno alteri Cenſores creati ſunt. Horum autem meminit, quod legerim, nemo.

De Triumpho C. Sempronii Blæſi Cos. de Pœnis.

COnſules CLX. navibus in Siciliam, inde in Africam tranſgreſſi, univerſam oram maritimam quæ circa Syrtes eſt, depopulati ſunt: ignari autem locorum, cum in Syrtes impuliſſent, onera abjicere omnia, ut naves ſublevarent, coacti, cum retro in Siciliam, atque ex Sicilia in Italiam irent, coorta tempeſtate, CL. naves onerarias & prædam amiſerunt. Itaque S. C. factum, ne amplius quam LX. navium claſſis ad ſubſidium Italiæ haberetur. Hæc *Polybius*, *Eutropius*, *Oroſius*, & *Zonaras*. Itaque *Solinus* cap. XXX. Cn. Servilio, C. Sempronio Coſs. inquit, inter Syrtes claſſis Romana impulit. Adjicit etiam *Polybius*, à Conſulibus his nihil memorabile geſtum, ut non eoſdem omnes ſequuti annales videantur: ſiquidem rem præclare geſtam eſſe, indicant ii, qui *Capitolinum triumphum* C. Sempronii Blæſi Conſulis de Pœnis deſcripſerunt: forte autem, quia maritimam oram late populatus erat, Sempronius triumphum impetravit.

DE COS. AN. DI. (98)

COnſules ſubjicit *Caſſiodorus* C. Aurelium Cottam, & P. Geminum: Cottam & Geminum *faſti Siculi*; C. Aurelium Cottam, P. Servilium Geminum *Capitolini*. P. Servilium, C. Aurelium *Zonaras*. *Cicero* in Lucullo C. Cottam cum P. Servilio Gemino bis Conſulem fuiſſe ſcribit. C. Cottæ Conſulis in Sicilia meminit etiam *Frontinus* lib. IV. de ſtrategematis, & *Oroſius*.

De Cenſoribus, & Luſtro XXXVII.

M'. Valerium Maximum, P. Sempronium Sophum Cenſores edunt in eundem annum *Capitolinæ tabulæ*, ab iiſque Luſtrum XXXVII. conditum profitentur. De quibus hæc tantum *Valerius* capite de cenſoria nota: P. Sempronius Sophus, M'. Valerius Cenſores, quadringentos juvenes equites, quia in Sicilia ad munitionum opus ire juſſi, facere id neglexerant, equis publicis ſpoliatos, in numerum ærariorum retulerunt. Et in *Epitoma* XVIII. P. Sempronius Sophus, M'. Valerius Maximus Cenſores cum Senatum legerent, XIII. Senatu moverunt; Luſtrum condiderunt, quo cenſa ſunt civium capita * CCXCVII. millia * DCCXCVII.

De

(96) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 499.
Olymp. CXXXI. Anno III.
Ante Ær. Chr. 254.
CN. CORNELIUS SCIPIO ASINA II. }
A. ATILIUS CALATINUS II. } Coſs.
Ita ex Caſſiodoro, Polybio, & faſt. Capitol. Sigonius, Pighius, & Almelovenius.

(97) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 500.
Olymp. CXXXI. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 253.
CN. SERVILIUS CÆPIO. }
C. SEMPRONIUS BLÆSUS. } Coſs.
Ita ex Caſſiodoro, Polybio, Eutropio, Oroſio &c. Sigonius, Pighius, & Almelovenius.

(98) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 501.
Olymp. CXXXII. Anno I.
Ante Ær. Chr. 252.
C. AURELIUS COTTA. }
P. SERVILIUS GEMINUS. } Coſs.
Ita ex Caſſiodoro, faſt. Siculis, Zonara &c. Sigonius, Pighius, & Almelovenius.

De Triumpho C. Aurelii Cottæ Cos. de Pœnis & Siculis.

C. Aurelium Cottam Conſulem de Pœnis & Siculis triumphaſſe, nemo prodit niſi is, qui *Capitolinos triumphos* digeſſit. Probant autem hunc triumphum verba *Oroſii*, ita ſcribentis; Patres decreto rupto, Cottam Conſulem in Siciliam miſerunt, qui plurimis prœliis adverſus Pœnos & Siculos terra marique pugnavit, & per totam Siciliam partim hoſtium, partim etiam ſociorum inhumanas ſtrages reliquit. Et *Frontinus* lib. IV. ſic; Aurelius Cotta Conſul, cum ad opus equites neceſſitate cogente juſſiſſet accedere, eorumque pars detrectaſſet imperium, queſtus apud Cenſores, effecit ut notarentur: à patribus deinde obtinuit ne eis præterita æra procederent. Tribuni quoque plebis de eadem re ad populum pertulerunt, omniumque conſenſu ſtabilita diſciplina eſt. Item; Cotta Conſul in Sicilia in Valerium nobilem Tribunum militum virgis animadvertit. Idem P. Valerium Pecuniolam ſanguine ſibi junctum; quem obſidioni Liparitanæ ad auſpicia repetenda Meſſanam tranſiturus, præfecerat, virgis cæſum militiæ munere inter pedites fungi coëgit; quod ejus culpa ager incenſus, & pene caſtra erant capta. *Polybius* Cottæ nomen omiſit: victoriam autem his (ut puto) verbis expreſſit: Romani accepta ab elephantis in Africa clade, adeo perculſi erant, ut per biennium partim in agro Africo, partim in Selinuntino, cum prope hoſtes quinque aut ſex ſtadia caſtra feciſſent, nec pugnam inire, nec æquis ſe campis committere auderent, quod elephantorum incurſionem pertimeſcerent. Thermam autem ac Liparas interea obſederunt. Cum hæc ratio facit, ut *Oroſio* non aſſentiar, qui Cottam mari pugnaſſe tradidit; tum vero quod nec Cottæ triumphus navalis fuiſſe traditur, & Romani niſi biennio poſt, decretum de claſſe reſtituenda fecerunt. Cottam *Zonaras* navibus Hieronis Regis uſum ſcribit.

DE COS. AN. DII. (99)

L. Cæcilium, Cn. Furium Conſules *Polybius* ſuggerit: Metellum & Pacilum *faſti Siculi*: Cæcilium Metellum, C. Furium *Zonaras*: L. Cæcilium Metellum, C. Furium *Caſſiodorus*: L. Cæcilium Metellum, C. Furium Pacilum *Eutropius*, *Oroſius*, & *lapis Capitolinus*. Hic eſt L. Metellus bis Conſul, & Pont. Max. de quo *Plinius* lib. VII. cap. XLIII.

De re geſta cum Pœnis à L. Metello Cos.

L. Cæcilium Metellum Conſulem rem cum Pœnis in Sicilia bene geſſiſſe nemo negat: pro Conſule etiam geſſiſſe, indicat triumphus ejus, quem pro Conſule egit VII. Idus Septembris. Hoc enim tempore Conſules iniiſſe arbitror aut Majo, aut Junio menſe; quod priore anno C. Cotta extremo (ut par

A eſt) Conſulatu de Pœnis & Siculis Idib. Aprilis triumphaverit. De rebus autem à Metello geſtis ſic *Polybius*; L. Metellus, C. Furius, in Siciliam cum pedeſtribus copiis miſſi: iis naves tantum LX. comportandi frumenti cauſa datæ, quod Romani ſæviſſimis naufragiis conflictati, mari ſibi abſtinendum eſſe decreviſſent. Aſdrubal autem, Romanorum metu cognito, cum, altero Conſule cum parte copiarum Romam reverſo, ſolum Metellum Panormi ſe continere audiret, ex Lilybæo in Panormitanum agrum irrupit; ut, ſi poſſet, Metellum ad prœlium provocaret: cum Metellus trajicientem flumen adortus, maxime elephantorum, quos in Romanos ille impule-
B rat, in ſuos fuga, ſummo prœlio ſuperavit, quo factum eſt, ut urbe egreſſus, caſtra & ipſe ſub dio habuerit. Ita *Polybius*. *Oroſius* autem hoc modo; Aſdrubal novus Pœnorum dux, cum elephantis CXXXIII., & equitum peditumque amplius XX. millibus Lilybæum venit ex Africa, & cum Metello Conſule apud Panormum pugnavit, ſed Metellus vim belluarum timens, eas conſilio vel fugavit vel cæcidit: & ſic facile magnam vim hoſtium ſuperavit, XX. millia Carthaginienſium cæſa; elephanti XXVI. interfecti; CIV. capti, & per Italiam ducti maximum Italis ſpectaculum præbuere. Aſdrubal cum paucis Lilybæum profugit: & abſens à Pœnis capite damnatus eſt.
C Et *Eutropius*; Metellus Conſul in Sicilia Aſdrubalem cum CXXX. elephantis, & magnis copiis vicit: apud Panormum XX. millia hoſtium occidit; XXVI. elephantes cepit, reliquos errantes collegit. De eodem ita etiam in Parallelis *Plutarchus*; Pœnis ac Siculis ſocia adverſus Romanos arma parantibus, Metellus imp. omnibus diis præterquam Veſtæ, ſacrificium fecit: quæ cum adverſos ventos immiſiſſet, C. Julius augur eos ceſſaturos dixit, ſi ante filiam immolaſſet: quod cum ille facturus eſſet, dea buculam ſuppoſuit. Hoc anno victos Pœnos Regulum captivum Romam de pace, aut de captivis commutandis miſiſſe; utrumque eum in Senatu diſſuaſiſſe,
D ſcribit *Eutropius*, *Oroſius*, *Gell.* lib. VI. cap. IV. *Valerius* lib. I. cap. I. *Cicero* de Offic. de Finibus; *Epitoma* XVIII. *Zonaras* pluribus, & *Silius*.

DE COS. AN. DIII. (100)

C. Atilium, L. Manlium Conſules edit hoc anno *Polybius*: C. Atilium Regulum, L. Manlium *Caſſiodorus*: C. Atilium Regulum, L. Manlium Vulſonem: ambos iterum *Oroſius*, & *lapis Capitolinus*: C. Atilium Reguli fratrem, & L. Manlium *Zonaras*: Regulum & Vulſonem *faſti Siculi*.

E *De triumpho L. Metelli pro Cos. de Pœnis.*

L. Metellum pro Conſule triumphaſſe de Pœnis, tradunt *Capitolini ſcriptores*: qui triumphus omnium pene annalium vocibus celebratur: ſic enim loquitur *Plinius* libr. VIII.

Roma

(99) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 502.
Olymp. CXXXII. Anno II.
Ante Ær. Chr. 251.
L. CÆCILIUS METELLUS. } Coſſ.
C. FURIUS PACILUS. }
Ita ex Caſſiodoro, Polybio, Zonara, Eutropio, Oroſio &c. Sigonius, Pighius, & Almeloveenius.

(100) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 503.
Olymp. CXXXII. Anno III.
Antè Ær. Chr. 250.
C. ATILIUS REGULUS II. } Coſſ.
L. MANLIUS VULSO II. }
Ita ex Polybio, Caſſiodoro, Oroſio, & tab. Capitol. & Sic. Sigonius, Pighius, & Almeloven.

Roma plurimos elephantos anno quingenteſimo ſecundo vidit, victoria L. Metelli pont. in Sicilia de Pœnis captos. Et lib. VII. L. Metellus pont. bis Cos. dict. magiſter equitum primus elephantos primo Punico bello duxit in triumpho. Et libr. XVIII. M. *Varro* auctor eſt cum L. Metellus in triumpbo plurimos duxit elephantos, aſſibus ſingulis farris modios fuiſſe. *Epitoma* autem XIX. ita; Cæcilius Metellus rebus adverſus Pœnos proſpere geſtis, ſpecioſiſſimum egit triumphum XIII. ducibus hoſtium, & CXX. elephantis in eo ductis. Et *Florus*; Argumentum ingentis victoriæ Metelli centum circiter elephantorum captivitas. *Eutropius* CXXX. elephantos in triumpho ductos ſcribit. Quo præterea conſilio elephantos trajecerit in Italiam Metellus, *Frontinus* docet libro primo cap. VII.

De re geſta à Conſulibus cum Pœnis.

HOc anno Romani, inquit *Polybius*, Metelli victoria elati, nova ædificata claſſe, & vetere refecta, Conſules C. Atilium & L. Manlium in Siciliam miſerunt: hi acceptis pedeſtribus copiis, ad Lilybæum obſidendum pergunt. Imilco urbi præerat, cum obſidio differretur, Annibal Amilcaris filius ex Africa cum claſſe miſſus, atque intra oppidum receptus, Pœnorum animos confirmavit, multis Romanorum diuturna obſidione deletis, Romani ſupplementum miſerunt. Hæc *Polybius*. *Oroſius* autem ſic; Remiſſo Regulo captivo Carthaginem, alter Atilius Regulus, & Manlius Vulſo, ambo II. Conſules, cum claſſe CC. navium, & IV. legionibus, Lilybæum profecti ſunt, quod oppidum obſidere Romani conati, ſuperveniente Annibale Amilcaris filio victi, majore exercitus ſui parte amiſſa, ipſi ægre evaſerunt.

DE COS. AN. DIV. (1)

COnſules ſubjicit P. Claudium, L. Junium *Caſſiodorus* & *Polybius*: L. Junium, Claudium Pulchrum *Zonaras*. Claudio Pulchrum *Florus*, & *Suetonius* in Tiberio: Junio Pullum *Cenſorinus* cognomina adjiciunt, quæ eadem ſunt etiam in *Siculis* & *Capitolinis tabulis*. Hunc P. Claudium *Cicero* de divinatione, & de natura deorum, Ap. Cæci filium; *Plinius* lib. XV. nepotem vocant, cum *Cicerone* ſtant *Capitolini ſcriptores*. Eorundem Conſulum meminit *Valerius* lib. I. cap. IV.

De re geſta à Conſulibus cum Pœnis.

P. Claudius Conſul in Siciliam, ut exercitui præeſſet, miſſus, cum Drepanum, ubi Adherbal erat, navigaret; cum eodem occurrente congreſſus, vix cum XXX. navibus incolumis evaſit. XCIII. in manus hoſtium pervenere, propterea à Romanis poſtea judicio condemnatus, quod ejus temeritate cladem eam acceptam ſatis conſtabat. L. Ju-

A nius Conſul alter, refecta claſſe à Romanis in Siciliam mittitur, ut iis qui Lilybæum obſiderent, adeſſet, claſſis Romana, quæ in portu Lilybætano erat, interea à Carthalone & Imilcone præfectis, partim incenditur, partim capitur, ad cujus rei nuncium, cum L. Junius, qui Syracuſis erat, properaret, orta ſæva tempeſtate omni claſſe amiſſa, ſollicitus Lilybæum contendit, inde in Eryce monte & oppido capto præſidiis impoſitis, Romam rediit. Hæc *Polybius*. De eadem autem re *Oroſius* ſic; Claudius Conſul cum claſſe CXX. navium ad Drepani portum contra hoſtem profectus, ibique mox exceptus claſſe Pœnorum, ſuperatus eſt: & ipſe quidem cum XXX. B navibus Lilybæum in caſtra confugit, reliquæ omnes aut captæ aut demerſæ fuerunt. VIII. millia militum cæſa, XX. millia capta referuntur: L. Junius collega Claudii univerſam claſſem naufragio amiſit. *Eutropius* autem ita; Claudius contra auſpicia pugnavit, & à Carthaginienſibus victus eſt: Junius claſſem naufragio amiſit: exercitum tamen ſalvum habuit, quia vicina litora erant. De neglectis ab utroque Conſule auſpiciis *Cicero* de divinatione, & de natura deorum, ſic; P. Claudius Ap. Cæci filius, primo Punico bello etiam per jocum deos irridens, cum cavea liberati pulli non paſcerentur, mergi eos in aquam juſſit, ut biberent, quoniam eſſe noC lent, qui riſus multas ipſi lachrymas, magnam populo Rom. cladem attulit: itaque à populo condemnatus eſt. L. autem Junius P. Claudii collega, tempeſtate claſſem amiſit, cum auſpiciis non paruiſſet, itaque necem ſibi ipſe conſcivit. *Valerius* tamen lib. VIII. Claudium damnatum non eſſe oſtendit, cum ait; P. Claudius neglectis auſpiciis amiſſa claſſe, infeſto populo objectus, cum effugere debitam pœnam nullo modo poſſe crederetur, ſubito coorti imbris beneficio à damnatione tutus fuit: diſcuſſa enim quæſtione, aliam velut diis interpellantibus de integro inſtaurari non placuit. Junium à Carthalone captum ſcribit *Zonaras*.

D

De M. Claudio Glicia dict. abd. A. Atilio Calatino dictatore ſuffecto.

HOc anno M. Claudio dictatore creato, eoque abdicato, A. Atilium Calatinum ſubrogatum eſſe invenio, non ſolum in *Capitolinis tabulis*, ſed etiam apud *Suetonium* in Tiberio, & in *Epitoma* XIX. *Suetonius* quidem ſic ſcribit; Claudius Pulcher apud Siciliam non paſcentibus in auſpicando pullis, ac per contemptum religionis mari demerſis ut biberent, quando eſſe nollent, prœlium navale iniit: ſuperatuſque, cum dictatorem dicere à Senatu juberetur, velut iterum illudens * criE mini publico, Gliciam viatorem ſuum dixit. In *Epitoma* autem ſcriptum eſt ita; Claudius Pulcher Conſul, qui contra auſpicia profectus juſſit immergi pullos, qui cibari nolebant, infeliciter adverſus Carthaginienſes claſſe pugnavit:

(1) *Hoc eſt:* Anno ab U. C. 504.
Olymp. CXXXII. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 249.
P. CLAUDIUS PULCHER. } Coſs.
L. JUNIUS PULLUS. }
Ita ex Caſſiodoro, & Polyb. Cenſorino, faſt. Sic. & Capitol. Sigonius, Pighius, & Almeloven.
Variant in prænomine *P. Claudii* alii auctores. Pro *P. Pubio* enim alii ſcribunt *Appium*, & alii *Cajum*; quos Pighius rectè confutat.
Hoc ipſo anno:
M. CLAUDIUS GLICIA, qui fuerat Scriba, DICTATOR, ſine MAGISTRO EQUITUM.
At abdicare coacto ſuffectus eſt:
A. ATILIUS CALATINUS DICTATOR.
L. CÆCILIUS METELLUS MAG. EQU.
Ita Sigonius & Pighius.

vit : & revocatus à ſenatu, juſſuſque dictatorem dicere, C. Glauciam dixit ultimæ ſortis hominem : qui coactus abdicare ſe magiſtratu, poſtea ludos prætextatus ſpectavit : Atilius Calatinus primus dictator exercitum extra Italiam duxit. *Dio* etiam lib. XXXVI. obſervatum eſſe diligenter ait, ne dictator extra Italiam imperium haberet : ac nemini unquam niſi uni in Siciliam id eſſe delatum. De L. Cæcilio Metello magiſtro equitum agit *Plin.* libr. VII. cap. XLIII. Quæ Calatinus dictator in Sicilia geſſerit, ea ad nos non pervenerunt. *Zonaras* à Calatino dictatore, & Metello magiſtro equitum, nihil memorabile geſtum eſſe ait.

DE COS. AN. DV. (2)

P. Servilium, C. Aurelium Conſules ſuggerit *Caſſiodorus*. Hos bis Conſules fuiſſe ſcribit in Lucullo *Cicero*: quod etiam ex *Capitolinis* & *Siculis tabulis* intelligitur ; in quibus cognomina horum ſunt Geminus ii. & Cotta ii.

De re geſta cum Pœnis:

HOc anno C. Aurelius, & P. Servilius Conſules, Lilybæum & Drepanum oppida oppugnarunt, ac Pœnos terra prohibuerunt, & ſocias eorum urbes populationibus infeſtas reddiderunt. Quos ut averteret Carthalo, claſſe oram Italiæ peragravit. Sed inito conſilio, mercenariorum militum ſeditione permotus, in Siciliam rediit. Hæc *Zonaras*. *Polybius* autem Romanos inquit, prioris anni naufragiis afflictos, per quinque annos mari abſtinuiſſe : ſic enim potius apud eum legendum puto, quam *quindecim*. Claſſem Punicam inſequentibus poſt Claudium Conſulem annis Italiæ oram infeſtam reddidiſſe, eamque longe lateque vaſtaſſe, auctor eſt *Eutropius*, & *Polybius*. Multa interea per tres annos prœlia ad Erycem commiſſa eſſe inter Romanos & Pœnos, cum ſummum & imum montem Romani, Amilcar Barca eorum imperator mediam urbem teneret ; verum quibus Romanis ducibus, ac quid quoque anno ſigillatim geſtum ſit, memoriæ proditum non eſſe ait *Polybius*.

DE COS. AN. DVI. (3)

L. Cæcilium, M. Fabium Conſules in hunc annum edit *Caſſiodorus* : Cæcilium Metellum & Numerium Fabium *Zonaras*: METELLUM ii. & BUTEONEM ii. *faſti Cuſpiniani* & *Siculi* : L. Cæcilium Metellum ii. N. Fabium Buteonem ii. *Capitolini*. Metellum bis Conſulem fuiſſe, tradit etiam libr. VII. *Plinius*. Hoc anno Metellus Cos. ad Lilybæum fuit ; Fabius Drepanum obſedit, & Columbariam inſulam cepit. Pœni Italiæ oram claſſe vexarunt. *Zonaras*.

De Cenſoribus & Luſtro XXXVIII.

CEnſores A. Atilium Calatinum, A. Manlium Torquatum Atticum hoc anno luſtrum feciſſe XXXVIII. invenio in *tabulis Capitolinis* ſcriptum. De cenſorum nominibus nihil proditum ab aliis eſt. De luſtro ita eſt in *Epitoma* XIX. Luſtrum à cenſoribus conditum eſt : cenſa ſunt civium capita CCLI. millia CCXXII.

DE COS. AN. DVII. (4)

M. Fabium, M. Otacilium Conſules ſuggerit *Caſſiodorus* : Craſſum & Licinum, *faſti Siculi* : Fabium Licinum, & Otacilium Craſſum *Gellius* libro X. capite VI. M. Fabium Licinum, M'. Otacilium Craſſum *Capitolini lapides*. His Conſulibus, auctore *Gellio*, Claudia Cæci filia, P. Claudii ſoror, à ludis divertens, cum turba premeretur, dixit, Utinam frater meus viveret, iterumque claſſem duceret : proptereaque C. Fundanius, & Ti. Sempronius ædiles pl. multam dixerunt ei æris gravis XXV. millia. Idem ſcriptum eſt apud *Suetonium* in Tiberio, & Valerium, & in *Epitoma* XIX. Hi Conſules cum inſequentibus nihil memoria dignum in Sicilia geſſerunt.

De Ti. Coruncanio dictatore.

TI. Coruncanium dictatorem cum magiſtro eq. M. Fulvio Flacco comitiorum habendorum cauſſa creatum, niſi *Capitolinæ tabulæ* tradidiſſent, in hujus profecto hiſtoriæ ignoratione, in tanto præſertim annalium ſilentio, verſati eſſemus, nec clariſſimum hunc ſummi viri titulum cognoviſſemus, hic eſt enim Ti. Coruncanius, qui Conſul triumphavit, & primus de plebe Pontifex Maximus factus eſt.

DE COS. AN. DVIII. (5)

M. Fabium, C. Atilium Conſules in hunc annum memorat *Caſſiodorus*; Buteonem & Bulbum *Siculæ tabulæ* ; M. Fabium Buteonem, C. Atilium Bulbum *Capitolinæ*. De re à M. Fabio Conſule geſta ſic *Florus* ; M. Fabio

(2) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 505.
Olymp. CXXXIII. Anno I.
Ante Ær. Chr. 248.
C. AURELIUS COTTA II. } Coſs.
P. SERVILIUS GEMINUS II. }
Ita ex Caſſiodoro, tab. Capitol. & Siculis Sigonius, Pighius, & Almelovenius.
Dignum videtur conſideratione Sigonium Conſules ſtatuere primo loco, qui ab aliis ſtatuuntur ſecundo, atque hoc fere ſemper, ita ut primus Conſul cujuſque anni apud Sigonium, ſit ſecundus apud Pighium, Almelovenium, alioſque, & ſecundus (hoc eſt ejus Collega) apud Sigonium ſit primus apud alios.

(3) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 506.
Olymp. CXXXIII. Anno II.
Ante Ær. Chr. 247.
L. CÆCILIUS METELLUS II. } Coſs.
NUM. FABIUS BUTEO. }
Ita ex Zonara, & tab. Capitol. Sigonius, Pighius, & Almelovenius.

(4) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 507.
Olymp. CXXXIII. Anno III.
Ante Ær. Chr. 246.
M'. OTACILIUS CRASSUS II. } Coſs.
M. FABIUS LICINUS. }
Ita ex faſt. Siculis, & Capitolinis, & Gellio Sigonius, Pighius, & Almelovenius.
Hoc ipſo anno :
TIBERIUS CORUNCANIUS de Plebe DICTATOR.
M. FULVIUS FLACCUS MAG. EQU.
Ita Sigonius, & Pighius.

(5) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 508.
Olymp. CXXXIII. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 245.
M. FABIUS BUTEO. } Coſs.
C. ATILIUS BULBUS. }
Ita ex Caſſiodoro, faſt. Siculis, & Capitolinis Sigonius, Pighius, & Almelovenius.

bio Buteone Conſule, populus Romanus claſſem hoſtium in Africo mari apud Ægimurum in Italiam ultro navigantem cæcidit. Quantus ô tum triumphus tempeſtate intercidit. Claſſis autem intelligenda eſt quam ad tutanda Italiæ litora Romani habuerunt. Eodem anno Fregellæ colonia deducta. *Vellejus* lib. primo, *Epitoma* XIX.

DE COS. AN. DIX. (6)

C*aſſiodorus* Conſules prodit A. Manlium, C. Sempronium; Torquatum & Blæſum *faſti Siculi*: ATTICUM & BLÆSUM *liber Cuſpinianus*; A. Manlium Torquatum Atticum, C. Sempronium Blæſum II. *Capitolini ſcriptores*. Horum Conſulum ſic meminit *Vellejus*: Brunduſium colonia deducta Sempronio & Torquato Coſs. Cujus rei mentio eſt etiam in *Epitoma* XIX.

DE COS. AN. DX. (7)

C. Fundanium, C. Sulpicium Conſules ſubdit *Caſſiodorus*: Fundulum & Gallum *Siculi ſcriptores*: C. Fundanium Fundulam, C. Sulpicium Gallum *Capitolini*. Horum meminit præterea nemo.

DE COS. AN. DXI. (8)

COnſules in hunc annum prodit *Caſſiodorus* C. Lutatium, A. Poſtumium: Catulum & Albinum *faſti Siculi*: C. Lutatium Catulum, A. Poſtumium Albinum *Eutropius*, & *Capitolini auctores*. Horum & alii meminerunt, ut mox dicemus. Cæcilius Metellus P. Max. A. Poſtumium Conſulem, quoniam idem flamen Martialis erat, cum ille ad bellum gerendum proficiſci vellet, in urbem tenuit, nec paſſus eſt à ſacris recedere: *Epitoma* XIX. C. Lutatio Conſuli Sicilia obvenit. Q. Valerius Falto prætor, adjutor Lutatio datus. Hoc anno primum prætores duos creatos opinor: (quod ex *Epitoma* etiam ipſa cognoſci poteſt) unum, qui in urbe jus diceret; alterum, qui Lutatium Conſulem in bello juvaret. *Zonaras* hunc prætorem Q. Valerium Flaccum appellat.

De re geſta à Catulo Conſule cum Pœnis.

HOc anno Romani reparata claſſe, C. Lutatium Conſulem adverſus Pœnos miſerunt. Huic, cum jam Drepani portum, cæteraſque quæ circa Lilybæum ſunt ſtationes, in poteſtatem redegiſſet, Anno claſſis præfectus ad Amilcarem navigans occurrit, ſummo commiſſo prœlio, res Romana ſuperior fuit: naves Pœnorum ſubmerſæ L. captæ LXX. reliquæ

A Hieroneſum refugerunt: vivi capti amplius X. millia hominum. Hæc *Polybius* & *Zonaras*. *Oroſius* autem ita; Lutatius cum claſſe CCC. navium in Siciliam tranſvectus, dum apud Drepanum civitatem pugnam inter primores Siciliæ cieret, transfixo femore, ægerrime, cum jam obrueretur, erectus eſt. Porro autem Pœni cum CCC. navibus magniſque copiis ad Siciliam duce Annone concurrunt, nec tamen Lutatius ſegnior: immo conſilia Pœnorum mira celeritate prævenit: poſtquam proxime ſibi utrorumque claſſes apud Ægates inſulam per totam noctem intertextis propemodum ancoris conſtiterunt, orta luce prior Lutatius ſignum bello dedit, crudeſcente pu-

B gna victus Anno navem avertit, & dux fugæ primus fuit, aliquanta cum eo pars exercitus ſui, Africam petunt: alii Lilybæum confugere. LXIII. Punicæ naves captæ ſunt, CXXV. demerſæ; XXII. millia hominum capta, cæſa XIII. millia. Romanorum autem XII. naves demerſæ ſunt. Lutatius deinde ad Erycinam civitatem, quam Pœni tenebant, venit: ibique duo millia Carthaginienſium conſerta pugna interfecit. Idem ſcribit *Eutropius*. Idem eſt in *Epitoma* XIX. his verbis; Rebus adverſus Pœnos à pluribus ducibus (proſpere) geſtis, ſummam victoriæ C. Lutatius Conſul, victa ad Ægates inſulam claſſe Pœnorum, finem bello impoſuit. *Livius* lib. XXII. Modo

C C. Lutatio quæ alia res quam celeritas victoriam dedit? quod poſtero die quam hoſtem vidit, claſſem gravem commeatibus, impeditam ſuo & ipſam inſtrumento & apparatu, oppreſſit?

DE COS. AN. DXII. (9)

Q. Lutatium, A. Manlium Conſules in hunc annum edunt *Caſſiodorus*, *Eutropius* & *Oroſius*. Cerconem & Torquatum *faſti Siculi*; Q. Lutatium Cerconem, A. Manlium Torquatum Atticum II. *Capitolini*. C. Lutatius Cerco legatus etiam quidam lib. XLII. nominatur à *Livio*. C. Lutatio &

D Q. Valerio prorogatum imperium eſt. His Coſs. cum templum Veſtæ arderet, L. Metellus Pont. Max. ſacra ex incendio rapuit. *Oroſius*, *Epitoma* XIX. *Plinius* lib. VII. *Valerius* lib. I. *Plutarchus* in Parallelis. Velina & Quirina tribus adjectæ; *Epitoma* XIX. Spoletum colonia deducta, Floralia inſtituta; *Vellejus* lib. primo, *Epitoma* XIX. & *Plin.* lib. XVIII. cum ait; Floralia XIV. K. Maji ex libris Sibyllæ, ut omnia bene defloreſcerent, inſtituta.

E

De

(6) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 509.
Olymp. CXXXIV. Anno I.
Ante Ær. Chr. 244.
A. MANLIUS TORQUATUS ATTICUS. } Coſs.
C. SEMPRONIUS BLÆSUS II. }
Ita ex Caſſiodoro, faſtis Capitol. & Cuſpin. Sigonius, Pighius, & Almelovenius.

(7) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 510.
Olymp. CXXXIV. Anno II.
Ante Ær. Chr. 243.
C. FUNDANIUS FUNDULUS. } Coſs.
C. SULPICIUS GALLUS. }
Ita ex Caſſiodoro, faſt. Siculis, & Capitol. Sigonius, Pighius, & Almelovenius.

(8) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 511.
Olymp. CXXXIV. Anno III.
Ante Ær. Chr. 242.
C. LUTATIUS CATULUS. } Coſs.
A. POSTUMIUS ALBINUS. }
Ita ex Caſſiodoro, faſt. Siculis, & Capitol. & Eutrop. Sigonius, Pighius, & Almelovenius.

(9) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 512.
Olymp. CXXXIV. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 241.
A. MANLIUS TORQUATUS ATTICUS II. } Coſs.
Q. LUTATIUS CERCO. }
Ita ex Caſſiodoro, Eutropio, Oroſio, faſt. Siculis, & Capitol. Sigonius, Pighius, & Almelov.

De pace Pœnis data, & triumphis navalibus C. Lutatii Catuli Coſ. Qu. Valerii Faltonis pro pr. de Pœnis.

HOc anno petentibus Carthaginienſibus pax data eſt. Loquitur enim Anno ſic apud *Livium* lib. XXI. Lutatio & Poſtumio Conſulibus victi apud Ægates ſumus, & lib. XXX. *Livius* ipſe ita; Q. Lutatio, A. Manlio Conſulibus, pax poſtremo cum Carthaginienſibus facta eſt. *Zonaras* etiam Q. Lutatium Conſulem cum Catulo fratre res in Sicilia compoſuiſſe, atque provinciam ordinaſſe ait. Probus Amilcarem, cum eum Eryce excedere relictis armis Catulus juberet, ſe periturum potius reſpondiſſe tradit, quam ut arma contra hoſtes à patria data hoſtibus traderet. Itaque merito *Livius* ait lib. XXVI. Fœdera Carthaginienſium cum Romanis, Amilcaris ſcripta manu ſunt. Amilcar juſſus à Conſule, præſidium ab Eryce deduxit, & graves leges impoſitas Carthaginienſibus mœrens accepit. Et lib. XXI. Pœni ab Eryce duodevicenis denariis æſtimati, emiſſi. Leges autem hæ latæ ſunt; Pœni Sicilia, & omnibus inſulis quæ inter Italiam & Africam ſunt, excedunto: duo millia & ducenta talenta in annos XX. pendunto, in præſens mille: captivos Romanos ſine pretio reddunto: Utriuſque populi ſocii apud utrumque populum tuti ſunto: Alterius ſocios neuter in amicitiam recipito. Neuter in alieno imperio imperato, neve milites conducito. *Polybius*, *Eutropius*, alii. Itaque *Livius* lib. XXI. ait; Pœni navali ad Ægates clade accepta, Sicilia & Sardinia ceſſere, & ſe vectigales ac ſtipendiarios fieri paſſi ſunt. Hic autem annus eſt hujus belli XXIV. quem qui negligant, bellum hoc per XXIII. annos duntaxat geſtum tradunt. Ceterum C. Lutatium Catulum, qui Pœnos vicit & bellum confecit, hoc anno pro Conſule de Pœnis navalem triumphum egiſſe, idemque Q. Valerium Faltonem pro prætore feciſſe, ſcriptum eſt in *Capitolinis tabulis*, quos triumphos probant hæc verba *Valerii* capite de inſtitutis; C. Lutatius Conſul, Q. Valerius prætor, circa Siciliam inſignem Pœnorum claſſem delerant, eo nomine Lutatio Conſuli triumphum decrevit Senatus, cum ſibi decerni etiam Valerius cuperet, negavit id oportere fieri Lutatius, ne in honore triumphi minor poteſtas majori æquaretur. Valerius ſponſione Lutatium provocavit; non ſe petiturum triumphum, niſi ſuo ductu Punica claſſis eſſet oppreſſa. Lutatius reſtipulatus eſt, judex inter eos convenit Atilius Calatinus, apud quem egit Valerius ſic; Conſulem ea pugna claudum in lectica jacuiſſe; ſe omnibus imperatoriis partibus functum. Calatinus adhuc tacente Lutatio, ſecundum eum ipſum litem dedit; quoniam auſpicio Conſulis eſſet bellum geſtum. Apparet tamen contra Calatini ſententiam Valerium etiam triumphaſſe. Primus certe hic pro prætore triumphavit. Hoc bello Siciliam *primam provinciam* populi Rom. factam, Regno Hieronis Syracuſani excepto, opinor; quod *Cicero* in Verrem Siciliam omnium exterarum nationum principem ſe ad amicitiam fidemque populi Rom.

A applicuiſſe, primam omnium provinciam appellatam eſſe prodit. Univerſa autem Marcelli (aut certe ejus qui Marcello ſucceſſit, Lævini) victoria captis Syracuſis, in poteſtatem Populi Rom. bello Punico II. venit.

De Triumphis A. Manlii Torquati Coſ. Qu. Lutatii Cerconis Coſ. de Faliſcis.

FAliſcos hoc anno moviſſe, tradit his verbis *Eutropius*; Q. Lutatius, A. Manlius Conſules creati, bellum Faliſcis intulerunt; quod ambo Conſules intra ſex dies, quam venerant, tranſegerunt; quindecim millibus hoſtium cæſis, ceteris pace conceſſa, dimidio
B tamen agro ſublato. Et *Epitoma* XIX. ſic; Faliſci cum rebellaſſent, ſexto die domiti, in deditionem venerunt. Itaque *Valerius* etiam lib. VI. in hunc modum loquitur; Faliſcorum Civitas aliquoties rebellando, ſemperque adverſis contuſa prœliis tandem ſe Q. Lutatio Conſuli dedere coacta eſt. *Plutarchus* in Gracchis, Faliſcis bellum motum ait, quia Genucius quidam Tribunus plebis contumelia ab iis affectus fuit. *Oroſius* tamen hoc bellum bellatum eſſe Ti. Sempronio Graccho, P. Valerio Faltone Conſulibus, ſcriptum reliquit. Me autem haud aliorum eſſe ſententiæ pœnitet; præſertim vero cum Conſules ambos Manlium Lutatiumque de Faliſcis triumphaſſe, in
C *Capitolinis tabulis* ſcriptum inveniam; & Faliſcos à Manlio Torquato Conſule hoc anno domitos etiam apud *Zonaram* reperiam.

De Cenſoribus, & Luſtro XXXIX.

CEnſores hoc anno creatos oſtendunt *Capitolinæ tabulæ*; cenſum actum, *Euſebius* in temporibus. Cenſorem alterum, C. Aurelium Cottam virum Conſularem edunt *Capitolini ſcriptores*; alterum (nomen enim ejus exeſum eſt) N. Fabium Buteonem eſſe arbitratus ſum: ſcribit enim *Livius* lib. XXIII. dictatorem creatum eſſe anno DXXXVII. N. Fabium Buteonem, qui Cenſor fuiſſet, & ex
D iis, qui viverent cenſoriis vetuſtiſſimus eſſet, & certe niſi in hunc annum hunc conjicias, profecto quo alio anno fuerit, non invenies. Cum autem hoc tempore, & N. & M. Fabii Buteones Conſulares eſſent, mihi probatum eſt magis N. Fabium, qui prior cepit Conſulatum, quam M. Fabium, Cenſorem eſſe factum, nam apud *Livium* M. Fabius dictator legitur; ſed forte mendoſe. Nam Numerii prænominis nota, in vulgatis libris omnino ignorata evanuerat. Luſtrum factum eſſe XXXIX. apparet ex ſequenti XL.

DE COS. AN. DXIII. (10)

E HIc annus Conſules habuit C. Claudium Centhonem, M. Sempronium Tuditanum, *Caſſiodoro* & *Capitolinis tabulis* auctoribus. Eorumdem cognominum *faſti Siculi* meminerunt. Horum autem Conſulum ſic meminit *Cicero* in Catone; Livius Poëta, ſenex fabulam docuit Centhone Tuditanoque Conſulibus, & in Bruto; *Livius* primus fabulam C. Clodio Cæci filio, & M. Tuditano Conſulibus

(10) *Hoc eſt:* Anno ab U. C. 513.
Olymp. CXXXV. Anno I.
Ante Ær. Chr. 240.

C. CLAUDIUS CENTHO. } Coſſ.
M. SEMPRONIUS TUDITANUS. }
Ita ex Caſſiodoro, faſt. Siculis, & Capitol. & Cicerone Sigonius, Pighius, & Almeloveenius.

ſibus docuit, anno ipſo antequam natus eſt Ennius, poſt Romam conditam anno quingenteſimo quartodecimo. Idem ſcribit in Tuſculana prima. Et *Gellius* lib. XVII. M. Livius Poëta fabulas docere Romæ cœpit Conſulibus Claudio Centhone Ap. Cæci filio, & M. Sempronio Tuditano. C. Claudium Ap. F. Centhonem interregem prodit anno DXXXVI. *Livius*.

DE COS. AN. DXIIII. (11)

COnſules deinceps ſequuti ſunt teſte *Caſſiodoro* C, Mamilius, Q. Valerius: Turrinus & Faleo *Siculis tabulis*: C. Mamilius Turrinus, Q. Valerius Falto, *Capitolinis tabulis*. Horum ſic meminit *Gellius* lib. XVII.; Claudium & Tuditanum Conſules ſequuntur Q. Valerius & C. Mamilius: quibus natum eſſe Q. Ennium Poëtam, *M. Varro* in primo de Poëtis ſcripſit. *Livius* etiam lib. XXVIII. meminit Prætoris Q. Mamilii Turrini anno DXLVII. His Conſulibus Valentia colonia deducta: auctor *Velleius* libro primo.

DE COS. AN. DXV. (12)

COnſules in inſequentem annum invenio apud *Caſſiodorum* Ti. Semproninm, & P. Cornelium: GRACCHUM & FALTONEM in *faſtis Cuſpiniani* & *Siculis*: Semptonium Gracchum, & P. Valerium apud *Zonaram*: Ti. Sempronium Gracchum, P. Valerium Faltonem apud *ſcriptores Capitolinos*. Horum ſic meminit *Oroſius*; Ti. Sempronio Graccho, P. Valerio Faltone Conſulibus, cum Faliſcis bellavere Romani; eoque prœlio XV. millia Faliſcorum interfecta. Sed potiores apud me auctores ſunt, qui Faliſcorum bellum triennio ante geſtum ſcripſerunt.

De bello Gallico & Liguſtino & Sardoo.

HOc anno Gallos Bojos moviſſe conſtat: teſtes ſunt omnes. Eodem anno, inquit *Oroſius*, Galli Ciſalpini novi extitere hoſtes, adverſus quos varia ſorte bellatum eſt, nam ptimo conflictu Valerio Conſule, III. millia D. Romanorum cecidere; ſecundo, XIV. millia Gallorum cæſa, duo millia capta; ſed ob priorem cladem triumphus Conſuli negatus eſt. Item *Zonaras*; P. Valerius à Gallis primum ſuperatus, cum auxilia ſibi mitti Roma audiſſet, Gallos iterum eſt aggreſſus; ut aut per ſe victoria potiretur, aut glorioſe occumberet, ac ſorte quadam acie ſuperior exceſſit. Eodem etiam anno bellum Liguſtinum initum ſignificat *Zonaras*, cum ait Ligures à Sempronio Graccho Valerii collega prœlio ſuperatos. Quinetiam idem Sardiniam hoc anno in poteſtatem Romanorum veniſſe ſcribit his verbis; Tum etiam Sardinia Pœni citra pugnam Romanis ceſſerunt, ac pecunias alias tribuerunt; quod cum negotiatores Romanos populati eſſe mari incuſarentur, Romanorum arma nondum ſatis firmatis opibus timuerunt. Bellum porro Liguſtinum latrocinia Ligurum excitarunt: de quibus ita *Florus*; Ligures imis Alpium jugis adhærentes inter Varum & Macram flumen implicitos dumis ſilveſtribus, major labor erat invenire quam vincere, tutum locis & fuga, durum atque velox genus, ex occaſione latrocinia magis quam bella faciebat. Itaque cum diu multumque eluderent ſaltu, viis, latebris, Deceates, Oxybii, Euburiates, Ingauni, tandem Fulvius latebras eorum igni ſepſit. Significat autem (ut puto) victoriam M. Fulvii Nobilioris Procos. anno DXCV. partam, ſiquidem cum Liguribus annos LXXX. bellatum ſcribit *Strabo* lib. IV.

DE COS. AN. DXVI. (13)

DEinceps L. Cornelium, Q. Fulvium Conſules profitetur *Caſſiodorus*. L. Lentulum, Q. Flaccum *Zonaras*; L. Cornelium Lentulum, Q. Fulvium Flaccum *Eutropius*. *Capitolini ſcriptores* Lentulo Caudinum cognomen adjiciunt: itaque in *faſtis Cuſpiniani* eſt CAUDINUS & FLACCUS. Hi Conſules in *faſtis Siculis* prætereuntur.

De re geſta cum Gallis & Liguribus, & triumpho L. Lentuli Cos.

HOs Conſules ambos cum Gallis rem geſſiſſe invenio apud *Zonaram*, pergit enim hoc modo; Sequenti anno L. Lentulus & Q. Flaccus, bello contra Gallos ſuſcepto, dum communi conſenſu rem geſſerunt, vinci non potuerunt, ſed ubi diſtractis copiis, prædæ cupiditate agros populari ceperunt, Flacci caſtra à Gallis undique cincta, in diſcrimen adducta ſunt: unde tum repulſi, majore poſt conatu in Romanos redierunt. Ego autem exiſtimo Flaccum Gallis, Lentulum Liguribus eſſe oppoſitum. Scribit enim *Eutropius* his Conſulibus contra Ligures intra Italiam bellum eſſe geſtum; (eoſdemque Conſules primos trans Padum Romanas duxiſſe legiones; pugnatumque ibi eſſe cum Inſubribus & Liguribus, quorum interfecta ſint XXXIII. millia, V. millia capta;) & de his triumphatum. Itaque in *Capitolinis* etiam *triumphis* ſcriptum eſt. L. Cornelium Lentulum Conſulem de Liguribus triumphaſſe.

DE COS. AN. DXVII. (14)

C*Aſſiodorus* Conſules ſubjicit C. Licinium, P. Cornelium; *Zonaras* P. Lentulum, Li-

(11) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 514.
Olymp. CXXXV. Anno II.
Ante Ær. Chr. 239.
C. MAMILIUS TURINUS. } Coſs.
Q. VALERIUS FALTO. }
Ita ex Caſſiodoro, faſt. Capitol. & Siculis Sigonius, Pighius, & Almelovenius, & alii.
Sigonius cum Petavio ſcribit Turrinus cum duplici r. Pighius, & Almelovenius ſimplici.

(12) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 515.
Olymp. CXXXV. Anno III.
Ante Ær. Chr. 238.
TIB. SEMPRONIUS GRACCHUS. } Coſs.
P. VALERIUS FALTO. }
Ita ex Caſſiodoro, faſtis Siculis, & Capitol. Sigonius, Pighius, & Almelovenius, & alii.

(13) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 516.
Olymp. CXXXV. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 237.
L. CORNELIUS LENTULUS CAUDINUS. } Coſs.
Q. FULVIUS FLACCUS. }
Ita ex Caſſiodoro, Zonara, Eutropio, & Anon. Noriſiano Sigonius, Pighius, & Almelov. &c.

(14) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 517.
Olymp. CXXXVI. Anno I.
Ante Ær. Chr. 236.
P. CORNELIUS LENTULUS CAUDINUS. } Coſs.
C. LICINIUS VARUS. }
Ita ex Caſſiodoro, Zonara, Cenſorino, Cuſpiniani, & faſt. Sicul. Sigonius, Pighius, & Almeloven. &c.

Licinium Varum. *Capitolini ſcriptores* C. Licinium Varum, P. Cornelium Lentulum Caudinum: (itemque *Cenſorinus*, qui hunc annum ab U.C. numerat DXVIII. Varronianam, Ciceronianam, & Plinianam ſequutus ſummam) Caudinum & Varum *faſti Cuſpiniani* cum *Siculis*.

De re geſta cum Gallis, Liguribus, Corſis, & motu Sardiniæ.

GAlli P. Lentulo & Licinio Varo ſe multitudine ſua terrorem incuſſuros rati, per legatos Ariminenſem agrum, ut ſuum repetierunt; & Romanos Arimino oppido cedere juſſerunt. Conſules, neque copiarum exiguitate confligere, neque poſtulata concedere auſi, inducias fecerunt, ac Gallorum legatus Romam ad Senatum rejecerunt, qui irrita re in caſtra reverſi, res ſuas perditas repererunt: quidàm enim ex ſociis ſuis Romanorum opes timentes, mutata ſententia, Bojos ipſos aggreſſi ſunt: quo in prœlio multi utrinque ceciderunt. Unde reliqui ſe domum receperunt; Boji agri parte multati, pacem impetrarunt. Hæc *Zonaras*. Neſcio autem, an hoc ſit id quod ſcriptum eſt apud *Polybium* in hanc fere ſententiam libro II. Galli cum poſt priores clades annus XLV. quieviſſent, rurſus arma movent, tranſalpinis Gallis clam inconſulta plebe accitis. Itaque cum tranſalpini ad Ariminum veniſſent, multitudo Bojorum, harum rerum ignara, repentino adventu illorum perculſa, regibus ſuis Ate & Galato, qui eos acciverant interfectis, acie cum tranſalpinis ipſis conflixit. Romani autem motu tranſalpinorum perterriti, cum exercitum eduxiſſent, audita Gallorum inter ſe pugna, domum reverterunt. Gallico autem tumultu compoſito, inquit *Zonaras*, Lentulus contra Ligures exercitum duxit; atque iis qui occurrerunt, victis, caſtella etiam quædam in ditionem ſuam redegit. Varus Corſicam petiturus, cum propter navigiorum penuriam trajicere non poſſet, Claudium Cliniam cum copiis præmiſit; qui terrore Corſis injecto, in colloquium venit; & quaſi imperator eſſet, fœdus cum iis fecit. Varus autem eo neglecto, Corſos nihilominus oppugnare non deſtitit, donec eos ſubegit. Romani vero, ut à ſe violati fœderis crimen removerent, Claudium eis dediderunt, atque ab iis non receptum expulerunt. Hunc M. Claudium vocat Valerius; atque eundem ob infamem pacem Corſis à Senatu deditum, nec acceptum ab hoſtibus, juſſu Senatus in carcere necatum ſcribit: quod idem eſt etiam apud Marcellinum lib. XV. atque Arnobium. Sardiniæ etiam hoc anno arma illata ſatis conſtat. Hujus enim rei teſtes ſunt *Eutropius*, & *Zonaras*. *Eutropius* quidem ita; Carthaginienſes bella reparare tentabant, Sardinienſes, qui ex conditione pacis Romanis parere debebant, ad rebellandum impellentes, venit tamen legatio Carthaginienſium Romam, & pacem impetravit: at *Zonaras* ita; Bellum adverſus Carthaginienſes ob mercatorum ſuorum injurias ſuſceptum depoſuerunt; exactaque pecunia, fœdus renovarunt, ne ſic quidem diu duraturum.

De Cenſoribus.

CEnſores hoc anno fuerunt L. Cornelius Lentulus, Q. Lutatius Cerco; qui quidem in magiſtratu mortuus eſt. Auctores duntaxat *Capitolini ſcriptores*; quibus quanta fides habenda ſit, qui totum hunc commentarium leget, facile etiam me tacente intelliget. Abdicaſſe eos, nec luſtrum feciſſe, cum mors Lutatii, tum ſequentium cenſus oſtendit.

DE COS. AN. DXVIII. (15)

COnſules hic annus habuit auctore *Caſſiodoro* T. Manlium Torquatum, C. Atilium; Torquatum & Bulbum *faſtis Siculis*: *Eutropio* vero, & *Oroſio*, & *Capitolinis tabulis*, T. Manlium Torquatum, C. Atilium Bulbum. Bulbo II. adjiciunt *Capitolinæ*. Eorum meminit *Plutarchus*, *Livius*, *Vellejus*, alii, ut poſt dicam.

De re geſta cum Sardis, & triumpho T. Manlii Torquati Cos.

SArdos hoc anno defeciſſe, Torquati Conſulis triumphus oſtendit: de qua ita *Eutropius*; T. Manlio Torquato, C. Atilio Bulbo Coſs. de Sardis triumphatum eſt; & pace omnibus locis facta, Romani nullum bellum habuerunt; quod his poſt Romam conditam ſemel tantum Numa Pompilio regnante contigerat. Itaque *Oroſius* etiam ita ſcripſit; T. Manlio Torquato, C. Atilio Bulbo Coſs. Sardinia rebellavit, auctoribus Pœnis; mox ſubacta eſt, ſed eis pacem ſupplicantibus, tandem conceſſa eſt. Et *Vellejus* ita; Sardinia inter primum & ſecundum bellum Punicum, ductu T. Manlii Conſulis certum accepit imperium. Et *Livius* lib. XXIV. T. Manlius in Conſulatu ſubegit Sardos, & lib. XXI. Sardinia inter motum Africæ, fraude Romanorum, ſtipendio etiam ſuperimpoſito, intercepta. Et *Epitoma* XX. Sardi cum rebellaſſent, ſubacti ſunt. Qua de re etiam *Polybius* libro primo extremo. T. etiam Manlium Torquatum Cos. de Sardis triumphaſſe, ſcriptum eſt in *Capitolinis triumphis*. Hæc prima Populi Romani provincia hoc tempore facta eſt: nam Sicilia, nonniſi Syracuſis à Marcello captis, in provinciæ formam tota redacta eſt. Quod ad templum Jani attinet, *Varro* lib. IV. De lingua Latina, eodem anno clauſum & patefactum ſcribit. Ejus clauſi meminerunt *Plutarchus* in Numa, *Livius* lib. I. *Vellejus* lib. II. *Oroſius* & *Eutropius*.

DE COS. AN. DXIX. (16)

COnſules nominat in hunc annum *Caſſiodorus* L. Poſtumium, Sp. Carvilium: Albinum & Rugam *faſti Siculi*: Poſtumium Albinum, Sp. Carvilium *Zonaras*: L. Poſtumium Albinum, Sp. Carvilium Maximum *Capitolini ſcriptores*. Rugam autem eſſe Carvilii cognomen,

(15) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 518.
Olymp. CXXXVI. Anno II.
Ante Ær. Chr. 235.
T. MANLIUS TORQUATUS. } Coſs.
C. ATILIUS BULBUS II. }
Ita ex Caſſiodoro, Eutropio, Oroſio, faſt. Sicul. & Capitol. Sigonius, Pighius, & Almelov. &c.

(16) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 519.
Olymp. CXXXVI. Anno III.
Ante Ær. Chr. 234.
L. POSTUMIUS ALBINUS. } Coſs.
SP CARVILIUS MAXIMUS RUGA. }
Ita ex Caſſiodoro, Zonara, Gellio, faſt. Sicul. & Capitol. Sigonius, Pighius, & Almelov. &c.

men, ex *Gellio* apparet, qui Sp. Carvilii Rugæ meminit; qui hoc tempore ptimus divortium cum uxore fecit. Carvilio Sardi, Albino Ligures evenerunt.

De re geſta cum Corſis, Sardis, & Liguribus; & triumpho Sp. Carvilii Cos.

SArdos, & Corſos, & Ligures defeciſſe hoc anno, aperte docet *Zonaras*: qui Poſtumium Albinum Conſulem adverſus Ligures, Sp. Carvilium contra Corſos, P. Cornelium prætorem in Sardiniam miſſos cum exercitu ſcribit; ac Corſos quidem & Ligures, quamvis non ſine labote, tamen ſumma celeritate eſſe devictos: Cornelio autem, & pleriſque aliis morbo mortuis, Carvilium Sardos, nihil moderatum animis agitantes, ingenti prœlio ſuperaſſe. Itaque Sp. Carvilium de Sardis in Conſulatu triumphaſſe, ſcriptum eſt in *triumphalibus tabulis Capitolinis*. Quod niſi earum teſtimonio cognitum eſſet, id vetuſtas, ut alia etiam multa, oblivione obruiſſet.

De Cenſoribus & Luſtro XL.

CEnſores C. Atilium Bulbum, A. Poſtumium Albinum, luſtrum hoc anno feciſſe XL. niſi nos *tabulæ Capitolinæ* docuiſſent, in hujus hiſtotiæ ignoratione verſaremur.

DE COS. AN. DXX. (17)

Q. Fabium, M'. Pomponium Conſules ſuggerit *Caſſiodorus*: Maximum & Mathonem *faſti Siculi*: Q. Fabium Maximum, Verrucoſſum, M'. Pomponium Mathonem *Capitolini*. Q. Fabium Maximum, Manium Pomponium *Zonaras*. Maximi cognomen Fabius ab avo accepit, non ipſe primus invenit, contra quam ſcribit *Polybius* lib. III. *Verrucoſſus* à verruca in labris dictus. *Plutarchus* auctor, & qui ſcripſit de viris illuſtribus. Horum Conſulum alteri Ligures, alteri Sardi obtigerunt.

De re geſta cum Liguribus & Sardis, & triumphis Qu. Maximi & M'. Pomponii Conſulum.

ROmanis digreſſis, Sardi & Ligures de integro defecerunt. Contra Ligures miſſus eſt Q. Fabius Maximus, contra Sardos M'. Pomponius, Carthaginienſes, ut eorum bellorum auctores, hoſtes judicati, juſſi ſunt numerare pecuniam, & omnibus cedere inſulis, ut quæ Romanorum eſſent: & ut ſententiam ſuam Romani magis declararent, haſtam illis & caduceum miſerunt; optione data, utrum mallent. Sed Carthaginienſes nihil territi, tum ad alia reſponderunt aſperius, tum ſe neutrum velle dixerunt; ſed illud alacriter accepturos, quod legati reliquiſſent. Hinc mutuis odiis

A conceptis, neutri bellum inire ſunt auſi. Hæc *Zonaras*. Hanc autem rem his verbis prodidit *Gellius* lib. X. cap. XXVII. Q. Fabius imperator Romanus dedit ad Carthaginienſes epiſtolam: ibi ſcriptum ſuit, Populum R. miſiſſe ad eos haſtam & caduceum, ſigna duo belli aut pacis: ex queis utrum vellent, eligerent: quod elegiſſent, id unum ut eſſe miſſum exiſtimarent. Carthaginienſes reſponderunt, neutrum ſeſe eligere; ſed poſſe qui attuliſſent, utrum mallent relinquere: quod reliquiſſent, id ſibi pro electo futurum. M. Varro autem, non haſtam ipſam, neque ipſum caduceum miſſa dicit; ſed duas teſſerulas, in quarum altera caduceum, in altera ſimulachra haſtæ
B fuerunt inciſa. De victoria Q. Fabii ita *Plutarchus*; Q. Fabius primo Conſulatu adverſus Ligures profectus, ſummo eos prœlio ſuperavit, qua clade accepta, ad Alpes receſſerunt, ac finem populandi fecerunt. Notat idem *Plutarchus*, Q. Fabium in primo Conſulatu non ſolum de Liguribus triumphaſſe, ſed ex nulla ipſum unquam pugna, niſi ex ea, ex qua triumphavit, victorem exceſſiſſe. Huc etiam pertinet quod ſcriptum reliquit *Cicero* in lib. de natura deorum, Q. Maximum bello Liguſtino templum Honori dedicaſſe. Eundem Conſulem de Liguribus triumphaſſe, *Capitolini ſcriptores* cum eo qui de viris illuſtribus ſcripſit, ptodiderunt. Sp. autem Carvilii Cos.
C de Sardis triumphum nemo niſi *Capitolini auctores* memoriæ mandarunt.

DE COS. AN. DXXI. (18)

M. Lepidum, M. Poblicium Conſules in hunc annum ſuggerit *Caſſiodorus*: Lepidum & Malleolum *faſti Siculi*: M. Malleolum, & M. Æmilium *Zonaras*: M. Æmilium Lepidum, M. Poblicium Malleolum *Capitolinæ tabulæ*.

De re geſta cum Sardis.

NE Sardi quidem priore bello fracti, quieviſſe videntur. Contra eos arma capien-
D tes, ambo Conſules M. Malleolus & M. Æmilius miſſi, magnam prædam abegerunt, quam à Corſis, cum ad eos acceſſiſſent, ſpoliati ſunt.

DE COS. AN. DXXII. (19)

INſequens annus Conſules habuit C. Papirium, M. Pomponium, auctore *Caſſiodoro*, & *Zonara* & *Dionyſio* libro II. Maſonem & Mathonem *faſtis Siculis*; C. Papirium Maſonem, M. Pomponium Mathonem, *Capitolinis*. M. Pomponium Mathonem prætorem Urbis nominat *Livius* anno DXXXVII. C. Papirium
E C.F. Maſonem Pontificem; C. Papitium L. F. Maſonem decemvirum ſacrorum, mortuos ſcribit

(17) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 520.
Olymp. CXXXVI. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 233.
Q. FABIUS MAX. VERRUCOSUS. } Coſs.
M'. POMPONIUS MATHO. }
Ita ex Caſſiodoro, Zonara, faſt. Sicul. & Capitol. Sigonius, Pighius, & Almeloven. &c.

(18) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 521.
Olymp. CXXXVII. Anno I.
Ante Ær. Chr. 232.
M. ÆMILIUS LEPIDUS. } Coſs.
M. POBLICIUS MALLEOLUS. }
Ita ex Caſſiodoro, Zonara, faſt. Sicul. & Capitol. Sigonius, Pighius, & Almelov. &c.

(19) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 522.
Olymp. CXXXVII. Anno II.
Ante Ær. Chr. 231.
M. POMPONIUS MATHO. } Coſs.
C. PAPIRIUS MASO. }
Ita ex Caſſiodoro, Zonara, Dionyſ. Halicarn. faſt. Sicul. & Capitol. Sigonius, Pighius, & Almelovenius &c.
Hoc ipſo anno:
C. DUILIUS DICTATOR.
C. AURELIUS COTTA MAG. EQU.
Ita Sigonius, Pighius, & tab. Capitol.

bit anno DXL. *Cicero* etiam ad Pætum, numerans Papirios claros viros; Inde, inquit, L. Maſo ædilicius; inde multi Maſones, qui patricii minorum gentium fuerunt. His Conſulibus Sp. Carvilius Ruga primus Romæ cum uxore divortium fecit, quod ſterilis eſſet, juraſſetque apud Cenſores, uxorem ſe liberorum quærendorum cauſſa habere: auctor *Dionyſius* libro II. Itaque *Gell.* lib. XVII. hos Conſules intelligens, id factum eſſe ſcribit anno Urbis conditæ DXIX. Nam lib. IV. ex Ser. Sulpicii ſententia hoc factum tradit M. Atilio, P. Valerio Coſs. anno Urbis conditæ DXXIII. qua in re omnino ſequitur *Livianam* ſupputationem. A

B

De re geſta cum Sardis & Corſis, & triumpho C. Papirii Maſonis Cos.

CORſos & Sardos, ob cauſam de qua in priore anno diximus, hoc anno Romani invaſerunt. M. Pomponius, qui Sardis arma intulerat, cum eorum pleroſque in ſaltuoſis ſpecubus abditos indagare non poſſet, ſagaces canes ex Italia ad ſe adduci juſſit; per eoſque tramitibus hominum & pecudum inveſtigatis, multos inde exſtinxit. C. vero Papirius Corſos campis pulſos cum in montes exegiſſet, per inſidias milites multos amiſit; & præ ſiti plures amiſiſſet, ni poſtremo aqua inventa, Corſis, ut deditionem facerent, perſuaſiſſet. C
Hæc *Zonaras*. Hinc in *Epitoma* XX. ſcriptum eſt; Sardi & Corſi ſubacti ſunt. Porro autem C. Papirium Conſulem de Corſis primum in monte Albano triumphaſſe, invenio non ſolum in *Capitolinis tabulis*, ſed etiam apud *Plinium*, *Valerium*, & *Feſtum*. *Plinius* quidem lib. XV. ſic loquitur; L. Piſo tradit Papirium Maſonem, qui primus in monte Albano triumphavit de Corſis, myrto coronatum ludos Circenſes ſpectare ſolitum. *Valerius* autem lib. III. ſic; Papirius Maſo, cum bene geſta Rep. triumphum à Senatu non impetraſſet, in Albano monte triumphandi & ipſe initium fecit, & ceteris poſtea exemplum præbuit: proque aurea corona, cum alicui ſpectaculo intereſſet, myrtea uſus eſt. *Feſtus* vero ita; Papirius myrtea corona uſus eſt, quod Corſos in campis myrteis ſuperaſſet. Exemplum Papirii ſequutus Marcellus, victis Syracuſanis & ipſe poſtea in monte Albano triumphavit: qui mons non procul ab urbe erat. D

De C. Duilio dictatore.

DIctatorem hoc anno comitiorum habendorum cauſa creatum C. Duilium cum C. Aurelio Cotta magiſtro equitum, reperio tantum in *tabulis Capitolinis*, ex quo intelligi poteſt, ambos Conſules tum Reip. cauſa abfuiſſe, nec eos à bello avocari è Repul. viſum eſſe. E

(20) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 523.
Olymp. CXXXVII. Anno III.
Ante Ær. Chr. 230.
M. ÆMILIUS BARBULA. } Coſs.
M. JUNIUS PERA. }
Ita ex Caſſiodoro, Zonara, faſt. Sicul. & Capitol. Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.
(21) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 524.
Olymp. CXXXVII. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 229.
L. POSTUMIUS ALBINUS II. } Coſs.
CN. FULVIUS CENTUMALUS. }

A

De Cenſoribus abdicatis.

T. Manlius Torquatus, Q. Fulvius Flaccus in hunc annum creati Cenſores, vitio facti abdicarunt, auctores ſunt *Capitolini faſti*. Quod confirmat etiam *Livius*; qui lib. XXIII. & XXV. T. Manlium bis Conſulem, & Cenſorem vocat: & lib. XXVII. T. Manlium ex Cenſoriis, qui viverent, vetuſtiſſimum, & lib. XXIII. Fulvium Flaccum Conſulem & Cenſorem fuiſſe tradit.

DE COS. AN. DXXIII. (20)

B M. Æmilium, M. Junium Conſules ſuggerit *Caſſiodorus* & *Zonaras*: Barbulam & Peram *faſti Siculi*; M. Æmilium Barbulam, M. Junium Peram *Capitolini*.

De re geſta cum Gallis & Liguribus.

BOjis ceteriſque Gallis ex venditione tum aliarum rerum, tum plurimorum captivorum, magnam pecuniam facientibus, veriti Romani ne iis opibus contra ſe uterentur, edixerunt, ne quis homini Gallo vel aurum vel argentum daret. Hinc Galli, M. Æmilii & M. Junii in Ligures expeditione cognita, ſe, ut Romam contenderent, compararunt. Qua
C re Conſules audita, improviſo eos adorti, adeo terruerunt, ut per amicitiæ ſpeciem obviam eis egrederentur, illi vero ſimularunt, ſe non contra illos eſſe profectos, ſed per eorum agrum in Ligures tranſituros. *Zonaras*.

De Cenſoribus & Luſtro XLI.

CEnſores Q. Fabium Maximum Verrucoſſum, M. Sempronium Tuditanum hoc anno luſtrum feciſſe XLI. tradunt tantum *Capitolinæ tabulæ*. Q. Fabii Maximi Cenſoris mentio eſt in quodam epigrammate, quod eſt in libro *Epigrammatum* antiquæ urbis.

D DE COS. AN. DXXIV. (21)

L. Poſtumium, Cn. Fulvium Conſules ſubjicit *Caſſiodorus*: Albinum & Centumalum *faſti Siculi*: L. Poſtumium Albinum, Cn. Fulvium Centumalum cum *Eutropio Capitolini*. *Polybius* C. Fulvium, A. Poſtumium nominat.

DE COS. AN. DXXV. (22)

C*Aſſiodorus* Conſules ſuggerit Q. Fabium Maximum II. & Sp. Carvilium. Maximum & Rugam *faſti Siculi*. Adjiciunt etiam iterati honoris notam Carvilio Maximo *Capitolini ſcriptores*. De his Conſulibus ſic *Cicero*
E in Catone; Q. Fabius Maximus Conſul iterum, Sp. Carvilio collega quieſcente, quoad potuit, C. Flaminio Tribuno pl. reſtitit, agrum Pice-

Ita ex Caſſiodoro, Eutropio, faſt. Sic. & Capitol. Sigonius, Pighius, Almelovenius &c.
(22) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 525.
Olymp. CXXXVIII. Anno I.
Ante Ær. Chr. 228.
SP. CARVILIUS MAX. RUGA II. } Coſs.
Q. FABIUS MAX. VERRUCOSUS II. }
Ita ex Caſſiodoro, faſt. Sicul. & Capitol. Sigonius, Pighius, & Almelovenius.
Cicero ponit hoc anno iterum Conſulem Q. Fabium Maximum Verrucoſum. Fuit enim Conſul prima vice anno ab U. C. 520.

Picenum Gallicumque contra Senatus auctoritatem dividenti; augurque cum eſſet, auſus eſt dicere, optimis auſpiciis ea geri, quæ pro Reip. ſalute gererentur; quæ contra Remp. fierent, contra auſpicia fieri. Item *Valerius* capite de pietate erga parentes; & *Cicero* de inventione lib. II. Fulvio adverſus Illyrios imperium prorogatum.

De triumpho Cn. Fulvii Centumali pro Cos. & bello Illyrico.

SUperiore anno primum cum Illyriis bellum initum eſt. Hujus belli hanc tradit cauſam *Polybius* lib. II. Illyrii & ante ſæpe, & maxime nuper cum Phœnicem Epiri urbem tenerent, mercatores Italicos navigantes prædati erant, ea de re Romani C. & L. Coruncanios legatos ad Teutam Illyriorum Reginam, Agronis Regis nuper mortui uxorem, miſerant, factum eſt autem ut dum Reginæ ſuperbe agenti ſuperbius multo legatus alter Romanus reſpondiſſet, juſſu Reginæ occiſus ſit. Ea de re Romani comparata claſſe, ad ulciſcendam legati necem, Fulvium & Poſtumium Conſules miſerunt, cum Fulvius Corcyram, quæ ab Illyriis capta à Demetrio Phario tenebatur, veniſſet, atque Inſulam in fidem cum Demetrio ipſo recepiſſet, Poſtumius autem pedeſtres copias ad XX. millia peditum, & duo millia equitum Brunduſium perduxiſſet, ambo conjunctis copiis Apolloniam in poteſtatem redegerunt, quo metu perculſi Dyrrachini atque alii populi, ſe Romanis tradiderunt; Teuta cum paucis Rhizonem confugit. Fulvio inde cum magna copiarum parte Romam reverſo, Poſtumius Dyrrhachii ſtativa fecit; ſecum omnes qui ſe fidei Romanorum commiſerant, habens, vere autem appetente, Teuta legatos Romam de pace miſit, quæ his conditionibus convenit: ut Teuta quotannis tributum penderet, ac omni fere Illyrico excederet; neque ei extra Liſſum niſi cum duobus iiſque inermibus lembis navigare liceret. *Polybius* & *Zonaras* ita. Itaque in *Epitoma* XX. ſic ſcriptum; Bellum Illyricis propter unum ex legatis, qui ad eos miſſi erant, occiſum, indictum eſt; ſubactique in deditionem venerunt. Et apud *Eutropium* ita; L. Poſtumius Albinus, Cn. Fulvius Centumalus, bellum contra Illyrios geſſerunt; & multis civitatibus captis, etiam Reges in deditionem acceperunt, ac tum primum de Illyriis triumphatum eſt. Item *Oroſius*. *Florus* autem Cn. Fulvio Centumalo duce late domitos Illyrios ſcribit. Itaque in *Capitolinis* etiam *tabulis* ſcriptum eſt Cn. Fulvium Centumalum hoc anno pro Conſule de Illyriis triumphaſſe. Quo fit ut malim Poſtumium in Conſulatu, quam Fulvium Romam revocatum. Coruncaniis duobus legatis occiſis à Teuta; ſtatuas populum poſuiſſe, auctor eſt *Plinius* lib. XXXIV. cap. VI. Atque hac quidem de cauſa Romani primum in Illyricum arma tranſtulerunt, quo bello perfecto, Achæos etiam, atque Ætolos, & Athenienſes, atque Corinthios, legatis miſſis, de victoria, quæ univerſæ Græciæ grata futura erat, certiores fecerunt; atque à Corinthiis in ſocietatem etiam ludorum Iſthmiorum vocati ſunt. *Polybius*.

DE COS. AN. DXXVI. (23)

P. Valerium, M. Atilium Conſules in hunc annum invenio apud *Caſſiodorum*: Flaccum & Regulum in *faſtis Siculis*: P. Valerium Flaccum, M. Atilium Regulum in *Capitolinis*. Eorum meminit *Gellius* lib. IV. cum ait; Sp. Carvilius Ruga divortium cum uxore fecit anno Urbis conditæ DXXIII. M. Atilio, P. Valerio Conſulibus; jurare à Cenſoribus coactus, uxorem ſe liberorum cauſa habiturum. P. Valerius Flaccus, is eſt qui poſtea Conſularis legatus ad Annibalem mittitur cum Q. Bæbio Tamphilo. M. Atilius Regulus, qui poſtea Conſul iterum & Cenſor fuit, auctore *Livio*. Hoc anno prætores duos additos opinor, ut eſſent quatuor. Id enim factum eſſe inter Illyricum & Gallicum bellum, teſtis eſt *Epitoma* XX. Factos autem, ut in Siciliam Sardiniamque novas provincias mitterentur, tradit *Pomponius* de origine juris. Hos vero fuiſſe C. Flaminium & M. Valerium, oſtendit *Solinus* capite de Sicilia, cum inquit; Sardinia & Sicilia utraque inſula in Romanam poteſtatem redacta, iiſdem temporibus provincia facta eſt, cum eodem anno Sardiniam M. Valerius, alteram C. Flaminius prætores ſortiti ſunt. Sardiniæ porro & Corſicæ adminiſtrationem junctam, atque eidem prætori traditam fuiſſe, auctor eſt *Rufus*. Ex his autem prætoribus M. Valerius inſequenti anno Conſulatum cepit, C. Flaminius quadriennio poſt.

DE COS. AN. DXXVII. (24)

L. Apuſtium, M. Valerium Conſules ſubdit *Caſſiodorus*: Maximum & Apuſtium *Siculæ tabulæ*; L. Apuſtium Fullonem, M. Valerium Meſſallam *Capitolinæ*. De *Fullone* Apuſtii cognomine, recte L. enim Apuſtium Fullonem ædilem pl. quendam nominat etiam *Livius* anno DLIII.

DE COS. AN. DXXVIII. (25)

DEinceps ſequuti ſunt Conſules C. Atilius, L. Æmilius, auctore *Caſſiodoro* & *Polybio*, quos C. Atilium Regulum, L. Æmilium Papum vocant *Capitolini ſcriptores*; Regulum & Papum *Siculi*, Regulum & Aimilium *Zonaras*. Horum etiam Conſulum meminit *Oroſius*, & *Plin.* lib. III. cap. XX. ubi *Paulus* pro *Papo* mendoſe legitur. Regulo Sardinia, Papo Italia obvenit. Sardi enim, prætoris Romani aſſiduam præſentiam non ferentes, arma ceperant;

(23) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 526.
Olymp. CXXXVIII. Anno II.
Ante Ær. Chr. 227.
P. VALERIUS FLACCUS. }
M. ATILIUS REGULUS. } Coſs.
Ita ex Caſſiodoro, faſt. Sicul. & Capitol. Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.

(24) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 527.
Olymp. CXXXVIII. Anno III.
Ante Ær. Chr. 226.
M. VALERIUS MESSALLA. }
L. APUSTIUS FULLO. } Coſs.

Ita ex Caſſiodoro, faſt. Sicul. & Capitol. Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.

(25) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 528.
Olymp. CXXXVIII. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 225.
L. AIMILIUS PAPUS. }
C. ATILIUS REGULUS. } Coſs.
Ita ex Caſſiodoro, Polybio, faſt. Sicul. & Capitol. &c. Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.
Sigonius & Almelovenius ſcribunt *Aemilius*. Ex Zonara Pighius ſcribit *Aimilius*.
Aimilius Græcè idem ſonat ac Aemilius Latinè;

A rant; Galli in Italiam irrumpere parabant. *Zonaras*.

De Cenſoribus & Luſtro XLII.

CReatos in hunc annum Cenſores C. Claudium Centhonem, M. Junium Peram, Luſtrum XLII. condidiſſe, invenio duntaxat ſcriptum in *faſtis Capitolinis*, quibus quem auctorem meliorem aut certiorem quærimus? Centho Conſul ſucrat anno DXIII., Pera DXIX.

De bello Gallico ciſalpino, & triumpho L. Æmilii Papi Cos. de Gallis.

B EOdem anno bellum Gallicum ciſalpinum initum eſt. Hoc lex C. Flaminii Tribuni pl. excitavit, quam ille vel octavo, ut ait *Polybius*, ante anno, M. Lepido Conſule, vel quinto, ut *Cicero*, Maximo II. Conſule, de agro Piceno & Gallico, unde pulſi Senones fuerant, viritim dividendo tulit. Nam cum reliqui Galli, ac maxime finitimi Boji, Senonum caſu perculſi, rebus ſuis timerent, inita cum Inſubribus ſocietate, Gallos eos qui trans Alpes ad Rhodanum accolunt, atque à mercede, qua ducti militant, Geſſatæ dicuntur, advocarunt. Itaque cum Reges eorum Congolitanus & Aneroëſtus, magnis inducti pecuniis, cum ingentibus copiis Alpes in Italiam
C trajeciſſent, ac ſe cum Bojis & Inſubribus conjunxiſſent (Veneti enim ac Cænomani, à Romanis per legatos ſollicitati, quieverunt) peditum ad quinquaginta millia, equitum ad viginti adducentes, in Etruriam irruperunt, octavo, ut ſcribit *Polybius*, poſt agri Piceni diviſionem anno, L. Æmilio, C. Atilio Coſs. in quem etiam annum bellum Gallicum ciſalpinum à *Capitolinis auctoribus* eſt collatum. Romani autem Gallorum tumultu nuntiato, maximas, ſi quando unquam alias, copias compararunt, tota etiam tum Italia enixe pro imperio Ro. laboravit, ſumma peditum Romanorum ac ſociorum fuit ſupra quingenta millia; equitum, ſupra ſexaginta, auctore *Polybio*.
D Itaque *Plinius* lib. III. L. Æmilio Paulo, C. Atilio Regulo Conſulibus, inquit, Italia, nuntiato Gallico tumultu, ſola ſine externis ullis auxiliis, atque etiam tunc ſine tranſpadanis, equitum LXXX. millia, peditum DCC. millia armavit. Cænomanos autem tranſpadanos intelligit, qui ex Gallis ſoli pro Romanis contra Annibalem ſteterunt. Cum harum igitur copiarum parte L. Æmilius Conſul Ariminum, ut Gallorum tranſitum impediret, contendit, alteram prætor in Etruriam, quod C. Atilius Conſul alter jam in Sardiniam navigaret, adduxit. Jam Cluſium Galli pervenerant: prætor ad Fæſulas collatis ſignis fugatus, in collem editum ſe receperat, cujus cum obſidio-
E nem Galli pararent, Æmilius Conſul Apennino ſuperato, improviſo advenit; is igitur Gallos cum præda abeuntes, ab una parte; ab altera, Atilius, jam ex Sardinia revocatus, adorti, ita pugnarunt, ut Gallorum XL. millia ceciderint, X. millia ceperint. Atilius in prœlio, & Rex Congolitanus occiſus eſt; Aneroëſtus ſemet ipſum in fuga occidit. Æmilius vaſtato Bojorum agro, Romam triumphans rediit; ac Capitolium armis & torquibus Gallorum exornavit. Hæc *Polybius* & *Zonaras*. Hinc *Eutropius* ſcripſit; L. Æmilio Conſule, ingentes Gallorum copiæ Alpes tranſierunt: ſed pro Romanis tota Italia conſenſit, traditum eſt à Fabio hiſtorico, qui ei bello interfuit, DCCC. millia hominum parata ad id bellum fuiſſe, ſed res per Conſules tum proſpere geſta eſt. XL. millia hoſtium interfecta ſunt, & triumphus Æmilio decretus. Et *Florus*; Galli Britomaro duce ſe non prius ſoluturos balthea, quam Capitolium aſcendiſſent, juraverunt, factum eſt: victos enim Æmilius in Capitolio diſcinxit. Et *Epitoma* lib. XX. Galli tranſalpini, qui in Italiam irruperant, cæſi ſunt, eo bello populus R. ſociorum Latini nominis trecenta millia armatorum habuiſſe dicitur: Triumphus item L. Æmilii Conſulis de Gallis, eſt in *Capitolinis tabulis*, quamquam mors Atilii Collegæ notata non eſt.

DE COS. AN. DXXIX. (26)

COnſules inſequens annus habuit T. Manlium, Q. Fulvium II. auctore *Caſſiodoro* & *Polybio*: T. Manlium Torquatum, Q. Fulvium Flaccum *Oroſio*. *Cuſpinianæ tabulæ* cum *Capitolinis* TORQUATUM II. & FLACCUM II. horum Conſulum cognomina edunt. Ambobus Conſulibus Gallia provincia decreta.

De re geſta cum Gallis.

NEque vero hoc etiam anno Romani quieverunt, etenim ex re bene priore anno geſta, in ſpem adducti Gallos finibus expellendi, Q. Fulvium & T. Manlium Conſules in Galliam cum legionibus miſerunt. Ii in provinciam ingreſſi, Bojorum gente in fidem accepta, cum ad reliquos Gallos bellum tranſſerrent, imbrium ac peſtilentiæ magnitudine deterriti ſunt, quod ſcribit *Polybius*, quamquam *Oroſius* aliquanto ſecus: Manlius Torquatus, inquit, & Fulvius Flaccus, primi trans Padum legiones duxere Romanas, pugnatum eſt ibi cum Inſubribus Gallis; quorum interfecta ſunt XXIII. millia, capta V. millia; in *Epitoma* etiam XX. exercitus Romanos tum primum trans Padum ductos, Gallos Inſubres prœlio fuſos, ſcriptum eſt: quinetiam *Zonaras* Pado ſuperato in Inſubres arma à Romanis illata ſcribit.

De L. Metello dictatore.

IN hunc etiam annum L. Metellum dictatorem cum N. Fabio Buteone magiſtro equitum comitiorum habendorum cauſa creatum, produnt *Capitolini faſti*, credo quod Conſules à bello Gallico avocari non placebat. L. Metelli dictatoris meminit quoque *Plinius* libr. VII. & epigramma vetus, quod eſt in libro antiquæ urbis ejuſmodi.

S.P.Q.R.

---

(26) *Hoc eſt:* Anno ab U. C. 529.
Olymp. CXXXIX. Anno I.
Ante Ær. Chr. 224.
T. MANLIUS TORQUATUS II. } Coſs.
Q. FULVIUS FLACCUS II. }

Ita ex Caſſiodoro, Polybio, Oroſio, faſt. Capitol. &c. Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii,
Hoc ipſo anno:
L. CÆCILIUS METELLUS DICTATOR.
NUM. FABIUS BUTEO MAG. EQU.
Ita ex faſt. Capitol. Sigonius, & Pighius.

S. P. Q. R.

L. METEL. PONT. II. COS. DICT. MAG. EQ. XV. VIR. AG. DAND. QVI PRIMVS ELEPHANTOS PRIMO PVNICO BELLO DVXIT IN TRIVMPHO, PRIMARIVS BELLATOR, OPTVMVS ORATOR, FORTISSIMVS IMP. AVSPICIO SVO MAXIMAS RES G. MAXIMO VSVS HONORE, SVMMA SAPIENTIA MAX. SEN. PARTAM EX ÆQVO PECVNIAM MAG. SING. L. RELIQVIT, CLARISSIMVS IN CIVITATE FVIT, TRIBVIT EI, VT QVOTIES IN SENATVM IRET, CVRRV VEHERETVR AD CVRIAM: QVOD A CONDITO ÆVO NVLLI ALII CONTIGIT.

DE COS. AN. DXXX. (27)

Caſſiodorus Conſules ſuggerit C. Flaminium, P. Furium; itemque *Polybius*; Flaminium & Furium *Zonaras*, & *Plutarchus* in Marcello: Flaminium & Philum *Siculæ tabulæ*; C. Flaminium & P. Furium Philum *Capitolinæ*. De Flaminio ſic *Cicero* in Lucullo; C. Flaminius aliquot annis ante ſecundum bellum Punicum Tribunus plebis legem Agrariam tulit, ac bis Conſul factus eſt. Ambobus Gallia provincia decreta.

De triumphis C. Flaminii Cos. de Gallis; P. Furii Cos. de Gallis & Liguribus.

HOc anno Conſules C. Flaminius & P. Furius item in Galliam legiones duxerunt: cumque repulſi ab Inſubribus, ſe in Cænomanorum ſociorum fines recepiſſent, atque inde rurſus ſe in Inſubres intuliſſent, maxima Tribunorum militum in inſtruenda acie prudentia, egregiam victoriam retulerunt: auctor *Polybius*. Addit *Plutarchus* in Marcello ita; Cum Flaminius ac Furius, inquit, adverſus Inſubres caſtra haberent, fluvius q i per Picenum agrum labitur, ſanguine fluxiſſe viſus eſt: tres Lunas Arimini apparuiſſe nuntiatum eſt: cum augures conſulti, vitio creatos videri Conſules reſpondiſſent, Senatus eos ſubito ab exercitu literis revocavit: eas acceptas Flaminius non prius aperuit, quam collatis ſignis barbaros fuderit: itaque redeunti ei, ac multa ſpolia referenti, populus obviam non proceſſit; ac vix triumpho conceſſo, eum cum collega Conſulatu abire coëgit. Quod cum ita ſit, ergo merito *Oroſius* etiam ſic ſcripſit; Flaminius Conſul contemptis auſpiciis, quibus pugnare prohibebatur, adverſum Gallos conflixit, & vicit: in quo prœlio octo millia Gallorum cæſa, XVII. millia capta ſunt: & *Livius* lib. XXI. ita; Non cum Senatu modo, ſed cum diis immortalibus C. Flaminium bellum gerere: Conſulem ante inauſpicato factum, revocantibus ex ipſa acie diis atque hominibus non paruiſſe. Item; C. Flaminius memor certaminum cum patribus, quæ Tribunus plebis, &

A quæ poſtea Conſul prius de Conſulatu, qui abrogabatur, deinde triumpho habuerat, poſteriorem Conſulatum Romæ inire noluit. Et libr. XXXII. M. Junius dictator, ſex millia hominum Gallicis ſpoliis, quæ triumpho C. Flaminii tranſlata erant, armavit. Et *Florus*; De torquibus Gallorum Flaminius aureum tropæum Jovi erexit. Hæc ſatis probare mihi poſſe videntur triumphum Capitolinum C. Flaminii Cos. de Gallis. Quem vero egit collega ejus P. Furius de Gallis & Liguribus, nihil invenio quod confirmet, niſi quod ſcriptum eſt apud *Polybium*; rem bene ab utroque Conſule cum Gallis geſtam, quamquam ille Ligurum non meminit, niſi forte *A'ναμάρας* Ligurum po- B pulos intellexit; quos non longe à Maſſilia incolentes, ad amicitiam Romanorum à Conſulibus traductos ille ſcriptum reliquit. *Zonaras* triumphum Conſulibus à Senatu negatum, à populo conceſſum ſcribit.

DE COS. AN. DXXXI. (28)

DEinceps Conſules nominat *Caſſiodorus* M. Marcellum, Cn. Cornelium: *Polybius* M. Claudium, Cn. Cornelium: *faſti Siculi* Scipionem & Marcellum: Claudinm Marcellum, & Cn. Scipionem *Zonaras*: *Eutropius* M. Claudium Marcellum, Cn. Cornelium Scipionem: *Capitolinæ tabulæ* M. Claudium Marcellum, C Cn. Cornelium Scipionem Calvum. Hic eſt Marcellus qui poſt quinquies Conſul fuit: Scipio, qui poſtea in Hiſpania ab Aſdrubale Pœno occiſus eſt cum fratre P. Scipione. Ambobus decreta Gallia eſt. Eoſdem Conſules primos iniſſe magiſtratum idibus Martiis arbitror: qui dies deinde ſolennis ineundo Conſulatui manſit uſque ad annum ab U. C. DC. cujus rei rationem cum à me paulo ante Horatius Malegutius Regienſis, juvenis moribus & litteris ornatiſſimus, quæreret, hanc eſſe reſpondi; Video anno DXXXVI. C. Flaminium II. & Cn. Servilium Conſules, auctore *Livio* idibus Martiis iniſſe; anno autem DXX. M'. Pomponium, quia de Sardis idib. Mar. D Conſul triumphavit, neceſſario multo ante illum diem iniſſe: ex quo intelligo, mediis inter Pomponium & Flaminium Conſules annis initium ineundi idibus Mart. Conſulatus eſſe factum. Quod cum ita ſit, cum prioris anni Conſulem C. Flaminium ſtatim poſt triumphum (triumphavit autem, quod exſtat in *Capitolinis tabulis*, VI. id. Mart.) coactum magiſtratu abiſſe, ac ſtatim per interregem Marcellum Conſulem factum, Magiſtratum occepiſſe, apud *Plutarchum* inveniam, non dubito affirmare, Marcellum primum cum collega Cornelio idibus Martiis iniſſe: ſic anno CCCLII. ab idib. Decembr. propter rem male ad Vejos geſtam, ad K. Octobris, abdicatis prioribus E magiſtratibus, regreſſus factus eſt.

De

(27) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 530.
Olymp. CXXXIX. Anno II.
Ante Ær. Chr. 223.
C. FLAMINIUS. } Coſs.
P. FURIUS PHILUS. }
Ita ex Caſſiodoro, Polybio, Zonara, Plutarcho, & faſt. Capitol. Sigon. Pigh. Almel. &c.
Malè Almelovenius addit Flaminio cognomen *Nepos*, quod malè intellexit ex Pighio.

(28) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 531.
Olymp. CXXXIX. Anno III.
Ante Ær. Chr. 222.
CN. CORNELIUS SCIPIO CALVUS. } Coſs.
M. CLAUDIUS MARCELLUS. }
Ita ex Caſſiodoro, Polybio, Zonara, Eutropio, & faſt. Capitol. Sigon. Pigh. & Almel. &c.

De triumpho M. Marcelli Cos. de Gallis Inſubribus & Germanis, & ſpoliis opimis ab eo relatis.

INſubres acciſis opibus ſuis pacem petentes, M. Claudius, Cn. Cornelius Conſules, eductis repente adverſus eos copiis, ad arma capienda invitos compulerunt, Conſules, Acerras Gallorum oppidum, Inſubres, Claſtidium ſociorum Romanorum obſidebant. Marcellus inde ab Acerris ad Claſtidium liberandum cum equitatu profectus, cum in Geſſatarum occurrentem exercitum incidiſſet, eum rege illorum Virdumaro interfecto fudit fugavitque, cepit deinde etiam Acerras, cum ii qui in præſidio erant, Mediolanum, quod Inſubrium caput erat, confugiſſent: quos Cornelius inſequutus, cum poſt recedentem eum aggreſſi eſſent, ſupremo prœlio ſuperavit, ac Mediolanum & Comum oppidum expugnavit, quo facto Inſubres, deſperatis rebus ſuis ſe Romanis dediderunt: atque ita bellum confectum eſt. Hæc *Polybius* & *Zonaras*. Adjicit *Plutarchus*, Marcellum in prœlio voviſſe Jovi Feretrio ſpolia regis Virdumari; atque ipſi ſoli triumphum eſſe decretum. Quam rem *Eutropius* his verbis memoriæ mandavit; Marcellus cum parva manu equitum dimicavit, & regem Gallorum Virdumarum ſua manu occidit, poſtea cum collega ſuo Cn. Cornelio ingentes Gallorum copias peremit, Mediolanum expugnavit, grandem prædam Romam pertulit; ac triumphans ſpolia Gallorum regis ſtipiti impoſita, humeris ſuis vexit. His de ſpoliis cum nuper ſermo incidiſſet domi Andreæ Lauredani patricii Veneti; qua ille ſumma tum humanitate, tum antiquitatis Romanæ cognitione præditus eſt, nummos veteres argenteos aliquot pulcherrimos mihi oſtendit, in quibus Marcellus ipſe ſpolia Virdumari ſtipiti impoſita templo inferens inciſus eſſet, de quibus etiam ſic loquitur *Florus*; Galli Virdumaro rege Romana arma Vulcano promiſerunt, aliorſum vota ceciderunt, occiſo enim rege, Marcellus tertia poſt Romulum patrem Feretrio Jovi * arma ſuſpendit. Et *Epitoma* XX. Inſubres aliquot prœliis fuſi, in deditionem venerunt: M. Claudius Marcellus Conſul, occiſo Inſubrium Gallorum duce Virdumaro, opima ſpolia retulit. Et *Virgilius* libr. VI.

Aſpice ut inſignis ſpoliis Marcellus opimis
Ingreditur, victorque viros ſupereminet omnes.
Hic rem Romanam magno turbante tumultu
Siſtet eques, ſternet Pœnos, Gallumq; rebellem.
Tertiaque arma patri ſuſpendet capta Quirino.

Et *Frontinus* lib. IV. M. Marcellus, cum in manus Gallorum imprudens incidiſſet, circumſpiciendæ regionis, qua evaderet, cauſſa, equum in orbem flexit; deinde cum omnia eſſe infeſta vidiſſet, precatus deos, in medios hoſtes irrupit, quibus inopinata audacia perculſis, ducem quoque eorum trucidavit, atque ubi ſpes ſalutis vix ſuperfuerat, inde opima retulit ſpolia. De ratione autem opimorum ſpoliorum, diximus ante ſatis in primis & ſecundis ſpoliis à Romulo & Coſſo relatis. In *tabulis Capitolinis* etiam ſcriptum eſt, M. Marcellum de Gallis Inſubribus, & Germanis triumphaſſe, atque ſpolia opima retuliſſe duce hoſtium Virdumaro ad Claſtidium interfecto, quo in loco Germani vocantur, qui à *Polybio* Geſſatæ; quorum Rex fuit Virdumarus, non Inſubrium, ut eſt in *Epitoma*, quod etiam docet his verbis *Oroſius*; Claudius Conſul Geſſatarum XXX. millia delevit, ubi etiam ipſe Virdumarum Regem in primam aciem progreſſus occidit; & inter multa Inſubrium, quos ad deditionem coëgit, oppida, Mediolanum quoque cepit. Bojos ac Inſubres à Romanis paulo ante adventum Annibalis, ſociis Venetis ac Cænomanis, oppreſſos ſcribit etiam *Strabo* libro V.

DE COS. AN. DXXXII. (29)

C*Aſſiodorus* in hunc annum prodit Conſules P. Cornelium, M. Minucium; & *Zonaras*; Scipionem & Rufum *faſti Siculi*: *Eutropius* P. Cornelium, M. Minucium Rufum. P. Cornelium Scipionem Aſinam eſſe opinor Cn. Cornelii Aſinæ bis Conſulis filium; quod *Livius* inter ſententias de Capua à Conſularibus Senatoribus anno DXLII. dictas, ſententiæ etiam P. Cornelii Aſinæ meminit. Hoc loco & *faſtos* & *triumphos Capitolinos* una cum *Livianis annalibus* deſideramus; quibus plurimum ſplendoris huic prope deplorato triennio aſſerri potuit. Iſti ambobus Conſulibus decreti.

De Triumpho P. Scipionis Aſinæ Cos. de Iſtris.

HOc anno Iſtros primum arma moviſſe conſtat: ſic enim ſcribit *Eutropius*; M. Minucio Rufo, P. Cornelio Coſs. Iſtris bellum illatum eſt; quia latrocinati naves Romanorum fuerant, quæ frumentum exhibebant! perdomitique ſunt omnes. Et *Oroſius*; Iſtri novi hoſtes excitati ſunt; quos Cornelius Minuciuſque Conſules, multo quidem Romanorum ſanguine, ſubegerunt. Et *Epitoma* XX. Iſtri ſubacti ſunt. Et *Zonaras*; P. Cornelius, M. Minucius Conſules, adverſus Iſtros exercitum duxerunt, & multas earum gentes partim vi, partim deditione in poteſtatem redegerunt. *Livius* etiam libro XXI. victorias & bella horum annorum commemorans, ait, Sardos, Corſos, Iſtros, atque Illyrios, laceſſiſſe magis quam exercuiſſe Romana arma; cum Gallis tumultuatum magis quam belligeratum. Hæc de re geſta. Triumphaſſe autem Conſules nemo auctor eſt. Ego tamen aut ambos, aut certe alterum P. Scipionem triumphaſſe exiſtimo; ut de Sardis, Corſis, Illyriis, Gallis, his annis ſæpius triumphatum eſt; præſertim vero cum minime dubia hæc victoria narretur; immo ſubacti perdomitique Iſtri ab his Conſulibus tradantur. Quot autem & quam magnus triumphos amiſerimus, quorum nemo præter *Capitolinos ſcriptores* meminerit, facile, qui

(29) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 532.
Olymp. CXXXIX. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 221.
P. CORNELIUS SCIPIO ASINA. } Coſs.
M. MINUCIUS RUFUS. }
Ita ex Caſſiodoro, Zonara, Eutropio, & faſt. Sicul. Sigon. Pigh. Almelov. &c.
Hoc ipſo anno;
Q. FABIUS MAXIMUS VERRUCOSUS DICTATOR.
C. FLAMINIUS MAG. EQU.
Ita Sigonius, & Pighius ex Livio.
His abdicare coactis:
M. ÆMILIUS BARBULA DICTATOR.
Q. ÆLIUS POETUS MAG. EQU. ex Pighii conjectura,

A qui hunc commentarium leget, intelliget: neque vero dubito quin, ſi lapis ille, qui Marcelli *triumpho Capitolino* annectebatur, haberetur, meam ſuſpicionem facillime confirmaret: confirmat id certe, quod *Livius* lib. XXXVIII. oegat exemplum proditum eſſe ut imperator, qui perduellibus devictis, confecta provincia exercitum reportaſſet, ſine curru & laurea, privatus inhonoratuſqoe urbem iniret. Sed quoniam fieri poteſt, ut Conſul alter tantum triumphum obtinuerit, quod etiam priore anno evenit, ut Claudius ſolus triumpharit, quamquam Cornelius egregiam operam Gallico bello navarit; propterea triumphum de Iſtris ſoli Scipioni attribui; ſuſpicatus, *Livium*, B ſi M. Minucius triumphaſſet, triumphum ejus poſtea non fuiſſe prætermiſſurum, tum cum de eo magiſtro equ. Q. Fabio dictatori æquato, atque ejus inani ferocia dixit. Sed hæc alii judicarint.

De Q. Fabio Maximo dictatore.

Q. Fabium Maximum dictatorem cum C. Flaminio magiſtro equitum creatum, auctor eſt *Valerius* libro primo, cum ait; Occentus ſoricis auditus, Fabio Maximo dictaturam, C. Flaminio magiſterium equitum deponendi cauſſam præbuit. Eadem de re tradit *Plutarchus* in Marcello; verum dictato- C rem Minucium vocat, non Fabium. Ego vero de Fabio Valerio aſſentior; quod & in epigrammare antiquo, & apud *Livium*, bis eum dictatorem fuiſſe invenio. Quibus autem Conſulibus fuerit, ex iis, qui boc triennio fuere parum liquet. Ego ubi rem in omnes partes diu multumque verſavi, hoc potiſſimum anno Q. Fabium dictatorem comitiorum habendorum cauſſa creatum, conjectura ductus ſum ad ſuſpicandum; cum Coofules ambo bello Iſtrico implicati abeſſent, oeque eos à bello avocari è Repub. videretur: Dictatore autem vitio creato, comitia deinde per interregem, ut alias ſæpe, eſſe habita.

D DE COS. AN. DXXXIII. (30)

L. Veturium, C. Lutatium Conſules edit in hunc annum *Caſſiodorus* & *Zonaras*: Philonem & Catulum *faſti Siculi*. Hunc L. Veturium Philonem eſſe opinor poſt in cenſura mortuum apud *Livium*, patrem L. Veturii L. F. L. N. Philonis, Conſulis anno DXLVII. C. Lutatio quidam Scævolæ cognomen adjiciunt. Id cum qua ducti ratione fecerint neſciam, oeque affirmare oeque arguere auſim. *Polybius*, ubi de Triumviris coloniæ deducendæ captis agit lib. III. hunc C. Lutatium Conſularem nominat. Hunc C. Lutatii C. F. C. N. Catuli filium puto, ejus qui Conſul fuit anno E DXI. Hos Conſules in Iſtros profectos, atque cum exercitu uſque ad Alpes progreſſos, citra pugnam multos ſibi adjunxiſſe, auctor eſt *Zonaras*.

A *De Cenſoribus, & Luſtro XLIII.*

IN hunc porro annum ceoſores contuli, tum propter quinquennalem Luſtrorum rationem, tum quia *Caſſiodorus* & *Livius* id mihi ſubſignificare viſi ſunt: fuerunt autem L. Æmilius Papus, & C. Flaminius, viri Conſulares, eorum enim Cenſorum meminit poſt ſæpe *Livius*, ab iiſque lectum Senatum tradit: in primis autem Paullo & Varrone Coſs. Senatum legendum fuiſſe inquit; quia per quinquennium multi & bello & aliis caſibus Senatores perierant: tumque poſt L. Æmilium & C. Flaminium Cenſores, eſſe lectum. *Caſſiodorus* B etiam C. Lutatio, L. Veturio Conſulibus, viam Flaminiam, & circum Flaminium factum prodit, facta autem ſunr à C. Flaminio Ceoſore. Itaque in *Epitoma* XX. hæc verba ſunt: Luſtrum à Cenſoribus conditum eſt: quo cenſa ſunt civium capita CCLXX. millia * CCXIII. libertini in quatuor tribus redacti; cum antea diſperſi fuiſſent; Eſquilinam, Palatinam, Suburranam, Collinam. C. Flaminius Cenſor viam Flaminiam munivit, & circum Flaminium exſtruxit. Et *Feſtus*; *Flaminius circus*, & *Flaminia via* dicta eſt à Flaminio Conſule, qui interfectus eſt ad lacum Traſimenum. *Plinius* quoque libro XXXV. horum Cenſorum meminit, cum ait: Legem Meti- C liam de fullonibus dictam C. Flaminius, & L. Æmilius Cenſores dedere ad populum ferendam. Luſtrum autem, quod intelligi ex *Epitoma* poteſt, poſtero anno conditum eſt.

DE COS. AN. DXXXIV. (31)

COnſules inde ſequuti ſunt M. Livius, L. Æmilius: auctor *Caſſiodorus*. Horum cognomina ſunt in *Siculis faſtis*, Salinator & Paullus. Eorundem Conſulum ſic meminit *Plinius* libro XXXIX. L. Æmilio, M. Livio Conſulibus, anno Urbis conditæ DXXXV. primus è medicis Romam venit è Peloponneſo Archagathus Lyſaniæ filius. M. Livius ex *Cen-* D *ſura*, & *Conſulatu* ſecundo *Capitolino*, M. F. M. N. Salinator vocatus eſt. L. Æmilius Paullus, quia (auctore *Plutarcho*) pater fuit L. Æmilii L. F. L. N. Paulli, qoi Perſeo debellavit, filius fuiſſe videtur M. Æmilii M. F. L. N. Paulli, Conſulis anno CDXCIIX. Ejus meminit una cum Collega poſtea *Livius*, ita; L. Æmilius Paullus, qui cum M. Livio Conſul fuit, & damnatione Collegæ, & ſua prope ambuſtus evaſerat. Ambobus Conſulibus Illyrii evenerunt.

De triumphis L. Æmilii Paulli, & M. Livii Coſs. de Illyriis.

E HOc anno iterum cum Illyriis rebellantibus dimicatum eſt. Hujus belli cauſſam attulit Demetrius Pharius rex Illyriorum, beneficiorum Populi Ro. oblitus, qui cum Romanos

---

(30) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 533.
Olymp. CXL. Anno I.
Ante Ær. Chr. 220.
L. VETURIUS PHILO. } Coſs.
C. LUTATIUS CATULUS. }
Sed his abdicantibus, quia vitio factis, ſuffecti ſunt.
M. ÆMILIUS LEPIDUS II. } Coſs. ſuff.
M. VALERIUS LÆVINUS. }
Ita de primis duobus ex Caſſiodoro, Zonara, & faſt. Sicul. Sigonius, Pighius, Almelov. &c.
De ſuffectis Sigonius nihil in hoc loco. Pighius Sigonium citat, ſed locum Sigonii non producit.

(31) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 534.
Olymp. CXL. Anno II.
Ante Ær. Chr. 219.
M. LIVIUS SALINATOR. } Coſs.
L. ÆMILIUS PAULLUS. }
Ita ex Caſſiodoro, Plinio, & faſt. Siculis Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.

A manos ante Gallorum, poſt Pœnorum moventium metu perculſos animadverteret, ac Macedonum maxime rege confideret, Illyrica oppida Romanis ſubjecta vaſtabat, fineſque fœdere conſtitutos tranſcendebat, adverſus hunc L. Æmilius Conſul miſſus. Demetrius, Conſulis adventu cognito, Dimalum præſidio & commeatu muniit: ex reliquis Illyricis oppidis amicis Romanorum exactis, ac ſuis impoſitis, cum ſex millibus veteranorum Pharum contendit. Æmilius, Dimalo oppido intra VII. dies expugnato, atque Illyriis in fidem acceptis, adverſus Pharum infeſtus pergit, eoque oppido, rege aufugiente, capto, ac reliquis Illyrii civitatibus ſibi adjunctis, autumno ineunte, Romam triumphans rediit. Hæc *Polybius*: B qui idem hujus victoriæ gloriam unius L. Æmilii facit; ut etiam *Juſtinus* lib. XXIX. at vero ſi auctorem libri de viris illuſtribus audiamus, M. Livius Salinator Cos. & ipſe de Illyriis triumphavit. Bellum certe ab utroque Conſule geſtum tradit *Zonaras*: & de Salinatore teſtis eſt quoque *Frontinus*, cum ait lib. IV. Salinator Conſularis damnatus eſt, quod prædam non æqualiter diviſerat militibus. Et *Livius* eundem ex Conſulatu priore populi judicio damnatum ſcribit. Hoc bellum his verbis expreſſum eſt in *Epitoma* XX. Iterum Illyrii, cum rebellaſſent, domiti, in deditionem venerunt. Demetrius ad Philippum Macedonum regem confugit; Pineus rex ſtipendium dare C coactus eſt. *Livius* lib. XXII.

DE COS. AN. DXXXV., (32)
& bello Punico II.

COnſules ſubjicit *Caſſiodorus* & *Polybius* P. Cornelium, Ti. Sempronium: *Zonaras* Sempronium Longum & P. Scipionem; Longum & Scipionem *faſti Siculi*: P. Cornelium Scipionem, Ti. Sempronium Longum *Livius*, *Eutropius*, *Probus*, *Oroſius*, *Pædianus*. P. Scipio, pater fuit P. Scipionis Africani P. F. L. N. Conſulis anno DLIX. Ti. Sempronius, pater Ti. Sempronii Ti. F. C. N. Longi, Conſulis eodem anno, auctor *Livius*. His Conſulibus D bellum Punicum ſecundum initum eſt. Hoc intulit Annibal Amilcaris filius, ejus qui priore bello imperator ad Ægates inſulam victus à C. Lutatio Conſule fuit. Hic cum jam inde ab ineunte pueritia Romano odio eſſet imbutus, ubi primum per ætatem potuit, animum ad renovandum bellum adjecit. Extremum cum Aſdrubale Pœnorum duce fœdus Romani icerant, ne Pœni armati Iberum flumen in Hiſpania trajicerent, neve Saguntinos Populi R. ſocios vexarent. Hoc ille fœdere violando, ſatis magnam ad laceſſendos Romanos cauſſam ſe habiturum ratus eſt. Itaque P. Cornelio, M. Minucio Coſs. imperator in demortui Aſdrubalis locum in Hiſpania declaratus, in Olca- E dum fines irrupit, atque Althejam expugnavit, ſequenti anno in Vaccæos ducens, Helmandicam & Arbocalam urbes cepit: Carpetanos ad deditionem adduxit: quo terrore finitimi Saguntini compulſi, legatos, qui hæc Senatui nuntiarent, Romam miſerunt. Bellum à Romanis Annibali, niſi Sagunto abſtineret, per legatos indictum. M. Livio & L. Æmilio Coſs. Annibal Saguntum oppugnavit, atque intra octo menſes cepit, legati tum à Romanis Carthaginem miſſi, qui Annibalem rupti fœderis auctorem depoſcerent; &, niſi traderetur, bellum indicerent, indictum eſt. Hoc autem anno Annibal trajecto Ibero, Ilergetes, Barguſios, Anſetanos, & ceteros Hiſpaniæ populos, uſque ad Pirenæos montes ſubegit, ac per Galliam ad alpes venit; & in Italiam tranſgreſſus, P. Cornelium Conſulem, qui ſe ei ex Alpibus deſcendenti oppoſuerat, ad Ticinum; Ti. Sempronium jam ex Sicilia, re ex ſententia geſta, reverſum, ad Trebiam acie fudit. Hæc *Polybius*; ac paulo ſecus etiam *Livius*, & alii. *Solinus* anno Urbis Conditæ DXXXV. hoc bellum initum ſcribit. Initum autem P. Cornelio, Ti. Sempronio Coſs. omnes conſentiunt: quorum alteri Hiſpania, alteri Africa cum Sicilia obtigerat. Eodem anno Cn. Scipio Conſulis frater, in Hiſpaniam pro Conſule miſſus, ut Aſdrubalem Annibalis fratrem inde expelleret, cum Annone bene pugnavit. Boji, ſollicitatis Inſubribus, defecerunt; atque in triumviros, qui Cremonam & Placentiam colonias deduxerant, impetum fecerunt. *Livius*, *Polybius*.

DE COS. AN. DXXXVI. (33)

COnſules inde ſubſequuti Cn. Servilius cum C. Flaminio, ut auctor eſt *Polybius*, *Caſſiodorus*, & *Livius*; qui duo cum *faſtis Siculis* Servilio cognomen *Geminum* adjecerunt. C. Flaminius II. Conſul, eadem qua ante ſuperbia uſus, magiſtratum idibus Mart. non Romæ, ſed Arimini iniit. Idem neglectis auſpiciis cum ſe Annibali, qui primo vere ex Gallia in Etruriam, Apennino ſuperato, oculo etiam frigoribus amiſſo, tranſgreſſus erat, ad lacum Traſimenum obtuliſſet, collatis ſignis exercitu amiſſo occiſus eſt. Paucis poſt diebus, quatuor millia equitum, cum C. Centenio pro prætore miſſa ad collegam à Servilio Cos. in Umbria, quo poſt cladem ad Traſimenum auditam averterant iter, ab Annibale circumventa ſunt. *Livius*, *Polybius*, *Valerius* libro primo, *Plutarchus* in Fabio, *Probus*, alii.

De Q. Fabio Max. dictatore II.

CUm ad cladem ad Traſimenum acceptam, Centenii clades acceſſiſſet, in magno terrore civitas ad dictatorem dicendum confugit, & quia Conſul aberat, à quo uno dici poſſe vide-

(32) *Hoc eſt:* Anno ab U. C. 535.
Olymp. CXL. Anno III.
Ante Ær. Chr. 218.
P. CORNELIUS SCIPIO. } Coſs.
TIB. SEMPRONIUS LONGUS. }
Ita ex Livio, Eutropio, Probo, Oroſio, Zonara, & faſt. Siculis Sigonius, Pighius, & Almelov.

(33) *Hoc eſt:* Anno ab U. C. 536.
Olymp. CXL. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 217.
C. FLAMINIUS II., quo in prœlio occiſo ſuffectus eſt. } Coſs.
M. ATILIUS REGULUS II. }
CN. SERVILIUS GEMINUS. }
Ita ex Livio, Polybio, Caſſiodoro, & faſt. Siculis Sigonius, Pighius, Almelovenius &c.
Hoc ipſo anno:
Q. FABIUS MAXIMUS VERRUCOSUS DICTATOR II.
M. MINUCIUS RUFUS MAG. EQU.
Ita ex Livio &c. Sigonius, & Pighius.
Duo alii Fabio Maximo, & Minucio Rufo ſuffecti ſunt, nempe:
L. VETURIUS PHILO DICTATOR, &
M'. POMPONIUS MATHO MAG. EQU.
Ita Pighius cum Sigonio.

A videbatur, nec per occupatam armis Punicis Italiam facile erat aut literas aut nuncium mitti, nec dictatorem populus creare poterat; quod nunquam ante eam diem factum erat: prodictatorem populus creavit Q. Fabium Maximum, & mag. equitum M. Minucium Ruſum. Igitur Q. Fabius Max. dictator II. procuratis prodigiis, ac ludis magnis votis, delectu habito, ac Serviliano exercitu accepto, cum ad Annibalem hoſtem perveniſſet, haud procul Arpis in Apulia caſtra fecit; eo enim jam Annibal ex Etruria per Umbriam & Picenum, Marſis inde & Pelignis vaſtatis, concelerat. Ibi cum ſe caſtris tenens Fabius ab Annibale elici nulla ratione ad pugnam poſſet; B à magiſtro equitum aſſidue tamquam ſegnis ac timidus appellatus eſt. Annibal inde in Samnium movit; atque aliquot oppidis captis, ſpe Capuæ recipiendæ oblata, cum ſe Caſinum inde duci cuperet, Caſilinum per errorem ductus, caſtris ad Vulturnum flumen poſitis, agrum ſociorum in conſpectu Fabii, qui per juga Maſſici montis eum perſequutus fuerat, exuſſit, quo in loco iterum magiſter equitum dictatoris cunctationem palam concionibus invidioſis exagitavit. Incluſus inde ad Caſilinum Annibal, ſarmentis ad cornua boum alligatis, iiſque per noctem incenſis, atque ex collibus caſtris Romanis imminentibus bobus ipſis immiſſis, dum novo Romanos apparatu perturbavit, C per Calliculæ jugum agmen traduxit, atque in Pelignos populabundus rediit; ex Pelignis inde retro Apuliam repetens, Gerunium pervenit. Dictator interea nec abſiſtens, nec congrediens, caſtris in agro Larinate poſitis, ſacrorum cauſſa Romam revocatus eſt. Cum abſente dictatore bene à magiſtro equitum cum Annibale dimicatum Romæ nunciatum eſſet, M. Metilii Tribuni pl. concionibus populus incitatus, qui cunctationem Fabii infamem ad populum fecerat, rogationem ejus de jure dictatoris & magiſtri equitum adæquando accepit. Dictator inde Conſule in C. Flaminii locum M. Atilio Regulo ſuffecto, in caſtra rediit. Minucius ſolito etiam ferocior, exercitus par- D te à Fabio accepta, cum Annibale ſigna contulit: cumque jam Romana acies inclinaret, à Fabio cum exercitu ſuo accurrente ſervatus, patrem eum appellavit, ac ſe imperio ſtatim abdicavit. Fabius ſummis laudibus in cælum & in caſtris & Romæ ſublatus. Omnium prope annales Fabium dictatorem adverſus Annibalem rem geſſiſſe tradunt. Cœlius etiam eum primum à populo creatum dictatorem ſcribit, ſed & * Gellium & ceteros fugit, uni Conſuli Cn. Servilio, qui tunc procul in Gallia provincia aberat, jus fuiſſe dicendi dictatoris; quam moram quia exſpectare territa jam clade civitas non poterat, eo decurſum eſſe ut à populo crearetur qui pro dictatore eſſet, res E inde geſtas, gloriamque inſignem ducis & augendæ titulum imaginis poſteris, ut dictator pro dictatore diceretur, facile obtinuiſſe. Hæc *Livius*. *Polybius* tamen dictatorem eum creatum ſcribit, idemque in epigrammate antiquæ urbis libri ſcriptum eſt, hoc modo;

Q. FABIVS MAXIMVS, DICTATOR BIS. COS. V. CENSOR. INTERREX II. AED. CVR. Q. II. TRIB. MILITVM. PONT. AVGVR. PRIMO CONSVLATV LIGVRES SVBEGIT. EX HIS TRIVMPHAVIT. TERTIO ET QVARTO ANNIBALEM COMPLVRIBVS VICTORIIS FEROCEM SVBSEQVENDO COERCVIT. DICTATOR MAGISTRO EQVITVM MINVCIO, CVIVS POPVLVS IMPERIVM CVM DICTATORIS IMPERIO ADÆQVAVERAT, EXERCITVI PROFLIGATO SVBVENIT; ET EO NOMINE AB EXERCITV MINVCIANO PATER APPELLATVS EST. CONSVL QVINTVM TARENTVM CEPIT. TRIVMPHAVIT. DVX ÆTATIS SVÆ CAVTISSIMVS, ET REI MILITARIS PERITISSIMVS HABITVS EST. PRINCEPS IN SENATV DVOBVS LVSTRIS FACTVS EST.

Eodem anno Cn. Scipio in Hiſpania minus terra cum hoſte propter ingentem famam novorum auxiliorum concurrere auſus, delecto milite in naves impoſito, XXXV. navium claſſe ire obviam hoſti pergit, ad oſtium Iberi fluminis Punica claſſis ſtabat: cum avide utrimque pugna commiſſa eſſet, meliore fortuna Romani pugnarunt, una enim levi pugna toto ejua oræ mari potiti ſunt, ex Balearibus inſulis, & ex continenti Hiſpania, populi amplius centum viginti pacem petierunt. Interea P. Scipio prorogato poſt Conſulatum imperio, ab Senatu miſſus, in provinciam venit, obſides Hiſpanorum, qui Sagunti cuſtodiebantur, Aceducia artificio Romanis traditi ſunt. Cn. Serviliua & M. Atilius Conſules, cum exemplo Fabii in caſum univerſæ dimicationis, quam omnibus artibus petebat hoſtis, non venirent, adeo inopia Annibalem preſſerunt, ut niſi tum fugæ ſpeciem abeundo timuiſſet, Galliam repetiturus fuerit. Legati ad Philippum Macedonum regem miſſi ad depoſcendum Demetrium Pharium, qui bello victus ad eum fugiſſet. *Livius*, *Polybius*.

De L. Veturio Philone dictatore.

EXtremo anni à Conſulibus reſcriptum eſt, ſine detrimento Reipub. abſcedi non poſſe ab hoſte, itaque per interregem comitia habenda eſſe potius, quam Conſulum alter à bello avocaretur. Patribus rectius viſum eſt dictatorem à Conſule dici comitiorum habendorum cauſa, dictus L. Veturius Philo, M'. Pomponium magiſtrum equitum dixit. His vitio creatis, juſſiſque die quarto decimo ſe magiſtratu abdicare, ad interregnum res rediit. *Livius*, L. Veturium eſſe reor, qui Conſul fuit anno DXXXIII. M'. Pomponium, qui anno DXX.

DE COS. AN. DXXXVII. (34)

DEinceps Conſules ſuggerit *Polybius* L. Æmilium, C. Terentium: Paullum & Varronem *faſti Siculi*: *Plutarchus* in Paullo, Teren-

(34) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 537.
Olymp. CXLI. Anno I.
Ante Ær. Chr. 216.
L. ÆMILIUS PAULLUS II. } Coſs.
C. TERENTIUS VARRO. }
Ita ex Livio, Caſſiodoro, Polybio, Plutarcho &c. Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.
Hoc ipſo anno:
M. JUNIUS PERA DICTATOR.
TIB. SEMPRONIUS GRACCHUS MAG. EQU.
Poſt quos:
NUM. FABIUS BUTEO DICTATOR, ſine MAG. EQU.
Ita ex Livio, Plutarcho, & aliis Sigonius, Panvinius, & Pighius, qui corrigendus eſt, quòd Fabio Buteoni det prænomen *Marci* pro illo *Numerii*, ut Sigonius & Panvinius docent.

rentium Varronem, Æmilium Paullum : *Livius*, *Caſſiodorus*, alii, C. Terentium Varronem, L. Æmilium Paullum. Varro non humili ſolum, ſed ſordido loco natus; pater lanius, ipſe inſtitor mercis : quæſtura, & duabus ædilitatibus, patricia & plebeja, ac prætura perſunctus, ad Conſulatum venit. L. Paullus, is eſt qui ante cum M. Livio Conſul fuit, auctore *Livio*. Conſules (ambobus cum Annibale bellum decretum erat) ut in castra venerunt, caſtris biſariam factis ut nova minora eſſent propius Annibali, in veteribus major pars, & omne robur virium eſſet; M. Atilium ætatem excuſantem Romam miſerunt, Cn. Servilium minoribus caſtris præfecerunt. Annibal, cum haud ultra pati inopiam cibi, qua valde laborabat, poſſet, adventu Conſulum audito, ex Varronis temerario ac præpropero ingenio in ſpem rei benegerendæ erectus, locum inſidiis quotidie quærete, quæ ubi non proceſſerunt, movere inde ſtatuit in calidiora, atque eo maturiora meſſibus Apuliæ loca, profectus eſt nocte, ea renuntiata Romanis, Varro, vel repugnante Paullo, Annibalem cum exercitu inſecutus eſt, prope Cannas vicum, caſtra poſuerat Annibal, averſa à Vulturno vento; qui campis torridis ſiccitate, nubes pulveris vehit. Conſules ſequuti Pœnum, ut ventum ad Cannas eſt, ubi in conſpectu Pœnum habebant, bina caſtra communiunt, eodem ferme intervallo quo ad Gerunium, ſicut ante, copiis diviſis. Annibal ſpem nactus loci ad equeſtrem pugnam, qua parte invictus erat, facturus copiam pugnandi Conſulibus, dirigit aciem; laceſſitque Numidarum procurſatione hoſtes; neque ad prœlium, quia eo die imperium penes Paullum ſuit, elicere potuit. Varro autem poſtero die, cui ſors ejus diei imperii erat, nihil conſulto collega ſignum propoſuit; inſtructiſque copiis flumen Aufidum tranſivit, ſequente Paullo, quia magis non probare, quam non adjuvare conſilium poterat. Acie utrimque inſtructa, concurſum eſt. Maxima, ſiquando unquam alias, à Romanis clades accepta eſt. L. Paullus Conſul cum Romanorum quadraginta millibus, Senatoribus LXXX. Conſularibus, prætoriis, & ædiliciis multis, occiſi ſunt, ſeptem millia hominum in minora caſtra, decem in majora, duo ſerme in vicum ipſum Cannas; Varro cum quinquaginta equitibus Venuſiam profugit, capta tria millia peditum, & equites trecenti dicuntur. Ex majoribus & minoribus caſtris multi cum evaſiſſent, Canuſium incolumes pervenerunt, reliqui poſt ab Annibale circumventi, in ejus deditionem venerunt. Cum ab iis qui Canuſii erant, imperium P. Scipioni Tribuno mil. adoleſcenti mandatum eſſet, atque is à nobilibus adoleſcentibus propter deſperationem conſilium de relinquenda Italia iniri audiſſet, ſtricto ſuper capita deliberantium ferro, juravit ſe pro hoſte habiturum eum qui in verba ſua non juraſſet; effecitque ut omnes non relictum à ſe iri Italiam jurejurando aſtringerentur. Interea Venuſiam etiam ad Conſulem ad quatuor millia peditum equitumque, qui ſparſi fuga per agros ſuerant, pervenere. Romæ ingens luctus ſuit; ſed tamen S. C. XXX. diebus finitus. *Livius*, *Polybius*, *Florus*, alii.

De M. Junio Pera dictatore.

CUm ad Cannenſem cladem nunciatum eſſet, Regnum Hieronis in Sicilia claſſe Punica vaſtari, dictator ex auctoritate patrum dictus M. Junius, & T. Sempronius magiſter equitum, delectu edicto, juniores ab annis XVII., & quoſdam prætextatos ſcribunt, ad ſocios Latinumque nomen ad milites ex formula accipiendos mittunt; arma, tela alia parari jubent; & vetera hoſtium ſpolia detrahunt templis porticibuſque, octo millia ſervitiorum empta publice armaverunt. Captivis ab Annibale permiſſum, ut de ſe redimendis legatos Romam mitterent, quos redimi non placuit Senatui. Cannenſi clade defecerunt ad Pœnum hi populi; Attellani, Calatini, Hirpini, Apulorum pars & Samnitum, Bruttii omnes, Lucani, Surrentini, & Græcorum omnis fere ora; Tarentini, Metapontini, Crotonienſes, Locrique & Ciſalpini omnes Galli. Redeunti Romam Varroni gratiæ actæ, quod de Rep. non deſperaſſet. Hæc *Livius*. Hinc *Valerius* lib. VII. Cannenſis clades adeo civitatem noſtram contudit, ut opera M. Junii dictatoris ſpolia hoſtium affixa templis, deorum numini conſecrata, inſtrumenta militiæ futura convellerentur. Et lib. III. Dictaturam Varroni Conſuli poſt cladem Cannenſem à Senatu delatam; lib. autem IV. ab eo non acceptam ſcribit, qua de re nihil *Livius*. Hic eſt M. Jnnius Pera, qui Conſul ante & Cenſor fuit; & Ti. Sempronius Gracchus, ſequenti anno Conſul futurus quem *Livius* in ædilitate magiſtrum equitum factum tradit, filius (ut opinor) Ti. Sempronii Ti. F. C. N. Gracchi Conſulis anno DXV. Annibal inde ex Apulia in Samnium profectus, Coſſam in deditionem accepit, poſt Neapoli, ad quam oppugnandam duxerat, infecta re profectus, Capuam flectit iter, ſeditione inteſtina Senatorum plebiſque laborantem. Legatis à Campanis Virio auctore ad Annibalem miſſis, fœdus cum eo initum; Annibal Capuæ receptus eſt. Dictator M. Junius, rebus divinis rite perfectis, præter duas urbanas legiones, & ſervorum delectum, dixit; qui capitalem fraudem auſi, quique pecuniæ judicati in vinculis eſſent; qui eorum apud ſe milites fierent, eos ſe noxa pecuniaque exſolvi juſſurum; & ſex millia hominum armavit : atque cum XXV. millibus armatorum urbe proficiſcitur. Annibal, Capua recepta, cum iterum Neapolitanorum animos tentaſſet, in agrum Nolanum exercitum traducit. Nolani nuncios ad M. Marcellum, qui Canuſii cum exercitu erat, mittunt : quanto in diſcrimine ſit Nolana res, plebem novarum rerum avidam ad defectionem ſpectare oſtendunt. Sub adventum Marcelli, qui eo propere accurrerat, Pœnus agro Nolano exceſſit; ac Neapolim, quo conceſſerat, non admiſſus, petit Nuceriam; quam demum fame in deditionem recepit, eamque incendit. Inde Nolam, quam Marcellus tenebat, caſtris motis, cum Marcello congreſſus, tum primum à Romanis fugatus eſt. Itaque ſpe potiundæ Nolæ adempta, Acerras contendit; eaſque captas incendit atque diripuit. Inde Caſilinum oppugnatum ducit, ea oppugnatio cum diuturnior videretur, caſtris communitis, ac præſidio modico impoſito, ne omiſſa res videretur, in hiberna Capuam conceſſit. Ibi majorem hiemis partem

exer-

exercitum in tectis habuit, poſt autem miteſcente hieme, ducto ex hibernis enervato Campana luxuria milite, Caſilinum redit, quod continuata obſidione ad extremum jam inopiæ venerat; idque poſtremo, Graccho magiſtro equitum ſe, abſente dictatore, in aciem non committente, recepit. *Livius*, *Valerius*, alii.

De N. Fabio Buteone dictatore.

CUm patres ſe, & ſolitudinem curiæ, paucitatemque convenientium ad publicum conſilium reſpexiſſent; (neque enim poſt L. Æmilium, C. Flaminium Cenſores, Senatus lectus fuerat) cum tantum Senatorum adverſæ pugnæ, ad hoc ſui quemque caſus per quinquennium abſumpſiſſent, ac ea de re relatum abſente dictatore à prætore eſſet; dictatorem, qui Cenſor ante fuiſſet, vetuſtiſſimuſque ex iis qui viverent Cenſoriis eſſet, creari placuit, qui Senatum legeret: accirique C. Terentium Conſulem ad dictatorem dicendum juſſerunt. Is N. Fabium Buteonem ex S. C. ſine magiſtro equitum dictatorem in ſex menſes dixit. Is ubi cum lictoribus in roſtra aſcendit, neque duos dictatores tempore uno, quod nunquam antea factum eſſet, probare ſe dixit; neque dictatorem ſe ſine magiſtro equitum; nec Cenſoriam vim permiſſam uni & eidem iterum; nec dictatori niſi gerendæ rei cauſa creato in ſex menſes datum imperium, quæ immoderata ſors, tempus, ac neceſſitas fecerint, iis ſe modum impoſiturum: nam neque Senatu quemquam moturum ex iis quos C. Flaminius, L. Æmilius Cenſores in Senatum legiſſent; tranſcribi tantum recitarique eos juſſurum, & ita in demortui locum ſublecturum, ut ordo ordini, non homo homini prælatus videretur, eoque facto, extemplo Magiſtratu ſe abdicavit, & privatus de roſtris deſcendit. Dictator Junius Romam revocatus, comitia creandis Conſulibus habuit. Conſules deſignati Ti. Sempronius Gracchus, qui magiſter equitum erat, L. Poſtumius Albinus, qui antequam iniret, in Gallia inſidiis ipſe cum exercitu à Bojis deletus eſt. Eodem anno res bene à Scipionibus in Hiſpania geſtæ. Aſdrubal, ut in Italiam trajiceret, ac ſe fratri Annibali conjungeret, ad Iberum deſcendit, cujus conſilio à Romanis cognito, ambo duces junctis copiis obviam ierunt; ac collatis cum eo ſignis, bene pugnarunt, caſtra hoſtium ceperunt atque diripuerunt, reliquæ Hiſpaniæ civitates Romanis junctæ ſunt: Aſdrubali non modo in Italiam traducendi exercitus, ſed ne in Hiſpania quidem tuto manendi ſpes relicta eſt. *Livius*.

DE COS. AN. DXXXVIII. (35)

COnſules in hunc annum deſignatos prodit *Livius* L. Poſtumium Albinum III., qui tum provinciam Galliam obtinebat; & Ti. Sempronium Gracchum, qui magiſter equitum erat. Item *liber Cuſpinianus*, in quo eſt, GRACCHUS & ALBINUS. Poſtumium autem, antequam Magiſtratum iniret, in Gallia occiſum tradit *Livius*, quod idem *Polybius* intelligit, cum prætorem à Gallis interfectum ſcribit. In ejus mortui locum ſubrogatus eſt M. Marcellus; qui priore anno prætor ad Nolam rem bene geſſerat. Ei vero ineunti Conſulatum cum tenuiſſet, vocati augures vitio creatum videri pronuntiarunt, vulgoque patres ita (fama) ferebant, quod tum primum duo plebeji Conſules facti eſſent, id Deis cordi non eſſe. In locum Marcelli, ubi is ſe Magiſtratu abdicavit, ſuffectus Q. Fabius Maximus tertium. *Livius* & *Plutarchus* auctores. Hac de cauſa *Caſſiodorus* & *Eutropius* Ti. Sempronium & Q. Fabium Maximum: *faſti Siculi*, Maximum & Gracchum, in hunc annum Conſules edunt. Quod autem inquit *Livius*, Conſules plebejos ambos fieri non licuiſſe, idem monet etiam, ne patricios quidem ambos creari potuiſſe; ut anno DXLV., cum C. Neroni M. Lævinum & Q. Fabium addere collegam cogitabant: primi autem Conſules ambo de plebe facti ſunt anno DXXCI. Hoc anno Philippus Rex Macedonum, inclinato ad Pœnos animo, legatos ad Annibalem de fœdere & belli ſocietate jungenda miſit, qui à Romanis capti, atque, quia Romam ſe ire præ ſe ferebant, dimiſſi, cum fœdus ſanxiſſent, iterum in reditu capti, atque ex literis Annibalis, quas ad Philippum deferebant, inventis, re & fraude patefacta, Romam miſſi ſunt, & in vincula conditi. Ti. Sempronius Conſul circa Liternum cum caſtra poſuiſſet, quia otioſa ſtativa erant, crebro decurrere milites coëgit; ut tyrones (ea maxima pars volonum erat) aſſueſcerent ſigna ſequi, caſtra inde Campana ad Hamas poſita, ut in privilegio neglecta, ſimul omnibus portis invadit, alios ſtratos ſomno, alios perpetrato ſolenni ſacro inermes redeuntes obtruncat: ac Cumas ſe propere recipit, ab Annibale metuens, qui ſuper Capuam ad Tiſata habebat caſtra. Is fatigatus Campanorum precibus, ſequenti die cum omni apparatu oppugnandæ urbis, Cumas tendit; ac populato agro Cumano, mille paſſus ab urbe caſtra locat; atque urbe oppugnata, eaque fortiter à Graccho defenſa, re infecta recedit. Alii legati à Philippo ad Annibalem miſſi, proſpere tulerunt retuleruntque mandata; ſed prius ſe æſtas circumegit quam movere quidquam Rex poſſet. Fabius Conſul, poſt prodigia Romæ procurata, cum collega circa Capuam rem geſſit: aliquot oppida, quæ ad Pœnos defecerant, vi cepit: Nolam, ne ad Pœnum deficeret, M. Marcellum in præſidium miſit: qui crebris excurſionibus agro Hirpino & Samnitico vaſtatis, Annibalem coëgit ut Nolam duceret. Ibi Annibal Nolam oppugnaturus, duobus prœliis pulſus, victus, ac fugatus à Marcello, ab Nola Apuliæ hiberna petit, circaque Arpos conſedit. Q. Fabius ut profectum in Apuliam Annibalem audivit, Capuam propius movit caſtra: agrumque Campanum ferro ignique eſt depopulatus, donec coacti ſunt Campani egredi portis, & caſtra ante urbem in aperto communire. Tum Taurea Campanus Aſellum Romanum equeſtri prœlio provocavit. In Hiſpania Illiturgi & Incibili oppida, à Romanis obſidione Pœnorum liberata; utrobique optime pu-

(35) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 538.
Olymp. CXLI. Anno II.
Ante Ær. Chr. 215.

L. POSTUMIUS ALBINUS III. cui, antequam Magiſtratum iniret, occiſo ſuffectus eſt.	Coſſ.
M. CLAUDIUS MARCELLUS II. cui abdicanti ſuffectus eſt.	
Q. FABIUS MAX. VERRUCOSUS III.	
TIB. SEMPRONIUS GRACCHUS.	

Ita ex Livio, Caſſiodoro, Eutropio, Polybio, Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.

pugnatum eſt, omnes prope populi Hiſpaniæ A ad Romanos defecerunt. In Sicilia mortuo Hierone Syracuſanorum Rege, Hieronymus nepos ejus, fœdus cum Annibale fecit; ac poſt à conjuratis interfectus eſt. Res Siculæ ad Pœnos inclinatæ. *Livius*, *Florus*, *Eutropius*, alii.

DE COS. AN. DXXXIX. (36)

IN hunc annum Conſules ſuggerunt M. Claudium Marcellum III., Q. Fabium Maximum IIII. *Livius*, *Plutarchus*, & cum *faſtis Siculis Caſſiodorus*. Marcellus abſens Conſul creatus, cum ad exercitum eſſet: præſenti Fabio, atque ipſo comitia habente, Conſulatus B continuatus, cum M. Æmilius Regillus flamen Martialis, & T. Otacilius Craſſus à prærogativa juniorum declarati ante fuiſſent, auctoritate Q. Maximi, in ſuffragium revocata, mutavit ſententiam. Hoc anno Ti. Gracchus pro Cos. ad Beneventum cum Annone Pœnorum duce bene pugnavit; ac ſervis volonibus, quorum egregia opera uſus erat, libertatem dedit. Marcellus Conſul, cum Annibale ad Nolam, cujus ſpe potiundæ venerat, hoc etiam anno proſpere decertavit. Annibal inde Tarentum ad certiorem ſpem proditionis profectus eſt. Caſilinum, quod duum millium Campanorum, & ſeptingentorum militum Annibalis præſidio tenebatur, à Q. Fabio Conſule, C qui Marcellum collegam Nola acciverat, oppugnatione receptum eſt. Marcellus inde Nolam redit. Fabius, in Samnium ad populandos agros, recipiendaſque armis quæ defecerant urbes progreſſus, Compulteriam, Teleſiam, Coſſam, aliaque oppida multa vi cepit. Annibal in Tarentinum agrum profectus, cum proditorum neminem inveniſſet, vana promiſſa ſe temere ſecutum cernens, Salapiam tendit; eòque frumentum ex agris Metapontino & Heracleinſi comportat. Marcellus Conſul in Siciliam, Hieronymi morte turbatam, & ad Pœnos inclinatam miſſus, Syracuſas à Romana amicitia alienatas oppugnavit; ne eas caperet, unius Archimedis induſtria prohi- D buit. M. Valerius Lævinus prætor, cum Philippo Rege Macedonum bellum movit, precibus Apolloniatum motus, qui ſe bello à Philippo, quod à Romanis deficere nollent, tentatos atque obſeſſos querebantur. Philippus neque terreſtri, neque navali certamine ſatis fore parem ſe fidens, ſubductis aut incenſis navibus, terra Macedoniam petiit. In Hiſpania Caſtulo urbs valida ad Romanos deficit: à Pœnis fruſtra Illiturgi obſeſſum eſt, ad Mundam, quo caſtra Punica mota fuerant, egregie à Romanis pugnatum; Cn. Scipionis femur tragula confixum, impedimento ſummæ victoriæ fuit. Eadem fortuna ad Auringen fuit. Saguntum à Romanis Punico præſidio E pulſo, receptum ac reſtitutum eſt. *Livius*.

De Cenſoribus abdicatis.

EOdem anno M. Atilius Regulus, & P. Furius Philus, Cenſores creati, L. Metilium, principem eorum qui poſt Cannenſem pugnam Italiam deſerendi conſilium ceperant, qui tum forte quæſtor erat, equo adempto tribu moverunt, ærariumque fecerunt. *Livius* & *Valerius* auctores. Addit *Livius*, ne luſtrum facerent, mortem prohibuiſſe P. Furii; M. Atilium magiſtratu ſe abdicaſſe. M. hic Atilius, M. Atilii Reguli, qui à Pœnis primo Punico bello captus fuerat, filius fuit; ut ait *Valerius* libro II. cap. IV. Hunc in pugna Cannenſi ce- B cidiſſe tradit *Polybius*; ſed falſo, ſi *Livio* credimus. Ambo Conſulares fuerunt.

DE COS. AN. DXL. (17)

IN hunc annum creati Conſules ambo abſentes, Q. Fabius Maximus Verrucoſſi Conſulis F. & Ti. Sempronius Gracchus iterum. *Livius* auctor, & cum *faſtis Siculis Caſſiodorus*. Fabius, priore anno prætor fuerat; Gracchus, biennio ante Conſul. Prorogata imperia provinciæque, M. Marcello Sicilia, finibus eis quibus regnum Hieronis fuiſſet; P. Lentulo proprætori, provincia vetus; T. Otacilio claſſis; M. Valerio Græcia Macedoniaque; Q. Mucio C Sardinia. Bellum undecumque cum Annibale Conſulibus mandatum. Sempronius in Lucanos, in Apuliam Fabius profectus eſt. Fabius pater, filio in caſtra ad Sueſſulam legatus cum veniſſet, equo à filio deſcendere juſſus eſt. Arpi oppidum, quod præſidio tenebatur Annibalis, à Fabio Conſule vi recepti, equites CXII. Campani nobiles, in fidem à Cn. Fulvio, qui caſtra ſuper Sueſſulam habebat accepti. In Hiſpania nihil memorabile geſtum; niſi quod Syphax rex Numidarum à Scipionibus ad amicitiam Romanorum traductus eſt. Romani mercenarium militem in caſtris habere Celtiberos cœperunt. Annibal in agro Tarentino æſtatem conſumpſit ſpe potiundæ per pro- D ditionem Tarentinorum urbis. Sempronius Conſul multa prœlia parva, haud ullum memoratu dignum fecit. *Livius*. *Appianus*.

De C. Claudio Centhone dictatore.

COmitiorum Conſularium jam appetebat tempus, ſed quia Conſules à bello intentos avocare non placebat, Ti. Sempronius Conſul comitiorum cauſſa dictatorem dixit C. Claudium Centhonem, ab eo magiſter eq. dictus eſt Q. Fulvius Flaccus. Dictator primo comitiali die creavit Conſules. Hæc *Livius*. C. Claudius ex Conſulatu deſcriptus eſt, quem geſſit anno DXIII. Q. Fulvius, ex Conſulatu, E quem geſſit anno DXVI. & DXXIX.

(36) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 539.
Olymp. CXLI. Anno III.
Ante Ær. Chr. 214.
Q. FABIUS MAX. VERRUCOSSUS IV.) Coſs.
M. CLAUDIUS MARCELLUS III.)
Ita ex Livio, Plutarcho, Caſſiodoro, & faſt. Sicul. Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.

(17) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 540.
Olymp. CXLI. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 213.
Q. FABIUS MAX. F. VERRUCOSSI.) Coſs.
TIB. SEMPRONIUS GRACCHUS II.)
Ita ex Livio, Caſſiodoro, & faſt. Siculis Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.
Hoc ipſo anno:
C. CLAUDIUS CENTHO DICTATOR.
Q. FULVIUS FLACCUS MAG. EQU.
Ita ex Livio Sigonius, & Pighius.

A

DE COS. AN. DXLI. (38)

COnſules à dictatore creati in hunc annum Q. Fulvius Flaccus III., qui tum erat magiſter equitum; & Ap. Claudius Pulcher, cui in prætura Sicilia provincia fuerat; teſte *Livio*, *Plutarcho* in Fabio, *Caſſiodoro*, & *Feſto* libro XVII. Itaque in *tabulis* etiam *Siculis* eſt Pulcher & Flaccus. Ap. Claudius, filius eſt P. Claudii Pulchri, Conſulis anno DIII. Hoc anno de publicanis, qui naufragia ementiti fuerant, ſupplicium ſumptum. Annibal Tarentum præter arcem, in quam præſidium Romanorum fugerat, per Tarentinos juvenes, qui ſe noctu venatùm ire ſimulaverant, cepit,

B

ea tamen defectio utrum priore anno, an hoc facta ſit, in diverſum auctores trahunt; propioreſque ætate memoriæ rerum, hoc anno tradunt factam. Ludi Apollinares, victoriæ cauſſa, ex Martii vatis carminibus, quibus Cannenſis clades prædicta fuerat, inſtituti ſunt; eorum curatio prætori urbano mandata eſt. Conſules Annonem Pœnorum ducem prœlio fuderunt viceruntque. Benevento ad oppugnandum Capuam ducunt; Beneventum ex Lucanis Gracchum acceſſunt; qui antequam veniret, hoſpitis Lucani fraude inſidiis circumventus, à Magone Pœno interfectus eſt. Criſpinus Badium Campanum hoſpitem ſuum, à quo prœlio provocatus fuerat, interfecit.

C

Annibal cum caſtra ad Capuam moviſſet, collatis cum Conſulibus ſignis, prope æquo marte pugnavit. Conſules cum à Capua abiiſſent, item eo redierunt. M. Centhenius Penula, qui centurio militaverat, cum petiſſet à Senatu ut ſibi exercitus daretur, pollicituſque eſſet, ſi hoc impetraſſet, de Annibale victoriam; octo millibus acceptis militum dux factus, conflixit acie cum Annibale, & cum exercitu cæſus eſt. Dum Capua à Conſulibus ſumma vi obſideretur, Cn. Fulvius Flaccus Quinti frater prætor, circa Herdoniam male adverſus Annibalem pugnavit, ac fugatus, & caſtris exutus eſt. Annibal inde Tarentum duxit ſpe potiundæ Tarentinæ arcis.

D

Syracuſæ in Sicilia à M. Marcello pro Cos. in poteſtatem redactæ ſunt, tertio anno quam obſideri fuerant cœptæ. In Hiſpania cum Scipiones adhuc Aſdrubalem, ne in Italiam tenderet, retinuiſſent, jam definiendo bello agitantes, à mercenariis Celtiberis deſerti, prope cum totis exercitibus cæſi ſunt, anno octavo quam in Hiſpaniam iverant, Cn. Scipio poſt Publium fratrem die undetrigeſimo: amiſſaque Hiſpaniæ poſſeſſio fuiſſet, niſi L. Marcii equitis Rom. virtute & induſtria contractis exercituum reliquiis, ejuſdem hortatu bina caſtra hoſtium expugnata eſſent, ad triginta ſeptem millia cæſa; ad mille octingentos triginta capti; præda ingens parta. *Livius*, *Appianus*, *Florus*.

E

DE COS. AN. DXLII. (39)

LIteris acceptis, inter ſe Conſules compararunt, ut Claudius comitia perficeret, Fulvius ad Capuam maneret. Conſules Claudius creavit Cn. Fulvium Centumalum, & P. Sulpicium Ser. F. Galbam, qui nullum antea curulem magiſtratum geſſiſſet. Hæc *Livius*. Eoſdem Conſules edit quoque *Caſſiodorus*, *Oroſius*, & *Feſtus* lib. XVII. Galbam & Centumalum *Siculi* profitentur. Ser. Sulpicius, Ser. F. P. N. Galba Maximus appellatur in ſecundo ejus *Conſulatu Capitolino*: Cn. Fulvius, filius fuit, ut opinor, Cn. Fulvii Cn. F. Cn. N. Centumali, Conſulis anno DXXIV. prætor anno DXL. Q. Fulvio, Ap. Claudio, prioris anni Conſulibus, prorogatum imperium eſt; atque exercitus, quos habebant, decreti; adjectumque, ne à Capua, quam obſidebant, abſcederent, priuſquam oppugnaſſent. Prorogatum & M. Marcello, ut pro Conſule in Sicilia reliquias belli perficeret, eo exercitu, quem haberet T. Otacilio, & M. Valerio, Siciliæ Græciæque ora cum legionibus claſſibuſque, quibus præerant, decretæ. Annibal à Tarento, cujus arcis potiundæ ſpes erat, à Campanis ad Capuæ obſidionem ſolvendam attractus, ubi ſe nec hoſtes elicere ad pugnam, nec per caſtra eorum perrumpere ad Capuam poſſe ſenſit, caput ipſum belli Romam petendi conſilium cepit: atque ad tertium ab urbe lapidem ſuper Anienem caſtra poſuit: ipſe vero cum duobus millibus equitum, ut urbis ſitum exploraret, obequitavit: & cum per triduum exercitus utrimque in aciem deſcendiſſent, tempeſtas certamen diremit: nam cum in caſtra rediſſent, ſtatim ſerenitas erat. Annibal, deſerta Capua, in Lucanos, atque inde Rhegium contendit. Capua Romanis tradita eſt, cum principes Campani veneno ſibi ante mortem conſciviſſent, cum Senatus Campanorum deligatus eſſet ad palos, ut ſecuri feriretur, literas à Senatu miſſas Q. Fulvius, quibus jubebatur parcere, antequam legeret, in ſinu poſuit; & lege agi juſſit, ac ſupplicium peregit. Capuam inſtitutum ut quotannis præfectus mitteretur. Aſdrubal in Hiſpania à Nerone in ſaltu concluſus, ſpecie pacis componendæ dum ducem Romanum detinet, è ſaltu exivit. P. Scipio, P. Scipionis qui interierat filius, annos XXIV. natus, profeſſus ſe in Hiſpaniam imperium, quod reliqui omnes poſt duos occiſos Scipiones recuſabant, accepturum, eo extra ordinem pro Conſule miſſus eſt, ei M. Junius Silanus proprætor, adjutor ad res gerendas datus eſt; qui Neroni ſucceſſit. M. Lævinus cum Ætolis amicitiam & ſocietatem adverſus Philippum firmavit, & cum Attalo Aſiæ rege. *Livius*.

De triumpho & ovatione M'. Marcelli Procos. de Syracuſanis.

EJuſdem æſtatis exitu M. Marcellus ex Sicilia provincia cum ad urbem veniſſet, de rebus ab ſe geſtis in Senatu ſibi ad Bellonæ dato diſſeruit, queſtus leviter non ſuam magis quam militum vicem, quod provincia confecta exercitum deportare non licuiſſet, poſtulavit ut triumphanti urbem inire liceret, id non impetravit, cum multis verbis actum eſſet, utrum minus conveniret, cujus nomine abſentis ob res proſpere ductu ejus geſtas ſupplicatio decreta

(38) *Hoc eſt:* Anno ab U. C. 541.
Olymp. CXLII. Anno I.
Ante Ær. Chr. 212.
Q. FULVIUS FLACCUS III. } Coſs.
AP. CLAUDIUS PULCHER. }
Ita ex Livio, Plutarcho, Caſſiodoro, & Feſto Sigonius, Pighius, Almelovenius &c.

(39) *Hoc eſt:* Anno ab U. C. 542.
Olymp. CXLII. Anno II.
Ante Ær. Chr. 211.
CN. FULVIUS CENTUMALUS. } Coſs.
P. SULPICIUS GALBA MAXIMUS. }
Ita ex Livio, Caſſiodoro, Oroſio, Feſto, & faſt. Sicul. Sigonius, Pighius, Almelovenius &c.

A ereta foret, & Diis immortalibus habitus honos, ei præſenti negare triumphum; an quem tradere exercitum ſucceſſori juſſiſſent, quod niſi manente in provincia bello non decerneretur, eum quaſi debellato triumphare: cum exercitus teſtis meriti atque immeriti triumphi abeſſet, medium viſum, ut ovans urbem iniret. Tribuni pl. ex auctoritate Senatus ad populum tulerunt, ut M. Marcello, quo die urbem ovans iniret, imperium eſſet. Pridie quam urbem iniret, in monte Albano triumphavit: inde ovans, multam præ ſe prædam in urbem intulit. Hæc *Livius*, & *Plutarchus*. *Valerius* capite de jure triumphandi, quod ſine Magiſtratu ad hoc bellum miſſus eſſet, B Marcello negatum triumphum ſcribit. Itaque in libro de viris illuſtribus, hæc verba ſunt; Marcellus Syracuſas per tres annos expugnavit; & cum per calumniam triumphus ei à Senatu negaretur, de ſua ſententia in Albano monte triumphavit. Fecit autem initium (ut dixi) in Albano triumphandi, C. Papirius Maſo, Conſul anno DXXII. *Plutarchus* item Marcellum quinquies Conſulem notat fuiſſe; ter triumphaſſe: quod eſt, ſemel de Gallis, bis de Syracuſanis. Hac victoria Sicilia tota in poteſtatem populi Romani venit, atque provincia facta eſt. *Vellejus*.

DE COS. AN. DXLIII. (40)

C CUm prærogativa juniorum Conſules T. Manlium Torquatum, & T. Otacilium declaraſſet, Manlius valetudinem oculorum excuſavit, & bellum Punicum in Italia, & hoſtium ducem Annibalem eſſe cogitare eos juſſit. Quo factum eſt, ut M Marcellum fulgentem jam Sicilia domita, & M. Valerium Lævinum, qui egregie res adverſus Philippum terra marique geſſerat, abſentes Conſules dicerent, auctoritatem prærogativæ omnes Centuriæ ſequutæ ſunt. Hæc *Livius*. *Caſſiodorus* autem Marcellum III. Conſulem edit, omiſſo Conſulatu quem vitio creatus non geſſit, qui unus eſt ex quinque, quos ipſe geſſiſſe fertur. *Faſti Sicul.* Lævinum & Marcellum ſuggerunt. D Lævinus anno DXXXVIII. præturam geſſit. Tributum à populo Romano in Lævini Conſulis ſententiam belli cauſa collatum. A M. Lævino Conſule in Sicilia, Agrigento & aliis oppidis occupatis, Pœnis ex inſula pulſis, debellatum eſt. Itaque *Cicero* in Verrem trium Siculorum bellorum confectores nominans, ait; Qui M. Lævino, aut P. Rupilio, aut M'. Aquillio prætoribus in eam provinciam ſucceſſerunt, nam ſervilia duo bella, alterum à P. Rupilio, alterum à M'. Aquillio pro Conſulibus poſt ſunt perfecta. P. Scipio in Hiſpania Carthagine nova, urbe opulentiſſima, uno die expugnata, rem bene geſſit; (alii inſequentem annum eam expugnationem contulerunt) E virginem captivam ad ſe adductam, ad parentes & ſponſum intactam remiſit. Marcellus Conſul in Italia Salapiam per proditionem recepit; aliaque in Samnitibus oppida occupavit. Cn. Fulvius Centumalus Proconſule in Apulia, cum caſtra ad Herdoneam haberet, ſpe ejus oppidi recipiendi, quod poſt Cannenſem cladem ab Romanis deſecerat, cum exercitu ab Annibale cæſus eſt, caſtris prædaque victor potitus. Poſt autem cum eodem ad Numiſtronem Marcellus bene pugnavit: eundemque noctu digreſſum inſequutus, atque ad Venuſiam adeptus, tumultuoſa magis prœlia, quam magna, ſed ſerme omnia ſecunda ſecit. *Livius Plutarchus.*

De Qu. Fulvio Flacco dictatore.

BEllici apparatus ad repetendam Siciliam, & invadendam Italiam ex Africa nuntiati, movere Senatum ut non exſpectanda comitia Valerio Conſuli cenſerent, ſed dictatorem comitiorum habendorum cauſa dicendum. Illa diſceptatio tenebat, quod Conſul in Sicilia ſe M. Valerium Meſſallam, qui tum claſſi præeſſet, dictatorem dicturum eſſe ajebat: patres extra Romanum agrum (eum autem in Italia terminari) negabant dictatorem dici poſſe. M. Lucretius Tribunus pleb. cum de ea re conſuleret, ita decrevit Senatus, ut Conſul prius quam ab urbe diſcederet, populum rogaret, quem dictatorem dici placeret; eumque quem populus juſſiſſet, diceret dictatorem: ſi Conſul noluiſſet, Prætor urbanus populum rogaret: ſi ne is quidem vellet, tum Tribuni ad plebem ferrent: cum Conſul ſe populum rogaturum eſſe negaſſet, quod ſuæ poteſtatis eſſet; Prætoremque vetuiſſet rogare; Tribuni pl. rogarunt, plebſque ſcivit, ut Q. Fulvius, qui tum ad Capuam erat dictator diceretur, ſed quo die id plebis concilium futurum erat, Conſul clam noctu in Siciliam abiit, deſtitutique patres, literas ad M. Claudium mittendas cenſuerunt, ut deſertæ ab collega Reip. ſubveniret, diceretque, quem populus juſſiſſet, dictatorem. Ita à M. Claudio Conſule Q. Fulvius Flaccus dictator dictus: & ex eodem plebiſcito ab Q. Fulvio dictatore P. Licinius Craſſus Pont. max. magiſter eq. dictus, magiſtratibus in annum creatis, Q. Fulvius dictatura abdicavit. Hæc ex *Livio* & *Plutarcho* in Marcello P. Licinius ex *Conſulatu Capitolino* anni DXLVIII. deſcriptus eſt, idem etiam cognomine *Divitis* afficitur à *Livio* in prætura anno ſequenti, apud *Plutarchum* mendoſe eſt Q. Fabius dictator, pro Q. Fulvio.

De Cenſoribus abdicatis.

CEnſores hic annus habuit L. Veturium Philonem, P. Licinium Craſſum Pont. maximum. Craſſus nec Conſul nec Prætor ante fuerat, quam cenſor factus eſt: ex ædilitate gradum ad cenſuram fecit. Hi cenſores neque Senatum legerunt, neque quidquam Reipubl. egerunt, mors diremit L. Veturii; & inde Licinius cenſura ſe abdicavit. Hæc *Livius*. L. Veturium eſſe reor, qui Conſul fuit anno DXXXIII. neque enim ut rem novam in Craſſo notaſſet, Cenſorem non Conſularem fuiſſe, ſi ne collega quidem ejus Conſulatum cepiſſet. *Livius*.

(40) *Hoc eſt:* Anno ab U. C. 543.
Olymp. CXLII. Anno III.
Ante Ær. Chr. 210.
M. VALERIUS LÆVINUS II. } Coſs.
M. CLAUDIUS MARCELLUS IV. }
Ita ex Livio, Caſſiodoro, & faſt. Sicul. Sigonius, Pighius, Almelovenius &c.
Hoc ipſo anno:
Q. FULVIUS FLACCUS DICTATOR.
P. LICINIUS CRASSUS DIVES MAG. EQU.
Ita ex Livio Sigonius, & Pighius.

DE COS. AN. DXLIV. (41)

COnſules in hunc annum creati Q. Fabins V. Q. Fulvius Flaccus IIII. idem qui dictator comitia habebat : *Livio* auctore , & *Caſſiodoro* . Fabium & Flaccum edunt quoque *faſti Siculi*. His Conſulibus *Cicero* contra Rullum Capuam receptam ſcribit ; quod biennio ante factum prodidit *Livius*. Marcellus ex hibernis profectus, Annibali ad Canuſium occurrit : (ſollicitabat ad defectionem Canuſinos Pœnus) cedentemque inde eum aſſequutus, bis cum eo congreſſus eſt, priore prœlio Annibal ſuperior fuit ; Marcellus inſequenti . Annibal in Bruttios abiit. Q. Fabius Conſul Tarentum per proditionem arte Punica recepit . P. Scipio in Hiſpania ad Bætulam cum Aſdrubale bene pugnavit. Inter alia captum puerum re galem, nomine Maſſivam, eximiæ formæ , ad avunculum Maſſaniſam cum donis remiſit. In epigrammate antiquo , quod ſupra attuli , ſcriptum eſt, Q. Fabium Maximum ob receptum Tarentum triumphaſſe , quem cum præ termiſerit *Livius*, & cum contra morem fuerit, quod non pro recuperatis rebus , ſed pro aucto imperio triumphus (auctore *Valerio*) decerneretur, & ipſe omiſi.

De Cenſoribus & Luſtro XLIII.

HOc etiam anno M. Cornelius Cethegus , P.Sempronius Tuditanus, Cenſores creati ambo qui nondum Conſules fuerant, Senatum & Senatus principem Q. Fabium Maximum legerunt ; quæque locanda erant , locarunt , ceterum anno ſequenti luſtrum condiderunt , cenſa ſunt civium capita CXXVII. millia CVII. Hæc *Livius*. De his etiam ſic *Ennius* in Bruto Ciceronis;

Additur orator Cornelius ſuaviloquenti
Ore Cethegus Marcus Tuditano collega
Marci filius.

Uterque ex *Conſulatu Capitolino* , quem una geſſerunt anno DXLIX. deſcriptus eſt.

DE COS. AN. DXLV. (42)

UNdecimo anno Punici belli, Conſulatum inierunt M. Marcellus V. (ut numeretur Conſulatus quem vitio creatus non geſſit) & T. Quinctius Criſpinus . Hæc *Livius*, in *faſtis* item *Siculis* Marcellus & Criſpinus ſubſequuntur . *Plutarchus* item Marcellum quintum, & Criſpinum; *Caſſiodorus* Marcellum IIII. præterito vitioſo Conſulatu, prodit. T. Quinctius priore anno prætor fuerat . Hoc anno item P. Scipioni & M. Silano ſuæ Hiſpaniæ, ſuique exercitus in annum decreti . Scipio ex LXXX. navibus, quas aut ſecum ex Italia adductas, aut captas Carthagine habebat, quinquaginta in Sardiniam tranſmittere juſſus ; quia fama erat , magnum navalem apparatum eo anno Carthagine eſſe ; CC. navibus omnem Italiæ , Siciliæ , Sardiniæque oram impleturos . Ludi Apollinares , qui ante in annum voveri ſoliti fuerant , in perpetuum in ſtatum diem voti ſunt ; factique ante diem III. Nonas Quinctiles : iſque dies deinde ſolennis ſervatus . Criſpinus Conſul ex Bruttiis , Marcellus Roma profectus in Apuliam, inter Venuſiam Bantiamque conjunxerunt copias . Eodem & Annibal rediit , averſus ab Locris : cum Conſules , ingenio feroces, pugnæ; Annibal, inſidiis locum quærerent, iidem ſpeculandi cauſſa cum paucis equitibus è caſtris egreſſi, inſidiis ejus circumventi ſunt; ita ut Marcellus occiſus ſit, Quinctius ſaucius fugerit. P. Sulpicius Galba pro Cos. adverſus Pbilippum & Achæos rem gerit. *Livius*, *Plutarchus* in Marcello.

De T. Manlio Torquato dictatore.

EXitu hujus anni T. Quinctius Conſul, dictatore comitiorum ludorumque faciendorum cauſſa dicto T. Manlio Torquato , ex vulnere moritur: alii Tarenti, alii in Campania mortuum tradunt. Dictator Manlius magiſtrum equitum C. Servilium , qui tum ædilis curulis erat, dixit. Senatus quo die primum eſt habitus , ludos magnos facere dictatorem juſſit ; quos M. Æmilius prætor urbis, C. Flaminio , Cn. Servilio Conſulibus fecerat, & in quinquennium voverat , tum dictator fecit , & in inſequens Luſtrum vovit , & comitia Conſulibus creandis habuit. Hæc *Livius*. De T. Manlio ſæpius ante dictum eſt: C. Servilius, ex *Conſulatu Capitolino* anni DL. deſcriptus eſt. *Ludi votivi* erant, quos A. Poſtumius dictator bello Latino ad lacum Regillum primum voverat , ut ſcribit *Dionyſius*. De his ludis ſic *Livius* lib. XXII. poſt cladem ad Traſimenum acceptam ; Ludi magni Jovi voti , ſi res populi R. ad quinquennium proximum ſalva fuiſſet.

DE COS. AN. DXLVI. (43)

CUm circumſpicerent patres , quoſnam Conſules facerent, longe ante alios eminebat C. Claudius Nero , ei collega datus eſt M. Livius , multis ante annis ex Conſulatu popnli judicio damnatus , ac octavo ferme anno poſt damnationem à M. Marcello & M. Lævino Conſulibus in urbem reductus. Nero prætor fuerat anno DXLI. Hæc ex *Livio*. Neronem item cum Salinatore *faſti Siculi* ſuggerunt : C. Claudium Neronem cum M. Livio Salinatore II. *Capitolini*, Neroni adverſus Annibalem

(41) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 544.
Olymp. CXLII. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 209.
Q. FABIUS MAX. VERRUCOSUS V. } Coſs.
Q. FULVIUS FLACCUS IV. }
Ita ex Livio, Caſſiodoro, & faſt. Sicul. Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.

(42) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 545.
Olymp. CXLIII. Anno I.
Ante Ær. Chr. 208.
M. CLAUDIUS MARCELLUS V. occiſus in Magiſtratu. } Coſs.
T. QUINCTIUS CRISPINUS, mortuus in Magiſtr. ex vuln. }
Ita ex Livio, Plutarcho, Caſſiodoro, & faſt. Sicul. Sigonius, Pighius, Almelovenius &c.
Hoc ipſo anno:
T. MANLIUS TORQUATUS DICTATOR.
C. SERVILIUS PULEX GEMINUS MAG. EQU.
Ita ex Livio Sigonius, & Pighius.

(43) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 546.
Olymp. CXLIII. Anno II.
Ante Ær. Chr. 207.
C. CLAUDIUS NERO. } Coſs.
M. LIVIUS SALINATOR II. }
Ita ex Livio, Caſſiodoro, faſt. Sicul. & Capitolin. Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.
Hoc ipſo anno:
M. LIVIUS SALINATOR DICTATOR idem, qui Conſul hoc anno.
Q. CÆCILIUS METELLUS MAG. EQU.
Ita ex Livio Sigonius, & Pighius.

balem Bruttii, Lucani: Livio adverſus Aſdrubalem, quem Alpibus appropinquare fama erat, Gallia decreta.

De triumphis M. Livii Salinatoris & C. Claudii Neronis Coſs. de Pœnis.

ASdrubali Annibalis fratri, qui ex Hiſpania cum maximis copiis in Italiam irruperat, M. Livius Conſul in Gallia erat oppoſitus; in Apulia vero Annibali C. Claudius Aſdrubalis literas, quibus ſe Annibali fratri in Umbria occurſurum eſſe ſcribebat, cum Claudius intercepiſſet, non id tempus eſſe Reipubl. ratus, quo conſiliis ordinariis, provinciæ ſuæ quiſque finibus, per exercitus ſuos, cum hoſte deſtinato ab Senatu bellum gereret, cum timeret ne Aſdrubali invito collega ad Annibalem perveniret, atque cum eo caſtra conjungeret, id quod non ſine ſummo totius imperii Rom. exitio futurum videbatur, atque Senatui ante conſilium ſuum aperuiſſet, magnis itineribus ſex dierum ſpatio longitudinem Italiæ emenſus, & inſcio Annibale Aſdrubaleque caſtra Salinatoris ingreſſus, conſilio ac celeritate perfecit, ut Aſdrubal cum ad pugnam deſcendiſſet, ipſe cum toto exercitu ad Senam oppidum deleretur; atque ante ad ſtativa ſua ex Gallia in Apuliam rediret, quam eum diſceſſiſſe Annibal ſentiret. Quo ubi pervenit, caput Aſdrubalis, quod ſervatum cum cura attulerat, projici ante hoſtium ſtationes captivoſque Afros vinctos, ut erant, oſtendi; duos etiam ex iis ſolutos ire ad Annibalem, & expromere quæ acta eſſent, juſſit: quo dolore perculſus Annibal, in extremum Italiæ angulum Bruttios receſſit. Cum autem utrique Conſuli à Senatu ob rem bene geſtam triumphus decretus eſſet, inter ipſos, ne, cum bellum communi animo geſſiſſent, triumphum ſepararent, ita convenit, ut, quoniam & in provincia M. Livii geſta res eſſet, & eo die quo pugnatum foret, ejus forte auſpicium fuiſſet, & exercitus Livianus deductus Romam veniſſet, Neronis de provincia deduci non potuiſſet, M. Livium quadrigis urbem ineuntem milites ſequerentur, C. Claudius equo ſine militibus inveheretur. Hæc *Livius*, *Frontinus*, ſcriptor libri de viris illuſtribus. Eoſdem triumphos his etiam verbis prodidit *Valerius* lib. IIII. C. Claudius Nero, qui Livii Salinatoris in opprimendo Aſdrubale particeps gloriæ fuerat, eum triumphantem equo ſequi, quam triumpho, quem ei Senatus æque decreverat, uti maluit; quia res in provincia Salinatoris geſta fuerat, ſine curru ergo triumpharit. Hinc *Livius*; Itaque iret alter Conſul ſublimis curru multijugis, ſi vellet, equis, unius equo per urbem verum triumphum vehi; Neroniſque etiam ſi pedes incedat, vel parto eo bello, ut ſpreto triumpho, gloriam memorabilem fore: hi ſermones ſpectantium Neronem uſque in Capitolium proſecuti ſunt. Eodem anno in Hiſpania novus Imperator Anno, in locum Aſdrubalis cum novo exercitu ex Africa tranſgreſſus, Magonique junctus, cum in Celtiberia brevi magnum numerum hominum armaſſet, Scipio adverſus eum M. Silanum miſit, qui collatis ſignis Magonem fugavit, Annonemque vivum cepit. Scipio per Lucium fratrem Oringin opulentiſſimam urbem occupavit; ac dimiſſis in hiberna legionibus, ipſe Tarraconem conceſſit. Eodem anno claſſis Romana, M. Valerio Lævino Proconſule ex Sicilia in Africam tranſmiſſa, in Uticenſi Carthaginienſique agro late populationes fecit. Repetentibus Siciliam, claſſis Punica occurrit: decemque & ſeptem naves ex iis captæ ſunt, quatuor in alto merſæ: cetera fuſa ac fugata claſſis, terra marique victor Romanus fuit.

De M. Livio Salinatore dictatore.

CUm comitiorum tempus appeteret, & per dictatorem comitia haberi placuiſſet, C. Claudius Conſul M. Livium collegam dictatorem dixit; *Livius* Q. Cæcilium magiſtrum eq. à M. Livio creati Conſules L. Veturius, Q. Cæcilius, is ipſe qui tum erat magiſter equitum. Hæc *Livius*. Idem M. Livius Salinator cum Q. Cæcilio Metello magiſtro equitum dictator comitiorum habendorum cauſſa eſt in *tabulis Capitolinis*.

DE COS. AN. DXLVII. (44)

L. Veturium Philonem, Q. Cæcilium Metellum Conſules ſuggerit in hunc annum *Livius*, *Caſſiodorus*, cum *Capitolinis faſtis*: Metellum & Philonem *faſti Siculi*. Horum ſic meminit *Cicero* in Bruto; Orator habitus eſt temporibus illis Q. Metellus, is qui bello Punico ſecundo cum L. Veturio Philone Conſul fuit. Philo prætor fuit anno DXLIIII. Metellus, tantum ædilis plebis fuerat anno DXLIII. ædilis curulis anno DXLV. Hoc anno Annibal nece fratris perculſus, quievit: neque à Romanis Conſulibus laceſſitus eſt; quibus ambobus, ut cum eo bellum gererent, provincia decreta fuerat. *Livius*.

De triumpho Hiſpanienſi P. Scipioni negato.

EOdem anno P. Scipio Aſdrubale & Magone acie ad Bætulam urbem fugatis, atque inde ex tota Hiſpania pulſis, vindicatiſque armis Hiſpaniis, in Africam profectus, amicitiam cum Syphace Maſſylorum Rege icto fœdere firmavit, poſt è gravi morbo recreatus, ſeditionem, quæ in parte exercitus mortis ſuæ falſa fama commota erat, diſcuſſit; ac rebellantes Hiſpaniæ populos ad deditionem compulit: & fœdere cum Maſſaniſſa Maſæſulorum Rege & Gaditanis facto, provincia L. Lentulo & L. Manlio Acidino tradita, Romam reverſus eſt: ac Senatu extra urbem dato in æde Bellonæ, de rebus quas in Hiſpania geſſiſſet, diſſeruit. Ob res geſtas magis eſt tentata triumphi ſpes, quam petita pertinaciter; quia neminem ad eam diem triumphaſſe, qui ſine Magiſtratu res geſſiſſet, conſtabat. Senatu miſſo, urbem eſt ingreſſus; argentique præ ſe in ærarium tulit quatuordecim millia pondo CCCXLII., & ſignati argenti magnum numerum. *Livius*, *Valerius* de jure triumphandi, *Marcellinus* lib. XXV. Hiſpaniam primam continentis provinciam factam eſſe

(44) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 547.
Olymp. CXLIII. Anno III.
Ante Ær. Chr. 206.

Q. CÆCILIUS METELLUS. } Coſs.
L. VETURIUS PHILO. }
Ita ex Livio, Caſſiodoro, faſt. Sicul. & Capitolin. Sigonius, Pighius, Almeloveniu &c.

eſſe ſcribit *Livius* lib. XXVIII. factam autem victoria Scipionis, & Ruſus, & alii prodiderunt: ego tamen non hoc anno, ſed anno DLVI. ordinatam exiſtimo, tum cum prætores duo, qui in eam quotannis mitterentur, primum creati, atque ipſæ terminatæ Hiſpaniæ ſunt, auctore *Livio*.

DE COS. AN. DXLVIII. (45)

COmitia creandis Conſulibns habuit L. Veturius Philo, centuriæque omnes ingenti ſavore P. Scipionem Conſulem dixerunt: collega additur ei P. Licinius Craſſus Pontifex Maximus. Hæc *Livius*. Scipionem cum Craſſo *Siculæ tabulæ*; P. Cornelium Scipionem, qui poſtea Africanus appellatus eſt, cum P. Licinio Craſſo divite, *Capitolinæ* edunt. De quibus item *Caſſiodorus* & *Cicero* ſic in Bruto; Orator fuit P. Craſſus, qui cum Africano Conſul fuit: ipſum Scipionem accepimus non infantem fuiſſe. P. Scipio anno DXL. ædilis curulis fuit ante legitimam ætatem creatus; inde anno DXLII. accepit extraordinarium in Hiſpaniam imperium; ex qua reverſus. Conſularum adeptus eſt. Craſſus anno DXLV. præturam geſſerat. Scipioni Conſuli extra ſortem Sicilia, & XXX. roſtratæ naves decretæ; permiſſumque ut in Africam, ſi id è Republ. eſſe cenſeret, trajiceret: Craſſo Bruttii, & bellum cum Annibale. In Bruttiis nihil ferme memorabile geſtum eſt: Scipio in Sicilia quæ ad bellum eſſent neceſſaria comparavit. C. Lælius ex agro Hipponenſi in Africa cum prædam abegiſſet, maximum Carthagine tumultum excivit. Bellum quod in Hiſpania Indibilis & Mandonius excitaverant, à L. Manlio & L. Lentulo pro Conſulibus oppreſſum eſt. Indibilis in acie occiſus eſt; Mandonius expoſcentibus Romanis à ſuis deditus eſt. Magoni, qui in Galliam & Liguriam iverat, ex Africa & exercitus & pecuniæ miſſæ, quibus auxilia conduceret; præceptumque ut ſe Annibali jungeret. Scipio à Syracuſis in Bruttios trajecit; & Locros urbem, quæ ad Pœnos & ipſa ſub defectionem Italiæ deſciverat, pulſo Punico præſidio, ſugatoque Annibale, recepit: ac Q. Pleminio legato, præſidioque, quod arcem ceperat, ad tuendam urbem relicto, cum quibus venerat copiis, Meſſanam trajecit. Pleminius cum in Locrenſes impotenter ſe gereret, ab iiſdem hoſtiliter laceratus eſt, quo dolore compulſus Pleminius, multo crudelius adhuc Locrenſium principes tractavit. Carmine in libris Sibyllinis invento, pelli Italia hoſtem alienigenam poſſe; ſi mater Idæa deportata Romam eſſet, legati qui eam deportarent, in Phrygiam miſſi ſunt. Hæc ex *Livio*, & *Appiano*, & aliis.

De Qu. Cæcilio Metello dictatore.

EXitu anni Q. Cæcilius Metellus ab Conſule dictator comitiorum habeudorum cauſſa in Bruttiis dictus, magiſtrum equitum ſibi cooptavit L. Veturium Philonem: auctor cum *Capitolinis faſtis Livius*. Uterque ex prioribus magiſtratibus notus eſt.

DE COS. AN. DXLIX. (46)

P. Sempronium Tuditanum, M. Cornelium Cethegum Conſules in hunc annum produnt *Livius*, *Caſſiodorus*, & *faſti Capitolini*: Cethegum & Tuditanum *Siculi*. Quorum ſic meminit *Cicero* in Bruto; Atque hic Cethegus Conſul cum P. Tuditano fuit bello Punico II. Et *Cato* apud eundem. Quadriennio poſt factus ſum prætor; quem magiſtratum geſſi Tuditano & Cethego Conſulibus. Et hi collegæ ante in Cenſura fuerunt, cum neuter eorum eſſet Conſularis. Tuditanus item præturam geſſit anno DXL. Cethegus anno DXLII. Cornelio Etruria, Sempronio Bruttii evenerunt. Scipioni in Sicilia in annum; Craſſo in Bruttiis, quoad Conſuli è Rep. videretur, prorogatum imperium eſt. De Hiſpaniæ imperio, quod in eam provinciam duos Proconſules mitti placeret, latum ad populum eſt, omnes tribus eoſdem L. Cornelium Lentulum & L. Manlium Acidinum Proconſules, ſicut priore anno tenuiſſent, obtinere eas provincias juſſerunt. Legatis Romanis mater Idæa tradita eſt per Attalum Regem Aſiæ, ac Romam deportata, lapis erat, quem matrem deûm incolæ vocabant, excepit eam P. Scipio Naſica, vir optimus à Senatu judicatus, adoleſcens nondum quæſtorius; quoniam ita reſponſum fuerat, ut numen id ab optimo viro reciperetur conſecrareturque. *Ludi Megalenſes* ei deæ primum inſtituti ſunt, ut fierent pridie Idus Aprilis. Locrenſes Legatos Romam miſerunt, qui de impotentia Q. Pleminii quererentur; quod pecuniam Proſerpinæ abſtulerat, & liberos eorum ac conjuges ſtupraverat, legati Locros miſſi, ut Scipionem, ſi ea quæ Locrenſes facta quererentur juſſu aut voluntate Scipionis facta comperiſſent, de provincia decedere juberent; ſi Scipio jam in Africam trajeciſſet, inde reducerent. Pleminius Romam translatus, in carcerem conditus eſt; atque ante mortuus quam de eo judicium perfici potuerit, cumque falſus rumor de P. Scipione Proconſule percrebuiſſet, tamquam luxuriaretur, ab iiſdem legatis, qui ut an ea vera eſſent, explorarent, miſſi erant, purgatus infamia, Senatus juſſu in Africam trajecit. Syphax accepta in matrimonium Aſdrubalis filia, amicitiæ quam cum Scipione junxerat, renuntiavit. Maſſaniſa, ad Scipionem cum ducentis equitibus cum veniſſet, Annonem Pœnorum ducem intercluſum occidit. Scipio adventu Aſdrubalis & Syphacis, qui prope cum centum millibus armatorum ſe obtulerant, ab obſidione Uticæ depulſus, hiberna communivit. P. Sempronius Conſul in agro Crotonienſi cum Annibale in ipſo itinere tumultuario prœlio conflixit; Romani pulſi ſunt; poſtero die, cum iterum in aciem Con-

(45) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 548.
Olymp. CXLIII. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 205.
P. CORNELIUS SCIPIO AFRICANUS. } Coſs.
P. LICINIUS CRASSUS DIVES. }
Ita ex Livio, Caſſiodoro, faſt. Sicul. & Capitol. Sigonius, Pighius, Almelovenius &c.
Scipio Africani, Licinius Divitis cognomen adepti ſunt poſtea.

Hoc ipſo anno:
Q. CÆCILIUS METELLUS DICTATOR.
L. VETURIUS PHILO MAG. EQU.
Ita ex Livio, & faſt. Capitol. Sigonius, & Pighius.

(46) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 549.
Olymp. CXLIV. Anno I.
Ante Ær. Chr. 204.
M. CORNELIUS CETHEGUS. } Coſs.
P. SEMPRONIUS TUDITANUS. }
Ita ex Livio, Caſſiodoro, faſt. Sicul. & Capitol. Sigonius, Pighius, Almelovenius &c.

Conſul deſcendiſſet, Pœnos fudit fugavitque, ac ſupra quatuor millia armatorum cæcidit. *Livius*, *Appianus*, alii.

De Cenſoribus, & Luſtro XLV.

CEnſores interim Romæ M. Livius & C. Claudius, Senatum recitarunt: princeps iterum delectus Q. Fabius Maximus, notati ſeptem; nemo tamen qui ſella curuli ſediſſet. Vectigal novum ex ſalaria annona ſtatuerunt, id vectigal commentum alterum ex Cenſoribus ſatis credebant, populo iratum, quod iniquo judicio quondam damnatus eſſet; & in pretio ſalis maxime oneratas tribus, quarum opera damnatus erat, credebant, inde *Salinatori* Livio inditum cognomen. Luſtrum conditum ſerius; quia per provincias dimiſerunt Cenſores, ut civium Romanorum in exercitibus quantus ubique eſſet, referretur numerus: cenſa cum iis CCXV. millia hominum, condidit Luſtrum C. Claudius Nero. Erant inter hos Cenſores nobiles inimicitiæ; ex quibus mira in ipſa cenſura contentio exarſit, ut Cenſor alter alteri equum ademerit. Hæc *Livius*, & *Valerius* lib. II. cap. I. & IV. Eoſdem Cenſores Luſtrum quadrageſimumquintum feciſſe, adjiciunt *Capitolini ſcriptores*.

DE COS. AN. DL. (47)

L*Ivius*, & *Caſſiodorus* una cum *faſtis Siculis* & *Capitolinis* Conſules ſuggerunt Cn. Servilium Cæpionem, C. Servilium, quorum Cæpio, prætor fuerat anno DXLVIII. Servilius anno DXLVII. Cæpioni, Bruttii, & Annibal; Servilio, Etruria ac Liguria evenit. P. Scipioni non temporis, ſed rei gerendæ fine, donec debellatum in Africa foret, prorogatum imperium eſt: decretumque ut ſupplicatio fieret, quod is in Africam provinciam trajeciſſet, ut ea res ſalutaris Populo Rom. ipſique duci atque exercitui eſſet. Hiſpaniæ veteribus imperatoribus L. Manlio & L. Lentulo decretæ. Scipio Syphacis Regis caſtra incendit, eaque una cum caſtris Aſdrubalis una die delevit: cæſa aut hauſta flammis ad XL. millia hominum ſunt: capti ſupra VI. millia. Neque haud ita multo poſt in magnis campis cum iiſdem, qui exercitu reparato bellum redintegrabant, congreſſus, eos fugavit; atque Civitates circa omnes partim vi, partim metu ſubegit. Quo terrore compulſi Carthaginienſes, legatos, qui Annibalem cum exercitu ejus in Africam ex Italia ad patriæ defenſionem revocarent, miſerunt. Lælius cum Maſſaniſa in Numidiam cum exercitu profectus, cum acie cum Syphace Rege congreſſus eſſet, eum in prœlio vivum cepit; atque paternum Regnum Maſſaniſæ recuperavit. Maſſaniſa Sophonisbam uxorem Syphacis, filiam Aſdrubalis, captam ſtatim adamavit; & nuptiis factis, uxorem habuit, caſtigatuſque à Scipione, venenum ad eam miſit, quo hauſto, illa deceſſit. Quibus cladibus perculſi Carthaginienſes, Oratores ad pacem petendam mittunt XXX. ſeniorum Principes. Pacis conditionibus à Scipione latis, induciæ, dum ad Senatum Romam Legati mitterentur, factæ ſunt. Mago in Gallia à P. Quinctilio Varo Prætore, & M. Cornelio Proconſule acie ſuperatus ac vulneratus, dum revocatus in Africam navigaret, ex vulnere mortuus eſt. C. Servilius Cos. nulla re memorabili in Etruria & Gallia geſta, patrem C. Servilium poſt XVI. annum ex ſervitute recepit. Cn. Servilius Conſul alter, cum Annibale in agro Crotonienſi acie conflixit: obſcura ejus pugnæ fama eſt. Annibal ex Italia mœſtus ac dolens in Africam Legatorum juſſu revertit. Legati Carthaginienſes pace infecta, ac prope ſine reſponſo dimiſſi; quod Speculatores, non Legati veniſſe arguerentur. *Polybius*, *Livius*, *Appianus*, *Florus*, & alii.

De P. Sulpicio Galba dictatore.

CN. Servilius Conſul, haud dubius quin pacatæ Italiæ penes ſe gloria eſſet, velut pulſum ab ſe Annibalem perſequens, in Siciliam, inde in Africam tranſiturus, trajecit. Quod ubi Romæ vulgatum eſt, primo cenſuerunt patres, ut Prætor ſcriberet Conſuli, Senatum æquum cenſere, in Italiam reverti eum: deinde cum Prætor ſpreturum eum litteras ſuas diceret, dictator ad id ipſum creatus P. Sulpicius, pro jure majoris imperii, Conſulem in Italiam revocavit, reliquum anni cum M. Servilio magiſtro equitum circumeundis Italiæ urbibus, quæ bello abalienatæ fuerant, conſumpſit. Comitia ejus anni utrum * C. Servilius habuerit, an quia eum res in Etruria tenuerint, quæſtiones ex S. C. de conjurationibus principum habentem, dictator ab eo dictus P. Sulpicius, incertum diverſi auctores faciunt. Ita *Livius*. Cum iis qui comitiorum cauſſa ſcripſerunt, conſentiunt *Capitolini ſcriptores*, qui P. Sulpicium Galbam Maximum cum M. Servilio Pulice Gemino magiſtro equitum, dictatorem prodiderunt comitiorum habendorum cauſſa creatos. Meminit quoque *Livius* lib. XLV. M. Servilii, qui Conſul & magiſter equitum fuerat.

DE COS. AN. DLI. (48)

M. Servilium Geminum. Ti. Claudium Neronem Conſules in hunc annum produnt *Livius*, *Caſſiodorus*, & *faſti Capitolini*; (in quibus Servilius *Pulex Geminus* nominatur) Neronem cum Servilio Siculi. Nero prætor fuit anno DXLIX. Geminus, eodem anno ædilis curulis; poſt magiſter equitum, nunc Conſul. Eſt illud etiam in his notandum, ambos Conſules patricios eſſe: quod fieri

(47) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 550.
Olymp. CXLIV. Anno II.
Ante Ær. Chr. 203.
CN. SERVILIUS CÆPIO. } Coſs.
C. SERVILIUS GEMINUS. }
Ita ex Livio, Caſſiodoro, faſt. Sicul. & Capitolin. Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.
Hoc ipſo anno:
P. SULPICIUS GALBA MAXIMUS DICTATOR.
M. SERVILIUS PULEX GEMINUS MAGISTER EQU.
Ita ex Livio & faſt. Capitol. Sigonius, & Pighius.

(48) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 551.
Olymp. CXLIV. Anno III.
Ante Ær. Chr. 202.
TIB. CLAUDIUS NERO. } Coſs.
M. SERVILIUS PULEX GEMINUS. }
Ita ex Livio, Caſſiodoro, faſt. Capitol. & Siculis Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.
Hoc ipſo anno:
C. SERVILIUS GEMINUS DICTATOR.
P. ÆLIUS PÆTUS MAG. EQU.
Ita ex Livio & faſt. Capitol. Sigonius, & Pighius.

A fieri non licuiſſe ſcribit ſupra in Conſulatu C. Neronis *Livius*. Etenim Servilii Gemini, patricii erant item ut Cæpiones. Quamobrem initio hujus belli Cn. Servilius Geminus cum C. Flaminio plebejo Conſul comparatus eſt. Conſules provinciam Africam (ita enim Senatus decreverat) in ſortem conjecerunt. Ti. Claudio Africa evênit, ut quinquaginta navium claſſem, omnes quinqueremes, in Africam trajiceret; parique imperio cum Scipione imperator eſſet. M. Servilius Etruriam ſortitus. In ea provincia & C. Servilio prorogatum imperium. Annibal, tentata per colloquium cum Scipione pace, nec impetrata, prœlio extremo ab eo victus eſt in Africa: B poſt etiam Vermina, Syphacis filius, qui auxilio Carthaginienſibus venerat, ſuperatus. Tum demum à Carthaginienſibus vere, qui pacem peterent, legati miſſi ſunt. Scipio conditiones dixit, ac Romam eos ad Senatum miſit. *Polybius*, *Livius*, *Appianus*.

De C. Servilio dictatore.

M. Servilius, ne comitiorum cauſſa ad urbem revocaretur, dictatore dicto C. Servilio in provinciam eſt profectus, dictator magiſtrum equitum P. Ælium Pætum dixit. *Livius*. Eadem dictatura eſt in *faſtis Capitolinis*.

C

DE COS. AN. DLII. (49)

IN hunc annum creati Conſules Cn. Cornelius Lentulus, P. Ælius Pætus, auctor *Livius*, *Caſſiodorus*, & *Plinius* lib. XVIII. cap. XVIII. In *fragmento Capitolino* eſt LENTULUS & P. AILIUS; in *faſtis Siculis*, Lentulus & Pætus. Hi ambo prætores fuerunt anno DL. Cn. Lentulus, pater fuit, ut opinor, L. Cornelii Cn. F. L. N. Lentuli Lupi; Conſulis anno DXCVII. P. Ælius, ex *Capitolina cenſura* deſcriptus eſt anni DLIIII. Hunc annum vocat *Livius* XL. poſt Q. Lutatium & A. Manlium Conſules. Cn. Lentulo claſſis, P. D Ælio Italia obvênit. Cum in Senatum introducti Carthaginienſium legati pacem petiiſſent, inclinatis omnibus ad pacem animis, Cn. Lentulus Conſul Senatusconſulto interceſſit. Tum M'. Acilius & Q. Minucius Tribuni pl. ad populum tulerunt, vellent juberentne Senatum decernere, ut cum Carthaginienſibus pax fieret; & quem eam pacem dare, quemque ex Africa exercitum deportare juberent. De pace, * uti rogas, omnes tribus juſſerunt, pacem dare P. Scipionem; eundem exercitum deportare. Ex hac rogatione Senatus decrevit, ut P. Scipio ex X. legatorum ſententia pacem cum populo Carthaginienſi, quibus legibus ei videretur, faceret. Ita di- E miſſi ab Roma Carthaginienſes, cum in Africam veniſſent ad Scipionem, his conditionibus pacem fecerunt: Ut liberi ſuis legibus viverent; quas urbes, quoſque agros, quibuſque finibus ante bellum tenuiſſent, tenerent: perfugas & fugitivos & captivos omnes, & naves roſtratas præter X. triremes traderent; elephantoſque, quos haberent, domitos; neque domarent alios: bellum neque in Africa, A neque extra Africam injuſſu populi Rom. gererent: Maſſaniſæ res redderent, fœduſque cum eo facerent: decem millia talentûm argenti deſcripta penſionibus æquis in annos quinquaginta ſolverent: obſides centum arbitratu Scipionis darent. *Livius*, *Appianus*, alii.

De triumpho P. Cornelii Scipionis Africani de Pœnis & Syphace Rege.

SCipio concione advocata, Maſſaniſam ad Regnum paternum, Cirta oppido, & ceteris urbibus, agriſque, quæ ex Regno Syphacis in populi Rom. poteſtatem veniſſent, B adjectis, donavit, legatos Carthaginienſium Romam proficiſci, ut quæ ab ſe ex decem legatorum ſententia acta eſſent, ea patrum auctoritate, populique juſſu connfirmarentur, juſſit, pace terra marique parta, exercitu in naves impoſito, in Siciliam Lilybæum trajecit: inde magna parte militum in navibus miſſa, ipſe per lætam pace non minus quam victoria Italiam, effuſis non urbibus modo ad habendos honores, ſed agreſtium etiam turba obſidente vias, Romam pervênit; clariſſimoque omnium triumpho urbem eſt invectus, argenti tulit in ærarium pondo centum millia XXIII. morte ſubtractus ſpectaculo magis hominum, quam triumphantis gloriæ Syphax C eſt, Tibure haud ita multo ante mortuus, quo ab Alba traductus fuerat. Hunc Regem in triumpho ductum *Polybius* auctor eſt: *Africanum* cognomen militaris prius favor, an popularis aura celebraverit; an ſicuti *Felicis* Sullæ, *Magnique* Pompeji patrum memoria cœptum ab aſſentatione familiari ſit, parum compertum habeo. Primus certe hic imperator nomine victæ ab ſe gentis eſt nobilitatus. *Livius*, *Polybius*, *Appianus*, *Florus*, *Eutropius*, alii. *Livius* iterum libro XXXVIII., P. Scipioni de Pœnis, & Annibale, ac Syphace Rege triumphum decretum ſcribit. *Zonaras*, Libyæ partem illam in qua Carthago erat, jam tum Africam præcipue dici cœptam ſcri- D bit; unde Scipio Africani cognomen invenerit.

De bello Philippico.

SEquitur deinceps bellum Philippicum, quod Macedonicum primum dictum eſt, geſtum cum Philippo Macedonum Rege. Ceterum cœptum bellum adverſus Philippum decem ferme ante annis, triennio prius depoſitum erat, cum Ætoli & belli & pacis fuiſſent cauſſæ, vacuos deinde pace Punica jam Romanos & infenſos Philippo cum ob infidam adverſus Ætolos alioſque regionis ejuſdem ſocios pacem, tum ob auxilia cum pecunia E nuper in Africam miſſa Annibali Pœniſque preces Athenienſium, quos agro pervaſtato in urbem compulerat, excitaverunt ad renovandum bellum. P. Sulpicio Galba, C. Aurelio Conſulibus, bellum initum eſt, paucis poſt pacem Carthaginienſibus datam menſibus. Ut ergo cum Pœnis pro Mamertinis ſociis primum, deinde pro Saguntinis pugnatum eſt; ſic cum Philippo pro Athenienſibus: contra Athe-

(49) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 552.
Olymp. CXLIV. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 201.

CN. CORNELIUS LENTULUS. } Coſs.
P. ÆLIUS PÆTUS CATUS. }
Ita ex Livio, Caſſiodoro, Plinio, faſt. Capitol. & Siculis Sigonius, Pighius, Almelov. & alii.

Athenienſes autem Philippum Acarnates incitaverant; quorum juvenes duo, non initiati, in ſacrarium Cereris cum intraſſent, Athenis fuerant interfecti; vel, ſi verius dicendum eſt, quod Philippus bello Punico II. fœdere icto, Annibalem contra Romanos juverat. Hæc ex *Livio* & *Floro*. Hoc idem bellum hoc tempore ſuſceptum indicant *Capitolini faſti*.

DE COS. AN. DLIII. (50)

P. Sulpicium Galbam, C. Aurelium Cottam, Conſules ſuggerunt *Livius* & *Caſſiodorus*. P. Sulpicius, anno DXLII. primum Conſul fuit; C. Cotta, biennio ante prætor. Iidem Conſules ſunt in *Capitolinis tabulis*; Galba & Cotta, in *Siculis*. Sulpicio Macedonia, Aurelio Italia provincia obvênit. Sulpicius exercitu in Macedoniam ducto, equeſtribus prœliis cum Philippo Rege bene pugnavit.

De L. Cornelio Lentulo pro Cos. ovante ex Hiſpania; & triumpho L. Furii Purpureonis pr. de Gallis.

L. Cornelius Lentulus anno DXLVII. pro Conſule Hiſpaniam citeriorem ſortitus eſt: ſucceſſit enim P. Scipioni: hoc autem anno ex Hiſpania rediit, qui cum in Senatu res ab ſe per multos annos fortiter feliciterque geſtas expoſuiſſet, poſtulaſſetque ut triumphanti ſibi urbem invehi liceret, res triumpho dignas eſſe cenſebant Senatus; ſed exemplum majoribus non accepiſſe, ut qui neque dictator, neque Conſul, neque prætor res geſſiſſet, triumpharet: pro Conſule illum provinciam Hiſpaniam, non Conſulem aut prætorem obtinuiſſe, decurrebatur tamen eo, ut ovans urbem iniret: intercedente Ti. Sempronio Longo Tribuno pl. qui nihilo magis id more majorum, aut ullo exemplo futurum dicebat, poſtremo victus conſenſu patrum Tribunus, ceſſit; & ex S. C. L. Lentulus ovans urbem eſt ingreſſus. Atque hic primus triumphus ſine magiſtratu actus eſt. *Livius*. Hic autem ex ſequenti *Conſulatu Capitolino* deſcriptus eſt. Inſubres autem Cænomanique, & Boji, excitis Sallyis Illuatibuſque, & ceteris Liguſtinis populis, Amilcare Pœno duce, qui in iis locis de Aſdrubalis exercitu ſubſtiterat, Placentiam invaſerant; & direpta urbe, ac per iram magna ex parte incenſa, vix duobus millibus hominum inter incendia ruinaſque relictis, trajecto Pado ad Cremonam diripiendam pergebant. Id bellum L. Furio Purpureoni Prætori decretum. Galli à Prætore prœlio victi ac cæſi ſunt. Triumphavit de Gallis in magiſtratu L. Furius Prætor; quamquam negantibus eum triumphum majoribus natu, & quod alieno exercitu Aurelii Conſulis rem geſſiſſet, & quod provinciam reliquiſſet aviditate rapiendi per occaſionem triumphi: auctor *Livius*, & *Zonaras*.

DE COS. AN. DLIV. (51)

Hic annus Conſules habuit L. Cornelium, P. Villium auctore *Caſſiodoro*: *Livio* autem, & *Capitolinis tabulis*, L. Cornelium Lentulum, P. Villium Tappulum: Lentulum & Tappulum *Siculis*. P. Villii Conſulis meminit etiam *Plutarchus* in Quinctio, hic prætor fuit anno DL. Lentulus, pro Cos. priore anno triumphavit. Villio Macedonia obtigit, Lentulo Italia. Plerique Græci Latinique ſcriptores nihil memorabile à Villio actum in Macedonia tradunt. L. Manlius Acidinus ex Hiſpania decedens, à M. Porcio Læca Trib. pl. ne ovans urbem iniret, cum id ab Senatu impetraſſet, prohibitus, privatus ingreſſus eſt. Cn. Bæbius Tamphilus prætor, prope cum toto exercitu ab Inſubribus Gallis eſt circumventus. *Livius*.

De Cenſoribus & Luſtro XLVI.

L. Lentulus Conſul comitia Cenſoribus creandis habuit, multis claris viris petentibus, creati Cenſores P. Cornelius Scipio Africanus, P. Ælius Pætus. Hæc *Livius*, qui tamen luſtri conditi non meminit; quod conditum ab his Cenſoribus eſſe XLV. docent *Capitolinæ tabulæ*. P. Scipionem Africanum Cenſorem principem Senatus ab his Cenſoribus lectum, tradit *Livius* in Cenſura ſequenti.

DE COS. AN. DLV. (52)

T. Quinctium Flaminium, Sex. Ælium Pætum Conſules ſuggerunt *Livius*, *Caſſiodorus*, & *Capitolinæ tabulæ*, una cum *Plutarcho* in Quinctio: Flaminium & Pætum *Siculæ*. Turpiter erratum eſſe invenio ab auctore libri de viris illuſtribus, qui hunc Flamininum C. Flaminii, qui ad Traſimenum interfectus eſt, filium tradidit: cum tamen hic è genre Quinctia patritia fuerit, ille è Flaminia plebeja. *Flamininus* autem, cognomen eſt Quinctiorum. Eſt etiam in hoc notandum, Flamininum annos nondum XXX. natum, à quæſtura ad Conſulatum aſcendiſſe, ut Sex. Ælius collega ejus ab ædilitare: auctor *Livius*, & *Plutarchus*. Hic eſt autem Sex. Ælius Pætus Catus juris peritus; de quo *Cicero*, *Egregie cordatus homo Catus Ælius Sextus*, ex Ennio. Itaque in *tabulis Capitolinis Pætus Catus* vocatur. Ælio Italia, Quinctio Macedonia evênit, quorum ille memorabile nihil geſſit; Quinctius adverſus Philippum in faucibus Epiri proſpere pugnavit, fugatumque coëgit in Regnum reverti, ipſe Theſſaliam, quæ eſt vicina Macedoniæ, ſociis Ætolis & Athamanibus vexavit. L. Quinctius Conſulis frater navali prœlio Attalo Rege & Rhodiis adjuvantibus, Eubœam & maritimam oram occupavit. Achæi in amicitiam accepti ſunt. Conjuratio Setiæ ſervorum facta de ſolvendis Carthaginienſibus obſidibus, oppreſſa eſt. *Livius*, *Plutarchus* in Quinctio.

DE

(50) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 553.
Olymp. CXLV. Anno I.
Ante Ær. Chr. 200.
P. SULPICIUS GALBA MAX. II. } Coſs.
C. AURELIUS COTTA. }
Ita ex Livio, Caſſiodoro, faſt. Capitol. & Siculis Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.

(51) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 554.
Olymp. CXLV. Anno II.
Ante Ær. Chr. 199.
L. CORNELIUS LENTULUS. } Coſs.
P. VILLIUS TAPPULUS. }
Ita ex Livio, faſt. Sicul. & Capitol. Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.

(52) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 555.
Olymp. CXLV. Anno III.
Ante Ær. Chr. 198.
T. QUINCTIUS FLAMINIUS. } Coſs.
SEX. ÆLIUS PÆTUS CATUS. }
Ita ex Livio, Caſſiodoro, faſt. Capitol. & Siculis Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.

DE COS. AN. DLVI. (53) A

HOc anno C. Cornelius Cethegus, Q. Minucius fuerunt Conſules: auctor *Livius*, *Caſſiodorus*, *Cap. tab.* Eorum cognomina Cethegus & Rufus, ſunt in *Siculis*, de quibus ſic in Bruto *Cicero*; C. Cornelio, Q. Minncio Conſulibus, ludis Juventatis, quos Salinator Senenſi prœlio voverat, *Livius* docuit fabulam. Minucius prætor fuit anno DLIII. Cethegus, ædilis curulis anno DLV. Conſulibus bellum cum Gallis Ciſalpinis decretum: T. Quinctio prorogatum in Macedonia imperium, donec ſucceſſor mitteretur. Hiſpaniæ terminatæ; atque in eas primum duo novi prætores, qui B ad quatuor addiri fuerant, miſſi: Sempronius Tuditanus, in citeriorem; M. Helvius Blaſio, in ulteriorem. Nabis, Lacedæmoniorum tyrannus, Argos in poteſtatem redegit; cum eoque amicitia juncta eſt. T. Quinctius pro Conſule cum Philippo ad Cynoſcephalas in Theſſalia acie victo debellavit. L. Quinctius frater ejus, Acarnanes, Leucade urbe, quæ caput eſt Acarnaniæ, expugnata, in dedirionem accepit. Attalus rex Thebis Pergamum æger advectus, moritur. Hiſpania ulterior, quam M. Helvius prætor obtinebar, rebellavit. Legati à Rege Philippo venerunt; qui, quæcumque Senatus cenſuiſſet, id Regem facturum eſſe dixerunt. Decem legati more majorum, quorum ex con- C ſilio T. Quinctius imperator leges pacis Philippo daret, decreti. *Polybius*, *Livius*, *Plutarchus*, alii.

De triumphis C. Cornelii Cos. de Gallis, Qu. Minucii Cos. de Liguribus.

GAlli Ciſalpini defecerant à Populo Rom. Itaque Conſulibus binæ legiones, ut bellnm cum iis gererent, decretæ. Cornelius, recta ad Inſubres via, qui tum in armis erant, Cænomanis aſſumptis; Minucius, in læva Italiæ ad inferum mare flexit iter; Genuamque exercitu abducto, ab Liguribus orſus eſt bellum. Liguribus in deditionem acceptis, in D agrum Bojorum legiones duxit. Inſubres & Cænomani, à Cornelio prœlio ſuperati ſnnt. Ei omnium conſenſu decretus triumphus. Q. Minucius, tentata tantum relatione, cum adverſum omnem Senatum videret, in monte Albano ſe triumphaturum, & jure imperii Conſularis, & multorum clarorum virorum exemplo dixit. C. Cornelius de Inſubribus Cænomaniſque magiſtratu triumphavit: Q Minucius Conſul, ne Liguribus Bojiſque Gallis, in monte Albano. Is triumphus, loco & fama rerum geſtarum, & quod ſumptum non erogatum ex ærario omnes ſciebant, inhonoratior fuit. Hæc *Livius*, & *Zonaras*.

(53) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 556.
Olymp. CXLV. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 197.
C. CORNELIUS CETHEGUS. } Coſs.
Q. MINUCIUS RUFUS. }
Ita ex Livio, Cicerone, Caſſiodoro, & faſt. Siculis Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.

(54) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 557.
Olymp. CXLVI. Anno I.
Ante Ær. Chr. 196.
L. FURIUS PURPUREO. } Coſs.
M. CLAUDIUS MARCELLUS. }

DE COS. AN. DLVII. (54)

HIc annus Conſules habuit L. Furinm Purpureonem, M. Claudium Marcellum: *Livius*, *Caſſiodorus*, *Capitolinæ tabulæ*: Porphyreonem & Marcellum edunt *Siculæ*. L. Furius, prætor anno DLIII. triumphavit; M. Claudius, Marcelli quinquies Conſulis filius, prætor fuit anno DLV. Conſulibus ambobus Italia provincia decreta. Quinctius Macedoniam cum eodem exercitu obtinere juſſus. Pax Philippo ex X. legatorum ſententia; Græciæ à Quinctio libertas data eſt. Sempronius Tuditanus pro Cos. in citeriore Hiſpania victus, cx vulnere mortuus.

De ovatione Cn. Cornelii Lentuli pro Cos. ex Hiſpania.

P. Scipioni in Hiſpaniam citeriorem ſucceſſit (ut diximus) L. Lentulus, L. Lentulo C. Cornelius Cethegus; Cethego anno DLIV. C. Cornelius Lentulus. De quo Lentulo, quod ad triumphi ſuſpicionem attinet, ita ait *Livius*; Cn. Cornelius Lentulus, qui citeriorem Hiſpaniam obtinuerat, cum ex S. C. ovans urbem eſſet ingreſſus, tulit præ ſe auri mille & quingenta pondo. L. Stertinius ex ulteriore Hiſpania, ne tentata quidem trinmphi ſpe, quinquaginta millia pondo auri in ærarium tulit, de quo loco quid ſentirem, dixi in *ſcholiis Livianis*.

De triumpho M. Marcelli Cos. de Inſubribus & Comenſibus.

M. Marcellns Cos. cui Italia provincia obvenerat, Pado confeſtim trajecto, in agrum Comenſem, ubi Inſubres Comenſibus ad arma excitis caſtra habebant, ducit; Gallos fundit, caſtra diripit, Comum oppidum capit; caſtella duodetriginta in deditionem recipit. Triumphavit in magiſtratu de Inſubribus Comenſibuſque Bojorum triumphi ſpem collegæ reliquit. *Livius*. Hujus etiam triumphi veſtigia ſunt in *Capitolinis tabulis*, in quibus eſt ſcriptum, triumphaſſe eum IV. NON. M= ideſt, ut ego interpretor, *Martias*, extremo jam Conſulatu, quem ibid. Mart. inierat.

DE COS. AN. DLVIII. (55)

M. Porcium Catonem, L. Valerinm Flaccum Conſules ſuggerunt *Livius*, *Caſſiodorus*, *Capitolinæ tabulæ*, *Plutarchus*. Cato, anno DLV. Flaccus, anno DLIIII. præturam geſſerat. *Plutarchus* M. Porcium M. F. *Priſcum* ante dictum; poſt ab uſu rerum *Catonem* nominatum ſcribit, unde Priſcum & Flaccum
E in hunc annum edunt *Siculæ tabulæ*. Novum hominem fuiſſe, & *Cicero* ſæpe, & *Plutarchus* aſſerunt. *Cicero* in Verrem de eo ſic loquitur; M. Ca-

Ita ex Livio, Caſſiodoro, faſt. Capitol. & Siculis Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.

(55) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 558.
Olymp. CXLVI. Anno II.
Ante Ær. Chr. 195.
M. PORCIUS CATO. } Coſs.
L. VALERIUS FLACCUS. }
Ita ex Livio, Cicerone, Caſſiodoro, Plutarcho, faſt. Capitol. &c. Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.

M. Cato ſe virtute, non genere, populo R. commendavit; & ipſe ſui generis initium, ac nominis ab ſe gigni ac propagari voluit. L. Valerius P. F. Flaccus dicitur etiam à *Livio* anno DLXIII. ubi de eo Triumviro ad coloniam deducendam agit. Cato Hiſpaniam, Valerius Italiam ſortitus eſt. Annibal fruſtra in Africa bellum moliens, & ob hoc Romanis per epiſtolas adverſæ factionis principum delatus, propter metum Romanorum, qui legatos ad Carthaginienſium Senatum de eo miſerant, profugus, ad Antiochum Syriæ Regem ſe contulit, bellum contra Romanos parantem. Lex Oppia, quam C. Oppius Tribunus pl. bello Punico de ſtringendis matronarum cultibus tulerat, cum maxima contentione abrogata eſt, diſſuadente Catone. Idem Cato in Hiſpaniam profectus, bello, quod ab Emporiis orſus eſt, citeriorem Hiſpaniam pacavit. Valerius Flaccus Conſul alter, in Gallia cum Bojorum exercitu propter Litanam ſilvam ſignis collatis, ſecundo prœlio conflixit. Cum Senatus T. Quinctio permiſiſſet, an bellum cum Nabide Lacedæmoniorum tyranno, qui Argos ſervitute oppreſſerat, ſuſcipere vellet, Quinctius Græcorum qui opem tulerunt, voluntate, Nabidi arma intulit, atque Argis, qui in poteſtate ejus erant, liberatis, pacem tyranno dedit. *Polybius*, *Livius*, *Plutarchus*, *Appianus*.

De ovatione M. Helvii Blaſionis præt. & triumpho Qu. Minucii Thermi pro præt. ex Hiſpania.

ANno DLVI. Prætores duo additi, ut eſſent ſex, qui in Hiſpanias citeriorem & ulteriorem quotannis mitterentur. Hiſpaniæ eodem anno terminatæ ſunt. Miſſus eſt C. Sempronius Tuditanus in citeriorem; M. Helvius Blaſio in ulteriorem. Anno DLVII. ſucceſſit Tuditano Q. Minucius Thermus prætor; Helvio Q. Fabius Buteo. Anno DLVIII. Thermo ſucceſſit P. Manlius prætor, adjutor Conſuli M. Catoni, qui & ipſe eam provinciam ſortitus fuerat, datus; Buteoni, Ap. Claudius Nero. Hoc autem anno Helvio decedenti ex Hiſpania ulteriore cum præſidio ſex millium dato ab Ap. Claudio prætore; Celtiberi agmine ingenti ad oppidum Illiturgi occurrerunt, viginti millia armatorum fuiſſe *Valerius* ſcribit; duodecim millia ex iis cæſa; oppidum Illiturgi receptum, & puberes omnes interfectos, inde ad caſtra Catonis Helvius pervênit; & quia tuta jam ab hoſtibus regio erat, præſidio in ulteriorem Hiſpaniam remiſſo, Romam eſt profectus; & ob rem feliciter geſtam ovans urbem ingreſſus eſt. Cauſſa negati triumphi fuit, quod alieno auſpicio, & in aliena provincia pugnaſſet, ceterum biennio poſt redierat, cum provincia quoque ſucceſſori Q. Minucio tradita, annum inſequentem retentus ibi longo & gravi fuiſſet morbo. Itaque duobus modo menſibus ante Helvius ovans urbem eſt ingreſſus, quam ſucceſſor ejus Q. Minucius triumpharet. Is autem ad Turbam oppidum cum Budare & Beſaſide imperatoribus Hiſpanis ſignis collatis proſpere pugnarat; duodecim millia hoſtium cæciderat; Budarem imperatorem ceperat. Hæc *Livius*. Mirum autem eſt, quod Q. Minucium ſucceſſorem M. Helvii nominet; cum Helvius ulteriorem, Minucius citeriorem Hiſpaniam ſortitus ſit. *Blaſionem* cognomen eſſe Helvii, cum *fragmenta Capitolina* hujus triumphi indicant, tum etiam *Dio*, qui libro XLVI. Helvii cujuſdam Blaſionis meminit.

DE COS. AN. DLIX. (56)

P. Cornelium Scipionem Africanum II. Ti. Sempronium Longum Coſs. in hunc annum comparant *Livius* & *Caſſiodorus*, cum *Siculis* & cum *Capitolinis tabulis*. Horum meminit etiam *Cicero* pro Cornelio perduellionis reo apud Pædianum his verbis; P. Africanus, cum Conſul eſſet cum Ti. Longo, paſſus eſt à populari conſeſſu Senatoria ſubſellia ſeparari, quæ verba ſic interpretatur *Pædianus*: Hoc factum eſt ſecundo Conſulatu Scipionis, poſt ſeptimum annum, quam Carthaginienſibus bello ſecundo data pax eſt. Et de aruſpicum reſponſis; Ludis Megalenſibus primum ante populi conſeſſum Senatui locum P. Africanus iterum Conſul ille major dedit. Et *Valerius* libro IIII. A condita urbe uſque ad Africanum & Ti. Longum Conſules, promiſcuus Senatui & populo ſpectandorum ludorum locus erat, item capite De inſtitutis. Idem ſcribit etiam *Livius*. Horum Conſulum patres primo anno ſecundi belli Punici Conſules fuiſſe idem tradit. Ti. Sempronius anno DLVII. præturam geſſit. Conſulibus ambobus Gallia provincia decreta. Sempronius vario eventu cum Bojis pugnavit: Scipio nulla re memorabili geſta, Romam comitiorum cauſſa rediit.

De Cenſoribus, & Luſtro XLVII.

IN hunc annum Cenſores referunt *Livius*, *Pædianus* in Cornelianam, una cum *Capitolinis tabulis*, Sex. Ælium Pætum, C. Cornelium Cethegum. P. Scipio Africanus, quem priores Cenſores principem Senatus legerant, iterum lectus. Luſtrum ſequenti anno condidit C. Cornelius, cenſa ſunt civium capita CXLIII. millia ſeptingenta quatuor. *Livius*. Hoc Luſtrum quadrageſimum ſeptimum nominant *Capitolinæ tabulæ*.

De triumpho M. Catonis Cos. ex Hiſpania.

PRiore anno cum tantum gliſceret in Hiſpania bellum, ut jam Conſulari & duce & exercitu opus eſſet, placuit patribus Conſules Hiſpaniam citeriorem ſortiri. Cato ſortitus eſt. Bello, quod ab Emporiis orſus eſt, totam citeriorem Hiſpaniam, quæ rebellaverat, pacavit: atque pro Cos. hoc anno ex ea triumphavit. Hæc *Livius*, *Plutarchus*, *Appianus* in Iberica; *Frontinus*, is qui de viris illuſtribus ſcripſit; & *Florus*, & *Zonaras*.

De triumpho T. Quinctii Flaminini pro Cos. de Rege Philippo ex Macedonia.

T. Quinctius Flamininus, provinciam Macedoniam in Conſulatu ſortitus, cum Philippo

(56) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 559.
Olymp. CXLVI. Anno III.
Ante Ær. Chr. 194.

P. CORNELIUS SCIPIO AFRICANUS II. } Coſs.
TIB. SEMPRONIUS LONGUS. }
Ita ex Livio, Caſſiodoro, faſt. Capitol. & Siculis Sigonius, Pighius, Almeloveenius, & alii.

A lippo Rege ad Cynoſcephalas in Theſſalia de-
bellavit; filium ejus Demetrium obſidem acce-
pit; Regi petenti pacem; Græciæ nec opinanti
libertatem dedit. Idem bellum adverſus Lace-
dæmonios, & tyrannum eorum Nabidem ſu-
ſcepit; ac liberatis Argis, qui ſub ditione ejus
erant, pacem illis, qualem ipſe voluit, dedit;
filiumque tyranni Armenem obſidem accepit.
Pacis Philippo datæ hæ conditiones fuerunt;
ut Macedoniæ Regno contentus, Græcia tota
excederet; talenta mille penderet; naves niſi
X. haberet. Nabidi victo Lacedæmon relicta.
His de cauſſis per triduum hoc anno pro Con-
ſule triumphavit, ante currum obſides duo du-
cti, Regis & tyranni filii. *Livius*, *Plutar-*
B *chus*, *Florus*, *Eutropius*. Ab eo Macedoni-
cum bellum finitum eſſe, omnes conſentiunt.

DE COS. AN. DLX. (57)

L*ivius*, *Caſſiodorus*, & *Capitolini auctores*,
Conſules in hunc annum ſubrogatos ſcri
bunt L. Cornelium Merulam, & Q. Minu-
cium Thermum. Eadem cognomina in *faſtis*
Siculis invenio. Merula prætor fuit anno DLV.
Thermus anno DLVII. Cornelius Conſul Gal-
liam, Minucius Ligures ſortitus eſt: ille ad
Mutinam cum Bojis; hic ad Piſas cum Ligu-
ribus pugnavit. Cornelio triumphum petenti
ſe interceſſuros eſſe Tribuni pl. profeſſi ſunt.
C *Livius*.

DE COS. AN. DLXI. (58)

L. Quinctius Flamininus, Cn. Domitius Ahe-
nobarbus, hoc anno Conſules fuerunt:
auctor *Livius*, *Caſſiodorus*, *Capitolinæ tabulæ*,
quorum cognomina ſuggerunt quoque *Siculæ*.
His comitiis P. Scipio Naſica, & C. Lælius,
quos Africanus deducebat, repulſam tulerunt.
L. Quinctius, T. Quinctii frater germanus
fuit; ut *Livius* & *Cicero*, & *Plutarchus* tradi-
derunt. Idem anno DLIIII Domitius anno
DLIX. præturam geſſit. Utrique Conſuli Ita-
lia decreta; Ligurum fines late pervaſtati à
D Quinctio ſunt. Boji, adverſus quos Domitius
iverat, quieverunt. *Livius*.

De bello Antiochino.

ANtiochus Syriæ rex bellum Romanis in-
tulit, Quinctio & Domitio Coſs. Regem
movere partim Thoas Ætoliæ princeps, qui
Ætolos Populi Rom. ſocios haud ſatis dignis
præmiis bello Macedonico confecto à Romanis
affectos, querebatur; partim Annibal Pœnus,
qui in Africa victus, profugus, & pacis impa-
tiens, hoſtem Populo Rom. toto orbe quære-
bat. Intulit autem, nimia opum ſuarum fidu-
cia adductus, ſpecie Lyſimachiæ repetendæ,
E quam à majoribus ſuis in Thracia conditam
Romani poſſidebant: ſtatimque Græciam ac in-
ſulas ejus occupavit. Hinc *Cicero* pro Pompejo,

A Romanos cum Antiocho Rege pro ſociis di-
micaſſe ait. Primus adverſus Antiochum miſ-
ſus eſt M'. Acilius Glabrio Conſul. Hoc bel-
lum, *Antiochinum*, *Syriacum*, & *Aſiaticum* di-
ctum eſt. *Livius*, *Florus*, is qui ſcripſit de vi-
ris illuſtribus, *Capitolinæ tabulæ*.

DE COS. AN. DLXII. (59)

IN hunc annum Conſules creati P. Cornelius
Scipio Naſica Cn. F. M'. Acilius Glabrio,
auctore *Livio*, *Caſſiodoro*, *Capitolinis faſtis*, *Plu-
tarcho* in Quinctio, *Appiano* in Syriaca hiſtoria:
Glabrio & Naſica *Siculis*. Ceterum P. Scipio
præturam geſſit anno DLIX. idem qui vir opti-
B mus à Senatu judicatus, Idæam matrem bello
Punico ſecundo in Urbem vexit; filius Cn. Sci-
pionis Calvi, ejus qui Conſul cum Marcello
fuit; poſt autem in Hiſpania occiſus eſt cum
fratre P. Scipione, Africani patre, quapropter
Livius fratres patrueles hunc & Africanum vo-
cat. Manii Acilii Glabrionis Conſulis meminit
Plutarchus in Quinctio, in Catone, & in Syl-
la; item Appianus in Syriaca, *Cicero* in Cato-
ne; & *Macrobius* libro primo Saturnalium,
his verbis; Flavius primum interkalaſſe Ma-
nium Conſulem dicit ab urbe condita anno
quingenteſimo ſexageſimo ſecundo, inito mox
bello Ætolico. Itaque cum *Capitolina* etiam
ſumma conſentit. Hic prætor fuit anno DLVII.
C Acilio Græcia, Cornelio Italia obvênit. Bel-
lum Antiocho Regi, & Ætolis, ac qui ſectam
Regis ſequerentur, ex S. C. & populi juſſu il-
latum. Antiochus in Eubœa luxuria elanguit;
hoſpitis ſui Chalcidenſis filiam virginem duxit.
Itaque cum adventu Acilii Conſulis Thermo-
pylas occupaſſet, inde virtute M. Catonis Tri-
buni militum ejectus, in Aſiam refugit. Ætoli
Heraclea ab Acilio capta fracti, pacem petie-
runt. *Livius*, *Appianus*.

De ovatione M. Fulvii Nobilioris præt. ex Hiſpa-nia, & triumpho P. Scipionis Naſicæ Coſ. de Bojis.

D M. Fulvius Nobilior, prætor anno DLX.
Hiſpaniam ulteriorem ſortitus eſt, ibi
re bene geſta cum domum rediiſſet, hoc anno
urbem ovans ingreſſus eſt. *Livius*, unde in
libro de viris illuſtribus legendum eſt; M. Ful-
vius Nobilior Prætor Hiſpanos ſuperavit: unde
ovans urbem introiit. Hic ex Conſulatu ejus
Capitolino deſcriptus eſt. Eodem anno P. Cor-
nelius Conſul, cui Gallia provincia evenerat,
Bojos Gallos moventes, acie vicit, caſtris
exuit, in deditionem accepit. Idem à Senatu
contra interceſſionem P. Sempronii Blæſi Tri-
buni Pl. ut ſibi triumphanti urbem ingredi li-
ceret, impetravit. Auctor *Livius*.
E

DE

(57) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 560.
Olymp. CXLVI. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 193.
L. CORNELIUS MERULA. }
Q. MINUCIUS THERMUS. } Coſs.
Ita ex Livio, Caſſiodoro, faſt. Capitol. & Siculis
Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii,

(58) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 561.
Olymp. CXLVII. Anno I.
Ante Ær. Chr. 192.
L. QUINCTIUS FLAMINIUS. }
CN. DOMITIUS AHENOBARBUS. } Coſs.
Ita ex Livio, Caſſiodoro, faſt. Capitol. & Siculis
Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.

(59) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 562.
Olymp. CXLVII. Anno II.
Ante Ær. Chr. 191.
M'. ACILIUS GLABRIO. }
P. CORNELIUS SCIPIO NASICA. } Coſs.
Ita ex Livio, Caſſiodoro, Plutarcho, Appiano,
Alex. faſt. Capitol. & Sicul. Sigonius, Pighius,
Almelovenius, & alii.

DE COS. AN. DLXIII. (60)

L. Cornelium Scipionem, C. Lælium Conſules ſubjiciunt in hunc annum *Caſſiodorus*, *Livius*, & *Cap. tabulæ*: Scipionem & Lælium *Siculæ*. Eoſdem Gellius lib. XVI. cap. IIII. C. Lælium C. F. L. Scipionem P. F. vocat. Lælio cognomen *Africani* adjicit ſolus *Caſſiodorus*, prætor fuit anno DLVII. L. Scipio, frater eſt Africani; qui poſt ab Aſia devictã, *Aſiaticus* appellatus eſt, præturam geſſit anno DLX. Lælio Italia, Scipioni Græcia decreta, ſi frater ejus Africanus ei legatus iret.

De triumpho M'. Acilii Glabrionis pro Cos. de Ætolis, & Rege Antiocho.

SUb idem tempus duo fere cum triumphi ſpe Prætores de provinciis redierunt; Q. Minucius ex Liguribus, M'. Acilius ex Ætolia, auditis utriuſque rebus geſtis, Minucio negatus triumphus, Acilio magno conſenſu decretus: iſque triumphans de Rege Antiocho & Ætolis, urbem ingreſſus eſt. Ita *Livius*. Ceterum Ætoli, cum ab amicitia Populi R. defeciſſent, ſe Antiocho Regi junxerant: Rex autem bello Græciæ illato complures urbes occupaverat. Itaque M'. Acilius Conſul eum, Rege Philippo adjuvante, apud Thermopylas victum Græcia expulit; atque Ætolos devicit. Horum autem alter eſt Q. Minucius Thermus, cui Conſuli anno DLX. Ligures provincia obvênit; alter, M'. Acilius Glabrio, qui Conſul anno priore, bellum in Græcia cum Antiocho & Ætolis geſſit, quos *Livius* Prætores vocat pro Proconſulibus.

DE COS. AN. DLXIV. (61)

CN. Manlius Vulſo, M. Fulvius Nobilior, in hunc annum Conſules nominantur à *Livio*, *Caſſiodoro*, & *Capitolinis Siculiſque tabulis*, quorum Manlius prætor fuit anno DLVII. Fulvius anno DLX. Ætolorum legati, cum de pace acturi in Senatum veniſſent, interrogati ab uno Senatore, permitterent ne arbitrium de ſe Populo Romano: deinde ab altero, habituri ne eoſdem quos Populus Romanus ſocios & hoſtes eſſent, nihil ad ea reſpondentes, egredi templo juſſi ſunt, conclamatum deinde prope ab univerſo Senatu eſt, totos adhuc Antiochi Ætolos eſſe, & ex unica ea ſpe pendere animos eorum, itaque bellum cum haud dubiis hoſtibus gerendum. Illa etiam res accendit, quod eo ipſo tempore, quo pacem ab Romanis petebant, Dolopiæ atque Athamaniæ bellum inferebant. Senatuſconſultum in M'. Acilii ſententiam factum eſt, ut Ætoli eo die juberentur proficiſci ab urbe, & intra quintumdecimum diem Italia excedere, ita dimiſſi Ætoli. Conſules ſortiri Ætoliam & Aſiam placuit, qui Aſiam ſortitus eſſet, exercitus ei, quem L. Scipio haberet, eſt decretus: alteri Conſuli, exercitus, qui erat in Ætolia, iſque

A juſſus non ſolum cum Ætolis bellum gerere, ſed etiam in Cephalleniam inſulam trajicere. Ætolia M. Fulvio, Aſia Cn. Manlio ſorte evênit. Fulvius Apolloniam exercitu trajecto, Ambraciam Ætolorum urbem nobiliſſimam obſeſſam cepit; atque Ambracienſibus pacem petentibus dedit. Ætoli diu jactati, tandem ut ad conditiones pacis convenirent, effecerunt, fuerunt autem hæ: „ Imperium majeſtatemque
„ Populi R. gens Ætolorum conſervato ſine
„ dolo malo: Ne quem exercitum, qui adver-
„ ſus ſocios amicoſque eorum ducetur, per
„ fines ſuos tranſire ſinito; neve ulla ope juva-
„ to: Hoſtes eoſdem habeto quos Populus Ro-
„ manus; armaque in eos ferto, bellumque pari-
B „ ter gerito: Obſides XL. arbitratu Conſulis Ro-
„ mani dato: Cephallenia extra pacis leges eſto.
De pecuniæ ſumma, quam penderent, penſionibuſque ejus, nihil ex eo quod cum Conſule convenerat, mutatum. Cn. Manlius Conſul alter, cum Epheſum veniſſet, bellum Gallis Aſiaticis, quod eos Antiochum auxiliis juviſſe diceret, movit; atque ad ſingula eorum oppida, Attalo Rege ducente, arma circumtulit. Fulvius interea in Cephalleniam tranſgreſſus, omnes civitates in deditionem ſine prœlio ullo accepit. Samii ſoli obſidione in poteſtatem venerunt. Idem, quia in exitu annus erat, comitiorum cauſſa Romam regreſſus eſt. Hæc ex *Livio*.

C

De Cenſoribus, & Luſtro XLVIII.

CUm Cenſuram multi & clari viri peterent, T. Quinctius Flaminius, P. Cornelius Cn. F. Scipio, L. Valerius Flaccus, M. Porcius Cato, M. Claudius Marcellus, M'. Acilius Glabrio; T. Quinctius, M. Marcellus creati. Marcellus ſorte ſuperato Quinctio, luſtrum condidit, conditum eſt autem anno ſequenti, Senatum perlegerunt; princeps in Senatu lectus tertium P. Scipio Africanus. Hæc *Livius*. T. Quinctii Cenſoris ante M. Catonem Cenſorem meminit *Cic.* in lib. de Senectute, eundem cum M. Marcello, M. Marcelli quinquies
D Conſulis filio, Cenſorem fuiſſe ſcribit *Plutarchus*.

De triumphis L. Æmilii Regilli pr. & L. Scipionis Procos. de Rege Antiocho; Q. Fabii Labeonis pr. ex Creta.

HOc anno tres triumphos actos invenio; duos de Antiocho Rege, tertium ex Creta inſula; quorum navales duo fuerunt, L. Æmilii Regilli pr. de Antiocho, & Q. Fabii Labeonis pr. ex Creta: tertius, à L. Scipione Aſiatico actus eſt de Antiocho Rege ex Aſia, de quibus fere ita *Livius*: L. Æmilius Regillus pr. anno priore claſſem ſortitus,
E adverſus Antiochum profectus, inter Epheſum, Samum, Chiumque cum præfectis Regis congreſſus, claſſem ejus vicit, fudit, contudit, fugavitque ac naves longas cum omnibus ſociis cepit ſexaginta duas. Ei vero hoc

(60) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 563.
Olymp. CXLVII. Anno III.
Ante Ær. Chr. 190.
L. CORNELIUS SCIPIO, poſtea ASIATICUS. } Coſs.
C. LÆLIUS. }
Ita ex Livio, Caſſiodoro, faſt. Capitol. & Siculis Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.

(61) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 564.
Olymp. CXLVII. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 189.
CN. MANLIUS VULSO. } Coſs.
M. FULVIUS NOBILIOR. }
Ita ex Livio, Caſſiodoro, faſt. Capitol. & Siculis Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.
Malè Almelovenius addit M. Fulvio cognomen *Servii* cum ex Pighio conſtet hoc nomen eſſe ejus Avi, non hujus cognomen proprium. Vide Pighium Tom. II. pag 273. in principio.

hoc anno extra urbem in æde Apollinis cum Senatus datus eſſet, auditis rebus geſtis ejus, quantis cum claſſibus hoſtium dimicaſſet, & quod inde naves demerſiſſet aut cepiſſet, magno conſenſu patrum triumphus decretus eſt, triumphavit K. Februariis. Eadem de victoria ſic ſcriptum eſt in libro de viris illuſtribus in Antiocho, atque etiam *Florus* ut Antiochum Xerſi comparat, ſic Æmilium Alcibiadi. Idem eſt apud *Appianum* in Syria. L. autem Cornelius Scipio, cum in Conſulatu Aſiam, & bellum contra Antiochum Regem obtinuiſſet, eo cum Africano fratre legato profectus, Regem ipſum abſente fratre, Eleæ ægrotante, Eumene Pergami Rege adjuvante, cum arcus hoſtium pluvia hebetati eſſent, apud Sipylum montem ad Magneſiam acie vicit, ac bellum confecit. Itaque de triumpho ejus ſic *Livius*; L. Scipio ad urbem venit; ne cognomine fratri cederet, *Aſiaticum* ſe appellari voluit; & in Senatu, & in concione de rebus à ſe geſtis diſſeruit: imperatori triumphus decretus eſt, triumphavit menſe intercalariu prid. K. Mart. anno fere quam Conſulatu abiit. Pacis Antiocho datæ hæ leges fuerunt; ut Europa abſtineret; Aſiaque omni quæ cis Taurum eſt, decederet: pro impenſis in bellum factis, XV. millia talentorum Euboicorum daret: mille talentum per XII. annos penderer; Eumeni CCCC. talenta redderet. Cum Aſianis autem ita pactum; ut cis Taurum montem, quę intra Regni Antiochi fines fuiſſent, Eumeni attribuerentur; præter Lyciam Cariamque uſque ad Mæandrum amnem; ea Rhodiorum eſſent, ceteræ omnes civitates, quæ Attali ſtipendiariæ fuiſſent, eædem Eumeni vectigal penderent: quæ vectigales Antiochi fuiſſent, eæ liberæ atque immunes eſſent. Eumeni Phrygia utraque, & Myſia reſtituta. De eadem victoria *Appianus* in Syriaca, *Florus*, *Eutropius*, & Scriptor libri de viris illuſtribus. Q. autem Fabius Labeo, prætor hoc anno claſſem ſortitus, ne otioſam provinciam habuiſſe videri poſſet, optimum judicavit in Cretam inſulam trajicere. Cydoniatæ bellum adverſus Gortynios & Gnoſios gerebant; & captivorum Romanorum, atque Italici generis magnus numerus in ſervitute eſſe per totam inſulam dicebantur: claſſe autem Epheſo profectus, cum primum Cretæ littus attigit, nuntios circa civitates miſit, ut armis abſtinerent, captivoſque reducerent: nihil magnopere ea Cretenſes moverunt, captivos præter Gortynios nulli reddiderunt. *Valerius* Antias ad quatuor millia captivorum, qui belli minas timuerunt, ex tota inſula reddita ſcripſit; eamque cauſſam Fabio, cum rem nullam aliam geſſiſſet, navalis triumphi impetrandi ab Senatu fuiſſe. Hæc *Livius* libro XXXVII. extremo, at lib. XXXVIII. in oratione Cn. Manlii, hæc verba ſunt; Vos Tribunos plebei nuper, viros fortes ac ſtrenuos, impedientes Q. Fabii Labeonis triumphum, auctoritate veſtra deterruiſtis, triumphavit, quem non bellum injuſtum geſſiſſe, ſed hoſtem omnino non vidiſſe inimici jactabant. Hic idem Q. Fabius ex *Conſulatu* ſequenti *Capitolino* deſcriptus eſt.

De triumpho L. Paulli pro Cos. ex Hiſpania ulteriore.

L. Æmilius Paullus ulteriorem Hiſpaniam in prætura ſortitus eſt Naſica & Glabrione Coſs. Poſtero autem anno prorogato imperio, haud ſatis proſpere rem geſſit, ſiquidem ſic ſcribit *Livius*; Ætolici triumphi minuit lætitiam nuntius ex Hiſpania triſtis adverſa pugna in Vaſcetanis ductu L. Æmilii Paulli * pro Conſulis apud oppidum Lyconem cum Luſitanis; ſex millia de exercitu Romano cecidiſſe; ceteros paventes intra vallum compulſos, ægre caſtra defendiſſe, & ad modum fugientium magnis itineribus in agrum pacatum reductos. Poſtero autem hoc anno rem melius ab eodem geſtam ita tradit; In Hiſpania ulteriore, prius aliquanto quam L. Bæbius ſucceſſor veniret, L. Æmilius Paullus, qui poſtea Regem Perſen magna gloria vicit, cum priore anno haud proſpere rem geſſiſſet, tumultuario exercitu collecto, ſignis collatis cum Luſitanis pugnavit, fuſi fugatique ſunt hoſtes; cæſa decem & octo millia armatorum; tria millia CCC. capti; & caſtra expugnata. *Plutarchus* autem Paullum bis acie conflixiſſe cum hoſtibus ait, ac XXX. millia cecidiſſe. Neuter tamen eorum eum triumphaſſe adſcribit: cum tamen ejus triumphi meminerit *Vellejus*, cum inquit, L. Paullum jam tum cum adverſus Perſeum Cos. miſſus eſt, prætorem ac Conſulem triumphaſſe; & lapis antiquiſſimus, in quo L. Paullum ter triumphaſſe; & nummus argenteus pervetuſtus, in quo tria trophæa cum his literis ſunt impreſſa; L. PAULL. TER. Quoniam autem hunc triumphum *Capitolinorum triumphorum auctores* omiſerunt, quippe qui Perſicum ejus triomphum ſecundum, non tertium (ut fuit faciendum) notarunt, ne in faſtis mihi quidem inſcribendum putavi.

DE COS. AN. DLXV. (62)

DEinceps Conſules inſequuti M. Valerius Meſſala, C. Livius Salinator, auctor *Livius*, *Caſſiodorus*, & cum *Siculis tabulis Capitolinæ*. Meſſala præturam geſſit anno DLX. Salinator DLXII. C. Salinatorem Catonis æqualem vocat *Cicero* in Catone. Meſſallæ, Ligures; Salinatori, Gallia obtigit: nihil ab iis memorabile geſtum. Fulvio in Ætolia, Manlio in Aſia prorogatum imperium eſt. Manlius fœdus cum Antiocho ſcripſit, cujus ante meminimus; atque per Macedoniam in Theſſaliam exercitum traduxit. Inde per Epirum Appolloniam cum perveniſſet, nondum adeo hiberno contempto mari, ut trajicere auderet, Apolloniæ hibernavit. *Livius*.

DE COS. AN. DLXVI. (63)

COnſules inde M. Æmilius Lepidus, C. Flaminius. Teſtes ſunt *Livius*, *Caſſiodorus*,

(62) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 565.
Olymp. CXLVIII. Anno I.
Ante Ær. Chr. 188.
C. LIVIUS SALINATOR. } Coſs.
M. VALERIUS MESSALLA. }
Ita ex Livio, Caſſiodoro, faſt. Capitol. & Siculis Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.

(63) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 566.
Olymp. CXLVIII. Anno II.
Ante Ær. Chr. 187.
M. ÆMILIUS LEPIDUS. } Coſs.
C. FLAMINIUS. }
Ita ex Livio, Caſſiodoro, Strabone, Zonara, faſt. Capitol. & Sic. Sigonius, Pigh. Almel. & alii.

rus, *Zonaras*, *Strabo* lib. V. *Siculæ* & *Capitolinæ tabulæ*. Horum meminit *Valerius* lib. VI. cum ait; M. Æmilio Lepido, C. Flaminio Conſulibus, L. Minucium & L. Manlium Carthaginienſium legatis, qnia manus his intulerant, per Fetiales dedendos curaverunt. Idem ſcribit *Livius*. Hic eſt M. Lepidus, qui bis Conſul & Cenſor, & ſexies princeps Senatus fuit; cujus meminit *Cicero* de provinciis: Prætor fuerat anno DLXII. Flaminius collega ejus, anno DLX. Utrique Ligures provincia decreti. Hoc anno P. Scipioni à Petiliis Tribunis pl. de capta ab Antiocho Rege ob pacem dandam pecunia, dies dicta eſt, quo cum in Capitolium diis gratulatum è roſtris ſeceſſiſſet, concionem à Tribunis pl. primum avertit; deinde die longiore producta, in Liternum conceſſit, ne ad cauſſam dicendam adeſſet: citatus, abſens morbum excuſavit; ac rure mortuus eſt, tum rogatio lata de pecunia capta, ablata, coacta ab Antiocho Rege, quæ in publicum relata non eſſet; eaque de re L. Scipio Publii frater poſtulatus, damnatus eſt. Hæc *Livius*; qui tamen de anno inter annales non convenire ait. Conſules quietam provinciam nacti, vias Æmiliam & Flaminiam ſtraverunt. *Livius*, *Strabo*.

De triumphis M. Fulvii Nobilioris pro Cos. de Ætolis; Cn. Manlii Vulſonis pro Cos. de Gallis Aſiaticis.

M. Fulvius Nobilior Conſul, qui adverſus Ætolos (ut dixi) miſſus, prœliis frequentibus victos, & in Ambraciam oppidum coactos, in deditionum accepit, ac ſerpente latius bello Cephalleniam etiam ſubegit; Romam hoc anno reverſus, triumphum poſtulavit; atque eum contra M. Aburii Tribuni pl. interceſſionem impetravit. Triumphavit pro Cos. a. d. X. Kal. Jan. de Ætolis & de Cephallenia, Lepido Flaminioque Conſulibus, auctore *Livio*; vel (ut ait *Eutropius*) Albino & Philippo. Ejuſdem victoriæ mentio fit apud eum qui ſcripſit de viris illuſtribus. De hoc Conſule ſic *Cicero* in prima Tuſculana; Cato objecit ut probrum Marco Nobiliori, quod is in provinciam poëtas duxiſſet: duxerat autem Conſul ille in Ætoliam, ut ſcimus, Ennium. Et *Plinius* libro XXXV. Zeuxis fecit figulina opera; quæ ſola in Ambracia relicta ſunt, cum inde Muſas Fulvius Nobilior transferret. At vero Cn. Manlius Vulſo Conſul, ad ordinandam Scipionis Aſiatici provinciam, & fœdus cum Antiocho ſcribendum miſſus, Piſidas, Gallogræcos, Toliſtobogios, Tectoſagas, & Trocmos, qui Brenno duce in Aſiam tranſierant, cum ſoli citra Taurum montem non parêrent, quod auxilia Antiocho Regi præſtitiſſe dicerentur, ut dixi, adortus, bello ſine S. C. aut juſſu populi ſuſcepto, in poteſtatem adduxit. Itaque Romam reverſus, ac clade à Thracibus, per quos exercitum traduxerat, accepta, extremo hoc anno a. d. III. Nonas Mart. de Gallis, qui Aſiam incolunt, triumphavit, contradicentibus X. legatis, ex quo-

A rum conſilio fœdus cum Antiocho ſcripſerat, quod injuſſu Senatus bellum geſſiſſet. Hæc *Livius*, & *Rufus*. *Florus* autem ita: An fuiſſet cupidus triumphi Manlius, an Gallos Aſiaticos inviſos ſimulaverit, dubium, certe negatus eſt victori triumphus: quia cauſſam belli non approbavit Senatus. De triumpho ejuſdem ſic *Plinius* lib. XXXIIII. Cnejus Manlius Aſia devicta, triumphum duxit anno DLVII. Hic idem Manlius luxuriam Aſiaticam Romam in triumpho duxiſſe, à *Livio* & *Plinio* traditur. Hoc bello leges quædam regulis Gallorum, quibus pacem cum Eumene Rege ſervarent, dictæ: iiſque, ut agrorum ſuorum finibus ſe continerent, de-
B nuntiatum. *Livius*.

DE COS. AN. DLXVII. (64)

SP. Poſtumium Albinum, Q. Marcium Philippum, Conſules invenio in hunc annum apud *Livium*, *Caſſiodorum*, *Eutropium*, & *tabulas Capitolinas*: Albinum & Philippum apud *Siculas*. Horum meminit *Valer.* lib. VI. cap. III., & *Plin.* lib. XXXIII. cap. X. Populus (inquit) Romanus ſtipem ſpargere cœpit Sp. Poſtumio, Q. Marcio Coſs. Tanta abundantia pecuniæ erat, ut eam conſerret L. Scipioni: ex qua is ludos fecit. Poſtumius, anno DLXIV. fuit Prætor, Marcius anno DLXV. Conſulibus
C ambobus quæſtio de clandeſtinis conjurationibus, quæ in ſacris Bacchanalibus fiebant, decreta: deque earum ſociis ſupplicio ſumpto; in Ligures profecti ſunt. *Livius*.

DE COS. AN. DLXVIII. (65)

HIc annus Conſules babuit Ap. Claudium Pulchrum, M. Sempronium Tuditanum: auctor *Livius*, *Caſſiodorus*, & *tabulæ Capitolinæ*. Pulchrum & Tuditanum in *Siculis* invenio. Tuditanus anno DLXIV. Præturam geſſit; Pulcber, anno DLXVI. Uterque in Liguribus rem geſſit.

D

De ovatione L. Manlii Acidini pro præt. ex Hiſpania citeriore.

L. Manlius Acidinus Prætor anno DLXV. Hiſpaniam citeriorem ſortitus, rem bene geſſit. Hic boc anno ex Hiſpania reverſus eſt. Cui poſtulanti ab Senatu in æde Bellonæ triumphum, rerum geſtarum magnitudo impetrabilem faciebat; exemplum obſtabat; quod ita comparatum more majorum erat, ne quis, qui exercitum non deportaſſet, triumpharet: niſi per domitam pacatamque provinciam tradidiſſet ſucceſſori. Medius tamen honos Manlio habitus, ut ovans urbem iniret. *Livius*.
E Hic ex ſequenti *conſulatu Capitolino* deſcriptus eſt.

DE

(64) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 567.
Olymp. CXLVIII. Anno III.
Ante Ær. Chr. 186.
SP. POSTUMIUS ALBINUS. } Coſs.
Q. MARCIUS PHILIPPUS. }
Ita ex Livio, Eutropio, Caſſiodoro, faſt. Capitol. & Siculis Sigonius, Pighius, Almel. & alii.

(65) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 568.
Olymp. CXLVIII. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 185.
AP. CLAUDIUS PULCHER. } Coſs.
M. SEMPRONIUS TUDITANUS. }
Ita ex Livio, Caſſiodoro, faſt. Capitol. & Siculis Sigonius, Pighius, Almeloveniius, & alii.

DE COS. AN. DLXIX. (66)

P. Claudius Pulcher, L. Porcius Licinus, Conſules ſequuti ſunt in hunc annum: teſtes *Livius*, *Caſſiodorus*, *Capitolinæ tabulæ*. Pulcher & Licinus eſt in *tabulis Siculis*. Pulcher Prætor fuit anno DLXV. Licinus, anno DLX. P. Claudius, Ap. Claudii Conſulis frater eſt, auctore *Livio*. Conſulibus Ligures, quia nuſquam alibi bellum erat, decreti. *Livius*.

De Cenſoribus, & Luſtro XLIX.

M. Porcius Cato cum L. Valerio Flacco Cenſor in hunc annum editur à *Livio*, *Plutarcho*, & *Capitolinis tabulis*. Horum meminit etiam *Valerius* libro II. cap. IV. & lib. IV. cap. V. & *Cicero* in Bruto, cum ait; Plautus P. Claudio, L. Porcio Coſs. viginti annis poſt M. Cethegum, & P. Tuditanum Conſules, mortuus eſt, Catone Cenſore. Et in Catone; Scipio major anno ante Catonem Cenſorem mortuus eſt; cum novem ante annis ipſe Conſul Cato fuiſſet. Item; Cato Cenſor. L. Flamininum T. Flaminini fratrem, IX. annis poſtquam Conſul fuit, è Senatu ejecit. Luſtrum conditum quamquam non exprimit *Livius*, factum tamen eſſe XLIX. ex *Capitolina cenſura* intelligi poteſt. Princeps Senatus lectus L. Valerius, qui Cenſor erat; præſertim mortuo Africano, qui tribus ante Luſtris lectus fuerat.

De triumphis C. Calpurnii Piſonis præt. & L. Quinctii Criſpini præt. ex duabus Hiſpaniis.

ANno DLXVII. C. Calpurnius Piſo, & L. Quinctius Criſpinus, Prætores Hiſpaniam ſortiti ſunt; ille ulteriorem, hic citeriorem; cum autem copias in Hiſpania junxiſſent, bellum communi animo geſſerunt, ac Luſitanos Celtiberoſque ſubegerunt. Romam autem reverſi hoc anno, prior Calpurnius, deinde Quinctius de Luſitanis Celtiberiſque triumpharunt: auctor *Livius*. Piſo ex ſequenti *conſulatu Capitolino* deſcriptus eſt.

DE COS. AN. DLXX. (67)

IN hunc annum creati Conſules M. Claudius Marcellus, Q. Fabius Labeo; ex *Livio*, *Caſſiodoro*, *lapidibus Capitolinis* cognomina quoque eorum in *Siculis tabulis* reperiuntur. Horum ſic meminit *Probus* in Annibale; M. Claudio Marcello, Q. Fabio Labeone Conſulibus, mortuum Annibalem ſcribit Atticus. Labeo, Prætor fuit anno DLXIV. Marcellus, anno DLXV. Uterque Ligures ſortitus eſt: Marcellus tamen in Galliam adverſus Gallos Tranſalpinos, qui in Italiam tranſgreſſi, oppidum in agro Aquilejenſi ædificabant, Gallis ex provincia exactis, Iſtricum bellum moliri cœpit, litteris ad Senatum miſſis, ut ſibi liceret in Iſtriam legiones traducere. Id Senatui placuit. In Liguribus nihil memorabile à Q. Fabio geſtum. Marcellus ex Iſtria revocatus, exercitu dimiſſo, Romam Comitiorum cauſſa rediit. *Livius*, *Zonaras*.

DE COS. AN. DLXXI. (68)

CN. Bæbius Tamphilus, L. Æmilius Paullus, in hunc annum creati Conſules fuerunt: auctor *Livius*, *Caſſiodorus*, *Capitolinæ tabulæ*; &, ſi cognominum tantum rationem habeas, etiam *Siculæ*. L. Æmilius, L. Æmilii, qui periit ad Cannas, eſt filius, teſte *Plutarcho*, & *Vellejo*. Idem, Pretor fuit anno DLXII. Bæbius anno DLIV. Conſulibus præter Ligures nulla provincia, quæ decerneretur, erat. M. Marcello in Gallia prorogatum imperium, & Q. Fabio in Liguribus. Ligures ſine prœlio in deditionem accepti. *Livius*.

De A. Terentio Varrone pro pr. ovante ex Hiſpania citeriore.

A. Terentius Varro, Prætor anno DLXIX. Hiſpaniam citeriorem ſortitus, in Sueſſetanis oppidum Corbionem vineis & operibus expugnavit; poſteriore anno, prorogato imperio, ſecunda prœlia cum Celtiberis fecit; & oppida, quæ ibi communierant, aliquot expugnavit: hoc autem anno Romam reverſus, urbem ovans iniit; auctore *Livio*.

DE COS. AN. DLXXII. (69)

P. Cornelius Cethegus, M. Bæbius Tamphilus, Conſules hoc anno ſubſequuntur apud *Livium*, *Caſſiodorum*, & *tabulas Capitolinas*; Cethegus & Tamphilus apud *Siculas*, P. Cornelii, M. Bæbi Conſulum, meminit *Plutarchus* in Numa: P. Cornelii, M. Bæbii Tamphili, *Valerius* lib. I. cap. I. P. Cornelii Lentuli, M. Bæbii Tamphili, lib. II. cap. I. *Plinius* autem lib. XIII. cap. XIII. P. Cornelium L. F. Cethegum, M. Bæbium Q. F. Tamphilum vocat. M. Bæbius, frater fuit Cn. Bæbii Conſulis, auctore *Livio*: idem, prætor anno DLXI. P. Cornelius, anno DLXV. Iidem Ligures provinciam ſortiti ſunt.

De triumpho L. Æmilii Paulli Procoſ. de Liguribus.

COnſulibus ambobus anni prioris, Ligures, quæ una tum Conſularis provincia fuit, decreti fuerunt. Cn. autem Bæbio ad comitia Ro-

(66) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 569.
Olymp. CXLIX. Anno I.
Ante Ær. Chr. 184.
P. CLAUDIUS PULCHER. } Coſs.
L. PORCIUS LICINUS. }
Ita ex Livio, Caſſiodoro, faſt. Capitol. & Siculis Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.
Licinus, non Licinius.

(67) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 570.
Olymp. CXLIX. Anno II.
Ante Ær. Chr. 183.
Q. FABIUS LABEO. } Coſs.
M. CLAUD. MARCELLUS M. F. M. N. }
Ita ex Livio, Caſſiodoro, faſt. Capitol. & Sicul. & Probo Sigonius, Pighius, Almelov. & alii.

(68) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 571.
Olymp. CXLIX. Anno III.
Ante Ær. Chr. 182.
L. ÆMILIUS PAULLUS. } Coſs.
CN. BÆBIUS TAMPHILUS. }
Ita ex Livio, Caſſiodoro, faſt. Capitol. & Siculis Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.

(69) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 572.
Olymp. CXLIX. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 181.
P. CORNELIUS CETHEGUS. } Coſs.
M. BÆBIUS TAMPHILUS. }
Ita ex Livio, Plutarcho, Caſſiodoro, faſt. Capitol. & Sicul. Sigonius, Pighius, Almel. & alii.

Romam reverſo, L. Paullus prorogato in hunc annum imperio, cum Liguribus Ingaunis proſpere dimicavit, atque ex iis triumphum egit. Hæc *Livius*. Apud Frontinum etiam lib. II. ſic ſcriptum eſt; Æmilius Paullus, univerſis Liguribus improviſo adortis caſtra ejus, ſimulato timore militem continuit: deinde fatigato jam hoſte, à quatuor portis eruptione facta, ſtravit cepitque Ligures. *Plutarchus* item victos ab hoc Conſule Ligures prodit. In libro autem de viris illuſtribus, ſcriptum eſt, L. Paullum priore Conſulatu de Liguribus triumphaſſe. *Vellejus* hunc, & Prætorem & Conſulem triumphaſſe tradit, parum prudenter; neque enim ex Hiſpania, quam in prætura obtinuit, triumphavit, niſi mendoſe ſit apud eum; *Qui Prætor & Conſul triumphaverat*; pro, *Qui priore Conſulatu triumphaverat*.

DE COS. AN. DLXXIII. (70)

A. Poſtumium Albinum, C. Calpurnium Piſonem, Conſules ſuggerunt in hunc annum *Livius*, *Caſſiodorus*, & *Capitolinæ tabulæ*; Albinum & Piſonem *Siculæ*. Piſo prætor fuit anno DLXVII. Albinus, anno DLXVIII. Conſulibus ambobus provinciam Ligures eſſe Senatus juſſit. Cum autem peſtilentia tertium jam annum urbem Romanam atque Italiam vaſtaret, Ti. Minucius prætor, atque haud ita multo poſt Conſul C. Calpurnius moritur, ſuſpecta Conſulis erat mors maxime, necatus à Quarta Hoſtilia uxore dicebatur, ut quidem Q. Fulvius Flaccus in locum * Vitrici Conſulis eſt declaratus, aliquanto magis infamis mors Piſonis cœpit eſſe. Hic Flaccus prætor fuerat anno DLXVI. auctor *Livius*, & *Capitolinæ tabulæ*.

De triumphis P. Cornelii Cethegi pro Cos. M. Bæbii Tamphili pro Cos. de Liguribus; Q. Fulvii Flacci pr. de Hiſpanis.

INterim P. Cornelius, & M. Bæbius, qui in Conſulatu nihil memorabile geſſerunt; in Apuanos Ligures exercitum induxerunt. Ligures qui ante adventum in provinciam Conſulum, non expectaſſent bellum, improviſo oppreſſi ſunt, ad duodecim millia hominum dediderunt ſe. Eos Conſules, conſulto prius Senatu, ex montibus in agros campeſtres procul ab domo deduxerunt: cumque veterem exercitum Romam reduxiſſent, ut triumpharent, impetrarunt, atque omnium primi nullo bello geſto triumpharunt, tantum hoſtes ducti ante currum. *Livius*. Hunc Bæbium credo intelligi à *Floro*, cum inquit; Ligures Bæbius in plana deduxit. Q. autem Fulvius Flaccus, prætor anno DLXXI. Hiſpaniam citeriorem, in qua Celtiberi bellum renovabant, ſortitus, hoc anno Romam rediit cum magna fama rerum geſtarum, qui cum extra urbem triumphi cauſſa eſſet, Conſul eſt creatus cum L. Manlio Acidino, & poſt paucos dies urbem triumphans ingreſſus eſt. *Livius*. De eodem *Oroſius*; Q. Fulvius Flaccus prætor, in citeriore Hiſpania maximo prœlio viginti quatuor millia hominum fudit, quatuor millia cepit. Item *Appianus* in Iberica.

DE COS. AN. DLXXIIII. (71)

L. Manlium Acidinum, Q. Fulvium Flaccum, Conſules edunt in hunc annum *Livius*, *Caſſiodorus*, *tabulæ Capitolinæ*; Acidinum cum Flacco *Siculæ*. Acidini Conſulis meminit *Cicero* ſecundo de Orat. cum ait; Maluginenſem illum M. Scipionem ajunt, cum ex centuria ſua renuntiaret Acidinum Conſulem, præcoque dixiſſet, Dic de L. Manlio; Virum bonum & civem egregium eſſe arbitror. Hos fratres germanos eſſe notatum eſt in *tabulis Capitolinis*. Qua de re ſic *Vellejus* lib. II. Non minus clarum (exemplum) & adhuc unicum Fulvii Flacci, ejus qui Capuam ceperat, filiorum, ſed alterius in adoptionem dati, in Collegio Conſulum fuit, adoptivus in Acidini Manlii familiam datus. Hæc ille. Hinc factum eſt ut L. Manlius Acidinus *Fulvianus* ex adoptivorum ratione in *Capitolinis tabulis* nominetur. Acidinus, prætor fuit anno DLXV. Fulvius, DLXXI. Conſulibus provincia eadem quæ ſuperioribus decreta.

De Cenſoribus, & Luſtro L.

COmitiis cenſoriis creati M. Æmilius Lepidus Pont. Max. & M. Fulvius Nobilior, qui ex Ætolia triumphaverat; auctore *Livio*. Eorundem Cenſorum meminit *Valerius* lib. IV. cap. II. *Cicero* de provinciis; *Gellius* lib. XII. cap. VIII. & *Feſtus*. *Gellius* tamen Fulvium *Flaccum* nominat, non *Nobiliorem*. Luſtrum conditum eſſe ab his Cenſoribus quinquageſimum, tradunt *Capitolini ſcriptores*, excidit autem apud *Livium*, at de eo ita ſcriptum eſt in *Epitoma* lib. XLI. Luſtrum à Cenſoribus conditum, cenſa ſunt civium capita CCLXXIII. millia, CCXLIIII. M. Lepidus Cenſor, princeps Senatus lectus.

De triumpho II. Q. Fulvii Flacci Cos. de Liguribus.

Q. Fulvius Cos. profectus in Ligures per invios montes, valliſque ſaltus cum exercitu tranſgreſſus, ſignis collatis cum hoſte pugnavit: neque tantum acie vicit, ſed caſtra quoque eodem die cepit, tria millia ducenti hoſtium, omniſque ea regio Ligurum, in deditionem venit: Conſul deditos in campe-

(70) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 573.
Olymp. CL. Anno I.
Ante Ær. Chr. 180.

A. POSTUMIUS ALBINUS LUSCUS.) C. CALPURNIUS PISO, cui in Magiſtratu mortuo ſuffectus eſt) Coſs.
Q. FULVIUS FLACCUS.)

Ita ex Livio, Caſſiodoro, faſt. Capitol. & Sicul. Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.

(71) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 574.
Olymp. CL. Anno II.
Ante Ær. Chr. 179.

L. MANLIUS ACIDINUS FULVIANUS.) Coſs.
Q. FULVIUS FLACCUS.)

Ita ex Livio, Caſſiodoro, Julio Obſ. faſt. Capitol. & Sicul. Sigonius, Pighius, Almelov. & alii.

Acidinus hic erat germanus frater Q. Fulvii Flacci, ſed adoptatus fuerat in familiam Manliam, atque ideo Fulvianus cognominabatur ex gente Fulvia, unde ortus erat. Rariſſimum exemplum in faſtis duos ſimul Conſules fuiſſe germanos fratres.

Q. hic Fulvius Flaccus non eſt idem, qui Conſul fuit anno anteced. Ille enim erat Cn. filius: hic filius alterius Q. ut conſtat ex Pighio.

peſtres agros deduxit, præſidiaque montibus A
impoſuit, ab altero Conſule L. Manlio nihil
memoria dignum in Liguribus geſtum. Q. Ful-
vius ex Liguribus triumphavit, quem trium-
phum magis gratiæ; quam rerum geſtarum
magnitudini datum conſtabat, armorum hoſti-
lium magnam vim tranſtulit, nihil in eo trium-
pho magis inſigne fuit, quam quod forte evê-
nit ut eodem die triumpharet, quo priore
anno ex prætura triumphaverat, *Livius*.

DE COS. AN. DLXXV. (72)

DEinceps M. Junius Brutus, A. Manlius
Vulſo, Conſules creati ſunt, auctore B
Livio, *Caſſiodoro*, & *Capitolinis tabulis*; Bru-
tus & Vulſo *Siculis*. Brutus, anno DLXII.
prætor fuit; Vulſo, DLXXI. M. Junio Li-
gures, A. Manlio Gallia obtigit, qui tamen
ſine S. C. bellum cum Iſtris parum proſpere
geſſit.

De triumphis Ti. Sempronii Gracchi pro pr. L. Poſtumii Albini pro pr. ex Hiſpanis.

L. Poſtumius Albinus, Ti. Sempronius Grac-
chus, prætores Hiſpanias anno DLXXIII.
obtinuerunt; ille ulteriorem, hic citeriorem.
Rerum ab his geſtarum mentio intercidit apud
Livium. De iis autem in *Epitoma* XLI. eſt C
ita; Ti. Sempronius Gracchus pro Cos. Celti-
beros victos in deditionem accepit; monumen-
tumque operum ſuorum Gracchurim oppidum
in Hiſpania conſtituit. A. Poſtumio Albino
pro Conſule Vaccæi ac Luſitani ſubacti ſunt,
uterque triumphavit. Rerum item in Celtibe-
ria geſtarum à Graccho, & triumphi ejus,
meminit *Appianus* in Iberica, & *Oroſius*. De
quibus triumphis hæc *Livius*; Triumphi dein-
de duo ex Hiſpania continui acti, prior Sem-
pronius Gracchus de Celtiberis, ſociiſque eo-
rum; poſtero die L. Poſtumius de Luſitanis,
aliiſque ejuſdem regionis Hiſpanis triumpha-
vit. *Polybius*, quod apud Strabonem extat,
CCC. Celtiberum oppida à Ti. Graccho de- D
leta tradidit. Ti. hic Sempronius, pater duo-
rum Gracchorum fuit; quem *Plutarchus* bis
triumphaſſe ſcribit. Hi ambo ex ſequenti *Con-
ſulatu Capitolino* deſcripti ſunt.

DE COS. AN. DLXXVI. (73)

C. Claudium Pulchrum, Ti. Sempronium
Gracchum, Conſules ſuggerunt *Livius*,
Caſſiodorus, & *tabulæ Capitolinæ*; Pulchrum &
Gracchum *Siculæ*. Gracchus, prætor fuit an-
no DLXXIII., itemque Pulcher Ti. Minucio
mortuo ſuffectus. Sardinia, propter belli ma-
gnitudinem, Conſularis facta, Gracchus eam
ſortitur; Iſtriam Claudius, auctor *Livius*.

De triumpho C Claudii Pulchri Cos. de Iſtris & Liguribus.

HOc anno provinciæ, quæ in bello erant,
Sardinia atque Iſtria decretæ. Claudio
Iſtria, Sempronio Sardinia obvênit. Claudius
Iſtris ſubactis, ex S. C. in Ligures legiones
duxit; atque duarum gentium uno anno vi-
ctor, duabus, quod raro alius, in Conſulatu
pacatis provinciis, Romam revertit, cui, cum
in Senatu de rebus in Iſtria, Liguribuſque
proſpere geſtis diſſeruiſſet, poſtulanti trium-
phus decretus eſt, triumphavit in Magiſtratu
de duabus ſimul gentibus. Victoriæ Iſtricæ
meminit etiam *Florus* de bello Iſtrico.

DE COS. AN. DLXXVII. (74)

CN. Cornelium Scipionem Hiſpalum, Q.
Petilium Spurrinum, Conſules invenio
in hunc annum apud *Livium*, *Caſſiodorum*, &
tabulas Capitolinas; Scipionem & Petillium
apud *Siculas*. Scipio prætor fuit an. DLXXIV.
Spurrinus DLXXII. Piſæ Cn. Cornelio, Ligu-
res Petillio obvenerunt. Is autem cum ex
monte Albano rediens concidiſſet, & parte
membrorum captus, ad aquas Cumanas profe-
ctus, ingraveſcente morbo Cumis deceſſiſſet,
Q. Petillius Conſul collegam, qui extemplo
Magiſtratum occiperet, creavit C. Valerium
Lævinum. *Livius*. Itaque *Obſequens* etiam ita;
Cornelius ex monte Albano rediens, membris
captus, ad aquas Cumanas mortuus. C. Va-
lerius, pr. fuit anno DLXXVI. Porro autem
iidem auctores ſunt Q. etiam Petillium Con-
ſulem cum Liguribus dimicantem in acie ce-
cidiſſe, quod tradunt etiam *Valerius* lib. I.
cap. VI. & lib. II. cap. II. *Frontinus* libro IV.
cap. II. Item in *Capitolinis tabulis*.

DE COS. AN. DLXXVIII. (75)

COnſules ſuggerunt *Oroſius* Lepidum & Mu-
cium; *Caſſiodorus* & *Obſequens* M. Lepi-
dum, P. Mucium; *Siculæ tabulæ* Lepidum &
Scævolam; *Capitolinæ* P. Mucium Scævulam,
M. Æmilium Lepidum II. Conſularia hujus
anni comitia apud *Livium* interciderunt; me-
minit tamen P. Mucii Conſulis; qui alter eſt
ex iis fratribus, qui anno DLXXIIII. Prætores
ab eo fuiſſe traduntur, Q. & P. Mucii Q. F.
Scævulæ. M. Æmilium Lepidum hunc bis
Con-

---

(72) *Hoc eſt:* Anno ab U. C. 575.
Olymp. CL. Anno III.
Ante Ær. Chr. 178.
M. JUNIUS BRUTUS. } Coſs.
A. MANLIUS VULSO. }
Ita ex Livio, Caſſiodoro, faſt. Capitol. & Sicul.
Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.
Male Caſſiodorus, & Jul. Obſ. dant Manlio præ-
nomen Cn. ut bene Pighius docet.

(73) *Hoc eſt:* Anno ab U. C. 576.
Olymp. CL. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 177.
C. CLAUDIUS PULCHER. } Coſs.
TIB. SEMPRONIUS GRACCHUS. }
Ita ex Livio, Caſſiodoro, faſt. Capitol. & Siculis
Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.

(74) *Hoc eſt:* Anno ab U. C. 577.
Olymp. CLI. Anno I.
Ante Ær. Chr. 176.
E
CN. CORNELIUS SCIPIO HISPAL-
LUS, cui in Magiſtratu mortuo
ſuffectus eſt } Coſs.
C. *VALERIUS LÆVINUS.*
Q. PETILIUS SPURRINUS.
Ita ex Livio, Caſſiodoro, faſtis Capitol. & Siculis
Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.
Sigonius ſcribit Hiſpalum ſimplici l. Pigh. Almel.
& Panvin. duplici ex faſt. Capitol.

(75) *Hoc eſt:* Anno ab U. C. 578.
Olymp. CLI. Anno II.
Ante Ær. Chr. 175.
P. MUCIUS SCÆVULA. } Coſs.
M. ÆMILIUS LEPIDUS II. }
Ita ex faſt. Capitol. & Siculis, Oroſio, Caſſiodoro,
Jul. Obſ. Sigonius, Pighius, Almelov. & alii.
Male Almelovenius citat Livium, qui ne verbum
quidem facit de hiſce Conſulibus.

Conſulem fuiſſe, ſcribit etiam *Cicero* de provinciis, & *Valerius* libro VI. cap. VI.

De triumpho Ti. Sempronii Gracchi pro Cos. de Sardis.

DE triumpho Ti. Sempronii Gracchi pro Cos. quem de Sardis egit, ſic *Livius*; Ti. Sempronio Graccho Conſuli Sardinia obvênit: iſque proſpere rem geſſit: exercitum in agrum Sardorum Ilienſium duxit. Balarorum magna auxilia Ilienſibus venerant, cum utraque gente ſignis collatis conflixit, fuſi fugatique hoſtes, caſtriſque exuti: XII. millia armatorum cæſa. Sequenti anno Ti. Sempronius in B Sardinia multis ſecundis prœliis Sardos perdomuit: XV. millia hoſtium ſunt cæſa: omnes Sardorum populi qui defecerant, in ditionem redacti. Pacata provincia, legati Romam, qui ea nuntiarent, miſſi, quique ab Senatu peterent, ut Sempronio de provincia decedenti exercitum ſecum deportare liceret. Senatus Ti. Sempronium Proconſulem, exercitumque eo anno in provincia manere juſſit. Hæc *Livius* lib. XLI. Ex quo intelligi poteſt, tertio anno Gracchum Mucio & Æmilio Coſs. triumphaſſe, qui triumphus apud *Livium* cum tota fere hujus anni hiſtoria amiſſus eſt, at anno ſequenti tabulam in æde Matris Matutæ poſitam ait, in qua ſcriptum erat, Ti. Sempronium C Gracchum ſubacta Sardinia iterum triumphaſſe. In libro etiam de viris illuſtribus invenio, Gracchum Conſulem Hiſpaniam; altero Conſulatu Sardiniam ſubegiſſe; atque inde tantum captivorum abduxiſſe, ut longa venditione res in proverbium venerit, *Sardi venales*, in quo ejus ſcriptoris (ut ſæpe alias) fœda rerum Romanarum inſcitia coarguitur; cum Hiſpaniam Gracchus in prætura, Sardiniam in primo Conſulatu, &, ut poſt dicam, in ſecundo obtinuerit. *Plutarchus* etiam hunc bis triumphaſſe ſcribit.

De triumpho C. Valerii Lævini pro Cos. & P. Mucii Scævulæ Cos. de Liguribus. D

C. Autem Valerius Lævinus Conſul, jam diu cupidus provinciæ, Ligures & ipſe ſortitus eſt; quibus bellum faciebat Q. Petillius collega ejus. Diviſis autem copiis, cum ipſi bellum gerere communi animo in diverſas profecti regiones cœpiſſent, Petillius in acie occiſus eſt; C. Valerius audita morte collegæ, accurriſſe creditur, atque rem præclare geſſiſſe. Hæc qoidem *Livius*, quamquam quæ pars victoriam ejus indicabat, magna hiſtoriæ jactura amiſſa deſideratur. Puto autem ego eum rem bene geſſiſſe, ac triumphaſſe, nam proxime ante triumphum P. Mucii Cos. de Liguribus E in *Capitolinis tabulis*, eſt fragmentum alterius de Liguribus triumphi: qui nemini alii tribui poteſt niſi C. Valerio, qui ante eum in Ligures pugnavit. P. etiam Mucium Scævulam Conſulem cum Liguribus proſpere dimicaſſe, apparet ex his *Livii* verbis: Inter Audenam Amnem P. Mucius cum iis qui Lunam Piſaſque depopulati erant, bellum geſſit; omnibuſque in ditionem redactis arma ademit, ob eas A res in Gallia Liguribuſque geſtas duorum Conſulum ductu auſpicioque, Senatus in triduum ſupplicationes decrevit. Triumphaſſe eundem de Liguribus, docent *Capitolina fragmenta*, in quibus ante ovationem Ap. Claudii, quæ ſequitur, ita eſt; Q. F. P. N. de LigURIBUS, quibus notis P. Mucius Q. F. P. N. Scævula Cos. ſignificatur, ſic enim in *conſulatu Capitolino* deſcribitur. Triumphus autem apud *Livium* excidit. Alterum Conſulem Lepidum, qui in Gallia res geſſiſſe videtur, triumphum non impetraſſe exiſtimo.

DE COS. AN. DLXXIX. (76)

B CONſules ſubjicit *Caſſiodorus*, Sp. Poſtumium; Q. Mucium: *Capitolinæ tabulæ* Sp. Poſtumium Albinum Paullulum, Q. Mucium Scævulam: PAULLUM & SCÆVOLAM liber *Cuſpinianus*. Horum meminit *Plinius* lib. II. cum ait; Trinos ſoles antiqui ſæpius videre, ſicut Sp. Poſtumio Q. Mucio Coſs. Comitia hujus Anni Conſularia apud *Livium* exciderunt. Albinus, prætor fuit anno DLXX. Scævula, DLXXIIII. Quæ Conſulibus provinciæ decretæ ſint, intercidit apud *Livium*. Hos Conſules tranſcendunt *faſti Siculi*.

De Cenſoribus, & Luſtro LI.

C CEnſores in hunc annum edit *Livius* una cum *Capitolinis tabulis* Q. Fulvium Flaccum, A. Poſtumium Albinum, *Livius* item lib. XLV. meminit A. Poſtumii Luſci Cenſorii. De his Cenſoribus multi ſcripſere. *Velleſus* libro I. Aſpera cenſura Fulvii Flacci & Poſtumii Albini fuit; quippe Fulvii Cenſoris frater, & quidem conſors, Cn. Fulvius, Senatu motus eſt ab iis Cenſoribus. Idem tradit *Livius*, *Valerius* lib. II. cap. II. *Cicero* in Verrem, *Frontin.* lib. IIII. De Fulvio etiam Cenſore ſic idem *Valerius* lib. I. *Lactantius* lib. II. & *Livius* lib. XLII. Cenſor Fulvius ex Junonis Laciniæ templo marmoreas tegulas cum abſtuliſſet, quibus ædem Fortunæ equeſtris, quam Romæ fecerat, D tegeret, & mente captus eſt, & amiſſis duobus filiis in Illyrico militantibus, ſummo animi mœrore conſumptus eſt. Et *Plin.* lib. VII. amborum meminit, ſic; Qua in re & illud annotare ſuccurrit, unum omnino quinquennium fuiſſe, quo Senator nullus moreretur, cum Flaccus & Albinus Cenſores luſtrum condidere anno urbis quingenteſimo ſeptuageſimo nono. De Luſtro anno ſequenti condito, ſic *Livius*; Eo anno Luſtrum conditum, Cenſores erant Q. Fulvius Flaccus, A. Poſtumius Albinus. Poſtumius condidit, cenſa ſunt civium Rom. capita CCLXIX. millia & XV. M. Æmilius Lepidus Pont. max. princeps Senatus lectus, is qui etiam priore Luſtro lectus fuerat. Hoc E Luſtrum LI. vocant *Capitolini faſti*.

De ovatione Ap. Claudii Centhonis pro pr. ex Celtiberia.

AP. Claudius Centho, prætor (ut puto) anno DLXXVIII. Hiſpaniam citeriorem ſortitus eſt. *Livii* enim Hiſtoria illa deſideratur. De rebus autem & triumpho ejus hæc apud

(76) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 579.
Olymp. CLI. Anno III.
Ante Ær. Chr. 174.

SP. POSTUMIUS ALBINUS PAULLULUS. } Coſs.
Q. MUCIUS SCÆVULA. }
Ita ex faſt. Capitol. & Siculis, Caſſiodoro & Plinio Sigonius, Pighius, Almeloveenius, & alii.

apud eum ſcripta exſtant; Celtiberi in Hiſpania, qui bello domiti ſe Ti. Graccho dediderant, pacati manſerant M. Titinio Prætore provinciam obtinente; rebellarant ſub adventum Ap. Claudii. Item; Exitu prope anni, diem unum ſupplicatio fuit ob res proſpere geſtas in Hiſpania ductu auſpicioque Ap. Claudii pro Cos. Item; Cum Ap. Claudius ex Hiſpania Romam rediſſet, decrevit Senatus, ut ovans urbem iniret. Item; Comitiis perfectis, Ap. Claudius Centho ex Celtiberis ovans urbem iniit. Hujus triumphi veſtigia apparent etiam in *fragmento* quodam *Capitolino*; quæ qualia ſint, ex triumphis ipſis intelligi poteſt.

DE COS. AN. DLXXX. (77)

IN hunc annum creati Conſules L. Poſtumius Albinus, M. Popillius Lænas, auctor *Livius*, *Caſſiodorus*, *tabulæ Capitolinæ*. Albinus & Lænas in *Siculis* ſuggeruntur. His Coſs. Floralia inſtituta eſſe, docet *Ovidius* Faſtorum V. his verſibus;

Annuimus votis; Conſul cum Conſule ludos
Poſtumio Lænas perſoluere mihi.

Poſtumius an. DLXXIII. Popillius DLXXVII. præturam geſſerunt. Uterque autem in Conſulatu Ligures ſortitus eſt. Popillius Statellatibus deditis arma ademit; ipſos bonaque eorum vendidit: Poſtumius ne provinciam quidem ſuam vidit. *Livius*.

DE COS. AN. DXXCI. (78)

C. Popillium Lænatem, P. Ælium Ligurem Conſules bic annus habuit, *Livio*, *Caſſiodoro*, & *Capitolinis tabulis* teſtibus; Lænatem & Ælium *Siculis*. Horum præturæ anno DLXXV. apud *Livium*, ut puto, deſiderantur. Hucuſque plebeji Conſules in eundem annum nulli ſunt comparati; hoc enim anno primum ex plebe ambo Conſules facti ſunt; quemadmodum notatum eſt in *Capitolinis tabulis*. Itaque poſthac patricii Conſules ambo nunquam erunt; plebeji ambo ſæpe; plebejus & patricius ſæpiſſime. Lex quia jubebatur uti liceret ambos Conſules plebejos creare, lata eſt (auctore *Livio*) anno CDXI. neque unquam niſi hoc primum anno ſervata eſt. Ligures ambobus Conſulibus decreti.

De triumpho C. Cicereji pro pr. ex Corſica.

C. Cicerejo Prætori prioris anni, ad ædem Bellonæ Senatus datus eſt. Is expoſitis quas in Corſica res geſſiſſet, poſtulatoque fruſtra triumpho, in monte Albano, quod jam in morem venerat, ut ſine publica auctoritate fieret, triumphavit. *Livius*. Idem triumphus ovationi Claudianæ in *tabulis Capitolinis* ſubjicitur.

De bello Perſico.

BEllum quod Perſes Philippi Macedonis filius cum Romanis geſſit, jam meditatum ac comparatum à patre accepit potius, quam ut ipſe primus excitaverit. Philippus enim ægre ferens ſe juſſu Romanorum fœdus ac pacem habere, Baſtarnas ſedibus ſuis exciverat; quorum auxiliis fretus, in Italiam tranſiret, verum antequam rem aggrederetur, morte oppreſſus eſt. Perſes Regnum ſuſcepit, ex concubina natus, qui hereditario quaſi ſibi à patre relicto adverſus Romanos bello, ingenti comparata per aliquot annos pecunia, civitates Græciæ Populi Rom. ſocias ſollicitavit; Abrupolim Regno expulit, Artetarum interſecit; auxilium Byzantiis adverſus fœdus tulit; Dolopiæ bellum fecit; Theſſaliam & Doridem cum exercitu pervaſit; legatos Romanos, ad res repetendas, & renuntiandam Regi amicitiam miſſos, inhumanius, cum eos triduo Regni ſui finibus excedere juſſiſſet, tractavit. His de cauſſis bellum ei à Senatu Populoque Romano indictum eſt; quod *Perſicum*, ac *ſecundum Macedonicum* dictum eſt; quod adverſus fœdus cum Philippo patre ictum, & ſecum poſt mortem ejus renovatum, ſociis Populi Rom. arma intuliſſet, quodque belli parandi adverſus Populum Rom. conſilia iniſſet; arma, milites, claſſem ejus rei cauſſa comparaſſet. *Livius*, *Florus*, *Plutarchus*.

DE COS. AN. DXXCII. (79)

COnſules in bunc annum ſubſequuti P. Licinius Craſſus; C. Caſſius Longinus; ut eſt apud *Livium*, *Caſſiodorum*, *Oroſium*, & in *tabulis Capitolinis*. Nam in *Siculis* tantum eſt Craſſus & Longus. Eorundem meminit *Plinius* lib. VII. cum ait; In annalibus invenimus, P. Licinio Craſſo, C. Caſſio Longino Conſulibus, Caſini puerum factum ex virgine ſub parentibus. Quæ verba *Plinii* tranſtulit *Gellius* in lib. IX. cap. IIII. Horum præturæ apud *Livium* interciderunt anno DLXXVII. & DLXXVIII. P. Licinius, cui Macedonia & bellum cum Rege Perſe evenerat, in Macedoniam cum trajeciſſet, equeſtri prœlio à rege victus eſt; ac petenti tamen pacem Regi, niſi ſe Senatus & Populi Rom. arbitrio permitteret, negavit. Lucretius Prætor, Aliartum vi, Thebas ſine certamine in Bœotia recepit. Iterum Licinius cum Perſeo congreſſus, feliciore eventu equeſtri pugna conflixit. C. Caſſius, cui Gallia obtigerat, nihil memorabile geſſit; & cum per Illyricum in Macedoniam alienam provinciam exercitum duxiſſet, à Senatu revocatus eſt. *Livius*, & *Eutropius*.

DE

(77) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 580.
Olymp. CLI. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 173.
L. POSTUMIUS ALBINUS. } Coſs.
M. POPILLIUS LÆNAS. }
Ita ex Livio, Caſſiodoro, faſt. Capitol. & Siculis Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.

(78) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 581.
Olymp. CLII. Anno I.
Ante Ær. Chr. 172.
C. POPILLIUS LÆNAS. } Coſs.
P. ÆLIUS LIGUS. }
Ita ex Livio, Caſſiodoro, faſtis Capitol. & Siculis Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.

(79) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 582.
Olymp. CLII. Anno II.
Ante Aer. Chr. 171.
P. LICINIUS CRASSUS. } Coſs.
C. CASSIUS LONGINUS. }
Ita ex Livio, Caſſiodoro, Oroſio, faſt. Capitol. & Siculis Sigonius, Pighius, Almelov. & alii.

DE COS. AN. DXXCIII. (80)

COnſules ſubjicit *Caſſiodorus* C. Hoſtilium Mancinum, C. Atilium: *Siculæ tabulæ* Mancinum & Serranum; *Capitolinæ* A. Hoſtilium Mancinum, A. Atilium Serranum. Horum comitia Conſularia & res geſtæ exciderunt in *Livianis annalibus*. Mancinus, Prætor fuit aono DLXXIII. Serranus, DLXXX. Hoſtilio Macedonia, Atilio Italia obvenit. Hoſtilius ut nullam rem bellicam memorabilem geſſit, ita ad cunctam militarem diſciplinam ab effuſa licentia formavit militem; & ſocios cum fide coluit, & ab omni injuriæ genere defendit. *Livius*.

DE COS. AN. DXXCIIII. (81)

Q. Marcium Philippum iterum, Cn. Servilium Cæpionem, Conſules in hunc annum comparant *Livius*, *Caſſiodorus*, & *tabulæ Capitolinæ*; Philippum & Cæpionem *Siculæ*. *Cicero* in Bruto; Q. Marcio, Cn. Servilio Conſulibus, obiit Ennius. Et in Catone; Cæpione & Philippo Conſulibus, mortuus eſt Ennius. Cæpio Prætor anno DLXXIX. Conſulum Q. Servilius Italiam, Q. Marcius Macedoniam ſortitus eſt. Marcius cum in Macedoniam per ſaltus invios penetraſſet, improviſo ac inopinato adventu ſuo ita Regem perterrefecit, ut abjecto auro, ne in victoris manus veniret, fugam ceperit, quo belli impetu Marcius complures urbes occupavit. *Livius*.

De Cenſoribus, & Luſtro LII.

C. Claudium Pulchrum, Ti. Sempronium Gracchum, Cenſores edunt in hunc annum *Livius*, & *Capitolinæ tabulæ*. *Valerius* lib. VI cap. V. Ti. Gracchum, & C. Claudium Cenſores, ſcribit ob nimis ſevere geſtam Cenſuram majorem partem civitatis exaſperaſſe. *Plinius* item lib. XLV. C. Claudii Cenſorii meminit; Gracchi Cenſoris *Plutarchus*. *Cicero* etiam libro primo de Orat. Ti. Gracchus Cenſor, inquit, libertinos in urbanas tribus tranſtulit. Hos in unam Eſquilinam conjectos ſcribit *Livius*, qui idem hoc anno cenſum actum à Cenſoribus tradit. Luſtri mentio intercidit, de eo tamen ſic eſt in *Epitoma*: Luſtrum conditum à Cenſoribus: cenſa ſunt civium capita CCXII. millia DCCCV. M. Æmilius Lepidus, princeps Senatus ab tertiis jam Cenſoribus lectus. Hoc Luſtrum LII. vocant *Capitolini auctores*. De his loquitur lib. VI. de Rep. *Cicero*, cum ait; quod quidem eo fuit majus, quia cum in cauſſa pari collegæ eſſent, non modo invidia pari non erant, ſed etiam Claudii invidiam Gracchi caritas deprecabatur. *Gellius* lib. VI.

A

DE COS. AN. DXXCV. (82)

COnſules ſubſequuti L. Æmilius Paullus iterum, ſeptimo decimo anno poſtquam primum Conſul fuerat; C. Licinius Craſſus, auctor *Livius*, *Caſſiodorus*, *tabulæ Capitolinæ*. Paullus item & Craſſus in *Siculis* eſt. De ſecundo Conſulatu L. Paulli *Plutarchus*, *Velleius*, *Oroſius*, *Eutropius*, *Florus*, *Juſtinus* lib. XXXIII. is qui ſcripſit de viris illuſtribus. *Plutarchus* adjicit, Paullum LX. annos natum, Conſulem iterum eſſe factum. Eidem Macedonia, Craſſo Italia evênit. Paullus Cos. & Cn. Octavius Prætor, cui claſſis mandata erat, in Macedo-

B niam profecti ſunt. Perſeus, poſtquam intraſſe ſaltum Romanos, & adeſſe diſcrimen ultimum belli animadvertit, Gentium, Illyriorum Regem ad belli ſocietatem magnæ pactione pecuniæ per legatos attraxit: Gallorum, qui ſe mercede pro eo militaturos offerebant, opportuna auxilia, avaritia dimiſit: Gentium promiſſæ pecuniæ parte fraudatum, à ſe alienavit, adverſus quem L. Anicius Gallus Prætor à Romanis miſſus, ut Ap. Claudio circa Lychnidum ſuccederet; Illyricum intra triginta dies ſubegit, ac Gentium ipſum Regem cepit. Paullus III. Non. Sept. collatis apud Pydnam ſignis, Perſeum, XX. millibus peditum occiſis, equitatu cum ipſo Rege integro fugiente, vicit, caſtris

C exuit; atque Macedoniæ urbes in deditionem accepit. Rex ab amicis deſertus, poſtea apud templum Samothracum à Cn. Octavio claſſis præfecto captus eſt, quarum tamen rerum apud *Livium* debilitata ob vetuſtatem memoria eſt. C. Popillius legatus, virga Antiochum Regem circumſcripſit; ac ſubito reſponſum, quod differebat, dare coëgit. *Livius*.

DE COS. AN. DXXCVI. (83)

IDem Conſules ſubdit Q. Ælium, M. Junium: *faſti Siculi* Pætum & Pennum: *Obſequens* & *Caſſiodorus*, Q. Ælium Pætum, M. Junium Pennum. *Cicero* item in Bruto M. Junii Penni,

D qui cum Q. Ælio Conſul fuit, meminit. Pennus Prætor fuerat anno DLXXXI. alterius prætura apud *Livium* deſideratur. Junio Piſæ obvenerunt, Ælio Gallia: Macedoniam & Illyricum L. Paullus & L. Anicius obtinere juſſi, donec ex ſententia X. legatorum eas provincias compoſuiſſent. Conſules agrum Ligurum populati, nullam rem memorabilem geſſerunt. Rhodiis legatis, cum ad purganda crimina, quod Perſeum juviſſent, Romam veniſſent, ita reſponſum eſt, ut nec hoſtes fierent, nec ſocii permanerent. L. Anicius, Gabinio & Licinio Illyrico præpoſitis, cum reliquo exercitu in Epirum profectus, Phanoten ac totam Moloſſidem recepit; inde regreſſus in Il-

E lyricum, ex legatorum quinque ſententia liberos

---

(80) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 583.
Olymp. CLII. Anno III.
Ante Aer. Chr. 170.
A. HOSTILIUS MANCINUS. } Coſs.
A. ATILIUS SERRANUS. }
Ita ex faſt. Capitol. & Siculis, & Caſſiod. Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.
Male Caſſiodorus addit Atilio prænomen C. & falsò Almelovenius Livium citat.

(81) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 584.
Olymp. CLII. Anno IV.
Ante Aer. Chr. 169.
Q. MARCIUS PHILIPPUS II. } Coſs.
CN. SERVILIUS CAEPIO. }
Ita ex Livio, Caſſiodoro, faſt. Capitol. & Siculis Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.

(82) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 585.
Olymp. CLIII. Anno I.
Ante Ær. Chr. 168.
L. AEMILIUS PAULLUS II. } Coſs.
C. LICINIUS CRASSUS. }
Ita ex Livio, Caſſiodoro, faſt. Capitol. & Siculis Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.

(83) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 586.
Olymp. CLIII. Anno II.
Ante Ær. Chr. 167.
Q. AELIUS PAETUS. } Coſs.
M. JUNIUS PENNUS. }
Ita ex Livio, Caſſiodoro, Jul. Obſ. Cicerone, faſt. Sicul. &c. Sigonius, Pighius, Almel. & alii.

ros eſſe Illyrios juſſit. Paullus, dum Romam A legati decem venirent, totam Græciam circumivit, inde reverſus, ex eorum ſententia & ipſe Macedones liberos eſſe, habentes urbes eaſdem agroſque, utentes legibus ſuis, annuos creantes magiſtratus, tributum dimidium ejus quod pependiſſent Regibus, pendere Populo Rom. juſſit; leges Macedoniæ dedit cum tanta cura ut non hoſtibus victis, ſed ſociis benemeritis dare videretur. Inde in Epirum cum trajeciſſet, oppidorum quæ Perſeum juverant, circa LXX. muros diruit; prædam vendidit, atque de ea ſumma militi numeravit. *Livius*, *Plutarchus*, *Eutropius*, alii.

De triumphis L. Æmilii Paulli pro Cos., Cn. Octavii pro Pr. de Rege Perſe ex Macedonia, & L. Anicii Galli pro Pr. de Gentio Rege ex Illyrio. B

PAullus poſt paucos dies quam Epiri urbes diruerat, regia nave ingentis magnitudinis, quam XVI. verſus remorum agebant, ornata Macedonicis ſpoliis adverſo Tiberi ad urbem ſubvectus eſt. Paucos poſt dies Anicius & Octavius claſſe ſua advecti. Tribus iis omnibus decretus eſt ab Senatu triumphus; mandatumque Q. Caſſio prætori, cum Tribunis pl. ex auctoritate patrum ageret, rogationem ad plebem ferrent, ut iis quo die C triumphantes urbem inveherentur, imperium eſſet. Nec de Anicii nec de Octavii triumpho dubitatum eſt. Ser. Sulpicius Galba, qui Tribunus militum ſecundæ legionis in Macedonia fuerat, privatim imperatori inimicus, exercitum, cui Paullus de præda parcius quam ſperaverant ex tantis regiis opibus dederat, incitavit ut rogationem de triumpho ejus non acciperet, cum autem nobilium virorum, qui accurrerant, opera factum eſſet, ut tribus in ſuffragium revocarentur, rogatio lata eſt: atque ita triumphavit, ductus eſt ante currum Rex Perſeus, una cum Philippo & Alexandro filiis. Triumphaſſe cum per triduum ſcribit *Plutarchus*: primo die ſigna tabulaſque, ſecun- D do arma pecuniaſque; tertio captivos ipſumque Regem eſſe tranſvectos. Ejuſdem triumphi meminit *Oroſius*, *Florus*, & *Velleius*; qui bis millies centies HS in ærarium ab eo illatum prodit: ſummam omnis captivi auri argentique tranſlati, HS millies ducenties fuiſſe, *Valerius Antias* tradit, ut refert *Livius*. *Plutarchus* tantam vim pecuniæ à Paullo illatam auctor eſt, ut cives uſque ad Hirtium & Panſam Conſules tributum nullum contulerint. Triumphaſſe autem IIII. III. prid. K. Decemb. ſcriptum eſt in *Capitolino* ejus *triumpho*. Cn. Octavius K. Decembr. de Rege Perſeo navalem triumphum egit: is triumphus ſine captivis fuit, ſine ſpoliis. Patres cenſue- E runt, ut Perſeus Rex cum Alexandro filio Albam in cuſtodiam duceretur. Ita *Livius*. Ejuſdem triumphi meminit *Vellejus*, & *Plinius* libro XXXIIII. ita; Invenio à Cn. Octavio, qui de Perſeo Rege navalem triumphum egit, factam porticum duplicem, quæ *Corinthia* ſit appellata, à capitulis æreis columnarum. Et *Feſtus* lib. XIII. *Octaviæ porticus* duæ appellantur; quarum alteram, theatro Marcelli propiorem, Octavia ſoror Auguſti fecit; alteram, theatro Pompeji proximam, Cn. Octavius Cn. F. qui fuit ædilis curulis, Prætor, Conſul, Xvir ſacris faciundis, triumphavitque de Rege Perſe navali triumpho, quam combuſtam, reficiendam curavit Cæſar Auguſtus. Idem triumphus eſt in *Capitolinis tabulis*. L. autem Anicius, Quirinalibus triumphavit de Rege Gentio Illyriiſque, ante currum ducti Gentius Rex cum conjuge & liberis, & Caravantius frater Regis, & aliquot nobiles Illyrii. Lætior hunc triumphum eſt ſecutus miles; multiſque dux eſt carminibus celebratus. HS ducenties ex ea præda redactum eſſe, auctor eſt *Antias*, præter aurum argentumque, quod in ærarium ſit latum, quod quia unde redigi potuerit, non apparebat, auctorem pro re poſui. Rex Gentius cum liberis & conjuge & fratre, Spoletium in cuſtodiam ex S. C. ductus: ceteri captivi, Romæ in carcerem conjecti. Hæc *Livius*, at *Vellejus* ita; Quo anno L. Paullus Perſem in triumpho duxit, eodem Cn. Octavius prætor navalem egit, & Anicius de Gentio Illyriorum Rege triumphavit. Ejuſdem triumphi meminit *Eutropius*, & *Florus*, & *Athenæus* lib. XIV. *Plutarchus* in Paullo, *Appianus* in Illyrica, & *Capitolini auctores*. Sex. etiam Rufus Illyrios, qui auxilium Macedonibus tulerant, ex eadem occaſione per L. Anicium prætorem victos, & cum Rege Gentio in deditionem acceptos; *Jornandes*, eos in provinciæ formam redactos ſcribit. Hos tres triumphos, Paulli, Octavii, & Anicii, hoc anno actos ſignificavit *Plinius* libro XVII. cum ait; Palma enata bis in Capitolio bello Perſei, victoriam triumphoſque portendit. Eadem fere *Zonaras*.

DE COS. AN. DXXCVII. (84)

COnſules in hunc annum prodit *Livius* cum *Capitolinis tabulis* M. Claudium Marcellum, C. Sulpicium Gallum: *Obſequens*, & *titulus Andriæ Terentianæ*, M. Marcellum, C. Sulpicium. Ambo prætores fuerunt anno DLXXXIV. auctore *Livio*. Hic eſt Marcellus qui poſtquam ter Conſul fuit, in mari periit, nepos M. Marcelli quinquies Conſulis, ut tradit *Pædianus*. His Conſulibus Eumenes Rex Romam venit; qui quia Perſico bello ſe medium egerat, ne aut hoſtis judicatus videretur, ſi excluſus eſſet; aut liberatus crimine, ſi admitteretur; in * commune lex lata eſt, ne cui Regi Romam venire liceret. *Epitoma* XLVI.

De triumphis M. Claudii Marcelli Cos. C. Sulpicii Galli Cos. de Gallis & Liguribus.

EX hoc loco *Liviana hiſtoria* tota deſideratur, quam ſi haberemus, facilius multo faſtos triumphoſque qui ſequuntur, digereremus; in magna autem annalium penuria, dabimus operam ne quid, quod opem ferre huic hiſtoriæ poſſit, prætermittamus. Satis autem conſtat ex *fragmentis* triumphalibus *Capito-*

(84) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 587.
Olymp. CLIII. Anno III.
Ante Ær. Chr. 166.
M. CLAUDIUS MARCELLUS. } Coſs.
C. SULPICIUS GALLUS. }
Ita ex Livio, Jul. Obſ. & faſt. Capitol. Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.
Marcellus hic erat M. F. M. N. & primùm hoc anno Conſul.
Pighius, & Almelovenius anteponunt primùm ſecundo.

pitolinis, ambos hos Conſules de Gallis & Liguribus triumphaſſe. Videtur enim Claudius Galliam, Sulpicius Ligures provinciam obtinuiſſe. Hi enim ambo hoc tempore io armis erant. Itaque io *Epitoma* XLVI. ita eſt; Claudius Marcellus Cos. Alpinos Gallos, C. Sulpicius Gallus Ligures ſubegit. Et apud *Obſequentem* ita; Marcello & Sulpicio Coſs. Galli Ligures deleti. In *fragmentis Capitolinis* truncata quædam oomina populorum ſuot & Gallorum & Ligurum; quæ propter obſcuritatem hucuſque noo ioveni, adeo ut merito *Cicero* in Bruto ſcribat: Plus attulit huic populo digoitatis qui genuit in hac urbe diceodi copiam, quam illi qui Ligurum caſtella expugnaverunt; ex quibus multi ſunt triumphi. Item; Malim L. Craſſi unam pro M'. Curio dictionem, quam caſtellanos triumphos duos. Nos autem Liguſtinos triumphos amplius quindecim numeramus.

DE COS. AN. DXXCVIII. (85)

Conſules ſubdit *Caſſiodorus* & *Obſequens* Co. Octavium & T. Manlium: *Siculæ tabulæ*, Octavium & Torquatum; *Capitolinæ* Cn. Octavium, T. Manlium Torquatum. Eoruodem Conſulum mentio eſt in *titulo Hecyræ Terentianæ*, T. Torquati, qui cum Cn. Octavio Conſul fuit, meminit etiam *Cicero* de finibus primo: Cn. Octavii, lib. primo de officiis; Cn. Octavio, inquit, qui primus ex illa familia Cos. factus eſt, honori fuiſſe accepimus, quod præclaram ædificaſſet in palatio & plenam dignitatis domum; quæ cum vulgo viſeretur, ſuffragata domioo novo homini putabatur. Et Philipp. IX. Co. Octavii, clari & magni viri, qui primus io eam familiam, quæ poſtea viris fortiſſimis floruit, attulit Conſulatum, ſtatuam videmus in roſtris. *Suetonius* item in Auguſto ſcribit, Octavios qui à Cnæo orti ſunt, ſummis honoribus functos eſſe. Octavius prætor fuit aono DLXXXII. Torquatus, DLXXXIII. *Livius*. His Conſulibus peſtilentia fameque ita laboratum, ut ex Sibyllinis populus circa compita ſacellaque operaturus ſederit, auctor *Obſequens*.

DE COS. AN. DLXXXIX. (86)

Caſſiodorus Conſules in hunc annum comparat A. Manlium, Q. Caſſium: *faſti Siculi* Torquatum & Longioum; *Capitolini*, A. Manlium Torquatum, Q. Caſſium Longinum; qui io magiſtratu mortuus eſt. Hi collegæ in prætura fuerunt anoo DLXXXVI. teſte *Livio*.

De Cenſoribus, & Luſtro LIII.

Cenſores io eundem aooum edunt *Capitolini ſcriptores* L. Æmilium Paullum, Q. Marcium Philippum; ab iiſque Luſtrum LIII. conditum notant, de quo ita eſt in *Epitoma* XLVI.

A Luſtrum conditum à Cenſoribus eſt, cenſa eo ſuot civium capita CCCXXVII. millia XXII. princeps Senatus lectus M. Æmilius Lepidus. Eoruodem memioit *Plutarchus* in Paullo ſic; L. Æmilius Paullus Cenſor, CCCXXXVII. millia recenſuit: io Senatu M. Æmilium Lepidum prætulit, qui quater ante princeps fuerat: è Senatu tres movit: io receoſendis equitibus Romanis ipſe & collega ejus Marcius Philippus, modum ſervavit: cum cenſuram magna ex parte geſſiſſet, in morbum incidit. *Plinius* etiam lib. XXVI. L. Paullo, Q. Marcio Cenſoribus; primum in Italia carbunculum veniſſe tradit. Et lib. VII. Paruerunt Meſſallæ horologio Romani annis undecentum, dooec
B Q. Marcius Philippus, qui cum L. Paullo fuit Cenſor, diligentius ordinatum juxta poſuit: idque muous inter cenſoria opera gratiſſime eſt acceptum: at Meſſalla, Catina capta, anno CDXC. ſuum deportaverat. Et *Cenſorinus*; Horologium Valerii ex Sicilia advectum, cum à climate Siciliæ deſcriptum, ad horas Romæ noo conveniret, Q. Philippus Cenſor aliud juxta conſtituit. Et *Cicero* pro domo; Q. Marcius Cenſor, ſignum Concordiæ fecerat, idque in publico collocarat. *Valerius* etiam lib. VII. L. Paullus, inquit, cum jam campum repulſis ſuis fatigaſſet, bis Cooſul, & Ceoſor factus eſt.

C DE COS. AN. DXC. (87)

Ti. Semprooium, M'. Juventium Conſules invenio in hunc aooum apud *Caſſiodorum*: apud *Obſequentem* Ti. Gracchum, M'. Juventium: in *Capitolinis tabulis* Ti. Semprooium Gracchum II., M'. Juventium Thalnam, ut valde mirer cur in *faſtis Siculis* Dolabella cum Thalna ſit comparatus. *Plutarchus* item patrem Gracchorum bis Conſulem ſcribit fuiſſe; *Valerius* autem, Ti. Gracchum patrem, quia in cenſura nihil inſciente collega fecerat, à populo Romano iterum Conſulem eſſe factum. M'. Juventium in Magiſtratu mortuum prodit idem *Valerius* his verbis: M'. Juventius
D Thalna Cos. collega Ti. Gracchi Conſulis, cum in Corſica, quam ouper ſubegerat, ſacrificaret, receptis litteris, decretas ei à Seoatu ſupplicationes nuntiantibus, inteoto illas animo legens, caligine orta, ante foculum collapſus, mortuus humi jacuit. Et *Plinius* lib. VII. M'. Juveotius Thalna Conſul, cum ſacrificaret, mortuus. Hic Prætor fuit aono DLXXXVI. His autem Cooſulibus decretas fuiſſe provincias, Juveotio Corſicam, Sempronio Sardiniam, apparet ex *Valerii* loco citato, & *Cicerone* ad Q. Fratrem. Habet, inquit, profecto quiddam Sardinia appoſitum ad recordationem præteritæ memoriæ; nam ut ille Gracchus augur, poſteaquam in iſtam provin-
E ciam veoit, recordatus eſt, quid ſibi in campo Martio accidiſſet: ſic tu mihi videris in Sardinia recogitaſſe. In *Epitoma* etiam XLVI.

fit

(85) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 588.
Olymp. CLIII. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 165.
T. MANLIUS TORQUATUS. } Coſs.
CN. OCTAVIUS. }
Ita ex Caſſiodoro, Jul. Obſ. faſt. Capitol. & Siculis Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.

(86) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 589.
Olymp. CLIV. Anno I.
Ante Ær. Chr. 164.
A. MANLIUS TORQUATUS. } Coſs.
Q. CASSIUS LONGINUS, qui mortuus eſt in Magiſtratu. }
Ita ex Caſſiodoro, faſt. Capitol. & Siculis, Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.

(87) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 590.
Olymp. CLIV. Anno II.
Ante Ær. Chr. 163.
TIB. SEMPRONIUS GRACCHUS II. } Coſs.
M'. JUVENTIUS THALNA. }
Ita ex Caſſiodoro, Jul. Obſ. & faſt. Capitol. Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.

A ſit mentio rei adverſus Corſos per hæc tempora vario eventu geſtæ.

DE COS. AN. DXCI. (88)

C*Aſſiodorus* & *Obſequens* Conſules ſuggerunt P. Scipionem Naſicam, C. Marcium: *Faſti Siculi* Scipionem Naſicam & Figulum, quos *Cicero* de Nat. Deorum libro I. vocat P. Scipionem, C. Figulum; & *Valerius* lib. I. Scipionem Naſicam, C. Figulum. Hinc *Plutarchus* in Marcello, Scipionem Naſicam, & C. Marcium Conſules à Ti. Sempronio declaratos ſcribit. Hos autem Conſules abdicaſſe, ſcriptum eſt in *Capitolinis tabulis*; atque apud B *Ciceronem* libro II. de Nat. Deorum his verbis; Atqui & noſtrorum augurum, & Etruſcorum, & aruſpicum diſciplinam, P. Scipione, C. Figulo Coſs. res ipſa probavit, quos cum Ti. Gracchus Conſul iterum crearet, primus rogatorum ut eos retulit, ibidem eſt repente mortuus: Gracchus, cum comitia nihilominus peregiſſet, remque illam in religionem populo veniſſe ſentiret, ad Senatum retulit: Senatus, quos adſoleret, referendum cenſuit, aruſpices introducti, reſponderunt, non fuiſſe juſtum comitiorum rogatorem, tum Gracchus incenſus ira, Ita ne vero? ego non juſtus, qui & Conſul rogavi, & augur, & auſpicato? an vos Tuſci ac barbari auſpiciorum Populi Rom. C jus tenetis, & interpretes eſſe comitiorum poteſtis? itaque tum illos exire juſſit. Poſt autem ex provincia literas ad collegium miſit, ſe, cum legeret libros, recordatum eſſe, vitio ſibi tabernacnlum captum fuiſſe in hortos Scipionis; quod cum pomœrium poſtea intraſſet Senatus habendi cauſſa, in redeundo cum idem pomœrium tranſiret, auſpicari eſſet oblitus, itaque vitio creatos eſſe Conſules, augures rem ad Senatum: Senatus ut abdicarent, Conſules abdicaverunt. Eadem ſcribit ſere *Valerius* de cultu deorum. A Ti. Graccho, inquit, ad collegium augurum literis ex provincia miſſis, quibus ſignificabat, ſe, cum libros ad ſacra populi pertinentes legeret, animadvertiſſe vi- D tio tabernaculum captum comitiis Conſularibus, quæ ipſe feciſſet; eaque re ab auguribus ad Senatum delata; juſſu ejus C. Figulus è Gallia, Scipio Naſica è Corſica Romam redierunt, & ſe Conſulatu abdicaverunt. Idem *Plutarchus* in Marcello, & *Cicero* ad Q. Fratrem. Ex quibus verbis intelligi poteſt, Conſules Marcium Galliam, Scipionem Corſicam, Sempronium pro Coſ. Sardiniam obtinuiſſe. Figulus Prætor fuerat anno DLXXXIIII. Hic Scipio *Corculum* dictus, de quo ſic *Cicero* in Bruto; P. Scipionem Naſicam, qui eſt Corculum appellatus, qui bis Conſul, & Cenſor fuit, habitum eloquentem ajunt; illius qui ſacra acceperit, filium. De eodem ſcriptum eſt in libro de viris illuſtri- E bus. His Coniulibus abdicatis ſuffectos eſſe P. Cornelium Lentulum, Cn. Domitium Ahenobarbum, ſcriptum eſt in *Capitolinis tabulis*, præterea nuſquam. Marcio & Scipione Coſs. Cn. Octavius legatus Conſularis, Laodiceæ occiſus eſt, auctore *Obſequente*. De quo ſic *Cicero*; Cn. Octavius, cum eſſet miſſus à Senatu ad animos regum perſpiciendos, liberorumque populorum, maximeque ut nepotem Antiochi Regis, ejus qui cum majoribus noſtris bellum geſſerat, claſſes habere, elephantos alere prohiberet, Laodiceæ in gymnaſio à quodam Leptine eſt interfectus. *Obſequens* autem ita; Cn. Octavius legatus, in Syria per Lyſiam tutorem Antiochi pueri, in gymnaſio occiſus. *Appianus* in Syriaca, Cn. Octavium legationis principem, à Leptine occiſum, à Lyſia ſepultum tradit. De eadem re etiam *Zonaras*.

DE COS. AN. DXCII. (89)

M. Meſſallam, C. Fannium Conſules ſuggerit *Caſſiodorus*: Meſſallam & Strabonem *Siculæ tabulæ*; M. Valetium Meſſallam, C. Fannium Strabonem, *Capitolinæ*, & *titulus* Phormionis T:rentiani. Horum Conſulum ſic meminit *Suetonius* de claris rhetoribus, & *Gellius* lib. XV. C. Fannio Strabone, M. Valerio Meſſalla Coſs. M. Pomponius Prætor Senatum conſuluit, quod verba facta ſunt de rhetoribus & philoſophis, D. E. R. I. C. vt M. Pomponius Prætor animadverteret, curaretque, ut ſi è Rep. fideque ſua videretur, uti Romæ ne eſſent. Et *Gellius* libro II. C. Fannio, M. Valerio Meſſalla Coſs. S. C. factum, quo jubentur principes civitatis, qui ludis Megalenſibus antiquo ritu mutitarent (id eſt mutua inter ſe convivia agitarent) jnrare apud Conſules verbis conceptis, non amplius in ſingulas cœnas ſumptus eſſe facturos, quam centenos vicenoſque æris, præter olus, & far, & vinum: neque vino alienigena, ſed patrio nſuros; neque argenti in convivio plus pondo quam libras centum illaturos: poſt hoc S. C. *lex Fannia* lata eſt, quæ ludis Rom. item ludis plebejis, Saturnalibus, & aliis quibuſdam diebus, in ſingulos dies centenos æris inſumi conceſſit; decemque aliis diebus in ſingulis menſibus tricenos; ceteris autem omnibus diebus denos. Ejuſdem legis meminit *Macrobius* lib. III. *Athenæus* lib. VI. *Plinius* lib. X. cap. X. C. Fannium Conſulem XI. annos fuiſſe notat ante tertium Punicum bellum. Per hos annos cum Liguribus, Corſis, & Luſitanis, vario eventu bellatum, ſcriptum eſt in *Epitoma* XLVI. verum quibus ducibus, parum conſtat.

DE COS. AN. DXCIII. (90)

L. Anicium, M. Corneliom Conſules ſubjicit *Caſſiodorus*, & *titulus* Adelphorum Terentianorum. *Siculæ* & *Capitolinæ tabulæ*, cognomina iis adjiciunt Gallum & Cethegum. Anicii Conſulis meminit *Cicero* in Bruto, Cethegi *Epitoma* XLVI. Pontinæ paludes à Cornelio Cethego Conſule, cui ea provincia obvenerat, ſic-

---

(88) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 591.
Olymp. CLIV. Anno III.
Ante Ær. Chr. 162.
P. CORNELIUS SCIPIO NASICA. P. F. CN. N. } Coſs.
C. MARCIUS FIGULUS. }
Ita ex Caſſiodoro, Jul. Obſ. Valerio Maximo, faſt. Capitol. & Siculis Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.

(89) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 592.
Olymp. CLIV. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 161.
M. VALER. MESSALLA. M. F. M. N. } Coſs.
C. FANNIUS STRABO. }
Ita ex Caſſiodoro, faſt. Capitol. & Siculis, & tit. Phorm. Terent. Sigon. Pigh. Almel. & alii.

(90) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 593.
Olymp. CLV. Anno I.
Ante Ær. Chr. 160.
L. ANICIUS GALLUS. } Coſs.
M. CORNELIUS CETHEGUS. }
Ita ex Caſſiodoro, faſt. Capitol. & Sicul. & tit. Adelph. Terent. Sigon. Pigh. Almel. & alii.

A ſiccatæ; agerque ex iis factus. His Conſulibus L. Æmilium Paullum mortuum apparet ex *titulo* Adelphorum Terentii, de quo ſic eſt in *Epitoma* lib. XLVI. L. Æmilius Paullus, qui Perſen vicerat, mortuus; cujus tanta abſtinentia fuit, ut cum ex Hiſpania & Macedonia maximas opes retuliſſet, vix ex auctione bonorum ejus redactum ſit, unde dos uxori ejus redderetur.

DE COS. AN. DXCIV. (91)

INſequens annus Conſules habuit, teſte *Caſſiodoro*, Cn. Cornelium Dolabellam, M. Fulvium: *Siculis faſtis*, Dolabellam & Fulvium; B *Capitolinis*, Cn. Cornelium Dolabellam, M. Fulvium Nobiliorem, item eſt in *Vita* Terentii; quibus Conſulibus mortuum Terentium ſcriptum eſt. *Lex de ambitu*, his Conſulibus, quantum ex *Epitoma* XLVII. colligi poteſt, lata.

De Cenſoribus, & Luſtro LIIII.

IN hunc annum Cenſores produnt *Capitolini auctores* P. Scipionem Naſicam, M. Popillium Lænatem; ab iiſque Luſtrum factum LIIII. notant. De Cenſoribus iiſdem loquitur *Plinius* lib. XXXIV. L. Piſo, inquit, prodidit, M. Æmilio, C. Popillio II. Coſs. à Cenſoribus C P. Cornelio Scipione, M. Popillio, ſtatuas circa forum; eorum qui magiſtratum geſſerunt, ſublatas omnes; præter eas, quæ populi aut Senatus ſententia ſtatutæ eſſent. Item in libro de viris illuſtribus, at lib. VII. Scipio Naſica, inquit, collega Lænatis Cenſor, proximo poſt L. Paullum & Q. Philippum Cenſores Luſtro, primus aqua diviſit horas æque noctium ac dierum; idque horologium ſub tecto dicavit anno ab Urbe condita DXCV. Et *Cenſorinus*; P. Cornelius Naſica Cenſor, ex aqua fecit horarium. Et *Gellius* lib. IV. Cenſor P. Scipio Naſica, & M. Popillius, cum equitum cenſum agerent, equum nimis ſtrigoſum & male habitum, ſed equitem ejus uberrimum & habitiſ- D ſimum viderunt; &, Cur, inquiunt, ita eſt, ut tu ſis quam equus curatior? Quoniam, inquit, ego me curo; equum Statius ſervus meus. *Vellejus* autem Naſicam Cenſorem porticus in Capitolio ait feciſſe. Hæc de Cenſoribus. De Luſtro autem ſic eſt in *Epitoma* XLVII. Luſtrum à Cenſoribus conditum eſt, cenſa ſunt civium capita CCCXXVIII. millia CCCXIV. & princeps Senatus lectus Æmilius Lepidus.

DE COS. AN. DXCV. (92)

DEinceps Conſules M. Æmilius, C. Popillius, ut ait *Caſſiodorus*. Lepidum & Lænatem edunt *Siculæ tabulæ*, M. Æmilium Le- E pidum, & C. Popillium Lænatem II. *Capitolinæ*. Eorundem meminit *Cenſorinus* capite De diſtinctionibus ætatum: Roma condita, inquit, anno DVII. ſæculum accipit his Conſulibus, qui proximi ſunt Conſules M. Æmilius M. F. Lepidus, C. Popillius II. abſens, quæ verba, menda (ut puto) non carent.

De triumpho M. Fulvii Nobilioris pro Cos. de Liguribus.

SUlpicii Galli Conſulis triumpho ſubjicitur in *Capitolinis fragmentis* M. Fulvii M. F. M. N. NOBILIORIS PRO COS. de LiguriBUS ET VELEATIBUS XII. K. SEPT. Is autem priore anno Conſul fuit. Itaque niſi ea nobis fragmenta hunc triumphum reſtituiſſent, clariſſimum triumphum, & nobiliſſimam victoriam ignoraremus. Etenim quantum ex verbis *Flori*, & *Strabonis* lib. IV. intelligi poteſt, bellum Liguſtinum, quod anno DXV. cœptum ante dixi, hoc anno virtute Fulvii profligatum eſt, quod & ille indicat, cum ait; Tandem Ligurum latebras Fulvius igne ſepſit: & hic, cum inquit, diuturnum à Romanis cum Liguribus geſtum bellum, quod iter in Hiſpaniam impedirent, ac terra marique latrocinia latiſſime exercerent: octogeſimum autem poſt annum bello gerendo effectum, ut iis qui publice facerent iter, via ad ſtadia XII. lata pateret: poſt autem alio bello eos in provinciæ formam redactos.

DE COS. AN. DXCVI. (93)

SEx. Julium, L. Aurelium Conſules prodit deinceps *Caſſiodorus*. His cognomina addunt Julio *Cæſarem*, Aurelio *Oreſtem Siculæ* & *Capitolinæ tabulæ*. De his etiam loquitur *Plinius*, cum ſcribit lib. XXXIII. Auri in ærario Populi Romani fuere Sex. Julio, L. Aurelio Coſs. ſeptem annis ante bellum Punicum tertium, pondo DCCXXVII. argenti nonaginta duo millia; & extra numerum CCC. & LXXV. millia.

DE COS. AN. DXCVII. (94)

L. Lentulum, C. Marcium Conſules memorant in hunc annum *Caſſiodorus* & *Obſequens*: Lentulum & Figulum *Siculæ tabulæ*; L. Cornelium Lentulum Lupum, C. Marcium Figulum II. *tabulæ Capitolinæ*. De his loquitur *Cicero* in Bruto, his verbis: Dicunt etiam L. Lentulum, qui cum C. Figulo Cos. fuit, habitum eloquentem. De Figulo II. Conſule ſic *Valerius* cap. de ira; C. Figulus, juris civilis judicio celeberrimus, Conſulatus repulſæ dolore accenſus, eo quidem magis, quod illum bis patri ſuo datum meminerat; cum ad eum poſtero comitiorum die multi conſulendi cauſſa veniſſent, omnes dimiſit, præfatus; Omnes conſulere ſcitis, Conſulem facere neſcitis.

De

(91) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 594.
Olymp. CLV. Anno II.
Ante Ær. Chr. 159.
CN. CORNELIUS DOLABELLA. } Coſs.
M. FULVIUS NOBILIOR. }
Ita ex Caſſiodoro, faſt. Sicul. & Capitol. & vita Terentii Sigon. Pigh. Almelov. & alii.

(92) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 595.
Olymp. CLV. Anno III.
Ante Ær. Chr. 158.
M. ÆMILIUS LEPIDUS. } Coſs.
C. POPILLIUS LÆNAS II. }
Ita ex Caſſiodoro, faſt. Capitol. & Siculis, & Cenſorino Sigonius, Pighius, Almelov. & alii.

(93) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 596.
Olymp. CLV. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 157.
SEX. JULIUS CÆSAR. } Coſs.
L. AURELIUS ORESTES. }
Ita ex Caſſiodoro, Plinio, faſt. Capitol. & Siculis Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.

(94) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 597.
Olymp. CLVI. Anno I.
Ante Ær. Chr. 156.
L. CORNEL. LENTULUS LUPUS. } Coſs.
C. MARCIUS FIGULUS II. }
Ita ex Caſſiodoro, Jul. Obſ. Cicerone, faſt. Capitol. & Siculis Sigonius, Pighius, Almel. & alii.

De Dalmatis à C. Marcio Coſ. victis.

HOc anno C. Marcius Conſul Dalmatas vicit; ſic enim ſcriptum eſt in *Epitoma* XLVII. C. Marcius Conſul, adverſum Dalmatas parum proſpere primum, poſtea feliciter pugnavit, cum quibus bello confligendi cauſſa fuit, quod Illyrios populi R. ſocios vaſtaverant. *Appianus* item, Dalmatas, quod Illyrios invaſiſſent populi Ro. ſocios, & ejus legatos non accepiſſent, à Marcio Figulo Conſule bello petitos ſcribit: cujus cum primum legiones fudiſſent, poſt ab eo uſque ad Delminium urbem fugatos; quo expugnato, finem bello eſſe impoſitum. *Obſequens* etiam his Conſulibus Dalmatas Scordis ſuperatos eſſe notat; & *Florus*; Dalmatæ, inquit, plerunque ſub ſilvis agunt; inde ad latrocinia promptiſſimi. Hos jam quidem Marcius incenſa urbe Delminio quaſi detruncaverat. Huic tamen negatum eſſe triumpbum puto ob rem primo infeliciter geſtam, neque enim *fragmenta Capitolina* hunc triumpbum admittunt; cum Nobilioris triumpho, Marcelli triumphus ſubjiciatur, non Figuli. Eadem hujus belli cauſſa eſt apud *Zonaram*.

DE COS. AN. DXCVIII. (95)

P. Scipionem, M. Claudium Conſules ſubdit *Caſſiodorus*: Naſicam & Marcellum *faſti Siculi*; P. Cornelium Scipionem Naſicam II. M. Claudium Marcellum II. *Capitolini*. De his ſic in Lucullo *Cicero*: Legi apud Clitomachum, cum Carneades & Stoicus Diogenes ad Senatum in Capitolio ſtarent, A. Albinum, qui tum P. Scipione & M. Marcello Coſs. prætor eſſet, jocantem dixiſſe Carneadi: Ego tibi, Carneade, prætor eſſe non videor; quia ſapiens non ſum; nec hæc urbs, nec in ea civitas. Tum ille; Huic Stoico non videris. Scipionem item hunc bis Conſulem fuiſſe, *Cicero* in Bruto; Marcellum ter, *Pædianus* & *Cicero* ſunt auctores.

De triumpbo M. Marcelli Coſ. II.

EX *fragmentis Capitolinis* ſatis aperte intelligi poteſt M. Marcellum Conſulem II. alterum etiam triumphum egiſſe, verum de qnibus populis gentibuſque triumpharit, parum ex iis ceteriſque Romanorum monnmentis compertum eſt, niſi forte de Liguribus tranſalpinis triumphaſſe eum dicas; quibuſcum, Nicæam & Antipolim Maſſilienſium oppida vaſtantibus, ſequenti anno etiam Q. Opimius Conſul dimicavit. Exſtat enim extrema fere ſyllaba ejus nominis US: & hæ voces; MARCELLUS II. COS. II.

De triumpbo P. Scipionis Naſicæ Coſ. II. de Dalmatis.

UT Ligures Marcello, ſic Dalmatæ Scipioni Conſuli obvenerunt. Utrumque autem triumphaſſe, *Capitolina monumenta* indicant: de Marcello quidem aperte, de Scipione vero obſcurius, cum autem poſt Marcelli triumphum hæ literæ ſubſequantur = US P. F. C. = eæ mihi pertinere ad P. Scipionem Conſulem P. F. Cn. N. viſæ ſunt, de quo ſic ſcriptum eſt in *Epitoma* XLVII. C. Marcius Conſul adverſum Dalmatas parum proſpere primum, poſtea feliciter pugnavit: eandemque gentem Cornelius Naſica Conſul domuit. Et in libro de viris illuſtr. P. Scipio Naſica Corculum Conſul, Delminium urbem Dalmatarum expugnavit: imperatoris nomen à militibus, à Senatu triumphum oblatum recuſavit. Miror autem, cur *Appianus* hujus imperatoris non meminerit in Illyrica, aut Delminio expugnato, bellum Dalmaticum à Figulo confectum ſcripſerit. *Frontinus* certe eam victoriam Scipioni tribuit, lib. III. cap. VI. idque conſilium Scipioni in ejus urbis expugnatione adſcribit, quod *Appianus* Figulo, cum ait: P. Cornelius Scipio, intellecta difficultate expugnandi Delminium, quia omnium concurſu defendebatur, aggredi alia oppida cœpit. Quinetiam *Zonaras* Illyrios à Scipione Naſica domitos urbibus captis, ac captivis venditis ait; & *Strabo* Delminium à Naſica afflictum ſcribit.

DE COS. AN. DXCIX. (96)

HIc annus Conſules habuit Q. Opimium, L. Poſtumium, auctore *Caſſiodoro*, & *Obſequente*. *Siculis tabulis* Opimium & Albinum; *Capitolinis* autem, Q. Opimium, L. Poſtumium Albinnm. Q. Opimii Coſ. mentio fit à *Cicerone* in Bruto, & in *Epitoma* XLVII. L. Poſtumium in Magiſtratu mortuum, præterquam quod ſcriptum eſt in *Capitolinis Conſulatibus*, invenio etiam ſcriptum apud *Obſequentem*, his verbis; Poſtumius Conſul in provinciam proficiſcens, cum immolaret, in plurimis victimis caput in jocinore non invenit, profectuſque poſt diem ſeptimum æger Romam relatus, exſpiravit. In ejus locum ſuffectum eſſe M'. Acilium Glabrionem, docent *Capitolini auctores*, præterea nemo. Hoc anno ſcribit *Obſequens* Romanos à Luſitanis & Gallis graviter per arma fuiſſe vexatos. De Luſitanico bello haud ita multo poſt dicam. Gallos autem inalpinos bellum hoc tempore feciſſe, & priores & poſteriores de iis *triumphi* facile eſſe documento poſſunt.

De Cenſoribus & Luſtro LV.

IN hunc annum Cenſores produnt *Capitolini ſcriptores* M. Valerium Meſſallam, C. Caſſium Longinum, eoſque Luſtrum LV. tradunt feciſſe. De quibus Cenſoribus ita *Valerius* capite de inſtitutis; Theatra à Meſſalla & Caſſio Cenſoribus excogitata ſnnt, Et *Auguſtinus* de civitate Dei lib. I. Cenſores Meſſalla & Caſſius, theatrum faciendum locaverunt, in quo populus Ro. ſedens ſpectaret ludos. Et *Oroſius*: Eodem tempore Cenſores theatrum lapi-

(95) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 598.
Olymp. CLVI. Anno II.
Ante Ær. Chr. 155.
P. CORNELIUS SCIPIO NASICA II. } Coſs.
M. CLAUDIUS MARCELLUS II. }
Ita ex Caſſiodoro, Cicerone, faſt. Capitol. & Sicul. Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.

(96) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 599.
Olymp. CLVI. Anno III.
Ante Ær. Chr. 154.
Q. OPIMIUS. }
L. POSTUMIUS ALBINUS, cui in Magiſtratu mortuo ſuffectus eſt } Coſs.
M. ACILIUS GLABRIO. }
Ita ex Caſſiodoro, Julio Obſ. faſtis Capitol. & Siculis Sigonius, Pighius, Almelov. & alii.

lapideum in urbe conſtrui cenſuerunt. Et *Epitoma* XLVIII. Cum locatum à Cenſoribus theatrum exſtrueretur; P. Naſica auctore, tamquam inutile, & nociturum publicis moribus, ex S. C. deſtructum eſt; populuſque aliquamdiu ſtans ludos ſpectavit. Et *Appianus* libro primo: Theatrum, quod L. Caſſius cœperat, ac fere abſolverat, Conſul Scipio evertit. Et *Velleius* lib. priore: Caſſius Cenſor, à Lupercali in Palatium verſus theatrum facere inſtituit; cui in moliendo eximia civitatis ſeveritas, & Conſul Scipio reſtitere. Miror autem cur Conſulem Scipionem appellent; cum non in Conſulatu, ſed poſt Conſulatum annis quinque reſtiterit; quemadmodum ex *Epitoma* intelligi poteſt. Luſtrum ſequenti anno conditum eſſe, intelligi poteſt ex *Epitoma* XLVIII. eo cenſa ſunt civium capita CCCXXIV. millia. M Lepidus ſextis Cenſoribus princeps Senatus lectus. *Plinius* lib. XVII., Palma tempeſtatibus proſtrata, eodem loco ficus enata eſt, M. Meſſallæ, C. Caſſii Cenſorum Luſtro, à quo tempore pudicitiam ſubverſam *Piſo* tradidit.

De triumpho Qu. Opimii Cos. de Liguribus.

Q. Opimium Conſulem de Liguribus triumphaſſe ſuſpicor ex his *Epitomæ* XLVI. verbis; Q. Opimius Cos. tranſalpinos Ligures, qui Maſſilienſium oppida Antipolim & Nicæam vaſtabant, ſubegit. Probatur autem mihi eum triumphaſſe; vel quia multi de Liguribus acti ſunt triumphi; vel quia in *Epitomis* hoc verbum, *Subigi*, fere non niſi de iis qui triumpharint, uſurpari obſervavi; vel denique quia Ligures hac victoria domiti, in poſterum videntur quieviſſe.

DE COS. AN. DC. (97)

COnſules ſubſequuti ſunt Q. Fulvius, T. Annius, auctore *Caſſiodoro*. In *fragmentis Capitolinis* eſt, NOBILIOR, & T. ANNIUS; in *Siculis*, Nobilior & Luſcus. His de Conſulibus ſic *Cicero* in Bruto; Q. Nobiliorem M. F. jam patrio inſtituto deditum ſtudio literarum; qui etiam Q. Ennium, qui cum patre ejus in Ætolia militaverat, civitate donavit, cum Triumvir coloniam deduxiſſet, etiam T. Annium Luſcum, hujus Q. Fulvii collegam, non indiſertum fuiſſe. *Livius* etiam T. Annium Luſcum legatum commemorat anno DLXXXI.

De bello Celtiberico.

CEltiberi à Ti. Graccho prætore victi anno DLXXV. in pace manſerunt annos XXV. hoc autem tempore bellum renovarunt, cum Segida Arevaccorum (ut ait *Strabo*) oppidum, muros urbis exſtruxiſſet, ac tributa pendere Romanis recuſaſſet; contra quam legibus pacis à Graccho latis cautum fuiſſet. Itaque cum eadem cauſſa ad bellum alios populos accendiſſet, viſum eſt Conſulari duce & exercitu rem gerendam eſſe. Q. Fulvius Nobilior Conſul miſſus, bis parum feliciter pugnavit, auctor *Appianus* in Iberica. Hoc anno Conſules K. Jan. inire cœperunt, cum à DXXXI. ad hunc uſque annum Idib. Martiis iniſſent. Hoc ſcriptum eſt apud *Caſſiodorum*, ita; Q. Fulvius, T. Annius Conſules, primi Kal. Jan. propter ſubitum Celtiberiæ motum inierunt, & in *Epitoma* XLVII. Conſules anno quingenteſimo nonageſimo * VII. ab Urbe condita, Magiſtratum peractis comitiis, inſequentiſque anni Conſulibus creatis, inire cœperunt, mutandi comitia cauſſa fuit, quod Hiſpani rebellabant. Hic dies deinde ſolennis Conſulatui ineundo Republ. ſtante in perpetuum manſit. Hoc autem bellum per annos XX. geſtum, Numantiæ excidio finitum eſſe, tradit *Strabo* lib. III. Ejuſdem belli duces Conſules omnes fuerunt, Q. Fulvius Nobilior, M. Marcellus III. L. Licinius Lucullus; & poſt aliquot annos Q. Metellus, Q. Pompejus, M. Popillius Lænas, C. Hoſtilius Mancinus, M. Æmilius Lepidus, C. Calpurnius Piſo, P. Africanus Æmilianus II. de quo bello loquitur *Cicero* in primo libro de Officiis: Cum Celtiberis, inquit, bellum, ut cum inimicis gerebatur, uter eſſet, nou uter imperaret.

De triumpho L. Mummii Prætoris, & bello Luſitanico.

QUo anno Celtiberi ſubacti ſunt à Ti. Graccho prætore, eodem etiam Luſitani victi à L. Albino prætore. Neque vero quieviſſe Luſitani videntur: ſiquidem in *Epitoma* XLVI. ſcriptum eſt: cum Luſitanis vario eventu bellatum: & in XLVII. in Hiſpania à compluribus ducibus parum proſpere dimicatum: & apud *Obſequentem*, Q. Opimio, L. Poſtumio Coſs. Romanos à Luſitanis graviter per arma vexatos eſſe. *Appianus* etiam in Iberica Luſitanos, qui ſuis legibus vivebant, hoc tempore moviſſe ſcribit; cumque Africano quodam duce, ſocios populi Romani invaſiſſent, Manilium & Calpurnium Piſonem Romanorum duces fudiſſe: Mummium præterea ſucceſſorem re præclare geſta triumphaſſe; Mummio deinceps M'. Acilium, Acilio Ser. Galbam ſucceſſiſſe. Quæ cum ita ſint, cum Ser. Galba (ut poſt oſtendam) L. Lucullo Conſule prætor fuerit, profecto Acilius Marcello, Mummius Nobiliore, Piſo Opimio, Manlius Naſica Conſulibus, prætores cum Luſitanis bellum geſſerunt. Ut autem Celtibericum bellum Numantia auxit, ſic Luſitanicum Viriathus, unde *Viriathinum* bellum poſt appellatum, quod bellum primum per prætores, poſt autem per Conſules adminiſtratum eſt. Prætores bi commemorantur;

M'. Manilius, qui poſt Cos fuit anno DCIIII.
L. Calpurnius Piſo, qui poſt Cos. fuit an. DCV.
L. Mummius, qui poſt Cos. fuit an. DCVII.
M'. Acilius Balbus, qui poſt Cos. fuit an. DCIII.
Ser. Sulpicius Galba, qui poſt Cos. fuit an. DCIX.
C. Vetilius.
C. Plautius.
Claudius Unimanus.
C. Nigidius.
C. Lælius.
Conſules deinde miſſi.
Q. Fabius Æmilianus.
* Quinctius prætor.
Q. Fabius Servilianus.
Q. Servilius Cæpio, qui Viriathum interfecit.

L. Mum-

(97) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 600.
Olymp. CLVI. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 153.

Q. FULVIUS NOBILIOR. }
T. ANNIUS LUSCUS. } Coſs.
Ita ex Caſſiodoro, faſt. Capitol. & Siculis Sigonius, Pighius, Almeloveenius, & alii.

L. Mummii meminit etiam *Eutropius* ita ; L. Mummius in Luſitania bene pugnavit. *In Luſitania* vero legendum eſſe pro *In Hiſpania*, indicat etiam *Pæanius*, Græcus Eutropii interpres, dum vertit *πρὸς Λυσιτανοὺς*, id eſt, adverſus Luſitanos.

DE COS. AN. DCI. (98)

HIc annus Conſules habuit M. Marcellum, L. Valerium *Caſſiodoro* teſte ; Marcellum & Flaccum *Siculis faſtis* ; M. Claudium Marcellum, L. Valerium Flaccum, *Obſequente*. Hic Marcellus ter (ut dixi) Conſul fuit, auctor *Pædianus* in Or. pro Scauro ; *Cicero* de divin. & de fato. L. Valerium Flaccum in Magiſtratu mortuum invenio ſcriptum dumtaxat in *Capitolinis tabulis*; in quibus Marcellus etiam III. Conſul notatur. His Cos. turbinis vi in campo columna ante ædem Jovis decuſſa cum ſigno aurato: cumque aruſpices reſpondiſſent, Magiſtratuum & Sacerdotum interitum fore, omnes Magiſtratus ſe protinus abdicaverunt. *Obſequens*. Eodem anno proſpere in Gallia dimicatum, idem auctor eſt.

De re in Hiſpaniis geſta.

HOc anno ulterior Hiſpania M'. Acilio prætori provincia obtigit, citerior M. Marcello Conſuli : ſiquidem ille Mummio, hic Fulvio ſucceſſiſſe ab *Appiano* traditur. *Obſequens* in Luſitanis his Conſulibus varie pugnatum ſcribit, recte. *Appianus* enim M'. Acilium rem adverſus Luſitanos bene geſſiſſe ait ; verum, ubi in hiberna exercitum reduxerit, omnes rebellaſſe, ac Romanorum ſocios invaſiſſe. M. Claudius Cos. ut proſpere pugnaverit in Celtiberia, in triumpho ejus exponam.

DE COS. AN. DCII. (99)

L. Lucullum, A. Poſtumium Coſs. ſubdit *Caſſiodorus*: Lucullum & Albinum *Siculæ tabulæ*: Lucullum & A. Poſtumium A. F. Albinum *Capitolina fragmenta*: L. Licinium Lucullum, A. Poſtumium Albinum cum *Epitoma* (*Livii*) XLVIII. *Oroſius*. Eorumdem ſic meminit in Bruto *Cicero*; A.Albinus, is qui Græce ſcripſit hiſtoriam, qui Conſul cum L. Lucullo fuit, & literatus & diſertus fuit. Et in Lucullo; A. Albinus, qui cum avo tuo Luculle Conſul fuit. Avum autem appellat L. Luculli ejus, qui cum Mithridate bellum geſſit, quod tradit etiam *Plutarchus* in Lucullo.

De re geſta in Celtiberia & Luſitania; & triumpho III. M. Claudii Marcelli Cos. III.

M. Claudius Marcellus Cos. auctore (ut dixi) *Appiano*, bellum in Celtiberia poſt Q. Nobiliorem excepit. Eundem Conſulem in Hiſpania rem proſpere geſſiſſe, auctor eſt *Eutropius* : omnes Celtiberiæ populos pacaſſe, *Epitoma* XLVII. tributum ex Celtiberia DC. talentûm exegiſſe, Cordubam oppidum condidiſſe, *Strabo* lib. III. *Appianus* item multa oppida Celtiberum Marcellum in ditionem redegiſſe ſcribit : Nergobrigas pacem petentes, ad Senatum rejeciſſe; Senatum Lucullum Conſulem in Hiſpaniam miſiſſe : Marcellum circumſeſſa Numantia, rem ante Luculli adventum compoſuiſſe, atque huic bello finem feciſſe. Quibus ex rebus intelligi poteſt, Marcellum etiam in Conſulatu Luculli pro Cos. rem geſſiſſe, an vero triumphaverit, parum exploratum eſt ; mihi quidem res triumpho dignas geſſiſſe videtur, cum bellum confeciſſe ante ſucceſſoris adventum tradatur. De rebus autem à L. Lucullo Conſule geſtis, ſic ſcriptum invenio in *Epitoma* XLVIII. L. Licinius Lucullus, A. Poſtumius Albinus Conſules, cum delectum ſevere agerent, nec quemquam gratia dimitterent, à Tribunis pl. qui pro amicis ſuis vacationem impetrare non potuerunt, in carcerem conjecti ſunt. Hiſpanienſe bellum cum parum proſpere aliquoties geſtum, ita confudiſſet, civitatem Romanam, ut ne is quidem invenirentur qui aut Tribunatum exciperent, aut legati ire vellent, P. Cornelius Æmilianus proceſſit, & excepturum ſe militiæ genus, quodcumque imperatum eſſet, profeſſus eſt, quo exemplo ad militandi ſtudium omnes incitavit. L. Lucullus Conſul, cum M. Claudius Marcellus, cui ſucceſſerat, pacaſſe omnes Celtiberiæ populos videretur, Vaccæos, Cantabros, & alias adhuc incognitas nationes (in Hiſpania) ſubegit. Ibi P. Cornelius Scipio Æmilianus, L. Paulli F. Africani nepos, ſed adoptivus, provocatorem barbarum Tribunus militum occidit ; & in expugnatione * Intercatiæ urbis majus etiam periculum adiit; nam murum primus omnium tranſcendit. *Appianus* item hoc primum anno milites ſorte lectos ſcribit ; P. Scipionem ultro ſe ad militare munus ſuſcipiendum, quodcumque delatum eſſet, obtuliſſe ; Lucullum Vaccæos ſine S. C. inſontes adortum, Cauceam oppidum contra fidem datam expugnaſſe, Intercatiam in fidem recepiſſe ; Pallantiæ obſidione dimiſſa, in Turditaniam hibernorum cauſa ſe recepiſſe; fine autem Vaccæorum bello impoſito, Luſitanos, qui finitima loca populati erant, ad mille quingentos cæcidiſſe, Luſitaniæ partem ipſum, alteram Galbam prætorem diripuiſſe; eoſdem pacem petentes contra fidem interpoſitam, paucis, ex quibus Viriathus fuit, elapſis, interfectos; ipſum, quod ſine S. C. bellum Vaccæis intuliſſet, die dicta abſolutum. De Scipione ad Intercatiam à barbaro provocato, ſcriptum eſt etiam apud *Appianum*, & eum qui de viris illuſtribus tradidit. Eundem à Lucullo in Numidiam ad elephantos à Maſſaniſa petendos miſſum tradit *Appianus* in Libyca. Quo autem anno L. Lucullus Conſul Vaccæis ſubactis Luſitaniæ partem vaſtabat, eodem alteram partem (ut dixi) populatus eſt Ser. Sulpicius Galba prætor, ita ut ſcelus Luſitanorum contra fidem interfectorum, ab aliis non Lucullo, ſed Galbæ tribuatur, ſic enim *Suetonius* in Galba ; Familiam illuſtravit Ser. Galba Conſularis, tem-

(98) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 601.
Olymp. CLVII. Anno I.
Ante Ær. Chr. 152.
M. CLAUDIUS MARCELLUS III. } Coſs.
L. VALERIUS FLACCUS. }
Ita ex Caſſiodoro, Jul. Obſ. faſt. Siculis, & Cuſpin. Sigonius, Pighius, Almeloveenius, & alii.

(99) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 602.
Olymp. CLVII. Anno II.
Ante Ær. Chr. 151.
L. LICINIUS LUCULLUS. } Coſs.
A. POSTUMIUS ALBINUS. }
Ita ex Caſſiodoro, Oroſio, faſt. Sicul. Capitol. & Epitoma Livii Sigonius, Pighius, Almeloveenius, & alii.

temporum ſuorum eloquentiſſimus; quem tradunt Hiſpaniam ex prætura obtinentem, XXX. Luſitanorum millibus perfidia trucidatis, Viriathini belli cauſam exſtitiſſe. Et *Valerius* cap. de perfidia; Ser. Galba, trium Luſitaniæ civitatum convocato populo, tamquam de commodis ejus acturis, novem millia, in quibus flos juventutis conſiſtebat, electa & armis exuta partim trucidavit, partim vendidit. Itaque biennio poſt rogatio lata à L. Scribonio Trib. pl. ut Luſitani, qui in fidem populi Rom. dediti, à Ser. Galba in Gallia veniſſent, in libertatem reſtituerentur, cui Galba ipſe reſpondit, ſe Luſitanos prope ſe caſtra habentes cæcidiſſe; quod compertum haberet, equo atque homine ſuo ritu immolatis, per ſpeciem pacis adoriri ſuum exercitum in animo habuiſſe. Eundem Galbam ante ſuſum à Luſitanis fuiſſe tradit *Appianus*; & *Oroſius* ita; Ser. Galba prætor à Luſitanis magno prœlio victus eſt; uuiverſoque exercitu amiſſo, ipſe cum paucis vix elapſus effugit, & in *Epit.* XLVIII. Ser. Sulpicius Galba prætor, male adverſus Luſitanos pugnavit.

DE COS. AN. DCIII. (100)

COnſules hic annus habuit L. Quinctium, M'. Acilium, auctore *Caſſiodoro*, quos *Plinius* libro VII. cap. XXXVI. C. Quinctium, M'. Acilium vocat: *Cicero* libro XIII. epiſtolarum ad Atticum, Quinctium & Manium; in Catone, T. Flaminium, M'. Acilium: (eoſque undevigeſimo poſt Ennii mortem anno ait factos) *Siculæ tabulæ* Flaminium & Balbum: *Capitolina fragmenta* = FLAMININUM. M'. ACILIUM BALBUM. Hunc T. Quinctii Flaminini, qui Philippum devicit, filium eſſe opinor. Victoria L. Luculli Conſulis, Celtiberi ac Vaccæi; perfidia Ser. Galbæ prætoris, Luſitani hoc anno, atque etiam ſequentibus, quieviſſe videntur; quando autem rebellaverint, poſt indicabo.

DE COS. AN. DCIV. (1)

IN hunc annum Conſules profitetur *Caſſiodorus* L. Marcium, M'. Manilium: itemque *Epitoma* XLIX. Cenſorini & M'. Manilii *Cic.* in Lucullo meminit; Cenſorini & Manilii, lib. XII. ad Atticum; M'. Manilii, in ſexto de Rep. Eoſdem nominat *Appianus* in Libyca L. Marcium Cenſorinum, M'. Manilium; itemque *Cenſorinus* de die natali: Cenſorinum & Manilium *Siculi faſti*; Cenſorinum, M'. Manilium P. F. P. N. *Capitolini*; in quibus Cenſorinus etiam C. F. C. N. poſt in cenſura dicitur. Utrique Africa provincia decreta eſt. His Coſs. Pruſias Rex Bithyniæ, à Nicomede filio, adjuvante Attalo Rege Pergami, occiſus eſt. Cum legatos ad pacem faciendam inter Nicomedem & patrem Pruſiam Romani miſiſſent, & unus ex iis caput multis cicatricibus ſartum haberet, alter pedibus æger eſſet, tertius ingenio ſocors haberetur; Cato dixit, eam legationem nec caput, nec pedes, nec cor habere. *Appianus*, *Epit.* L.

De bello Punico tertio.

IIſdem Conſulibus bellum tertium non ſolum Pœnis indictum, ſed etiam initum eſt: quod poſt intra quadriennium Carthaginis ipſius eſt excidio terminatum, de quo bello indicendo ſæpius ante etiam à Romanis agitatum fuerat. Nam cum Q. Fulvio, T. Annio (ut opinor) Conſulibus, legati Carthaginem ad diſceptandum de agro inter Maſſaniſam & Carthaginienſes controverſo miſſi, inter quos fuit etiam M. Catho, Carthagine vim ingentem navalis materiæ ſe deprehendiſse renuntiaſsent, univerſum Senatum valde commoverunt. Itaque ſequenti (ut puto) anno, Marcello & Flacco Conſulibus, cum in finibus Carthaginienſium maximus Numidarum exercitus, Archobarzane duce Syphacis nepote, diceretur eſſe, M. Cato ſuaſit, ut Carthaginienſibus, qui exercitum ſpecie contra Maſſaniſam Regem, ſed revera contra Romanos accitum in finibus haberent, bellum indiceretur, contra dicente P. Cornelio Naſica, eo, qui à Senatu vir optimus judicatus fuerat, placuit legatos mitti Carthaginem, qui ſpecularentur quid agerent; caſtigato Senatu Carthaginienſium, quod contra fœdus exercitum & navales materias haberent, pacem inter eos & Maſſaniſam facere voluerunt, Maſſaniſa agro, de quo lis erat, cedente, ſed Giſgo Amilcaris filius, homo ſeditioſus, qui tunc in magiſtratu erat, cum Senatus pariturum ſe judicio legatorum dixiſſet, ita, bellum adverſus Romanos ſuadendo, concitavit, ut legatos, quo minus violarentur, fuga explicuerit. Id nuntiantes, infeſtum jam Senatum Carthaginienſibus infeſtiorem fecerunt. Lucullo autem & Albino Conſulibus, Guluſſa Maſſaniſæ filius denuntiavit Carthagine delectus agi, claſſem comparari, & haud dubium bellum ſtrui, cum Cato ſuaderet ut iis bellum indiceretur, Naſica dicente, nihil temere faciundum; placuit decem mitti legatos exploratum. Acilio autem & Quinctio Conſulibus, cum legati ex Africa eum Carthaginienſium oratoribus & Guluſſa rediiſſent, dicerentque ſe & exercitum & claſſem Carthagine deprehendiſſe, perrogari ſententias placuit. Catone, & aliis principibus Senatus ſuadentibus, ut in Africam confeſtim tranſportaretur exercitus, quod Naſica dicebat, nondum juſtam ſibi cauſam bellandi videri, placuit ut bello abſtinerent, ſi Carthaginienſes claſſem exuſſiſſent, & exercitum dimiſiſſent: ſi minus, proximi Conſules de bello Punico referrent. Quo factum eſt ut Cato ſic loquatur apud *Ciceronem* illo anno; Ego ſenatui quæ ſunt gerenda præſcribo; & quo modo Carthagini male jamdiu cogitanti bellum inferatur, multo ante denuntio. Marcio autem & Manilio Conſulibus, inter Catonem & Naſicam variis certatum eſt ſententiis. Catone ſuadente bellum, & ut tolleretur Carthago; Naſica diſſuadente; placuit tamen, & quod contra fœdus naves haberent, & extra fines exercitum eduxiſſent, quodque

focio

---

(100) *Hoc eſt:* Anno ab U. C. 603.
Olymp. CLVII. Anno III.
Ante Ær. Chr. 150.
T. QUINCTIUS FLAMININUS. } Coſs.
M'. ACILIUS BALBUS.
Ita ex Caſſiodoro, Plinio, Cicerone, faſt. Sicul. & Capitol. Sigonius, Pighius, Almelov. & alii.

(1) *Hoc eſt:* Anno ab U. C. 604.
Olymp. CLVII. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 149.
L. MARCIUS CENSORINUS. } Coſs.
M'. MANILIUS.
Ita ex Caſſiodoro, Livii Epitoma, Cicerone, Appiano, & faſt. Sicul. Sigonius, Pighius, Almeloveenius, & alii.

ſocio Maſſaniſæ arma intuliſſent, & quod filium ejus Guluſſam, qui cum legatis Romanis erat, in oppidum non recepiſſent; bellum iis indici. Conſulibus ambobus Africa provincia decreta, & nt bellum cum Carthaginienſibus gererent, atque Carthaginem exſcinderent; quorum Manilius, pedeſtribus copiis; Cenſorinus, claſſi præfectus eſt. Prius quam ullæ copiæ in naves imponerentur, Uticenſes legati Romam venerunt, ſe ſuaque omnia dedentes. Ea legatio, velut maximum belli omen, grata patribus, acerba Carthaginienſibus fuit, legati triginta Romam venerunt, per quos Carthaginienſes ſe dedebant. Catonis ſententia pervicit, ut decreto perſtaretur, & ut Conſules quam primum proficiſcerentur ad bellum, qui ubi in Africam trajecerunt, Carthaginienſibus evocatis, primum arma tradere, claſſemque comburere; mox eos juſſa diligentiſſime facientes, procul à mari paſſuum X. millibus conſidere urbe relicta jubent. Iis imperatis, quippe quæ crudeliſſima eſſent, Carthaginienſes incenſi, cum omnino aut urbem defendere, aut una cum ea pugnando cadere ſtatuiſſent, apparantur ad bellum. Itaque protinus & Aſdrubalem toti bello imperioque præficiunt, & non ferrea ſolum & ænea arma; ſed etiam, ea deficiente materia, aurea atque argentea faciunt. Cum ergo Carthaginienſium hoc loco res eſſent, magnaque in ipſa urbe trepidatio verſaretur, tum Conſules urbem ipſam, quod infirmis adhuc Pœnorum opibus, ea ſe facilius potituros eſſe ſperarent, omni conatu extemplo oppugnare aggreſſi ſunt, verum cnm re ſæpius tentata, nihil adhuc efficere potuiſſent, tandem commodiſſimum rati futurum, ſi per quandam murorum partem, quæ paulo ante dejecta, nondum probe fuerat reſtituta, invaderent, ea omnino ex improviſo irrumpere conſtituerant: at vero P. Scipio Æmilianus, qui Tribunus militum M'. Manilio ad quartam legionem venerat, cum Pœnos cognito Conſulum conſilio ſuos ita diſpoſuiſſe audiſſet, ut alii armati Romanorum impetum ſuſtinerent, alii inermes ligna & lapides in eos ingredientes ex loco ſuperiore conjicerent, maximum, quod Romanis militibus imminere periculum providebat, ſibi eſſe propulſandum cenſuit. Itaque cum cohortes ſuas in plures partes diſtribuiſſet, eaſque non procul à muris ex intervallo conſtituiſſet, datis mandatis effecit, ut non eos ſolum, qui in urbem irrumpere, ſed illos etiam qui laceſſentibus inſtare hoſtibus cuperent à certamine cohiberent. In *Epitoma Liviana* ſcriptum invenio, hanc conſilii temeritatem non Conſulibus tribui, ſed duobus Tribunis; qui cum neglectos ab una parte muros cum cohortibus invaſiſſent, & ab hoſtibus gravius cæderentur, à Scipione eſſe potiſſimum conſervatos; ab eodemque caſtellum Romanorum, quod nocte oppugnabatur, paucis equitibus adjuvantibus liberatum. Ad hæc vero, cum Cenſorini diſceſſu, qui Romam comitiorum cauſa deceſſerat, majoribus animis Pœni ſumptis ſumma vi ex urbe ſilentio noctis egreſſi, caſtra Romanorum infeſta redderent, Scipio è portis caſtrorum egreſſus; iis quæ longius à prœlio aberant, cum impetum in Carthaginienſes feciſſet, eos tum repentina eruptione adeo exterruit, ut extemplo caſtra Romanorum reliquerint, & intra mœnia ſe receperint. Paucis etiam poſt diebus, cum Carthaginienſes Romanarum navium præſidium invaſiſſent, ſimulque cives in urbe ad arma conclamaviſſent, Scipio, Manilio ſe,

A quod clamoris cauſam ignoraret, caſtris tenente, magno animo trepidantes cohortes ſuas educit; tum quoſdam eum accenſis præire facibus jubet, non ut per noctem acie dimicaret, ſed ut illis tumultuoſius omnia pervagantibus, majoris ſpeciem multitudinis offerret, atque terrorem hoſtibus incuteret, quo facto hoſtes perterriti, ſtatim navium expugnatione omiſſa, in urbem refugerunt. Interea Manilius caſtra contra Aſdrubalem movere cum ſtatuiſſet, (is tum ad Nepherim in urbem cum exercitu erat) perægre id Scipio patiebatur, videbat enim imperatori per anguſta ac difficilia quædam loca exercitum eſſe ducendum; cum autem promotis copiis ad ipſa Aſdrubalis ca-
B ſtra per tria fere ſtadia perveniſſent, ac flumen quoddam trajiciendum eſſet, de receptu ſuorum cogitans, ſe anxio eſſe animo dixit. Ea vero res ſollicitum Scipionem habebat; quod alio tempore, atque alio ordine in Aſdrubalem movendum fuiſſe cenſebat. Tribunis autem reliquis repugnantibus, minimeque vicino jam hoſti cedendum arbitrantibus, ne, ſi pedem referrent, ab hoſtibus quaſi metu fugientes à tergo invaderentur, monuit Conſulem Scipio, ut ſe ſaltem ante fluvium valli præſidio communiret; quo ſe, ſi forte pelleretur, recipere ſtatim ac ſine periculo poſſet, quod conſilium ita ab illis irriſum eſt, ut quidam etiam ex iis gladium ſe abjecturum eſſe diceret, ſi Scipio,
C non Manilius imperaret. Eorum ergo auctoritatem ſequutus Manilius, fluvium trajicere ſtatuit, quo facto, repente cum occurrente ſibi Aſdrubale ad manus venit. Aſdrubal autem, poſtquam vario utrinque prœlio dimicatum eſt, ſuas in caſtra copias, ubi à Romanis legionibus nihil accipere detrimenti poterat, ſibi reducendas, nullamque Romanis copiam dandam eſſe pugnæ putavit; ratus, id quod res monebat, Romanos inopia commeatus iis locis movere ſe coactos, ſibi in ipſo flumine trajiciendo occaſionem ad eos adoriendos vel maximam daturos. Itaque obſervato diligenter eo tempore, quo ipſi pedem referentes in ipſo tranando flumine impediti eſſent, atque ordi-
D nes propter anguſtias vadorum interrupiſſent, eductis copiis undique in eos incautos invadit: eoſdemque ſecum dimicare vel iniquiſſimo loco compellit. Scipio autem, cum rem Romanam ſummum in diſcrimen adductam videret, haud ſibi moram interponendam ad ſuos quoquo modo poſſet, ſublevandos ratus, ſatis (ut in re trepida potuit) ſalutare conſilium cepit: ad trecentos equites, quos ſecum habebat, aliis, quos maxime potuit, convocatis, omnes in duas partes diſtribuit; mandavitque ut alii jacula ſagittaſque in hoſtes conjicerent, alii interim iis qui defeſſi jaculando eſſent, recentes integrique ſuccederent; atque ita orbe quaſi quodam mutua pugnantium commutatione
E prœlio certaretur, ipſe ad omnes partes adequitans, omnem pugnam fortitudine atque conſilio ſuſtinebat, cum juſſa diligentiſſime fortiſſimeque ab omnibus fierent, grauiuſque premi jam Aſdrubal videretur, eos qui flumen tranſibant, relinquere coactus, ſe totum in Scipionem convertit. Ita illis fluminis commode trajiciendi ſpatium datum eſt: Scipio poſt ſe fortiſſime ab Aſdrubalis impetu liberavit. In ea pugna multi Romani deſiderati ſunt: inter quos, tres potiſſimum Tribuni ex iis, quibus prœlium maxime committi placuerat, ceciderunt. Interea Romanis, poſtquam in caſtra perventum eſt, cohortes octo,

(alii alium numerum ediderunt) quæ ſe à flumine prœlii ejus initio in editum collem quendam ſubduxerant, ab Aſdrubale obſideri, magnoque in periculo poſitas eſſe renuntiatum eſt. Omnibus eo nuntio graviſſime perturbatis, cum quidnam opus facto eſſet conſultaretur, ceteri quidem deſerendos eos, nec paucorum conſervandorum gratia plurimos tantis periculis objiciendos cenſebant; at Scipio, monens in ſuſcipiendis rebus prudentia, in adeundis periculis animi magnitudine opus eſſe, ſe quidem numquam paſſurum eſſe dixit, viros fortes ſubſidii inopia in manus hoſtium pervenire; ſed ſemetipſum ad eos eximendos obſidione, ſi poſſet, advolaturum: quare paucis equitibus delectis, B & commeatu paucorum dierum ſumpto, pollicitus ſe aut victorem in caſtra reverſurum, aut pugnando una cum ceteris periturum, ad hoſtes contendit, cum autem ad collem eum, in quo cohortes obſidebantur, perveniſſet, clivi ſumma contento curſu ſuperat, ſic, ut tantummodo vallis inter ſe & hoſtes intercederet: inde omnia contemplatus, in Pœnos, qui jam acrius Romanos obſidione urgebant, diverſis è partibus impetum facit. Ii cum ſe repente undique circumventos viderent, fuga ſalutem petere contenderunt: eos fugientes Scipio ſuos longius perſequi vetuit, & quod ſe equitum numero inferiorem eſſe non ignorabat; & quod ſatis ſibi hoc eſſe putabat, C ſuos ſe è maximis obſidionis periculis contra ſpem omnium facile eripuiſſe. Augebat interim ea cura pleroſque, quod occiſorum Tribunorum corpora ſine ſepultura jacerent; ejuſque rei procuratio requiri à Scipione tacitis fere vocibus omnium videbatur: id quod ſentiens Scipio, quendam dimitti ex captivis Carthaginienſium juſſit, eumque ad Aſdrubalem proficiſci; præcipiens, ut verbis ab eo ſuis ſepulturam cadaveribus peteret. Aſdrubal autem, ſive quod hoc humanitatis eſſe cenſeret, ſive quod jam tum Scipionem metuens, ei obſequi potiſſimum cuperet, corpora Tribunorum ex annulis aureis, cum ceteri ferreo uterentur, ſcrutatus, diligentiſſime ſepelienda D curavit. His de cauſſis Manilius ac Tribuni, & univerſus denique exercitus, cum Legati adeſſent ad res Africæ inviſendas à Senatu miſſi, ea de Scipionis fortitudine retulerunt, ut incredibile videretur, virtutem cujuſquam aut majoribus aut gravioribus poſſe laudibus celebrari. Quæ eadem cum Legatorum oratione Romæ in Senatu exponerentur, non illum ordinem ſolum magna ſpe ac voluptate complerunt, ſed plebem etiam ei ita conciliarunt, ut is proximis comitiis Conſul à compluribus tribubus diceretur. Hæc ex *Appiani* Libyca hiſtoria, *Epitomis*, *Oroſio*, *Eutropio*, *Strabone*, aliis. E

DE COS. AN. DCV. (2)

DEinceps Conſules creati ſunt Sp. Poſtumius, & L. Piſo, *Caſſiodoro* & *Obſequente* auctoribus. In *fragmentis Capitolinis* eſt, ALBINUS MAGNUS. L. CALPURNIUS C. F. C. N. PISO CÆSONIUS: in *Cuſpiniani*, MAGNUS & CÆSONIUS: in *Siculis*; Albinus & Piſo: ſunt autem illa, Poſtumii; hoc, Calpurnii cognomina. Sp. Poſtumium filium eſſe arbitror, Conſulis anno DLXXXIX. quorum ille *Paullulus*, hic *Magnus* appellatus eſt. Hoc anno ex tribus Legatis, qui ad Maſſaniſam miſſi fuerant, M. Marcellus, qui ter Conſul fuerat, coorta tempeſtate, fluctibus obrutus eſt. *Epitoma* L. *Pæanus*.

De rebus in Africa geſtis.

M'. Manilio in Africam prorogatum in hunc annum imperium puto. L. certo Piſo Conſul Africam obtinuit. Utramque rem auctoritate veterum annalium confirmabo: primum de Manilio ſic eſt ſcriptum apud *Valerium* lib. V. Maſſaniſa in lectulo cum jam ætate deficiente laberetur, M'. Manilium, qui pro Conſule Africam obtinebat, literis obſecravit, ut ad ſe Scipionem Æmilianum ſub eo tunc militantem mitteret; feliciorem mortem ſuam futuram ratus, ſi in complexu dextræ ejus ſupremum ſpiritum ac mandata poſuiſſet, ut Regnum filiis ſuis divideret. In *Epitoma* autem L. ita eſt; Maſſaniſa Numidiæ Rex deceſſit; inter tres filios ejus P. Scipio, cum commune eis pater Regnum reliquiſſet, & dividere eos arbitro Scipione juſſiſſet, adminiſtrationem Regni diviſit. Item * Phameæ Imilconi Præfecto equitum Carthaginienſium perſuaſit, ut cum equitatu ſuo ad Romanos tranſiret. Cum autem ædilitatem peteret, Conſul à populo dictus, quoniam per annos Conſulem fieri non licebat, legibus ſolutus Conſul creatus eſt. M'. Manilius nonnullas urbes circumpoſitas Carthagini expugnavit. Et apud *Oroſium*; Scipio, Maſſaniſa mortuo, inter filios ejus Regnum diviſit, eo Carthaginem reverſo, Manilius Tezagam urbem expugnavit, XII. millia Afrorum cæſa, ſex millia capta ſunt. *Appianus*. Manilius, audiens Piſonem ſibi ſucceſſorem venire, Scipionem cum Phamea Romam dimiſit. Piſo, cum in Africam perveniſſet, atque L. Mancinum claſſis Præfectum ſecum haberet, neque Carthaginem neque Aſdrubalem adortus eſt: verum, cum ad ſingulas urbes arma circumtuliſſet, fruſtra conſumpta æſtate, Uticam in hiberna conceſſit. Pœni interea auxiliis undique accerſitis, animos ad bellum vehementius intenderunt; atque Andriſcum, qui in Macedonia bellum adverſus populum Romanum gerebat, incitarunt.

De bello III. Macedonico cum Andriſco.

CEterum L. Lucullo, A. Poſtumio (ut opinor) Conſulibus, Andriſcus, qui Philippi nomine ſumpto, ſe Perſei Regis Macedoniæ filium ingenti aſſeveratione mentiretur, à Demetrio Syriæ Rege ob generis mendacium Romam miſſus, cum L. Marcio, M'. Manilio Conſulibus, ab urbe Roma clam profugiſſet, multis ad falſam ejus fabulam, velut ad veram coëuntibus, contracto exercitu, totam Macedoniam, aut voluntate incolentium, aut armis occupavit. Theſſalia, cum & illam invadere armis atque occupare vellet, per Romanos Legatos auxiliis Achæorum defenſa eſt. Pſeu-

(2) *Hoc eſt:* Anno ab U. C. 605. Olymp. CLVIII. Anno I. Ante Ær. Chr. 148.

SP. POSTUMIUS ALB. MAGNUS.) Coſs.
L. CALPURNIUS PISO CÆSONIUS.)
Ita ex Caſſiodoro, Jul. Obſ. fra. Sicul. Capitol. & Cuſpin. Sigonius, Pighius, Almelov. & alii.

Pſeudophilippus in Macedonia M. Juventium Prætorem cum exercitu cæcidit. Hæc ex *Epitomis*. Addit ad hæc *Zonaras*: Romani Andriſcum primo contempſerunt; deinde Scipionem Naſicam ad eos motus placide componendos miſerunr. Qui cum in Græciam perveniſſet, quæque geſta erant, cognoviſſet, de omnibus certiore Senatu facto, collecto ab ſociis exercitu, in Macedoniam uſque penetravit. Quibus rebus cognitis, Romani P. Juventium Prætorem miſerunt, quocum Andriſcus in Macedonia acie congreſſus, & eum cæcidit, & alios profligaſſet, niſi per noctem pedem retuliſſent. Itaque facto in Theſſaliam impetu, majorem partem ejus vaſtavit, & Thraces ſibi adjunxit. Hac de cauſa Q. Metellus Prætor maximo cum exercitu miſſus, in Macedoniam venir; claſſe autem Attali uſus, Andriſcum de maritima ora ſollicitum longius progredi vetuit. Qui paulo extra Pydnam producto exercitu, ab equitatu victor, peditum R. timore receſſit; atque exercitum in duas partes diviſit; quarum unam ad populandum Theſſaliam miſit, alteram ſibi reſervavit. Qua contempta, Metellus in aciem deſcendit; ac qui primi occurrerunt, pulſis, reliquos crimen ſuum aperte confitentes ſubegit. Ille cum in Thraciam refugiſſet, collecto exercitu cum Metello ſigna contulit; ac ſociis ſuis ſuſis, ipſe à Byze Regulo Thrace proditus, pœnas dedit. Alexander etiam quidam Perſei filium ſe profeſſus, contracta manu, regionem * Meſto flumini vicinam occupavit, quem Metellus uſque in Dardaniam eſt perſequutus. Itaque de eadem re ſic ſcribit *Eutropius*; Interim in Macedonia quidam Pſeudophilippus arma movit, & Romanum Prætorem Juventium contra ſe miſſum, ad internecionem vicit. Et *Appianus* in Libyca, duces contra Perſei filium in Macedoniam miſſos ſcribit, Manilio & Marcio Conſulibus. L. autem Calpurnio, & Sp. Poſtumio, eum à Q. Metello Prætore deletum notat *Obſequens*: id quod in *Epitoma* L., bis verbis traditur: Pſeudophilippus à Q. Cæcilio victus captuſque eſt, recepta Macedonia. Et in libro de Viris Illuſtribus ita; Q. Cæcilius Metellus Prætor Andriſcum, qui Pſeudnphilippus dictus eſt, vicit; unde *Macedonicus* dictus eſt. Et apud *Vellejum* lib. I. Q. Metellus Prætor, cui ex virtute *Macedonici* cognomen inditum, præclara victoria Pſeudophilippum, qui Macedoniam occupaverat, gentemque ſuperavir. Et apud *Eutropium*; Poſt Juventium Q. Metellus dux à Romanis contra Pſeudnphilippum miſſus eſt; & XXV. millibus ex militibus ejus occiſis, Macedoniam recepit; ipſum etiam Pſeudophilippum in poteſtatem ſuam redegit. Idem *Florus*. Hæc ſere de tanto bello reperi; reliqua enim inimica vetuſtas oblivione (ut video) in perpetuum non dico obſcuravit, ſed penitus etiam obruit.

DE COS. AN. DCVI. (3)

POpulus Romanus, cum ſuperiorum Imperatorum ignavia bellum Punicum longius trahi, jamque Pœnos ex adverſis eorum prœliis receptis animis ſe ad bellum acrius inſtruxiſſe animadverteret, omnem in unum Scipionem cogitationem ſuam converterat. Ita cum res reminiſceretur eas, quas ille Legatus in Hiſpania primum, deinde Tribunus in Africa adminiſtraſſet, eaſque cum præſentibus aliorum rebus compararet, in ſpem maximam veniebat, poſſe ſe bellum illud facile per Scipionem conficere. Quare cum Scipio nullum adhuc in urbe magiſtratum cepiſſet, ædilitatem autem curulem petiturus in campum deſcendiſſet, populus eum non ædilem, ſed Conſulem creare voluit; cui cum patres adverſarentur, legemque proferentes eam, qua certi cuique ad ſingulos magiſtratus capiendos anni ſunt conſtituti, longius eum à Conſulari abeſſe ætate oſtenderent, tum populus rogare, inſtare, demum etiam clamare cœpit, & ex Romuli, & ex Tullii legibus penes ſe comitiorum eſſe jus dicere; ita ut cui vellet mandare; cui nnllet, abrogare magiſtratum ſuo jure poſſet. Quibus rationibus victus Senatus, Tribunis plebis permiſit, ut rogationem ad populum ferrent, qua Scipioni petendi ante tempus Conſulatus poteſtas fieret; qua lata, Scipio univerſi populi conſenſu Conſul declaratus eſt, collega ei additus eſt C. Livius Druſus. Hæc ſere *Appianus*, *Epitomæ*, *Vellejus*, *Plutarchus*, & *Valerius* lib. VIII. Apud *Caſſiodorum* etiam & *Obſequentem*, Conſules ſubſequuntur P. Africanus, & C. Livius: in *faſtis Siculis* Scipio & Druſus; in *Capitolinis* autem *fragmentis*, == AFRICANUS ÆMILIA\`US. C. LIVIUS M. AIMILIANI F. M. N. DRUSUS. Hic Scipio Paulli Æmilii filius fuit, adoptatus à P. Cornelio Scipione Africani filio: unde ipſe *Africanus minor*, & *Æmil anus* appellatus eſt: auctor *Vellejus*, *Epitomæ*, alii.

De re geſta in Africa.

COnſules inito magiſtratu cum de provinciis retuliſſent, Druſus Scipionem poſt ſe debere ſortiri provinciam contendebat; populus autem reclamans, & mandandarum etiam provinciarum jus ſuum eſſe dicens, Scipioni Africam ac totum bellum ſine ſorte commiſit: atque exercitum ei tantum, quantus ante ſuperiores clades fuerat, habendi, itemque à ſociis, & à regibus, & à civitatibus, qunt vellet, & quos ipſe probaret, educendi facultatem dedit. Ille autem omnibus rebus ex ſententia comparatis, quas ad bellum neceſſarias eſſe putavit, magna ſpe civium in Africam proficiſcens, Uticam primum advehitur. Tum Piſo, educto jam ex hibernis exercitu, Carthaginis partem eam, quæ continentem ſpectat, oppugnabat: Mancinus autem, ex altera parte, murorum partem alteram, quæ neglecta videbatur, adortus, quod rupes aſperæ & inviæ undique eſſent, ſcalis clam appoſitis, militibus egregie laborantibus, urbem ingredi conabatur; jamque perterritos Pœnos inſequens, portam urbis intraverat; cum imminente nocte, ad quam pugna perducta erat, rerum neceſſariarum inopiam, imminenſque periculum contemplatus, nuncios ſtatim ad principes Uticen-

(3) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 606.
Olymp. CLVIII. Anno II.
Ante Ær. Chr. 147.

P. CORNELIUS SCIPIO AFRICANUS ÆMILIANUS. C. LIVIUS MAMILIANUS DRUSUS.	Coſs.

Ita ex Caſſiodoro, Jul. Obſ. Appiano, Vellejo, Plutarcho, faſt. Sic. & Capitol. Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.
Sigonius tamen legit: C. Livius Druſus M. Æmiliani F. M. N. & rectius fortaſſe.

Bb 2

cenſium mittit, qui eos, quanto ipſe in periculo ſit, quantaque commeatuum penuria conflictetur, edoceant, eoſque è veſtigio, ut ſibi ſubſidio ſint, rogent. Hæc Scipioni, cum forte veſpere Uticam acceſſiſſet, tertia fere vigilia nunciata ſunt: quibus cognitis, milites tuba confeſtim vocari, ab adoleſcentibus Uticenſium, qui per ætatem porerant, commeatum ad naves comportari jubet, poſt captivis quibuſdam dimiſſis, eos Carthaginienſibus nunciare juber, mox affore Scipionem. Inde equitibus aliis ſuper alios miſſis, qui Piſonem ad opem Mancino ferendam excirenr; atque militibus interea poſtrema vigilia in naves impoſitis, Utica ſolvit, iis admoniris, ut cum hoſtibus appropinquaſſent, erecti ſuper ſtramenta, in illos ora converterent. His rebus ita à Scipione pro tempore raptim inſtructis, Mancinus prima luce Carthaginienſibus ex omni parte urgentibus, quingenros, quos ſolns in armis habuit, duobus hoſtium millibus à fronte oppoſuit; jamque vulnere accepto, à muris pulſus, profligari videbatur, cum ſubito Scipionis naves armatorum manu refertæ, magnoque curſu in Pœnos contendentes in alto apparuere; quibus conſpectis, Carthaginienſes, qui à captivis Scipionem ſuis ſubſidio venire didiceranr, ſtatim ſubſtitere. Illis cedentibus, Scipio Mancini milites jam periculo proximos ſuis navibus excipit; & Mancinum ipſum Romam (nam alter in ejus locum claſſi præpoſitus fuerat) è veſtigio mittit, ipſe non procul Carthagine caſtra ponit. Interea Pœni ex muris per ſtadia quinque progreſſi, vallum jaciunt; in eoque ſpatio Aſdrubalem & Bythiam collocant; quorum uni ſex millia peditum aderant; alteri, equites mille, ſatis ad dimicandum, ſi ita res poſtulaſſet, inſtructi. Scipio autem cum exercitum à Piſone acceptum, luxui, avaritiæ, ac deſidiæ deditum accepiſſet, ante eum ſibi emendandum conſtituit, quam eum hoſtibus ad pugnam aliqua ratione deſcenderet. Poſt autem inſidiis per noctem poſitis, Megara, qui locus eſt urbis ampliſſimus; cumque mœnibus ipſis urbis conjunctus, aggredi ſtatuit. Ita præmiſſis aliquot è ſuis, qui ab una parte hoſtes imparatos invaderent, ipſe cum aliis ab altera cum ſecuribus, ſcalis ac vectibus, ad duo millia paſſuum ſilentio magno procedit. Cum perceptis à Pœnis inſidiis, vox è muris edita eſſet, hoſtes adeſſe monentis, tum Scipio in primis, ac cum eo ſui omnes clamorem ſuſtulerunt: qui autem à contraria parte conſtiterant, vehementius extulere vocem; ita ut Pœni tot hoſtibus undique ac tam repente circumſiſtentibus, magnopere terrerentur. Sed res tamen Scipioni, licet tentaret omnia diligentius, prout ipſe ſtatuerat, non proceſſit. Erat tum forte privati cujuſdam turris extra muros urbis deſerta; cujus faſtigium altitudinis, prope mœnia ipſa urbis æquabat, à quibus non longe aberat: hanc cum adoleſcens quidam audacter aſcendiſſet, accitis propere aliis, ab ea ad muros urbis haſtis aſſeribuſque trajectis, pontem facere inſtituerunt; per quem cum ad mœnia, inde ad Megara perveniſſent, ſtatim refractis portis, Scipionem cum quatuor hominum millibus receperunr. Hac re cognita adeo ingens intus luctus Carthaginienſes excepit, ur urbs ab hoſtibus capta eodem veſtigio videretur. Itaque tumultu facto, clamoreque edito, omnes ſe repente contulerunt in arcem, tam ii qui in urbe erant, quam ii qui foris in vallo conſederant. Scipio autem,

A cum Megarorum campum anguſtum, atque arboribus obſitum, ac rubis & vepribus impeditum conſpicaretur, veritus ne inſequenti exercitui difficile iter eſſet, aut in aliquas inſidias ipſe incideret, quibus erat ille maxime locus idoneus, gradum ſibi reſcrendum eſſe conſtituit. Poſtridie ejus diei, Aſdrubal, Megara capta indigne ferens, captivos omnes Romanorum in muris ſtatuit, eo maxime in loco quo à ſuis facile videri poſſent; eoſque ibi crudeliter per contumeliam Romanorum variis generibus tormentorum excruciatos interfecit. Dum hæc agebantur, Scipio ratus Carthaginem niſi obſidione expugnari non poſſe, eam, quoad potuit, circumvallare inſtituit. Primum
B autem ſuccenſo vallo, quod hoſtes in arcem confugientes deſeruerant, iſthmum omnem complectens à mari uſque ad mare, per jactum teli foſſa munivit: idque opus per tria millia paſſuum perduxit, cum continenter foderet atque pugnaret. Ea foſſa perfecta, alteram è regione continentem verſus eduxir: hiſque duas alias ſimiles à lateribus addidir; ita ut quadratum opus effingeretur. Has aurem poſtremas ſudibus præacutis, ſtipitibuſque tranſverſis munivit; reliquas, ex quibus in urbem deſpectus eſſer, vallo firmavit, ac per tria millia paſſuum muro ſepſit; cujus altitudo pedes duodenos ſupergreſſa eſt, profunditas dimidio amplior fuit. In medio turrim excitavit;
C & ſuper ipſam quadratum è ligno propugnaculum ſtatuit: ex quo procul quæ ſicrent in urbe proſpiceret. Quibus comparatis, Scipio intra ſpatium illud copias deduxir, ita ut uno tempore & caſtra metaretur, & hoſtes obſidens re omni frumentaria intercluderet, quæ à terra deferretur; atque binc malorum omnium fons in Carthaginienſes manavit: nam cum maxima ex agris in urbem multitudo ſe conjeciſſet, neque commeatus quidquam aut terra propter munitiones, aut mari propter claſſem Romanorum, ſupportaretur, res eos frumentaria deficere cœpit, quamquam Bythias præfectus equitum, novam quandam rationem excogitavie importandi frumenti; nam cum jampridem ad
D commeatum deferendum miſſus, nec clam accedere, nec Scipionis vallum vi ſuperare poſſet, illum lembis parvis imponi jubebat; qui ſecundi vim venti exſpectantes, haud ita multo poſt in portum ferebantur; cum Romanorum triremes propter ſcopulos & fluctus inter ſe minime poſſent hærere, aut lembos ob celeritatem eorum nimiam impedire. Sed hoc modicum erat; nec niſi magno ſpirante venro ſubvehi poterat; quantum autem quantum erat, id totum ab Aſdrubale triginta millibus militum ſolis dividebatur; quos ſibi ex omnibus ipſe delegerat, ex quo efficiebatur ut reliqua civitas ſame acrius premeretur. Scipio autem, cum omnino ne minimum quidem importari
E vellet, portum ipſum Cothonis, atque omnem illam navigationem, quæ ad occidentem ſpectat, obſtruere, commodiſſimum ſtatuit eſſe. Ita aggerem perlongum à mole, quæ à Lingua dicebatur, in pelagus educit; eumque totum ſaxis ingentibus & denſis firmat, ne opus undarum alluvie ſolveretur. Id aurem opus primum Carthaginienſes irridere, ac vocibus è muris increpitare cœperunt, quod ea machinatio compararetur, quæ nunquam habitura finem videretur. ubi vero totum in eam rem incumbere exercitum, neque dies aut noctes intermittere, ſeque omnino mari intercluſos & prohibiros ſenſerunt, ſuis maxime rebus diffidere

ſidere incœperunt. Haud tamen his caſibus fracti animum abjecerunt, ſed portum alterum ex contraria parte Orientem verſus effodere ſtatuerunr. Ergo in urbe ita occulte, ut ne captivi quidem Romani Scipioni quidquam nunciare poſſent, naves primum ex vetere materia refecerunt. Strabo duobus menſibus CXX. conſtratas naves ab iis eſſe conſtructas ſcribit, cum antiqua materia ſuppeteret, & fabrorum multitudo conducta nunquam ceſſaret. Deinde portum pelago in medio, qua nullam molem ob profunditatem, vimque ventorum, educi poſſe confidebant, ſuffoderunt, magno etiam mulierum, ac puerorum una perpetuo laborantium ſtudio. His rebus completis, triremes, ac quinqueremes, myoparones, aliaque complura navigia paratiſſima, atque omni genere armorum inſtructiſſima, è portu profecta, Romanis adverſa conſtitere. Romanos autem & os portus improviſo patefactum, & longus navium ordo celeriter è portu erumpens, adeo exterruir, ut ſi Cartbaginienſes eorum naves è veſtigio invaſiſſent, quæ nautis atque remigibus vacuæ erant, eas nullo fere negotio ſuperare potuerint. At Carthaginienſes tantum ut ſe oſtentarent, claſſem movere; inde ſe in portum ſubito recepere. Poſt tridunm deinde prœlium maritimum committere parant: at id Romani nullo interpoſito ſpatio, ſeſe omnibus rebus compoſitis inſtruunt. Itaque ſigno dato haud ulla mora pngnandi facta eſt; magno clamore ab utraque parte concurſum eſt: eaque pugna, cum remigum utrinque ac gubernatorum, militumque virtus atque audacia eniteret, eſt uſque ad Solis occaſum magna contentione perducta: præſertim vero, cum illi omnino in ejus diei caſu ſummæ victoriæ, hi ſummæ ſalutis eventum conſiſtere intelligerent. In eo prœlio Romani ab Afrorum lembis magnis detrimentis affecti ſunt: qui ſumma levitate præditi, in majores eorum gravioreſque naves invecti, remis earum ac gubernaculis amputatis, ex eorum conſpectu ſe repente proripiebant. Sole autem occidente, Pœnis ſeſe recipere viſum eſt; non quo prœlio cederent, ſed ut poſtridie alacrius ad dimicandum redirent. Ea de cauſſa Carthaginienſium lembi egredientes, cum navigandi ſe velocitate impedientes, aditum portus interclusiſſent, à majoribus Romanorum navibus occupati cum progredi non poſſent, aggerem petiere, is locus ante mœnia urbis fuit ampliſſimus: in quo, pacatis rebus, negociatores onera ſua exponere antea conſueverant; verum imminente bello, in anguſtiorem formam eo conſilio redactus fuerat, ne hoſtes patenti in loco ſub muris aliquando verſarentur. Huc ergo ob portus inopiam delati, converſo impetu prœlium inſtaurarunt, cum alii ab aggere, alii è navibus, alii è muro pugnarent. Ac Carthaginienſibus quidem conſiſtentibus, & levis navigatio, & facilis pugna Romanis erat; cum autem regrederentur, difficili graviorum navium ſuarum agitatione, magna ſæpe incommoda à circumcurſantibus Pœnis accipiebant: quoad quinque Sidetum naves, quæ Scipionem ejus adductæ amore ſequebantur, commiſſa pugna commodiorem quandam evadendi rationem edocuerunt. Illi etiam longis funibus cum ſuas naves inter ſe conſtrinxiſſent, magno tum in hoſtes impetu ferebantur: prœlio vero commiſſo, id pugnabant, ut firmiſſimis funibus in boſtium puppes injectis, eorum naves arctiſſime religarent, earumque celeritatem hoc modo retardarent, quos deinde ſequuti ceteri, magno periculo evaſerunt. Eo prœlio ad noctem, nt dixi, dirempto, Carthaginienſium naves, quotquot incolumes fuere, urbem petierunt. Scipio poſtridie mane aggerem aggreſſus cum infirmum admodnm propugnaculum id eſſet, quod portis imminebat, arietibus machiniſque admotis, partem muri deturbavit. Ea re compulſi Pœni, quamquam omnibus defeſſi malis, rei etiam frumentariæ ad ſummam inopiam adducti erant, nocte è muris ad ipſas munitiones Romanorum incendendas erumpunr. Cum autem ad eas propius accedere nequirent, omni aditu rerra marique præſepto, nudi, facibus exſtinctis, ne conſpecti prævenirentur, natantes exierunt; ad eaſque delati, ignem intulerunr. Re à Romanis percepta, fit prœlium atrox, cum ab utraque parte multi & vulnerarentur, & caderent. Pœnorum autem virtus incredibilis, atque animi magnitudo excellentiſſima fuit: quorum cum in ora pectoraqne adverſa gladii eſſent, telaque multa conjecta, non ante tamen pugnare deſtiterunt, quam aut opera ſuccenſa, aut pulſos loco Romanos conſpexerunt. Turbatis ex hoc tumultu rebus, cum trepidatio in caſtris Scipionis orta eſſet, qualis nnnquam ante extitiſſet, ille equo accurrens, ac terrorem mortis illis injiciens qui terga dediſſent, plurimos conſervavit; totam autem noctem Romani armati traduxerunt, hoſtium maxime deſperatione permoti. Pœni, incenſis operibus Romanorum, in nrbem ſe recipiunt; poſtridie murum qui labefactatns erat, inſtaurant, turreſqne ſuper ipſum multas ædificant. Romani etiam alias machinas comparant; aggeremque validiſſimum conrra turres hoſtium exſtruunr: ex quo cum faces in eas emittere inſtituiſſenr, hoſtes loco depellnnt, eoſque perſequi fugientes incipiunt. Verum cum ingreſſum cruore ac limo terra madefacta non ſuſtineret, eos perſequi deſinunt. Aggere Pœnorum potitus Scipio, enm foſſa, & muro lapideo ſepſit; in eoque quatuor millia hominum ſtatuit, qui hoſtium incurſiones reprimerent; quorum multa cum iis è muris dimicantibus prœlia exſtiterunt, atque hoc modo æſtas ab utriſque traducta eſt. Hæc omnia ex *Appiano*. Eadem fere in *Epitoma* LI. ſunt, his verbis: Carthago in circuitu * XXIIII. millia paſſuum patens, magno labore obſeſſa, & per partes capta eſt: primum à Mancino legato; deinde à Scipione Conſule, cui extra ſortem provincia Africa data erar. Carthaginienſes portu novo, quia vetus à Scipione erat obſtructus, facto, & contracta * clam exigua claſſe, navali prœlio infeliciter pugnarunt. Et *Florus*; Mancino deinde Conſule, terra marique fervebat obſidio, ubi mendoſe eſt, *Conſule* pro *Legato*. Hunc eundem L. Hoſtilinm Mancinum primum cum exercitu Carthaginem irrupiſſe, ſcribir *Plin.* lib. XXXV. cap. IIII. & lib. VII. cap. IX.

De bello Achaico.

Iſdem etiam (ut opinor) Conſulibus, bellum in Achaja excitatum eſt. Cauſſa hujus belli in *Epitoma* LI. traditur, quod Legati populi Romani ab Achæis pulſati ſint. Corinthum miſſi erant, ut eas civitates quæ ſub ditione Philippi fuerant, ab Achaico concilio

cilio

eilio ſecernerent: qua de re plenius *Juſtinus* ſcribit lib. XXXIIII.: Quærentibus, inquit, Romanis cauſſas belli adverſus Achæos, tunc ſolos ex univerſa Græcia nimis potentes, tempeſtive fortuna querelas Spartanorum obtulit, quorum agros Achæi propter mutuum odium populabantur. Spartanis à Senatu reſponſum eſt, Legatos ſe ad inſpiciendas res ſociorum, & ad injuriam demendam, in Græciam miſſuros, ſed Legatis occulta mandata data ſunt, ut corpus Achæorum diſſolverent, ſingulaſque urbes proprii juris facerent. Igitur Legati omnium civitatum principibus evocatis Corinthum, decretum Senatus recitant; quod conſilii habeant, aperiunt; expedire omnibus dicunt, ut ſingulæ civitates leges ſuas & ſua jura habeant. Quod ubi omnibus innotuit, velut in furorem verſi, univerſum peregrinum populum trucidant, Legatos quoque ipſos Romanorum violaſſent, niſi audito tumultu trepidi fugiſſent. *Florus* Critolaum Achæorum ducem, dubium an manu, oratione certe Legatos Romanos violaſſe ait. Itaque *Cicero* cum pro lege Manilia diceret, Corinthum everſam dixit, quod Legati appellati fuerant ſuperbius. *Pauſanias* item in Achaicis hanc hiſtoriam latius narrat: miſſos eſſe in Achajam Legatos, quorum unus erat Oreſtes; qui Achæorum & Lacedæmoniorum bellum dirimerent: eoſdem convocatis populis ſententiam Senatûs aperuiſſe, placere Spartam ac Corinthum ab Achæorum concilio ſejungi; tum Achæos in Lacedæmnnios, & reliquos qui tum Corinthi peregrinabantur, ſine ullo Legatorum Romanorum reſpectu invaſiſſe; Lacedæmonios in carcerem condidiſſe, reliquos dimiſiſſe: Critolaum ducem ab iis lectum, bellum cntra Romanos ſuaſiſſe: Pytheam item, qui Thebis magiſtratum gerebat, Bœotos ad arma, quod à Metello prætore Macedoniæ magna pecunia multati fnerant, concitaſſe. Quibus rebus Romam nunciatis, Romanos Achæis bellum indixiſſe. Hæc de cauſſis belli. Hoc autem bellum primum commiſſum videtur Q. Metello, qui prætor Macedoniam priore anno ſubegerat; deinde L. Mummio Conſuli. Res ab utroque imperatore geſtas in ſequentem annum contuli.

De Cenſoribus & Luſtro LVI.

EX *fragmentis Capitolinis* ſatis intelligi poteſt, in hnnc annum Cenſores creatos L. Lentulum Lupum, L. Marcium C. F. C. N. Cenſorinum, luſtrum feciſſe LVI. Quibus de Cenſoribus ſic *Valerius* lib. VI. L. Lentulus conſularis, lege Cæcilia repetundarum crimine oppreſſus, Cenſor cum L. Cenſorino creatus eſt. Fuit autem Conſul L. Lentulus anno DXCVII. Cenſorinus anno DCIII. Cenſa eſſe civium Romanorum CCCXXII. millia, ſcribit *Euſebius*, anno antequam Carthago everſa ſit. Hoc Luſtro P. Lentulum principem Senatus lectum fuiſſe puto, eum quem *Cicero* ſæpiſſime memorat; præſertim M. Lepido quadriennio ante mortuo, qui jam ſexies lectus fuerat. Hic autem Lentulus Conſul fuit anno DXCI.

DE COS. AN. DCVII. (4)

DEinceps ſequuti ſunt Conſules Cn. Cornelius, L. Mummius, teſte *Caſſiodoro*: Cn. Cornelius Lentulus, L. Mummius, *Oroſio*, *Vellejo*, *Cenſorino*, *Cicerone* libro XIII. epiſtolarum ad Atticum. In *faſtis Siculis* eſt Lentulus & Mummius; in *fragmentis Capitolinis*, LENTULUS. L. MUMMIUS. L. F. L. N. Cn. Cornelium Lentulum, Cnæi filium voco, ejus qui Conſul fuit anno DLII. L. Mummius in hoc Magiſtratu, ex Achaica victoria *Achaici* cognomen invênit. *Plutarchus* in Mario, & *Vellejus* auctores.

De rebus in Achaja geſtis, & triumpho Q. Metelli pro Præt. ex Macedonia.

BEllo Achæis indicto, Q. Metellus, qui Prætor Macedoniam pacaverat, prorogato in alterum annum imperio, in Achajam adverſus hoſtes cum exercitu deſcendiſſe videtur, cujus de rebus geſtis ſic *Oroſius*; Metellus Prætor Achæos Bœotoſque duobus prœliis, primo ad Thermopylas, altero in Phocæis devicit, quorum priore occiſa eſſe XX. millia; poſteriore, VII. millia *Claudius* refert. *Valerius* Antias in Achaja pugnatum eſſe, XX. millia Achæorum cum duce Diæo cecidiſſe ait; *Polybius* ſemel in Achaja pugnatum Critolao duce aſſerit; Diæum vero adducentem ex Arcadia milites, ab eodem Metello oppreſſum. Poſt exſtincta autem totius Achajæ præſidia, deſtitutarum urbium everſionem Metello meditante, Conſul Mummius repente cum paucis venit in caſtra, ac dimiſſo ſtatim Metello, Corinthum ſine mora expugnavit. *Pauſanias* etiam eadem tradit; his fere verbis; Q. Metellus, qui Pſeudophilippum in Macedonia deviceral, cum L. Mummium Conſulem ad bellum Achaicum cum exercitu mitti audiſſet, omni ope bellum, antequam veniret, conficere conatus eſt. Itaque miſſis ad Achæos de conditionibus pacis legatis, ipſe in Macedoniam exercitum per Theſſaliam & ſinum Maliacum duxit. Critolaus pace ſpreta, primum Heracleam obſidione cinxit; deinde, ut Metellum Sperchium trajeciſſe exercitum accepit, Scarphiam Locrorum confugit, quem cum toto exercitu non longè à Scarphia adorti Romani, fuderunt fugaruntque: poſt autem Critolao interfecto, Arcadas etiam retrocedentes ad Chæroneam cæciderunt. Hinc Metellus Thebas obſidere aggreſſus, quod Thebani Achæis ad Heracleam obſidendam, ac prœlio ad Scarphiam interfuerant, eas cum Pythea imperatore in poteſtatem redegit. Inde cum Megaras, ubi Achæorum exercitus cum duce Alcamene erat, duceret, atque omnes inde egreſſos Corinthum ſe contuliſſe audiſſet, recepta in fidem urbe, ad Iſthmum venit, atque iterum de conditionibus pacis agere cœpit. Interea vero Mummius advênit, qui remiſſo in Macedoniam Metello, maximo exercitu, quem ex Italia & Græcia comparaverat, cum Diæo Achæorum duce collatis ſignis, Achæos in fugam conjecit. Diæus fugiens, veneno ſibi mortem conſcivit. Mum-

(4) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 607.
Olymp. CLVIII. Anno III.
Ante Ær. Chr. 146.
CN. CORNELIUS LENTULUS. } Coſs.
L. MUMMIUS.

Ita ex Caſſiodoro, Oroſio, Vellejo, Cenſorino, Cicerone, faſt. Capitol. & Sic. Sigon. Pighius, Almelovenius, & alii.

Mummius patentibus portis ingreſſus, Corinthum incendit: reliquorum mœnia, qui contra Romanos ſteterant, diruit; atque iis arma, priuſquam Roma legati X. mitterentur, ademit. Ex eorum ſententia, ubi venerunt, tributum Græciæ conſtitutum eſt; concilia ſublata ſunt; inſtitutum autem, ut eo quotannis Prætor mitteretur; qui non Græciæ, ſed *Achajæ præfectus* appellatur; quod Græciam Romani per Achæos tum Græciæ principes ſubegerunt. Hoc etiam bello Epirotas cum Achivis, & Theſſalis, & Macedonibus, in provinciæ formam redactos prodit *Jornandes*, & *Rufus*. Eadem fere ſcripta ſunt in *Epitoma* LII. ita: Cum Achæis, qui in auxilium Bœotos & Chalcidenſes habebant, Q. Cæcilius Metellus ad Thermopylas bello conflixit, quibus victis, dux eorum Critolaus veneno ſibi mortem conſcivit, in cujus locum Diæus, Achaici motus primus auctor; ab Achæis dux creatus, ad Iſthmon à L. Mummio Conſule victus eſt; qui omni Achaja in deditionem accepta, Corinthum ex S. C. diruit; quia ibi Legati Romani violati erant. Thebæ quoque, & Chalcis, quæ auxilio fuerant, dirutæ: ipſe Mummius ſe Eminentiſſimum virum egit. Et in libro de Viris Illuſtribus; Q. Cæcilius Macedonicus, Achæos bis prœlio fudit, triumphandos Mummio tradidit. Item; L. Mummius, à deleta Achaja *Achaicus* dictus, adverſus Corinthios miſſus, victoriam alieno labore quæſitam intercepit; nam cum illos Metellus Macedonicus apud Heracleam fudiſſet, & duce Critolao privaſſet, cum lictoribus & paucis equitibus in caſtra Metelli properavit, Corinthios apud Leucopetram vicit, duce Diæo. Item *Florus*; item *Velleius*, qui Corinthum Lentulo & Mummio Coſs. everſam adjicit. Hæc de rebus à Metello & Mummio in Achaja geſtis accepimus. Metellus autem, ubi provinciam Macedoniam compoſuit (ſiquidem Macedoniam ſervitute multatam) ac in provinciæ formam redactam à Metello, (*Jornandes* & *Rufus* auctores ſunt) cum hoc anno Romam veniſſet, triumphum tantum de rebus à ſe in Macedonia geſtis aut petiit, aut certe impetravit, cujus triumphi hæc adhuc veterum annalium teſtimonia extant. *Valerius* libro VII. Q. Cæcilium Metellum de Pſeudophilippo triumphantem, univerſus Senatus lætum & alacrem in Capitolium proſequutus eſt. Et *Florus*; Populus Rom. de Andriſco imaginario Rege & ſcenico, ut de vero triumphavit. *Cicero* etiam pro Murena, triumphi Metelli meminit de Pſeudophilippo. Et in *Epitoma* LII. ſcriptum eſt: Q. Metellus de Andriſco triumphavit; Scipio de Carthagine & Aſdrubale. *Appianus* quoque Scipionem de Carthagine triumphaſſe ait, tum cum de Macedonibus tertius triumphus actus eſt. Ergo ſi Scipio hoc anno triumphavit, ut mox probabimus, Metellus etiam triumphaverit neceſſe eſt. *Florus* belli ducem ab eo ad quem confugerat, Thraciæ regulo, in urbem vinctum reductum tradit.

De re geſta in Africa, & triumpho P. Scipionis Æmiliani de Pœnis.

INeunte hieme, cum plurimos eſſe in Africa Scipio comperiſſet, qui Pœnos commeatu ceteriſque rebus juvarent, eos ſibi de medio tollendos ſtatuit. Itaque ad eorum motus comprimendos, militibus in diverſas partes in hiberna dimiſſis, ipſe in Diogenem, quem Aſdrubali favere audiverat, Nepherim verſus per ſtagnum contendit: cumque caſtra procul ab eo ſtadia duo feciſſet, iis Guluſſam præfecit, qui cum Diogene dimicaret; ipſe interea modo Carthaginem, modo Nepherim petens, totum bellum ſumma ſapientia adminiſtrabat; duabus turribus ad Nepherim collapſis, locum ſibi inſidiis datum eſſe Scipio arbitratus, mille delectos equites in inſidiis poſt Diogenem locat, tria millia à fronte conſtituit: quibuſcum ipſe, qua turres prociderant, aſcendit; non multitudine ſtipatus, ſed per partes agmen ducens; ne priores vi dejecti, aliis ſubſequentibus fugarentur. Cum clamore ac ſtrepitu Romanorum omnia perſonarent, Afris ad pugnam concurrentibus, ii, qui à tergo diſpoſiti erant, ut mandatum eis fuerat, vallum, ne ſuſpicante quidem quoquam, aggrediuntur: qua re Afri, qui intus erant, perculſi, cum multo plures hoſtes, quam quos conſpicabantur, adeſſe putarent, jamque Diogenis caſtra, quæ ipſe cum levi præſidio reliquerat, in hoſtium poteſtatem veniſſe non ignorarent, in fugam conjiciuntur. Ex altera parte Guluſſa, magna manu, & præterea elephantis inſtructus, eos adortus, cædem ingentem facit. Eo prœlio ad ſeptuaginta millia hominum cum inutilibus cæſa dicuntur, decem millia capta; quatuor evaſerunt. Capta inde Nepheris eſt, poſt duos & viginti dies quam obſideri à Scipione cœpta eſt; cum multa ibi incommoda, hibernorum difficultate temporum, pertuliſſet. Qua victoria cum complures præterea Libyæ urbes ad eum defeciſſent, ipſe potiſſimum ad Carthaginem expugnandam accenſus eſt. Interea vero cum Pœnorum opes in dies magis minuerentur, quod neque ex Libya, quæ tota fere in Scipionis ditionem conceſſerat; neque mari, vel propter Romanorum præſidium, vel propter minus idoneum ad navigandum anni tempus, commeatus quidquam ſubveheretur, Scipio in ſpem maximam Carthaginis potiundæ adductus, portum ipſum Cothonis aggredi ſtatuit; putabat enim eo propugnaculo ſuperato, præſidioque dejecto, reliquas ſe urbis partes in ſuam poteſtatem eſſe nullo ferme negotio redacturum. Id autem præſentiens Aſdrubal, Cothonis partem nocte ſuccendit; ratus ea parte ſe ex improviſo in Scipionis exercitum invaſurum: atque eo quidem conſilio ex urbe cum lectiſſima militum manu egreſſus, prœlium fortiſſime cum Scipione committit. Interim C. Lælius à tergo per ambitum Cothonis navibus circumvectus, ex altera parte, longe aliter quam Pœnus putaverat, magno clamore ſublato, in eos impetum facit. Romanorum vim Pœni, etſi primum pro viribus propulſare conati, cum diuturnitate inediæ langueſcentes, diu ſuſtinere non poſſent, in omnes partes paſſim fugam capeſſunt. Eos fugientes inſequutus Scipio, partim cæcidit, partim cepit: pauci in urbem ſe conjicientes, vix mortis periculum evitarunt. Scipio Cothonem ingreſſus, commeatum omnem, qui non procul aberat, intercepit. Poſt hæc, quod & nox ſuberat, & ipſe militibus ex ſuperiore totius diei continenti labore fatigatis, parum ſe proficere poſſe intelligebat, ſub armis tota nocte quievit. Ubi illuxit, facta in muros urbis, qua parte ceciderant, impreſſione, urbem fruſtra renitentibus Pœnis ingreditur cum gravioris armaturæ militum quatuor millibus. Irruptione ejus in urbem, magna Carthagnienſium

pars

pars in Byrſam arcem confugerat, & ex ea pugnabat. Igitur cum eam Scipio adoriri ſtatueret, tria ad illam è foro patere itinera reperiebat, quæ frequentibus illuſtrium civium ædificiis undequaque erant inſtructa. Cum autem, quantum ſubire periculum poſſet, ſi ea ingrederetur, animadverteret, ſtatim hoe ille conſilii capit: prima ædificia ſibi occurrentia dejicit: hinc ad proximas tranſgreſſus ædes, lignis aſſeribuſque viarum intervalla conjungit; ac per ea, tamquam per pontes, ingreditur; cum iis interim acerrime dimicans, qui ex inferiore loco pugnabant. Hinc omnia clamore, gemitu, ac lamentationibus complebantur; cum alii ferro interea cæderentur, alii è tectis præcipites agerentur; neque enim ignis ante in ædes injectus eſt, quam Scipio ad Byrſam pervêuit; eorum cauſa Romanorum qui tecta ſubierant. Ubi vero eo acceſſit, tum juſſu ejus tribus partibus illato incendio, reliquus in urbem exercitus accerſitus eſt. Urbis autem interea deflagrantis cum per ſe ſatis miſer, tum vero miſerior ac terribilior aſpectus erat, quod igne omnia pervagante, ædes ſæpe finitimæ incendium prævertentes, ſua ſponte corruebant, ſuaque ruina ingentem fragorem edebant; cumque iis ſenes, pueri, mulieres, ceteraque turba eorum, qui pavore ſe intra tecta conjecerant, aut ſemianimes, aut ſaucii, aut afflati incendio, procumbebant: quinetiam fabri, ceterique, qui juſſu Scipionis ad aperiendum militibus iter immiſſi erant, rem multo etiam acerbiorem efficiebant; cum interim foſſas, reliquaque depreſſa urbis loca, mortuis viventibuſque ſine diſcrimine crudelitate ſumma replerent: atque hæc quidem ſex dierum ſpatio geſta ſunt. Scipio autem, ne milites aut labore diuturno defatigarentur, aut rerum terribilium aſpectu animum aliqua ratione ſummitterent, munera partito exercitu permutavit; cum ipſe quotidie rebus omnibus, vix aut cibum, aut quietem capiens intereſſet. Poſtremo vero labore defeſſus, excelſo quodam in loco conſedit; ex quo omnia quæ geſſerat, facile circumſpicere poterat. Interea qui in arce erant, urbis direptione ac deorum ira perculſi, cum ſe in extremum caſum adductos, nullamque ſpem ſalutis ſibi reliquam eſſe viderent, legatos ad Scipionem de deditione miſeruut. Qui ad eum profecti, velamenta ſupplicum Æſculapii ritu, cujus è templo deſcenderant, porrigentes, ſeque ad ejus pedes abjicientes, fidem ac miſericordiam ejus implorare cœperunt, in primiſque eum orare, ut ſibi vel iniquiſſima etiam conditione exire ex arce permitteret. Scipio autem, precibus atque habitu ipſo ſupplicantium motus, omnibus, præterquam fugitivis ac transfugis exeundi poteſtatem fecit. Ita patefactis Byrſæ portis, extemplo ex ea ſe hominum ad quinquaginta millia ejecerunt. Primum agmen, mulierum, in primis miſerabile fuit, ad XX. millia; alterum, virorum, ad XXX. millia, ut tradit *Oroſius*. Transfugæ autem, qui ad nongentos fuerunt, cum propter impoſitum arci præſidium, locum non eſſe eruptiuni viderent, ſe in Æſculapii templum cum Aſdrubale, & uxore, & liberis ejus contulerunt; atque ad pugnam ex eo loco ſe iuſtruxerunt. Poſthæc omnibus ad ſalutis deſperationem adductis, Aſdrubal paulatim ſe ſuorum è concilio ſubducens, cum ſibi ſaltem extremis urbis temporibus, quoad poſſet, conſulendum putaret, ſupplex ad Scipionem è templo confûgit: eum humaniter acceptum, atque ad pedes ſuos ſedere juſſum, Scipio transfugis conſpiciendum propoſuit, transfugæ primum habuere ſilentium, ſpectaculi novitate perculſi: deinde hominis perſidiam maxima voce criminantes, deſperatione acti, in templum incendium intulerunt, ac ſeſe in illud continuo conjecerunt. Aſdrubalis etiam uxorem memoriæ proditum eſt, cum paulo ante integris rebus à marito, ut ſe ad victorem transferret, impetrare non potuiſſet, hoc tempore ſe, quantum per ærumnas licuit, exornaſſe; liberiſque tribus parvis ante interfectis, ſe cum iis in ignem medium injeciſſe. Aſdrubalem autem paulo poſt ſibi necem conſciviſſe à multis traditum eſt. Urbem interea per decem ac ſeptem dies ipſos arſiſſe ſeribit *Oroſius*. His rebus geſtis, Scipio navem ſpoliis ornatam Romam nuntiatum victoriam miſit; itemque in Siciliam alias, quæ Siculis ſignificarent, ut jam tandem quæcunque ſibi ſuperioribus bellis Carthaginienſes eripuiſſent, recuperatum venirent. Poſt hæc, ſacrificia, ludoſque fecit; ac fugitivos omnes, quos capere potuit, beſtiis dilaniandos objecit. Inde prædam omnem militibus præter aurum argentumque, & inſignes ſtatuas, diſpartivit. Interim Romæ gaudium ingens ortum hac Scipionis victoria cognita: ſupplicationes, ſacrificia diis immortalibus facta ſunt: ludi & certamina edita. Decem legati ex more in Africam miſſi, qui cum Scipione Africam provinciam conſtituerent. His mandatum eſt, ut ſi quid ſupereſſet urbis, diſturbarent: quæ civitates Pœnorum rebus ſtuduiſſent, earum oppida diruerent; quæ pro Romanis ſtetiſſent, præmiis agriſque donarent. Quibus rebus perfectis, Scipio tranſportato Romam exercitu, cum de rebus à ſe geſtis diſſeruiſſet, permiſſu Senatus de Carthagine & Aſdrubale triumphum egit, auro, ſtatuis, omnibuſque monumentorum generibus ornatiſſimum. Argenti quater millia quadringenta, & ſeptuaginta millia pondo præ ſe eum tuliſſe ſcribit *Plin.* lib. XXXIII. cap. XI. Ita Carthagine Africaque in poteſtatem redacta, *Africani* cognomen ſibi, ut avus etiam ejus fecerat, vendicavit. Triumphum autem hunc anno actum ſignificat *Plin.* lib. XXXV. cum ſcribit; L. Mancinum, quo tempore Scipio de Carthagine triumphavit, pictam Carthaginem, & prœlia facta, in foro propoſuiſſe; eaque comitate proximis comitiis Conſulem creatum eſſe. Haud ſecus *Macrobius* in Somnium lib. II. tradit Scipionem deleta Carthagine triumphaſſe anno ab Urbe condita DCVII. Eademque ratione in *Epitoma* L. poſt L. Mummii Conſulis mentionem ſcriptum eſt, P. Scipionem de Carthagine & Aſdrubale triumphaſſe. Hac victoria Africæ tributum impoſitum, & ut quotannis eo Prætor mitteretur decretum, tradit *Appianus*. *Vellejus* etiam, & *Strabo* lib. ultimo, Carthaginienſium regionem tum in provinciæ formam redactam tradunt. *Rufus* deletam à Scipione Carthaginem provinciam factam ſcribit. Itaque *Salluſtius* bello Jugurthino ait; Pleraque ex Punicis oppida, & fines Carthaginienſium, quos noviſſime habuerant, Populus Rom. per magiſtratus adminiſtrabat. Hæc ex his; reliqua fere omnia ex *Appiano*, *Oroſio*, *Floro*, *Eutropio*, *Epitomis*, aliis.

De bello Viriathino.

IIſdem Conſulibus Viriathum in Luſitania moviſſe tradit *Oroſius*, quod idem ex *Epitoma* LII. colligitur; in qua triumpho P. Africani,

cani, & victoriæ L. Mummii, hæc verba ſubjiciuntur; Viriathus primum in Hiſpania ex paſtore venator, & ex venatore latro; mox juſti quoque exercitus dux factus, univerſam Luſitaniam occupavit; & Vetilium Prætorem, fuſo ejus exercitu, cepit. Poſt quem C. Plautius Prætor nihilo ſecius rem geſſit; tantumque terrorem is hoſtis intulit, ut adverſus eum Conſulari opus eſſet & duce & exercitu. Hoc idem in *Appiani* hiſtoria eſt; in qua illa bella Romanorum in Hiſpania geſta eſt diligentiſſime perſequutus. Luſitani, inquit, qui è Galbæ & Luculli manibus evaſerant, cum haud ita multo poſt in unum coacti, Turdetaniam incurſarent, à M. Vetilio Prætore, qui adverſus eos Roma profectus erat, amiſſis aliquot, caſtello quodam plerique incluſi ſunt. Eos, & loci & commeatus anguſtiis oppreſſos metus inceſſerat, ne iterum in manus Romanorum pervenirent. Itaque legatis ad Prætorem miſſis, agri partem, quam incolerent, petierant; ceteris in rebus affirmantes ſe Romanis dicto audientes futuros, reſque ipſa ſine dubio conveniſſet, niſi Viriathus, qui unus ex iis erat, qui è Galbæ manibus effugerant, commemorata Romanorum perfidia, ad bellum eos à pacis conſiliis avocaſſet; profeſſus ſi ſe ſequerentur, inde ſe incolumes educturos. Tum ille, cum orationi ſuæ omnes aſſenſi, ſe & ducem & imperatorem appellaſſent, ne fugam quidem ſibi tutam arbitratus, milites diſperſos abire juſſit, admonitos quem in locum vellet convenire; atque ita copias Romanorum, & loci iniquitatem, ſparſo exercitu, deinde recollecto evaſit, quæ res tantam ei apud barbaros auctoritatem peperit, ut ad eum undique copiæ convenirent. Vetilius hoſtes palantes, ac tramitum peritos propere inſequutus, tantum abſuit ut aſſequeretur, ut dum incautius ſe in eos inferret, in inſidias ſe præcipitaverit. Etenim Viriathus cedere ſe Romanis equitibus ſimulans, uſque ad locum voraginoſum & præaltum eos perduxit: & cum ipſe per ſolitos ac notos ſibi tranſitus evaderet, Romanos ignaros locorum, immerſoſque limo, à tergo iis qui in inſidiis erant adorientibus, cæcidit, quo in prœlio Vetilius ipſe captus, occiſus eſt. Ex decem millib. vix ſex millia Carpeſſum oppidum pervenerunt, quos cum quæſtor ejus, ac quinque præterea millia, quæ Belli Tithique ſocii miſerant, aſſumpſiſſet, cum Viriatho congredi auſus, omnes amiſit. Ea victoria Viriathus elatus, cum ſe quæſtor oppidi mœnibus teneret, Carpetanorum agros opimos ac fertiles prædatus eſt. C. autem Plautium, Roma cum exercitu adverſus ſe miſſum, ſimulata fuga, ac converſo inde agmine inſequentem, cum magna eorum clade primum fudit: poſt autem trajecto Tago ſe in Apbrodiſio monte caſtra habentem, quod priorem acceptam cladem meliore pugna emendare cuperet, aſſequutum, collatis ſignis victum, atque in oppidum compulſum, nunquam adducere potuit, ut in aciem deſcenderet. Quibus rebus Romæ nuntiatis, Q. Fabium Maximum Æmilianum, Paulli filium, in Hiſpaniam miſerunt. Hæc *Appianus*. *Oroſius* autem ita; Viriatho Iberum & Tagum maxima, & diverſorum locorum flumina late tranſgredienti & pervaganti, C. Vetilius prætor occurrit, continuo cæſo uſque ad internecionem pene omni exercitu ſuo, vix ipſe prætor cum paucis fuga lapſus evaſit. Deinde C. Plautium prætorem idem Viriathus prœliis multis fractum fugavit. Poſt etiam Claudius Unimanus cum magno apparatu belli contra Viriathum miſſus, quaſi pro abolenda ſuperiore macula, turpiorem auxit infamiam; nam congreſſus cum Viriatho, univerſas quas ſecum deduxerat copias, maximaſque vires Romani exercitus amiſit. Viriathus trabeas, faſces, ceteraque inſignia Romana, in montibus ſuis trophæa præfixit. Eodem tempore CCC. Luſitani cum mille Romanis in quodam ſaltu contraxere pugnam: in qua LXX. Luſitanos, Romanos autem CCCXX. cecidiſſe *Claudius* refert; & cum victores Luſitani ſparſi ac ſecuri abirent, unus ex iis longe à ceteris ſegregatus; cum circumfuſis equitibus pedes ipſe deprehenſus, unius eorum equo lancea perfoſſo, ipſius equitis ad unum gladii ictum caput deſecuiſſet, ita omnes metu perculit, ut proſpectantibus cunctis ipſe contemptim atque otioſus abiret. Et *Florus*; Viriathus non contentus ſuorum libertatem defendere, per XIV. annos omnia citra ultraque Iberum & Tagum igni ferroque populatus, caſtra etiam prætorum & præſidium aggreſſus, cum Claudium Unimanum pene ad internecionem exercitus cæcidiſſet, inſignia trabeis & faſcibus noſtris, quæ ceperat, in montibus ſuis trophæa fixiſſet, tandem eum Fabius Maximus Conſul oppreſſerat. In libro autem de viris illuſtribus ſcriptum eſt, Claudium Unimanum, deinde C. Nigidium à Viriatho eſſe oppreſſos. Quinetiam *Cicero* in Lælio; C. ipſum Lælium in prætura, Fabio & Hoſtilio Conſulibus, egregie cum Viriatho ait pugnaſſe. Quæ ſi vere omnia ſcripta ſunt, profecto apparet ante Lælium à quatuor prætoribus rem geſtam eſſe, Vetilio, Plautio, Claudio, & Nigidio, quibus ſingulis ſi annos ſingulos tribuamus, relinquitur Viriathinum bellum non hoc anno, ſed triennio ante initum; neque enim eodem anno omnes prætores pugnarunt, cum eorum quiſque ad prioris cladem quaſi corrigendam accurrerit..

DE COS. AN. DCVIII. (5)

Conſules deinceps edit *Caſſiodorus* Q. Fabium Maximum cum L. Hoſtilio: Q. Maximum Scipionis fratrem, L. Mancinum, *Cicero* in Lælio: Maximum & Mancinum *faſti Siculi*; ÆMILIANUM, & L. HOSTILIUM A. F. L. N. MANCINUM *fragmenta Capitolina*. Q. hic Fabius, Paulli Æmilii filius fuit, adoptatus à Q. Fabio Maximo Verrucoſſi filio, auctor *Appianus* in Hiſpanienſi; neque enim *Plinium* laudare poſſum, qui libro XXXI. cap. XI. fratrem Scipionis Q. Fabium Allobrogicum vocat; qui fuit hujus Fabii filius. Ut L. Mancinus Conſulatum adeptus ſit, ſupra expoſui. Idem autem videtur filius eſſe A. Hoſtilii L. F. Conſulis anno DLXXXIII. Conſuli Fabio Viriathus evênit.

De

(5) *Hoc eſt:* Anno ab U. C. 608.
Olymp. CLVIII. Anno IV.
Ante Aer. Chr. 145.

Q. FABIUS MAX. ÆMILIANUS. } Coſs.
L. HOSTILIUS MANCINUS. }
Ita ex Caſſiodoro, Cicerone, faſt. Capitol. & Siculis Sigonius, Pighius, Almclovenius, & alii.

De triumpho L. Mummii pro Coſ. de Achæis.

TRinmphaſſe L. Mummium de Achæis victis ac domitis, multos habeo auctores: ejus enim triumphi meminit *Cic.* pro Murena, cum ait; Derideatur de Rege Pyrrho triumphus M'. Curii, de Philippo T. Flaminini, de Ætolis M. Fulvii, de Rege Perſe L. Paulli, de Pſeudophilippo Q. Metelli, de Corinthiis L. Mummii. Item *Virgilius*:

Ille triumphata Capitolia ad alta Corintho,
Victor aget currum cæſis inſignis Achivis:

& *Epitoma* LIII. L. Mummius de Achæis triumphavit; ſigna ærea marmoreaque, & tabulas pictas in triumpho tulit. Et *Eutropius*; Tres igitur Romæ ſimul celeberrimi triumphi fuerunt; Africani ex Africa, Metelli ex Macedonia, Mummii ex Corintho. Et *Appianus*; qui in Libyca ſcribit, primum de Græcis triumphum à Mummio actum, tum cum tertius ex Macedonia actus eſt. Quoniam autem rei magnitudo non patitur Mummium eundem in Conſulatu hoſtes deviciſſe, provinciam ex decem legatorum ſententia conſtituiſſe, exercitum deportaſſe, ac triumphaſſe; propterea eum hoc poſt Conſulatum anno triumphum egiſſe ſcripſi.

De re geſta cum Viriatho.

HOc anno C. Lælium prætorem cum Viriatho rem geſſiſſe conſtat, id enim ſcribit non contemnendus Romanæ auctor hiſtoriæ *Cicero* lib. II. de Officiis. Viriathum, inquit, Luſitanum, cui exercitus noſtri imperatoresque ceſſerunt, C. Lælius, is qui *Sapiens* uſurpatur, prætor fregit & comminuit; ferocitatemque ejus ita repreſſit, ut facile bellum reliquis traderet. Et in Bruto; C. Lælium in bellica laude egregium Viriathino bello ſcimus fuiſſe. Et iterum in Lælio, ipſe Lælius ita loquitur; Q. Maximo fratre Scipionis, & L. Mancino Coſſ. quam popularis lex de ſacerdotiis C. Licinii Craſſi videbatur? atque id actum eſt prætore me, quinquennio antequam Conſul ſim factus. Eodem etiam anno Q. Fabium Æmilianum Conſulem, cujus meminit poſt Plautiu n prætorem *Appianus*, veniſſe in Hiſpaniam cenſeo, quem intellexit ſcriptor *Epi·omæ* LII. cum dixit, opus fuiſſe Conſulari & duce & exercitu. Hic exercitum ex tyronibus collectum in Hiſpaniam adduxit: at levibus tantum prœliis priore anno hoſtem laceſſivit; ſummum pugnæ diſcrimen, antequam milites exercuiſſet, detrectavit, atque ita ſumma ptudentia æſtatem exercendis militibus patris Paulli exemplo traduxit. Ita *Appianus*, ut vere ſcripſiſſe *Vellejus* videatur, Fabium Æmilianum Paulli exemplo ſeveritate diſciplinæ in Hiſpania floruiſſe.

DE COS. AN. DCIX. (6)

COnſules hic annus habuit Ser. Galbam, L. Aurelium, auctore *Caſſiodoro*: quos Ser. Sulpicium Galbam, & L. Aurelium Cottam vocat *Valerius* lib. VI. Galbam & Cottam *faſti Siculi*: GALBAM & L. VALE-
A RIUM COTTAM, *fragmenta Capitolina*. Hic eſt Sulpicius Galba, qui prætor (auctore Svetonio) Viriathinum ante bellum excitavit; orator vehemens, cujus ſæpe meminit *Cicero*. L. autem Cotta ille eſt, quem poſtea ab Africano accuſatum Q. Metellus Macedonicus defendit. *Cicero* in Bruto, pro Muræna in Verrem; *Pædianus*, alii Ser. Sulpicio Galba, & L. Aurelio Cotta Conſulibus, inquit *Frontinus*, cum Appiæ aquæ Anieniſque ductus vetuſtate quaſſati, privatorum etiam fraudibus interciperentur, datum eſt à Senatu negotium M. Titio, qui tum prætor inter cives & peregrinos jus dicebat, eorum ductuum reficiendorum & vindicandorum.

B

De re geſta cum Viriatho.

COnſulum neuter hoc anno in Hiſpaniam miſſus eſt. Hoc docet *Valerius* lib. VI. his verbis; P. Scipio Æmilianus, cum Ser. Sulpicius Galba, L. Aurelius Conſules in Senatu contenderent, uter adverſus Viriathum in Hiſpaniam mitteretur; ac magna inter patres conſcriptos diſſenſio eſſet, omnibus, quonam ejus ſententia inclinaretur, exſpectantibus; Neutrum, inquit, mihi mitti placet: alter nihil habet; alteri nihil eſt ſatis; quo dicto, ut neuter in provinciam mitteretur, obtinuit. Q. autem Fabius, quod apud *Appia-*
C *num* exſtat, prorogato ultra Conſulatum imperio, doctum exercitum ex hibernis eduxit, ac Viriathum ipſe ſecundus fregit; duobuſque ei oppidis ademptis, cum magna exercitus ejus clade, munitum quemdam illum in locum perſequutus, Cordubam inde in hiberna receſſit. Placet autem hoc loco, ut gratiam ineam ab iis, qui Romanæ antiquitati ſtudent, teſtamentum cujuſdam militis apponere, in quo & belli Viriathini, atque horum Conſulum mentio fit, quod in agro Luſitano dicitur eſſe effoſſum.

EGO GALLVS FAVONIVS IOCVNDVS L. F. QVI BELLO CONT. VIRIATHVM OC-
D CVB. IOCVNDVM ET PVDENTEM FILIOS EX TEST. HER. RELINQVO, ET BONORVM IOCVNDI PATR. MEI, ET EOR. QVÆ MIHI ADQVISIVI: HAC TAMEN CONDITIONE, VT AB VRBE ROMA HVC VENIANT, ET OSSA MEA INTRA QVINQVENNIVM EXPORTENT E LVSITANIA, ET VIA LATINA CONDANT SEPVLCHRO MARM. COND. MEA VOLVNTATE. SI SECVS FEC. NISI LEGITIMÆ ORIANTVR CAVSSÆ, VELIM EA OMNIA, QVÆ FILIIS RELINQVO, PRO TEMPLO DEI SILVANI REPARANDO, QVOD SVB VIMINALI IN VRBE MONTE EST, ADTRIBVI; MANESQVE
E MEI OPEM PONT. MAX. ET FLAMINVM DIAL. QVI IN CAPITOLIO SVNT, IMPLORENT AD IMPIET. CONTRA FILIOS MEOS VLCISCENDAM; TENEANTVRQVE SACERDOTES DEI SILVANI ME IN VRBEM REFERRE, ET SEPVLCHRO ME CONDERE. VOLO QVOQVE QVOTQVOT DOMI MEÆ VERNÆ SVNT, LIBEROS A PRÆTORE CVM MATRIBVS DI-

(6) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 609.
Olymp. CLIX. Anno I.
Ante Ær. Chr. 144.

SER. SULPICIUS GALBA. } Coſſ.
L. AURELIUS COTTA. }
Ita ex Caſſiodoro, faſt. Capitol. & Siculis, & Valerio Max. Sigonius, Pighius, Almel. & alii.

DIMITTI, SINGVL. QVE LIBRAM ARG. ET VESTEM DARI. ACTVM VI. K. QVINCTILES. = R. GALBA. L. AVRELIO COS.

DECVRR. TRASCVNDANDI HOC TESTAM. ORE EIVSDEM GALLI EMISSVM LAPIDE IVSSERE ADSCVLPI.

DE COS. AN. DCX. (7)

AP. Claudium, Q. Metellum nominat in hunc annum Conſules *Caſſiodorus*: Ap. Claudium, Q. Cæcilium Metellum *Oroſius*: Claudium & Metellum *faſti Siculi*: PULCHRUM, & Q. CÆCILIUM MACEDONICUM *fragmenta Capitolina*. Eorundem Conſulum his verbis meminit *Frontinus*; Eodem tempore Decemviri, dum aliis ex cauſis libros Sibyllinos inſpiciunt, inveniſſe dicuntur, non eſſe aquam Marciam, ſed Anienem in Capitolium perducendam, deque ea re in Senatu à Lepido pro collegio verba faciente actum, Ap. Claudio, Q. Cæcilio Coſs. Q. porro Metellum non ſine repulſa Conſulem factum indicat *Valerius*, cum ait lib. VII. Q. Metellum pauci & mœſti Conſulatus repulſa afflictum domum reduxerunt. Et ſcriptor libri de viris illuſtribus; Q. Metellus, invifus plebi ob nimiam ſeveritatem; & ideo tertio poſt duas repulſas Conſul ægre factus. Hic eſt qui in prætura Macedones atque Achæos fregit, unde *Macedonicus* dictus fuit; quem L. F. Q. N. eſſe docet *Plinius* lib. VII. Claudio Gallia, Metello Hiſpania obtigit. His Conſulibus (ut opinor) P. Scipio Africanus à Senatu legatus in Ægyptum, Syriam, Aſiam, Græciamque, ad regum, civitatum, & gentium animos perſpiciendos, cum L. Metello & Sp. Mummio miſſus eſt, quam legationem ante cenſuram Panætio præceptore comite Africanam obiiſſe, ſcribit *Cicero* in Lucullo, & libro de rep. VI. neque enim *Valerium* audiendum exiſtimo, qui poſt duos triumphos hoc ei obtigiſſe tradidit libro IV. cujus legationis, ut alios mittam, *Plutarchus*, *Juſtinus*, *Athenæus*, & *Strabo* meminerunt.

De triumpho Ap. Claudii Cos. de Salaſſis.

SAlaſſos Gallos his Conſulibus moviſſe, ſatis conſtat. Cur autem moverint, parum comperta cauſa eſt. *Strabo* ſcribit libr. IV. Prætoribus R. qui in Galliam mitterentur, cauſas belli cum Salaſſis gerendi ob aurifodinarum poſſeſſionem nunquam defuiſſe. Illud autem invenio hoc anno ſcriptum apud *Obſequentem*; cum à Salaſſis illata clades eſſet Romanis, Decemviros pronuntiaſſe, ſe inveniſſe in libris Sibyllinis, quoties bellum Gallis illaturi eſſent, ſacrificari in eorum finibus oportere. Itaque eoſdem etiam Salaſſos gentem Alpinam ab Ap. Claudio Conſule domitos, traditum eſt in *Epitoma* LIII. quam rem his verbis prodidit *Oroſius*; App. Claudius adverſus Salaſſos Gallos converſus, & victus, decem millia peditum amiſit: reparata pugna quinque millia hoſtium cæcidit: triumphum propter damna ſuperiora, cum non impetraſſet, infami impudentia atque ambitione uſus, privatis ſumptibus triumphavit. Recte; triumphanti enim pecunia ex ærario erogabatur; ut *Livius* in triumpho Minuciano tradit. Hunc eundem Claudium intelligi à *Valerio* arbitror lib. VI. cum ait; Claudia virgo Veſtalis, cum patrem ſuum triumphantem è curru violenta Tribuni pl. manu detrahi animadvertiſſet, mira celeritate utrique ſe interponendo, ampliſſimam poteſtatem inimicitiis accenſam depulit. Igitur alterum triumphum pater in Capitolium, alterum filia in ædem Veſtæ duxit. Et à *Svetonio* in Tiberio; Etiam virgo Veſtalis Claudia fratrem injuſſu populi triumphantem aſcenſo ſimul curru uſque in Capitolium proſequuta eſt, ne vetare aut interdicere fas cuiquam Tribunorum eſſet. Et à *Cicerone* in Cœliana; Non virgo illa Veſtalis Claudia, quæ patrem complexa triumphantem, ab inimico Tribuno pl. de curru detrahi paſſa non eſt. Et à *Macrobio* lib. IV. Ap. Claudius vir triumphalis, uſque ad ſenectutem ſalius fuit. Hic autem eſt ſextus triumphus ex iis, quos à Claudiis patriciis actos ſcripſit *Svetonius*.

De re geſta cum Viriatho, & cum Celtiberis.

EOdem anno in Luſitania (quantum ex mendoſa *Appiani* hiſtoria conjici in tanta rerum vetuſtate poteſt) Quinctio quodam Prætore, res cum Viriatho geſta eſt. Viriathus primum ab eo pulſus, in Aphrodiſium ſe recepit: deinde eruptione in Quinctium facta, multis ex ejus militibus occiſis, ſigna ei etiam aliquot ademit. eoque intra vallum compulſo, ac præſidio Romanorum Utica depulſo, agros Baſtetanorum effuſe populatus eſt; Quinctio ipſo metu atque inſcitia Cordubæ ſe ſtativis medio autumno tenente. Idem Viriathus, cum priore anno à Q. Fabio victus, rebus ſuis diffidere cœpiſſet, bellum in Celtiberia, in qua poſt res à Lucullo geſtas ſummum otium fuerat, Arevaccis, Tithis, ac Bellis ad arma ſollicitatis, excitavit. Ea cauſa fecit, ut Celtiberia provincia Q. Metello Conſuli ſit decreta: cujus res geſtæ apud *Appianum* interciderunt: illud tantum extat, Vaccæos ſumma celeritate ab eo ſubactos eſſe. Scriptor etiam libri de viris illuſtribus, Arbachos ab eo Conſule domitos prodidit. Sed quoniam ille rem etiam pro Conſule geſſit, quæ ab eo in Celtiberia geſta invenerimus, in ſequentem annum rejicimus.

DE COS. AN. DCXI. (8)

COnſules *Caſſiodorus* ſuggerit L. Metellum, Q. Maximum; *faſti Siculi* Metellum & Maximum: *Oroſius* L. Cæcilium Metellum, Q. Fabium Maximum Servilianum: *fragmenta* item *Capitolina* CALVUM & SERVILIANUM. Hic Servilianus frater eſt germanus Q. Servilii Cæ-

(7) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 610.
Olymp. CLIX. Anno II.
Ante Ær. Chr. 143.
AP. CLAUDIUS PULCHER. } Coſs.
Q. CÆCILIUS METELLUS MACEDONICUS. }
Ita ex Caſſiodoro, faſt. Capitol. & Siculis, Oroſio, Frontino &c. Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.

(8) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 611.
Olymp. CLIX. Anno III.
Ante Ær. Chr. 142.
L. CÆCILIUS METELLUS CALVUS. } Coſs.
Q. FABIUS MAX. SERVILIANUS. }
Ita ex Caſſiodoro, Oroſio, faſt. Capitol. & Siculis Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.

Cæpionis biennio poſt Conſulis, auctore *Appia-
no*; adoptivus Q. Fabii Æmiliani, ambo enim
à Q. Fabio Maximo Verrucoſſi filio adoptati
fuerunt; alter ex gente Æmilia, alter ex Ser-
vilia. L. Metellus, frater eſt Q. Metelli Ma-
cedonici, ut tradit *Valerius* de teſtibus. Fabio
Viriathus evênit.

De Cenſoribus, & Luſtro LVII.

EOdem anno P. Africanus Æmilianus, de-
jecto Ap. Claudio Pulchro competitore,
Cenſor cum L. Mummio Achaico factus eſt.
Inſignis hæc maxime Cenſura eſt; quippe Græ-
corum Latinorumque annalium monumentis
plurimis ad poſteritatis memoriam commen-
data. Scipionem tradit *Gellius* orationem pro
roſtris Cenſorem dixiſſe, qua populum horta-
tus eſt ad mores majorum ſuorum imitandos.
Eundem etiam multos ignominia notaſſe con-
ſtat; nam juveni cuidam equum (auctore
Plutarcho) ademit; quia cum opipare hilarem
in modum epularetur eo tempore quo Cartha-
go oppugnabatur, libum, urbis Carthaginis
inſtar, ſodalibus diripiendum dediſſet, cujus
notæ cauſam cum quæreret adoleſcens, Quia
me, inquit Scipio, in expugnanda Carthagine
antevertiſti. An hic autem Claudius Aſellus
fuerit, parum compertum habeo. Illud certe
tradit *Cicero* lib. II. de oratore; Claudio Aſello
equum à Scipione fuiſſe ademptum: eundemque
in ærarios à Scipione fuiſſe relatum; ſed à L.
Mummio ſtatim ex ærariis eſſe exemptum.
Idem tribu alium movit, qui cum eſſet patris
Pauli in Macedonia centurio, in prœlio non
affuerat; cum autem ille ſe cuſtodiæ cauſa in
caſtris remanſiſſe diceret, quæreretque à Sci-
pione, cur notaretur: Quia non amo, inquit,
nimium diligentes. Jam vero, cum in equi-
tum cenſu recognoſcendo C. Licinius Sacer-
dos citatus prodiiſſet, clara voce, ita ut om-
nis concio audiret, dixit, ſe ſcire illum ver-
bis conceptis pejeraſſe; itaque ſi quis contra-
dicere vellet, uſurum eſſe eum teſtimonio ſuo,
nemine contradicente, Traduc equum, inquit,
Sacerdos; ne ego in te videar accuſatoris ſi-
mul, ac teſtis, & Cenſoris, ac judicis partes
egiſſe. Cum autem M. Fulvius Cenſor pilas
pontis ante in Tiberim locaſſet, Scipio &
Mummius Cenſores iis pilis fornices impo-
nendos curarunt. Luſtrum ab utro conditum
ſit, incertum diverſi auctores faciunt. *Vale-
rius* lib. IV. à Scipione conditum ſignificat,
his verbis: Africanus poſterior, cum Cenſor
Luſtrum conderet, & in ſolito ſacrificio ſcri-
ba ex publicis tabulis ſolenni ejus precationis
carmine præiret, quo dii immortales, ut po-
puli Romani res meliores amplioreſque face-
rent, rogabantur: Satis, inquit, bonæ ac ma-
gnæ ſunt; itaque precor, ut eas perpetuo in-
columes ſervent, ac protinus in publicis ta-
bulis in hunc modum emendari juſſit, qua
votorum verecundia deinceps Cenſores in
condendis luſtris uſi ſunt. At *Cicero* à L. Mum-
mio conditum notat his verbis, in ſecundo
de Orarore; Aſello Africanus objicienti lu-
ſtrum illud infelix; Noli, inquit, mirari, is
enim, qui te ex ærariis exemit, luſtrum con-
didit, & taurum immolavit. Qua de re ſic
etiam *Lucillius* apud *Gellium* lib. IV.

Scipiadæ magno improbus objiciebat Aſellus,
Luſtrum illo Cenſore malum infelixque fuiſſe.

Hoc luſtrum LVII. à Mummio conditum;
cenſa civium capita CCCCXXVIII. millia

A CCCXLII. facile ex *fragmento Capitolinæ* hu-
jus *Cenſuræ*, & *Epitoma* LIIII. cognoſci po-
teſt. Fuiſſe autem ſummam inter hos Cenſo-
res diſcordiam, id eſſe poteſt argumento, &
quod Scipio in dedicatione ædis Herculis cum
epulum ſplendide ac magnifice apparaviſſet,
amicos invitavit omnes præter Mummium;
& quod Mummii ſegnitiem notans, pro ro-
ſtris dixit, ſe ex majeſtate Reip. omnia fuiſſe
geſturum, ſi Quirites ſibi collegam vel dediſ-
ſent, vel non dediſſent. Hæc ex *Plutarcho*
fere collecta ſunt in Politicis, in Apoptheg-
matis, in Paullo; *Valerii* lib. VI. & IIII. *Gel-
lii* lib. II. IV. V. & VII., *Cicerone* in Bruto,
in II. de oratore, & pro Cluentio. *Gellius*
B etiam lib. XVI. omnes Africani honores pau-
cis complexus eſt, ita; P. Scipio Paulli F. &
bis Conſul fuit, & triumphavit, & cenſura
functus eſt, & collega in cenſura L. Mummii
fuit, qui tituli vetere etiam epigrammate,
quod Romæ eſſe dicitur, continentur ita:

P. CORNELIUS PAULLI F. SCIPIO
AEMILIANUS COS. II. CENSOR
AUGUR TRIUMPHAVIT.

De re geſta cum Pſeudoperſeo, Viriatho & Celtiberis.

HOc anno in Macedonia, quæ à Metello
prætore ante pacata fuerat, novum bel-
C lum coortum eſt, Pſeudoperſeo quodam, ſive
Pſeudophilippo altero auctore, quo de bello
ſic ſcriptum invenio apud *Eutropium*: Iterum
in Macedonia Pſeudoperſeus, qui ſe Perſei
filium eſſe ferebat, collectis ſervis rebellavit;
&, cum XVII. millia armatorum haberet, à
Trebellio quæſtore ſuperatus eſt. His diebus
androgynus Romæ viſus, juſſu aruſpicum in
mare merſus eſt. Hæc ille. Androgynum au-
tem his Conſulibus viſum, tradit *Obſequens*.
In *Epitoma* etiam LIII. ſub Ap. Claudii Con-
ſulis mentione ita eſt; Alter Pſeudophilip-
pus in Macedonia à L. Trebellio quæſtore
cum exercitu cæſus eſt. Quam victoriam ne-
ſcio an quiſquam aut plenius, aut elegantius
D literis mandare potuerit, quam M. *Varro* lib.
II. de re ruſtica prodidit; apud quem Cn. Tre-
bellius Scroſa ita loquitur: Ignorare mihi vi-
deris, cur appeller *Scroſa*. Itque ut etiam hi
propter te ſciant, cognoſce meam gentem
ſuillum cognomen non habere, nec me eſſe
ab atavis ejus cognominis ortum, avus meus
primum appellatus eſt Scroſa: qui quæſtor
cum eſſet, Licinio Nerva prætore, in Mace-
donia provincia relictus, qui præeſſet exerci-
tui, dum prætor rediret, hoſtes arbitrati oc-
caſionem ſe habere victoriæ impreſſionem fa-
cere cœperunt in caſtra: avus cum hortare-
tur milites ut caperent arma, ac exirent con-
tra, dixit, celeriter ſe illos, ut ſcroſa porcos,
E disjecturum; idque fecit, nam eo prœlio ho-
ſtes ita fudit ac fugavit, ut eo Nerva prætor
Imperator appellatus ſit, & avus cognomen in-
venerit ut diceretur *Scroſa*. Hæc invêni hoc
anno in Macedonia geſta. In Hiſpania autem
Q. Fabius Servilianus; quod apud *Appianum*
extat, Fabii Æmiliani frater, Conſul in lo-
cum Quinctii adverſus Viriathum miſſus, cum
iter Uticam intendiſſet, Viriathum in itinere,
à quo prœlio laceſſabatur, fortiſſime repulit,
poſt elephantis decem à Micipſa Rege Numi-
darum acceptis, ac caſtris loco idoneo com-
munitis, eundem ſæpe fugavit, fugatumque
inſequutus eſt; ſemel ab eo cum exercitu in-
tra

tra caſtra compulſus. Inde cum per Viriathum quieſcere non poſſet, caſtris Uticam verſus motis, cum eundem ioopia commeatus adactum, io Luſitaniam ſe per noctem referre comperiſſet, haud cunctandum ratus quin eum perſequeretur, vaſtatis amicorum illius agris, quamquam amiſſa in itinere præda, à latronibus, in quos forte inciderat, erepta, in Luſitaniam duxit: atque oppidis ejus multis in poteſtatem adductis, aliis pepercit, alia incendit; atque in hiberna, cum jam annus imperii ejus alter appeteret, exercitum reduxit. Hæc *Appianus*. Itaque hac (ut opinor) de cauſſa *Obſequens* his Conſulibus dubie cum Luſitanis dimicatum ſcribit. At vero Q. Metellus in Celtiberia prorogato in alterum annum imperio, res maximas geſſit, atque eorum populorum opes valde attrivit. Id quod ex *Epitoma* LIII. colligi poteſt; in qua ita ſcriptum eſt; Q. Metellus pro Cos. Celtiberos cæcídit. Et apud *Valerium* capite de ſtrategematis; Q. Metellus, cum proConſul bellum io Hiſpania adverſus Celtiberos gereret, urbemque Trebiam, caput ejus gentis, viribus expugnare noo poſſet, intra pectus ſuum multum ac diu conſiliis agitatis, viam reperit, qua propoſitum ad exitum perduceret, itinera magno impetu ingrediebatur, deinde alias atque alias regiones petebat: hos obſidebat montes; paulo poſt ad illos tranſgrediebatur; cum interim tam ſuis omnibus, quam ipſis hoſtibus ignota erat cauſſa inopinatæ ejus ac ſubitæ fluctuationis. Interrogatus quoque à quodam amiciſſimo ſibi, quid ita ſparſum & incertum militiæ genus ſequeretur: Abſiſte, inquit, iſtud quærere; oam ſi hujus conſilii mei interiorem tunicam conſciam eſſe ſenſero, continuo eam cremari jubebo: quorſum igitur ea diſſimulatio erupit? aut quem finem habuit? poſtquam vero & exercitum ſuum ignorantia, & totam Celtiberiam errore implicavit, cum alio curſum direxiſſet, ſubito ad Trebiam reflexit; eamque inopinatam & attonitam oppreſſit. Et de diſciplina militari; Q. Metellus cum ad Trebiam res gereretur, collocatas à ſe in ſtatione quinque cohortes, atque ex ea viribus hoſtium depulſas, repetere eandem ſtationem è veſtigio juſſit; non quod ſperaret ab iis amiſſum locum recuperari poſſe, ſed ut præteritæ culpam pugnæ inſequentis certaminis manifeſto periculo puniret. Edixit etiam, ut ſi quis ex iis fugiens caſtra petiſſet, pro hoſte interficeretur, qua ſeveritate compreſſi milites, corporibus fatigatis, & animis deſperatione vitæ implicatis, loci tamen iniquitatem, multitudinemque hoſtium ſuperarunt. Et *Vellejus*; Metellus cum urbem Contrebiam in Hiſpania oppugnaret, pulſas præcipiti loco quinque cohortes legionarias eodem protinus ſubire juſſit; facientibuſque omnibus io procinctu teſtameota, velut ad certam mortem eundum foret, non deterritus propoſito, perſeverantia ducis, quem moriturum miſerat militem, victorem recepit. Unde etiam *Florus*; Contrebiam Metellus memorabili cum cepiſſet exemplo, Verſobrigis majore gloria pepercit. Hoc idem ſcriptum eſt apud *Frontinum*, & in libro de viris illuſtribus. Triumphaſſe tamen Metellum, quamquam tantis rebus geſtis, negat *Valerius* capite de ira, cum ſcribit: Metellus, cum utramque Hiſpaniam Conſul prius, deinde pro Cos. pene jam ſubegiſſet, poſtquam cognovit Q. Pompejum Conſulem inimicum ſuum ſucceſſorem ſibi mitti, omnes, qui modo militiam voluerant finire, dimiſit; commeatus petentibus, nec cauſſis excuſſis, nec conſtituto tempore dedit; horrea cuſtodibus remotis opportuna rapinæ præbuit; arcus ſagittaſque Cretenſium frangi, atque in amnem abjici juſſit; elephantis cibaria dari vetuit, quibus factis, ut cupiditati ſuæ indulſit; ita magnifice geſtarum rerum gloriam corrupit; meritumque honorem triumphi, hoſtium quam iræ fortior victor, amiſit. *Velleius* tamen excellenteis hojus triumphos cum dicit, eum ſæpius triumphaſſe ſignificat.

DE COS. AN. DCXII. (9)

CN. Cæpionem, Q. Pompejum deinceps Conſules profitetur *Caſſiodorus*, eorumque ſic meminit *Velleius* lib. II. Seu duæ, ſeu tres Pompejorum familiæ fuerunt, primus è Pompejis cum Cn. Servilio Conſul fuit. Itemque *Cicero* lib. XII. ad Atticum, Q. Pompejum humili atque obſcuro loco natum, teſtatur idem in Verrem; & in Bruto, cum ait; Q. Pompejus non contemptus orator, qui ſommos honores homo per ſe cognitus ſine ulla commendatione majorum adeptus eſt. Et pro Murena; Nec mihi unquam minus in Q. Pompejo, novo homine, & fortiſſimo viro, virtutis eſſe viſum eſt, quam in homine nobiliſſimo M. Æmilio. Eundem *Valerius* capite de teſtibus, Q. Pompejum Aufidium vocat; librariorum (ut opinor) vitio, pro, *Auli filium*. Eademque ratione *Appianus* in Hiſpanienſi Κόϊντον Πομπήϊον Αὖλον, pro, Αὔλου υἱὸν. Idem Pompejus Scipione familiariter utebatur, cumque pollicitus ei eſſet, ſe pro C. Lælio, quem Scipio dilexit unice, tumque Conſulatus candidatum deducebat, prenſaturum, pro ſe prenſavit. *Plutarchus* auctor in Dictis. Co. & Q. Servilios Cæpiones, fratres fuiſſe docet *Cicero* in Verrinis, & in Fontejana; & *Valerius* capite de teſtibus; natos autem eos opinor ex Cn. Servilio Cæpione Conſule anno DLXXXIV. His (ut opinor) Conſulibus cum Macedonum Legati conqueſtum veniſſent de D. Junio Silano Prætore, quod acceptis pecuniis provinciam ſpoliaſſet, & Senatus de querelis eorum vellet cognoſcere, T. Manlius Torquatus, Silani pater, petiit impetravitque, ut ſibi ejuſmodi cognitio mandaretur; & domi cauſſa cognita, filium condemnavit, abdicavitque; ac ne funeri quidem ejus, cum ſuſpendio vitam finiſſet, interfuit; ſedenſque domi, poteſtatem conſulentibus ex inſtituto fecit. *Epitoma* LIV., *Cicero* de finibus, *Valerius* de ſeveritate parentum. Iiſdem etiam Conſulibus in L. Tubulom quæſitum oſtendit idem *Cicero* de finibus, cum ſcribit; L. Tubulus, cum Prætor quæſtionem inter ſicarios exercuiſſet, ita aperte cepit pecunias ob rem judicandam, ut anno proximo P. Scævola Tri-

(9) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 612.
Olymp. CLIX. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 141.
CN. SERVILIUS CÆPIO. } Coſſ.
Q. POMPEJUS NEPOS. }
Ita ex Caſſiodoro, & faſtis Cuſpiniani Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.
Petavius addit Pompejo cognomen Rufi ſine fundamento.
Almelovenius dat Nepotis cognomen.
Cognomen Pompeji *Nepos* habetur ex faſt. Cuſpiniani. An bene, videris Lector.

Tribunus plebis ferret ad plebem, vellentne de ea re quæri, quo plebiſcito quæſtio decreta a Senatu eſt Coofuli Cn. Cæpioni.

De re geſta cum Viriatho, & cum Numantinis.

ET hoc anno Q. Fabium Servilianum pro Conſule cum Viriatho rem geſſiſſe reperio; ſic enim pergit *Appianus*, quem unum in hoc bello digerendo (quantum ex mendoſis ejus libris intelligere potuimus) maxime ſequuti ſumus: Q. Fabius cum latronum principem quendam cepiſſet, ipſum dimiſit; ſociis ejus manus præcidit. Viriathum inſequutus, oppido incluſum circumvallare cœpit, ex quo Viriathus eruptione facta, exercitum Serviliani fugavit, atque in locum aſperum ac præruptum, unde nulla exeundi facultas erat, compulit: neque idcirco ſecunda fortuna elatus, cum honeſtam ſibi finiendi belli occaſionem datam intelligeret, pacem his conditionibus petiit, ut ipſe ſocius populi Romani eſſet; quique ſectam ſuam ſequuti eſſent, quæ quiſque haberet, teneret, quæ à populo confirmata eſt. Hinc etiam in *Epitoma* LIII. legimus ita: A Q. Fabio Maximo pro Conſule pars maxima Luſitaniæ, expugnatis aliquot urbibus, recepta eſt. Item; Q. Fabius pro Conſule rebus in Hiſpania proſpere geſtis, labem impoſuit, pace cum Viriathu æquis conditionibus facta. *Oroſius* autem res ejus geſtas his verbis prodidit: Fabius Conſul, contra Luſitanos & Viriathum dimicans, Bacciam oppidum, quod Viriathus obſidebat, depulſis hoſtibus liberavit, & in deditionem cum plurimis aliis caſtellis recepit, quingentis etiam principibus eorum, quos ſocietate invitatos deditionis jure ſuſceperat, manus præcidit. Hinc factum eſt, ut *Valerius* de diſciplina militari ita ſcripſerit: Q. Fabius Maximus in Hiſpania omnium, qui ex præſidiis Romanis ad hoſtes transfugerant, captique erant, manus abſcidit; ut trunca præ ſe brachia geſtantes, metum defectionis reliquis injicerent. Et *Frontinus* lib. IV. Fabius Maximus transfugarum dextras præcidit. Atque hoc quidem modo cum Viriatho in Luſitania dimicatum eſt. In Celtiberia vero, quamquam omnibus fere Celtiberis à Metello deletis, acrius quam umquam ante pugnari cœptum. Uni erant, (quod eſt apud *Appianum*) Termeſtini ac Numantini, qui prope intacti arma retinebant. Cum his ergo bellum illud ſuſceptum, quod poſtea *Numantinum* eſt appellatum, cujus belli cauſſam ſic expreſſit *Florus*: Numantini, inquit, Segidenſes ſocios ac conſanguineos ſuos, manibus Romanorum elapſos, exceperant; habita pro eis deprecatio nihil valuit, cum ſe ab omni bellorum contagione removerent, in legitimi fœderis pretium juſſi arma deponere. Hoc ſic à barbaris acceptum, quaſi manus abſcinderentur; itaque ſtatim Megara viro fortiſſimo duce ad arma converſi, Pompejum prœlio aggreſſi, fœdus tamen maluerunt, cum debellare potuiſſent. Hoc tamen ſequenti anno factum eſt; non enim niſi extrema hieme hoc anno Metellus Pompejo ſucceſſori exercitum in Hiſpania tradidit, ut ſcribit *Appianus*.

(10) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 613.
Olymp. CLX. Anno I.
Ante Ær. Chr. 140.

DE COS. AN. DCXIII. (10)

DEinceps Conſules factos inveoio Q. Cæpiooem cum C. Lælio: auctor cum *faſtis Siculis*, *Caſſiodorus*, & *Obſequens*. His Conſulibus L. Craſſum Oratorem natum ſcribit *Cicero* in Bruto. *Frontinus* etiam de aquæ ductibus, C. Lælio, Q. Servilio Coſs. à L. Leotulo tractatum ait, ut pro aqua Marcia Anio in Capitolium deduceretur. C. Lælium non ſine repulſa Conſulatum adeptum, auctor eſt *Cicero* in Tuſculanis, & *Plutarchus* de Repub. Idem Lælius (quod apud *Ciceronem* exſtat in Philippica XI. & apud *Vellejum* lib. II.) C. Lælio natus eſt, eo qui Conſulatum geſſit an. DLXIII. *Sapientis* cognomen tulit teſte *Cicerone* lib. II. de Officiis, atque in Lælio; cujus rationem affert *Plutarchus* in Gracchis. De Q. Cæpione ſupra dictum eſt, cujus nominis parva exſtant in *fragmentis Capitolinis* veſtigia.

De re geſta cum Viriatho, & cum Numantinis.

PUgnatum eſt hoc anno in utraque Hiſpania à Romanis; ſed turpiter. Viriathus enim dolo, non armis, ſublatus eſt à Q. Cæpione Conſule, cui ea provincia evenerat. Cum Numantinis pax à Q. Pompejo pro Conſule injuſſu Senatus ac populi propter infirmitatem facta. Dicamus primum de Viriatho. Q. Cæpio cum ad exercitum veniſſet, otii impatiens, pacem à Serviliano fratre factam aſſidue improbare, ea de re quotidie literas ad Senatum mittere. Senatus primum tacite Cæpioni, quod è Republ. fideque ſua duceret, permittere; poſt eidem aperte, ut neglectis pacis conditionibus bellum ſuſciperet, mandare. Quo Senatus conſulto accepto, Cœpio repente Viriathum adortus, Arſam oppidum ejus occupavit; ipſum cum magna, quacumque iter faciebat, agrorum direptione fugientem inſequens, tandem in Carpetaniam, eſt adeptus. Cum autem ille inde ſimulata pugna, repente ſe abſtuliſſet, Cæpio aſſequendi ſpe abjecta, Vectonum & Gallæcorum fines populabundus inivit. Qua re animadverſa, Viriathus Legatos ad Cæpionem de pace miſit, quos Cæpio pecunia corruptos, atque promiſſis ingentibus oneratos, ad occidendum Viriathum impulit, quo haud ita multo poſt à proditoribus interfecto, exercitus etiam ejus, qui duce Tantalo Saguntum profectus, atque inde repulſus Bætim trajecerat, in Cæpionis, qui à tergo iſtabat, poteſtatem pervênit; atque ab eo venia impetrata, agros etiam fertiles, quos coleret, ne inopia coactus ad latrocinia verteretur, obtinuit. Hæc *Appianus*, quid alii? *Florus* quidem ita; Viriathum Fabius Maximus Conſul oppreſſerat; ſed à ſucceſſore Servilio violata victoria eſt: quippe qui conficiendæ rei cupidus, fractum ducem, & extrema deditionis agitantem, per fraudem & inſidias & domeſticos percuſſores aggreſſus, hanc hoſti gloriam dedit, ut videretur aliter vinci non potuiſſe. *Valerius* vero ſic: Viriathi cædes duplicem perfidiæ accuſationem recepit; in amicis, quod eorum

C. LÆLIUS SAPIENS. } Coſs.
Q. SERVILIUS CÆPIO. }
Ita ex Caſſiodoro, Jul. Obſ. & Frontino Sigonius, Pighius, Almeloveenius, & alii.

eorum manibus interemptus eſt; in Q. Servilio Cæpione Conſule, quod is ſceleris hujus auctor impunitate promiſſa fuit, victoriamque non meruit, ſed emit. Itaque in *Epitoma* etiam LIV. ſic ſcriptum eſt; Viriathus à proditoribus conſilio Servilii Cæpionis interemptus eſt. Et in libro de viris illuſtribus: Cæpio Viriathum cum aliter vincere non poſſet, duos ſatellites pecunia corrupit, qui eum humi depoſitum perimerent, quæ victoria, quia empta erat, à Senatu non probata. Hæc in ulteriore Hiſpania geſta, & hoc anno à Cæpione Conſule, & ſequenti ab eodem proConſule, arbitror. Viriathum tamen his Conſulibus victum ſcribit *Obſequens*. In citeriore vero, Q. Pompejus Conſul, cum extrema hieme exercitum à Q. Metello accepiſſet, caſtra ad Numantiam poſuerat. Tum Numantini, cum eum forte abeſſe caſtris animadvertiſſent, è colle ſubito degreſſi, in equites Pompejanos impetum fecere. Pompejus, re nuntiata ad exercitum reverſus, hoſtibus acriter inſtare; illi leniter ad montes recedere, dum Romanos ad locum impeditum, quem conſtituerant, attraxerunt. Quamobrem cum ad Numantiam nihil ſe proficere Pompejus ſentiret, Termantiam, cujus potiundæ ſpes certior affulſerat, exercitum adduxit. Ibi etiam cum ſæpe male pugnaſſet, Malia oppido per proditionem recepto, in Sedetaniam, quam latrociniis infeſtam eſſe cognoverat, caſtra movit. Poſt cum ſe ad Numantiam retuliſſet, ne tum quidem, cum flumen alio derivare, ut hoſtes fame opprimeret, eſſet aggreſſus, rem ex ſententia geſſit. Tot igitur adverſis prœliis fractus, cum Roma & Senatores aliquot, qui conſilio; & novus exercitus, qui manu eum juvaret, acceſſiſſent, etiam per hiemem exercitum, rei gerendæ, & cladium corrigendarum cauſſa, ſi qua pugnæ daretur occaſio, ſub dio habebat. Poſtremo autem cum morbus, gelu & aquæ & aëris gravitas vulgaverat, graviſſime totum exercitum afflictarat, & milites aliquot, ad ea paranda, quæ victui ſunt neceſſaria, egreſſi, in inſidias Numantinorum præcipitati, omnes fere deleti eſſent, exercitum in hiberna re infecta reducere coactus eſt. Tum vero, vel quod ſucceſſorem exſpectaret, vel quod Romæ judicium formidaret, clam de pacis conditionibus cum Numantinis agere cœpit: quas ne illi quidem diuturno bello feſſi, ſunt aſpernati. Itaque legatis eorum, cum ad ſe de pace veniſſent, palam pro dignitate imperii Romani reſpondit, pacem iis nulla alia ratione, niſi Romanorum ſe poteſtati permitterent, dare poſſe. Clam vero certas, in quas convenerant, pacis conditiones tulit: quibus acceptis, illi ſe ſtatim Pompeji arbitrio in ſpeciem dediderunt. Pompejus, obſidibus & transfugis, & XV. auri talentis, hæc enim imperaverat, excitis, ſucceſſorem, dum accederet, exſpectavit. Hæc pluribus verbis *Appianus*. In eandem ſententiam loquitur etiam *Oroſius*: Pompejus Conſul, inquit, fines Numantinorum ingreſſus, accepta maxima clade diſceſſit, non ſolum exercitu pene omni profligato, verum etiam cum plurimis nobilium, qui ejus militiæ aderant, interemptis. Et in *Epitoma*: Q. Pompejus Conſul in Hiſpania Termeſtinos ſubegit, cum eiſdem, & Numantinis, pacem ob infirmitatem fecit. Et apud *Eutropium*; Q. Pompejus, qui Metello ſucceſſit, à Numantinis victus, pacem ignobilem fecit. Sunt qui Pompejum morbum excuſaſſe ferunt, ne, cum intereſſet deditioni, animos Numantinorum irritaret. *Livius* libro LVI. ex *Priſciani* lib. XVIII.

DE COS. AN. DCXIV. (11)

Caſſiodorus in hunc annum prodit Conſules Cn. Piſonem cum M. Popillio: M. POPILLIUM, *Capitolinum fragmentum*: M. Popillium Lænatem *Appianus* & *Epitoma*: M. Popillium Lænatem, L. Calpurnium, *Valerius* libro primo, cum ait; C. Cornelius Hiſpalus, Prætor peregrinus, M. Popillio Lænate, L. Calpurnio Coſs. edicto Chaldæos citra decimum diem abire ex urbe atque Italia juſſit.

De re geſta cum Numantinis.

Viriatho interfecto, atque ulteriore pacata Hiſpania, bellum tamen in Celtiberia non omnino ſublatum erat. Etenim cum M. Popillius Lænas Conſul ad exercitum in Hiſpaniam contendiſſet, ut Q. Pompejo ſuccederet, Pompejus omni jam belli metu vacuus, cum ſe indigne ſine juſſu Senatus pacem cum Numantinis feciſſe animadverteret, negare ſe cum iis pactum quidquam eſſe; illi teſtibus iis, qui fœderi feriendo affuerant, confirmare. Popillius eos Romam ad Senatum, ut cum Pompejo de fœdere diſceptarent, rejecit. Re in Senatu agitata, placuit cum Numantinis bellum renovari. Interea vero Popillius Luſonum, qui Numantinis finitimi ſunt, fines ingreſſus, inde re infecta diſceſſit. Hæc *Appianus*. Q. Cœpio hoc forte anno Viriathini belli reliquias perſequutus, provinciam ordinavit; neque enim tot res ab eo in Conſulatu geſtas eſſe videtur veriſimile; præſertim vero cum ad exercitum Conſules, non niſi ſero venire poſſent.

DE COS. AN. DCXV. (12)

P. Scipionem, D. Brutum Conſules in hunc annum invenio apud *Caſſiodorum*. Naſicam & Brutum edunt *faſti Siculi*; quorum, ut ex iis, quæ dicam, patebit, plerique rerum Romanarum ſcriptores meminerunt; ſic enim ſcriptum eſt in *Epitoma*: P. Cornelio Naſica (cui cognomen *Serapionis* fuit ab irridente C. Curatio Tribuno pl. impoſitum) & D. Junio Bruto Coſs. delectum habentibus in conſpectu tyronum, res ſaluberrimi exempli facta eſt. Nam C. Matienus accuſatus eſt apud Tribunos pl. quod exercitum in Hiſpania deſeruiſſet; damnatuſque, ſub furca diu virgis cæſus eſt, & ſeſtertio nummo veniit. Tri-

(11) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 614. Olymp. CLX. Anno II. Ante Ær. Chr. 139.
CN. CALPURNIUS PISO. } Coſs.
M. POPILLIUS LÆNAS. }
Ita ex Caſſiodoro, Appiano, Valerio Maximo, Livii Epitoma, & faſt. Capitol. Sigonius, Pighius, Almeloveenius, & alii.

(12) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 615. Olymp. CLX. Anno III. Ante Ær. Chr. 138.
P. CORNELIUS SCIPIO NASICA SERAPIO. } Coſs.
D. JUNIUS BRUTUS, dictus poſtea CALLAICUS. }
Ita ex Caſſiodoro, Livii Epitoma, faſt. Sicul. & Cuſpin. Sigonius, Pighius, Almelov. & alii.

Tribuni pl. quia non impetrarent, ut ſibi denos, quos vellent milites eximere liceret, Conſules in carcerem duci juſſerunt. Hinc *Cicero* etiam libro III. de legibus ſcripſit; D. Brutum, & P. Scipionem Conſules, quos & quantos viros, homo omnium infimus & ſordidiſſimus, Tribunus pl. C. Curatius in vincula conjecit; quod ante factum non erat. *Valerius* prætcrea, capite de fiducia ſui, ita ſcriptum reliquit: C. Curatius Tribunus pl. productos in concionem Conſules compellebat, ut de frumento emendo, atque ad id negotium explicandum mittendis legatis, in curia referrent, cujus inſtituti minime utilis interpellandi gratia, Naſica contrariam actionem ordiri cœpit. Obſtrepente deinde plebe, Tacete, quæſo Quirites, inquit; plus enim ego, quam vos quid Reip. expediat, intelligo. Qua voce audita, omnes pleno venerationis ſilentio, majorem auctoritatis ejus, quam ſuorum alimentorum reſpectum habuerunt. Et *Frontinus* capite de diſciplina: P. Cornelio Naſica, D. Junio Coſs. qui exercitum deſeruerant, damnati, virgis cæſi, publice venierunt. Hic Scipio, P. Scipionis Naſicæ filius fuit, ejus qui Corculum eſt appellatus; P. Scipionis ejus qui optimus vir à Senatu judicatus, matrem Idæam excepit, nepos; P. Scipionis ejus qui Jugurthæ bellum intulit, pater; ut tradit *Valerius*: ante in ædilitate repulſam paſſus: poſt Ti. Gracchum occidit. Unde miror *Valerium* in tantorum virorum ignoratione verſatum eſſe, atque ita ſcripſiſſe capite de repulſis: P. Scipio Naſica, togatæ potentiæ clarum lumen, is, qui Conſul Jugurthæ bellum indixit; qui matrem Idæam, è Phrygiis ſedibus ad noſtras aras focoſque migrantem, ſanctiſſimis manibus excepit; qui multas & peſtiferas ſeditiones auctoritatis ſuæ robore oppreſſit; quo principe Senatus aliquot annos gloriatus eſt; cum ædilitatem curulem adoleſcens peteret, manumque cujuſdam ruſtico opere duritam, more candidatorum tenacius apprehendiſſet, joci gratia interrogavit eum, num manibus ſolitus eſſet ambulare, quod dictum à circumſtantibus exceptum, ad populum manavit, cauſſamque repulſæ Scipioni attulit. Unde *Cicero* pro Plancio: Avus tuus P. Naſica tibi ædiliciam prædicaret repulſam; quo cive neminem ego ſtatuo in hac Republ. fortiorem. De eodem *Plinius* lib. XXI. Florum honorem populus Ro. Scipioni tantum habuit. Serapio cognominabatur propter ſimilitudinem ſuarii cujuſdam negotiatoris, ob id erat in Tribunatu plebi admodum gratus, dignuſque Africanorum familia. D. Brutum M. F. vocat *Cicero* in Bruto, hunc poſtea *Callaicum* appellatum oſtendemus. Eidem Hiſpania ulterior obtigit: Scipionis incomperta provincia eſt.

De re geſta cum Luſitanis & Numantinis.

VIriatho interfecto, ne diuturnum quidem in Luſitania otium fuit. Nam cum multi Viriathum imitati, latrociniis Luſitaniam vexarent, placuit Senatui eorum libidinem armis coërcere. Id bellum, atque ea provincia D. Bruto Conſuli mandata eſt. Veniſſe autem eum hoc anno ad exercitum, verba hæc *Epitomæ* LV. indicant; Junius Brutus Conſul in Hiſpania iis, qui ſub Viriatho militaverant, agros & oppidum dedit; quod Valentia vocatum eſt. M. Popillius à Numantinis, cum quibus pacem factam Senatus irritam cenſuerat, cum exercitu fuſus fugatuſque eſt. Popillium porro pro Conſule hoc anno parum ſecunda fortuna Numantiam obſediſſe, teſtatur *Frontinus* lib. III. cum ait: Numantini obſeſſi, ne pro vallo quidem inſtruxerunt aciem; adeoque ſe continuerunt, ut Popillio Lænati fiducia fieret ſcalis oppidum aggrediendi, quo deinde ſuſpicante inſidias, quia ne tunc quidem obſiſtebatur, ac ſuos revocante, eruptione facta, averſos & deſcendentes adorti ſunt. Qua de re miror nihil eſſe in *Appiani* hiſtoria proditum.

DE COS. AN. DCXVI. (13)

COnſules comparant in hunc annum *Caſſiodorus* & *Obſequens* M. Æmilium, C. Hoſtilium Mancinum: Lepidum & Mancinum *faſti Siculi*: *Oroſius* & *Appianus* M. Æmilium Lepidum, & C. Hoſtilium Mancinum. Mancini Conſulis etiam in *fragmentis Capitolinis* veſtigia exſtant. De Lepido ſic loquitur *Cicero* in Bruto: M. Lepidus qui eſt *Porcina* dictus, iiſdem temporibus fere quibus Galba, ſed paulo minor natu, & ſummus orator eſt habitus, & ſcriptor ſane bonus. Item; L. Caſſii legi tabellariæ M. Ancius Briſo Tribunus pl. diu reſtitit, M. Lepido Conſule adjuvante: eaque res P. Africano vituperationi fuit, quod ejus auctoritate de ſententia deductus Briſo putabatur. Is (ut opinor) natus eſt è M. Lepido, principe Senatus, Conſule anno DLXXVIII. His Conſulibus M. Claudius prætor in nave fulmine conflagravit. *Obſequens*.

De re geſta cum Numantinis & Luſitanis.

CEterum Popillio proConſuli C. Mancinus Conſul ad Numantiam ſucceſſit: D. Bruto in Luſitania prorogatum imperium eſt. Dicamus autem primum de Mancino. Hoſtilius Mancinus Conſul, inquit *Obſequens*, in portu Herculis cum conſcenderet navem, vox improviſo audita; Mane Mancine, cumque egreſſus poſtea navem Genuæ conſcendiſſet, anguis in navi inventus, è manibus effugit; ipſe Conſul devictus. Et *Valerius* lib. I. Mancino Conſuli in Hiſpaniam ituro hæc prodigia acciderunt, cum Lavinii ſacrificium facere vellet, pulli cavea emiſſi, in proximam ſilvam fugerunt; ſummaque diligentia quæſiti, reperiri nequiverant: cumque ab Herculis portu, quo pedibus pervenerat; navem conſcenderet, talis vox ſine ullo auctore ad aures ejus pervênit: Mancine mane; qua territus, cum itinere converſo Genuam petiſſet, & ibi ſcapham eſſet ingreſſus, anguis eximiæ magnitudinis viſus è conſpectu abiit, ergo numerum prodigiorum numero calamitatum æquavit, infelici pugna, turpi fœdere, deditione funeſta. Idem eſt in *Epitoma* LV. C. Hoſtilio Mancino Conſule ſacrificante, pulli ex cavea avolaverunt; conſcendenti deinde navim, ut in Hi-

(13) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 616.
Olymp. CLX. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 137.
M. ÆMILIUS LEPIDUS PORCINA.)
C. HOSTILIUS MANCINUS, qui poſtea abdicavit.) Coſs.
Ita ex Caſſiodoro, Jul. Obſ. faſt. Sicul. Oroſ. & Appiano Sigonius, Pighius, Almelov. & alii.

A Hiſpaniam proficiſceretur, accidit audiri: *Mane* (mane) *Mancine*, quæ auſpicia triſtia fuiſſe eventu probatum eſt; victus enim à Numantinis, & caſtris exutus, cum ſpes nulla ſervandi exercitus eſſet, pacem cum eis fecit ignominioſam: quam ratam eſſe Senatus vetuit, triginta millia Romanorum à Numantinorum millibus quatuor victa erant. Idem *Oroſius*. *Appianus* Mancinum rumore, qui Cantabros & Vaccæos Numantinorum auxilio veniſſe percrebuerat, perculſum, exercitum trepidum in caſtra, quæ quondam Fulvius Nobilior fecerat, reduxiſſe; atque ibi obſeſſum, ad turpes pacis conditiones à Numantinis latas deſcendiſſe auctor eſt, qua re Romæ co-
B gnita, ipſum à bello avocatum, collegam ejus M. Lepidum ad exercitum eſſe miſſum. Hæc ad Numantiam. In Luſitania vero D. Brutus pro Conſule, ſi latrones Luſitanos palantes atque diſperſos, per calles tramiteſque inſequi vellet, eos ſe adipiſci poſſe diffiſus, ad ſingula eorum oppida arma circumferre cœpit; quod ſe facilius ſingulos ad ſuorum oppidorum defenſionem attractos, eſſe oppreſſurum ſperaret. Ita cum Duriam flumen tranſiſſet, atque populabundus ad Lethen perveniſſet; primus Romanorum Lethen, deinde Bænim victor trajecit, qui, ut ait *Strabo*, Bruti expeditionis terminus fuit. Hæc ex *Appiano*. Hinc etiam in *Epitoma* LV. ita ſcriptum in-
C venimus: D. Junins Luſitaniam urbium expugnationibus uſque ad Oceanum perdomuit; & cum milites flumen Oblivionem tranſire nollent, raptum ſignifero ſignum ipſe tranſtulit, & ſic ut tranſgrederentur perſuaſit. Et apud *Strabonem* lib. III. Brutus cognomine *Gallæcus*, Morone urbe ad faciendas excurſiones uſus, bellum geſſit cum Luſitanis; eoſque delevit. Et apud *Valerium* lib. VI. Cum ſe D. Bruto tota pene Luſitania dedidiſſet, ac ſola gentis hujus urbs Cinania pertinaciter arma retineret, tentata redemptione, propemodum uno ore legatis Bruti reſpondit, ferrum ſibi à majoribus, quo urbem tuerentur; non aurum, quo libertatem ab Imperatore avaro emerent,
D relictum.

DE COS. AN. DCXVII. (14)

CONſules ſuggerit *Caſſiodorus* P. Furium, Sex. Atilium Serranum: *Cicero* lib. III. de officiis L. Furium, Sex. Atiliom: *Obſequens* L. Furinm, Atilium Serranum: *faſti Siculi* Philum & Serranum. De Furio *Cicero* ſic in Bruto; L. Furius Philus, perbene loqui putabatur, literatiuſque quam ceteri. In *fragmentis Capitolinis* veſtigium etiam apparet SERRANI Conſulis. Furio Hiſpania citerior obtigit: Bruto in ulteriore prorogatum imperium eſt.

E

De Cenſoribus, & Luſtro LVIII.

IN *fragmentis Capitol.* hæ literæ Serrano Cos. ſuggeruntur, = OR. L. F. LVIII. quibus litteris Cenſores hoc anno Luſtrum feciſſe LVIII. ſignificatur. Qui autem hi fuerint, incerta memoria eſt. Quoniam autem non niſi ex Conſularibus ad Cenſuræ honorem per hæc tempora efferebantur, ſuſpicari quis poterit, alterum ex his Q. Fulvium Nobiliorem fuiſſe, qui anno DC. Conſulatum geſſit; id enim extrema illa cognominis ejus ſyllaba OR indicat; atque etiam fragmentum quoddam *Feſti* confirmat; in quo trunca nomina ſunt Cenſorum à quinquageſimo Luſtro deinceps uſque ad LX. ita:

====== Or cum M.====
======mius. Q. F====
====Ti. Sempron. ===
====L. Æmilii Paulli====
L. Cornelii Sc========
==== Opillius======
===== M. Vale======
==== ginus Cenſores====
====L. Cornelii Lentuli===
====Mummi=======
Q. Fulvii No=======
cili Metelli.

ideſt; M. Fulvius Nobilior cum M. Lepido.
A. Poſtumius Albinus, Q. Fulvius Flaccus.
Ti. Sempronius Gracchus.
L. Æmilii Paulli.
P. Cornelii Scipionis Naſicæ; cujus collega M. Popillius Lænas.
M. Valerius Meſſalla; C. Caſſius Loogious.
L. Cornelii Leotuli Lupi.
L. Mummii.
Q. Fnlvii Nobilioris.
Q. Cœcilii Metelli Macedonici.

Nobiliore ergo Cenſore conſtituto, quærendus eſt ei collega, & is quidem patricius, nam Fulvius è plebe fuit; ambo autem è plebe Cenſores nondum creabantur. Ego vero App. Claudium Pulchrum collegam Nobilioris ſcripſi; primum, quia Cenſorius fuit; deinde, quia ſuperiore Luſtro, Cenſuræ honore ab Africaoo dejectus eſt; tum, quia patricii locum tenet; poſtremo, quia niſi eum hoc anno Cenſorem ſtatuas, quo anno fuerit, non reperies, eſt enim mortuus (auctore *Appian.* lib. 1.) ante C. Tuditanum Conſulem. *Plutarchus* in Gracchis hunc vocat virum Conſularem, Cenſorium, & principem Senatus. De Luſtro ita in *Epitoma* LVI. poſt deditionem Mancini; Luſtrum à Cenſoribus conditum eſt: cenſa ſunt civium capita CCCXXIII. millia.

De re geſta cum Luſitanis & Numantinis.

IN hunc annum res contuli à D. Bruto pro Conſule cum Gallæcis geſtas; quod io *Epitoma* LVI. ante earum mentio fiat, quam Lepidi pro Conſulis, quem hoc anno à Vaccæis victum ex *Obſequente* conſtat. Verba autem *Epitomæ* ſunt hæc; D. Brutus in ulteriore Hiſpania (feliciter) adverſus Gallæcos pugnavit. Quam rem apertius *Florus* tradidit, his verbis; D. Brutus aliquanto latius Gallæcos, atque omnes Gallæciæ populos, formidatumque militibus flumen Oblivionis; peragratoque victor Oceani litore, non prius ſigna convertit, quam cadentem in maria ſolem, obrutumque aquis ignem, non ſine quodam ſacrilegii metu & horrore deprehendit. Itaque apud *Oroſium* quoque ita ſcriptum eſt; Brutus in interiore Hiſpania LX. millia Gallæcorum, qni Luſitanis auxilio venerant, aſpero bello & difficili quamvis incautos circumveoiſſet, oppreſſit.

Et

(14) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 617.
Olymp. CLXI. Anno I.
Ante Ær. Chr. 136.

P. FURIUS PHILUS.
SEX. ATILIUS SERRANUS. } Coſſ.
Ita ex Caſſiodoro, Jul. Obſ. Cicerone, & faſt. Sicul. Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.

A Et apud *Vellejum*; Ante tempus exciſæ Nu-
mantiæ, præclara in Hiſpania militia A. Bru-
ti fuit; qui penetratis omnibus Hiſpaniæ gen-
tibus, ingenti vi hominum, urbiumque po-
titus numero, aditis quæ vix adita erant,
Gallæci cognomen meruit. Et apud *Rufum*:
Hiſpanias per D. Brutum obtinuimus, & uſ-
que ad Gades ad Oceanum pervenimus. Et
apud *Strabonem* libr. III. Gallæci ultimi ſunt,
montes incolentes, ac propterea qui ſubigan-
tur difficillimi, qui Bruto, qui Luſitanos
debellavit, cognomen dederunt. Hæc de bel-
lo Luſitanico, à Bruto hoc (ut opinor) anno
confecto; qui tamen non niſi quadriennio
poſt triumphavit; diu in ordinanda, credo,
B provincia occupatus. In citeriorem autem
provinciam venit L. Furius Conſul; ac ſol-
vendi fœderis cauſa, juſſu Senatus Mancinum
ad Numantinos vinctum perduxit. M. Lepi-
dus pro Conſule male cum Vaccæis pugnavit.
Quæ ita eſſe, poſtquam eo Romanorum bello-
rum dignitas recidit, ut annalium verbis hinc
inde collectis illuſtranda atque exponenda ſint,
verbis ipſis annalium, quales quales habemus,
ut ſolemus, allatis demonſtrabimus. De pro-
vincia Furii ſic *Valerius* lib. III. P. Furius
Philus Conſul Q. Metellum, & Q. Pompejum,
inimicos ſuos, cupitam ſibi profectionem in
Hiſpaniam provinciam, quam ſortitus erat,
identidem exprobrantes, Legatos ſecum illuc
C ire coëgit. De Mancino ita *Cicero* lib. III. de
Officiis; C. Mancinus, qui ut Numantinis,
quibuſcum ſine Senatus auctoritate fœdus fe-
cerat, dederetur, rogationem ſuaſit eam, quam
L. Furius, & Sex. Atilius ex S. C. ferebant,
qua accepta, eſt hoſtibus deditus. In *Epitoma*
LVI. Ad exſolvendum Numantini fœderis re-
ligione populum, Mancinus, cum hujus rei
auctor fuiſſet, deditus Numantinis non eſt re-
ceptus. *Appianus* etiam Mancinum à Furio
in Hiſpaniam ductum, ac nudum hoſtibus tra-
ditum, nec ab iis receptum ait. De Lepido
autem ſic ſcriptum reliquit; Lepidus, cum
Legatos Numantinos Romam de fœdere cum
Mancino icto profectos exſpectare grave du-
D ceret, otii impatiens, ac gloriæ cupidus, Vac-
cæis ſine Senatuſconſulto bellum intulit; fru-
mentum Numantinis eos ſuppeditaſſe crimina-
tus. Itaque à Pallantinis Vaccæorum populis,
quos ope D. Bruti generi adortus erat, fuſus
fugatuſque, domum revocatus, imperio abdi-
catus eſt. Et *Oroſius* ita; In citeriore Hiſpa-
nia M. Lepidus pro Conſule Vaccæos innoxios
& ſupplices invito Senatu pertinaciter expu-
gnare tentavit; ſed mox accepta clade graviſ-
ſima, improbæ pertinaciæ pœnas luit, ſex mil-
lia Romanorum cæſa: reliqui exuti caſtris, &
armis amiſſis evaſerunt. Et in *Epitoma* ſic
ſcriptum eſt; M. Lepidus proConſul adverſus
Vaccæos rem geſſit, cladémque ſimilem Nu-
E mantinæ accepit.

DE COS. AN. DCXVIII. (15)

DEinceps Conſules ſubjicit *Caſſiodorus* & *Obſequens* Ser. Fulvium, Q. Calpurnium: *faſti Siculi* Flaccum & Piſonem: *Oroſius* Ser. Fulvium Flaccum, Q. Calpurnium Piſonem: *Fragmenta Capitolina* PISONEM. Fulvii Flacci Cos. mentio eſt in *Epitoma* LVI. & apud *Appianum* in Illyrica; Calpurnii Piſonis, in Hiſpanienſi. Horum Conſulum mentio eſt in antiqua, quæ vulgata eſt tabula, hoc modo: SER. FULVIO. FLACCO. Q. CALPURNIO PISONE COS. A. P. U. C. DCXX. REMP. BELLO SERVILI TURBANTE. Fulvio Illyricum, Piſoni Hiſpania evênit.

De re geſta cum Numantinis, Illyriis, & Scordiſcis.

HOc anno Romani, ut ait *Appianus*, deditione Mancini ſe fœdere ſolutos eſſe rati, Calpurnium Piſonem Conſulem adverſus eos miſerunt, qui cum Numantinorum Pallantinorumque agros populabundus iniſſet, eoſque vaſtaſſet, reliquum imperii ſui tempus in hibernis apud Carpetanos traduxit. Unde *Obſequens* hic etiam Conſulibus rem apud Numantiam male geſtam, exercitum Romanum oppreſſum ſcripſit. Dum hæc autem in Hiſpania gerebantur, ne quietæ quidem in Illyrico & in Macedonia res erant. Illyrii bello Perſico à Romanis victi, ad hæc uſque tempora pacati fuerant: quibus Vardæi (quod exſtat apud *Appianum*) Illyricum, quod erat ſub Romanorum ditione, armis invaſiſſe dicuntur: adverſus quos cum Legati ad eos miſſi nihil profeciſſent, profectus cum exercitu Fulvius Flaccus Conſul, bellum una dumtaxat excurſione confecit. Itaque in *Epitoma* etiam LVI. ita ſcriptum eſt; Fulvius Flaccus Conſul Vardæos in Illyrico ſubegit. De triumpho Fulvii nihil aperte traditum comperi: verum ex obſervatione *Epitomarum*, & verbi *Subigendi* vi, triumphaſſe Fulvium Conſulem puto. Eodem etiam tempore bellatum eſt in Macedonia, quam Thraces incurſionibus ac populationibus divexabant: ex Thracibus autem maxime Scordiſci. Hoc item ex eadem *Epitoma* intelligi poteſt: in qua victoriæ Fulvii Flacci Conſulis hæc verba ſubjiciuntur; M. Coſconius Prætor in Thracia cum Scordiſcis proſpere pugnavit; neque enim de eo quidquam aliud accepi. Hunc tamen Prætorem triumphaſſe non puto. Hoc ita cecidiſſe, conjectura ducor ad ſuſpicandum, quod *Cicero* in Piſonem Macedonicos horum annorum triumphos enumerans, T. Flamininum, L. Paullum, Q. Metellum, T. Didium nominet, non omiſſurus etiam M. Coſconium, qui inter Metellum & Didium Prætores, & ipſe Prætor in Macedonia rem geſſit, ſi triumphaſſet; cum id maxime ad cauſam pertineret. Quemadmodum autem hoc bellum poſtea exarſerit, ita ut Conſulares exercitus imperiumque deſiderarit, poſt demonſtrabimus.

De priore Servili bello Siculo, & M. Perpenna propr. ovante.

IIſdem Conſulibus bellum in Sicilia à ſervis commotum, exſtat in *Oroſii* commentariis. Hujus autem belli hæc cauſa à *Floro* traditur: Syrus quidam nomine Eunus, fanatico furore ſimulato, dum Syriæ deæ cæremonias jactat, ad libertatem & arma ſervos, quaſi numinum imperio concitavit. Id ut divinitus fieri probaret, in ore abdita nuce, quam ſulphure & igne ſtipaverat, leviter inſpirans, flammam inter verba fundebat. Hoc miraculo primo duo millia

(15) *Hoc eſt:* Anno ab U. C. 618.
Olymp. CLXI. Anno II.
Ante Ær. Chr. 135.

SER. FULVIUS FLACCUS. } Coſs.
Q. CALPURNIUS PISO. }
Ita ex Caſſiodoro, Jul. Obſ. Oroſ. faſt. Capitol. & Sicul. Sigonius, Pighius, Almelov. & alii.

millia ex obviis; mnx jure belli refractis ergaſtulis, quadraginta amplius militum ſecit exercitum; regiiſque decnratus inſignibus, caſtella, oppida, vicns miſerabili direptinne vaſtavit. Idem ſcriptum eſt etiam in *Epitoma* LVI. Bellum (ſervile) in Sicilia ortum: ejus initium fuit Eunus ſervus, natione Syrus; qui contracta agreſtium ſervnrum manu, & ſnlutis ergaſtulis, juſti exercitus numerum implevit. Cleo quoque alter ſervus, ad LXX. millia ſervnrum cnntraxit; & copiis junctis, cnntra Pnpulum Rom. exercitumque ejus bellnm ſæpe geſſerunt. Et apud *Oroſium*: Ser. Fulvio Flacco, Q. Calpurnio Piſnne Cnſs. bellum in Sicilia ſervile ortum: quod adeo grave multitudine ſervnrum tunc ad arma inſtructorum, copiaque & magnitudine virium fuir, ut nnn dicam Prætores Romanos, quos penitus profligavit; ſed Conſules quoque terruerit, nam LXX. millia ſervorum tunc in arma conſpirantium fuiſſe referuntur; excepta urbe Meſſana, quæ ſervos liberaliter habitns in pace continuit. Hæc ex annalibus. Mihi vern enrum verba intentius intuenti, ne hoc quidem anno hoc initum bellum videtur, ſed potius renovatum: ſiquidem viden ſcriptum in *Epitoma*; bellum ſervile cum à Prætoribus opprimi non potuiſſet, C. Fnlvin Conſuli eſſe mandatum; Prætnres autem nominat *Florus*, cum ait; Capta ſunt caſtra Prætnrum Manilii, Lentuli, Piſnnis, Hypſei. Itaque qui per * ſugitivns diſtrahi debuiſſent, Prætorios duces profugos prœlio ipſi ſequebantur. Tandem Perpenna Imperatnre, ſupplicium de eis ſumptum eſt. Hic enim victos, & apud Ennam noviſſime obſeſſns, cum fame quaſi peſtilentia cnnſumpſiſſet, reliquias latronum cnmpedibus cateniſque religavit, crucibuſque punivit. Fuitque de ſervis ovatione cnntentus, ne dignitatem triumphi ſervili inſcriptione violaret. Eundem etiam M. Perpennam triumphaſſe ſcribit *Valerius* lib. III. quamquam eundem in Conſulatu, atque ex Aſia, non in Prætura, neque ex Sicilia triumphum egiſſe falſn (ut poſt oſtendam) ille videtur ſignificare. Quando igitur Fulvio Conſuli Piſonem, Piſnni Rupilium Conſules ſubſequentibus deinceps annis ſucceſſiſſe, atque Rupilium ipſum bello demum confectn leges Siciliæ dediſſe invenio, prnpterea fit ut credam, ante C. Fulvium Cnnſulem Prætnres quatunr, quos *Florus* commemoravit, cum ſervis rem male geſſiſſe; quintum autem Perpennam ſupplicin de eis ſumpto, bellum ſuſtuliſſe, ita ut ovans urbem inierit; cumque ille è provincia deceſſiſſet, hoc anno, novo Cleonis alterius ſervi motu commoto, bellum quod à Perpenna exſtinctum videbatur, gravius exarſiſſe; atque propterea Conſnlares inde ad id excreitus miſſos eſſe.

DE COS. AN. DCXIX. (16)

INſequens annus P. Africanum, C. Fulvium Flaccum Conſules habuit; ut ſcriptum eſt apud *Caſſiodorum* & *Obſequentem*: ut antem in *faſtis Siculis*, Scipinnem & Flaccum, quem eundem Flaccum ſuggerunt *Capitolina fragmenta*. C. Fulvii mentin eſt etiam in *Epitoma* LVI. Africani II. Conſulis, apud *Appianum* in Hiſpanienſi, *Oroſinm*, *Florum*, *Valerium* lib. VIII. cum inquit; Æmilianum, cum quæſtoriis cnmitiis ſuſſragatnr Q. Fabii Maximi fratris filii in campum deſcendiſſet, populus Conſulem iterum reduxit. Quod autem *Cicero* in ſexto de Republ. ſcribit; Cum autem Carthaginem deleveris, triumphum egeris, Cenſnr fueris, & obieris Legatus Ægyptum, Syriam, Aſiam, Græciam, delegere iterum abſens Cnnſul: nnn eſt quod id quiſquam Valerii ſententiæ repugnare arbitretur. Eſt enim *abſens* aecipiendus prn eo, qui nnn petendi cauſa in campum deſcendiſſet, & omnino qui non peteret, qun modo ſæpe loquutum eſſe *Dionyſium* & *Livium*, docui in *ſcholiis Livianis*. Nunquam autem petiiſſe Africanum, nſtendit *Cicero* in Lælio, cum ait; Qui Conſulatum petiit numquam factus eſt Conſul bis; primum ante tempus, iterum ſibi ſuo tempore, Reip. pene ſero. Eſt autem ſnlutus lege, non ætatis, ut ait *Appianus* (quod quiſque intelliget, qui annos eum hoc tempore quinquaginta natum cngnoverit: ſiquidem erat capiendn Conſulatui legitimus annus XLIII.) ſed ea lege quam Catn ſuaſerat; Ne quis iterum Conſul fieret, quod in *ſcholiis Livianis* demnnſtravi. Africano Hiſpania, Fulvio Sicilia evênit.

De re geſta cum Numantinis, & ſervis in Sicilia.

FActus ergo magna populi voluntate, majnre Reip. ab eo bene gerendæ ſpe Scipio Cnnſul, cum bellum Numantinum extra ſnrtem, ut etiam ante Punicum gerere juſſus eſſet, animum ad belli apparatus neceſſarios applicavit. Igitur diffidens veteri exercitui, à quo res ſæpe male geſta eſſet, alias ſibi copias ſcribendas, auxilia undique advocanda; arma, tela, equns, & cetera inſtrumenta militiæ præparanda putat, in delectu autem habendo, nullius ex veteribus leginnibus nomen accipit, quod alio bello detinerentur; verum nnvos milites nmnes conſcribir. Cum autem Itali frequentes, ſtudio atque amnre Scipionis ad id bellum nomina darent; Senatus veritus ne Italia prnprin præſidio nudaretur, non ſnlum id eos vetuit facere; ſed ne pecunias quidem ex præparatis eum ſumere paſſus eſt; verum annuas penſinnes, quarum nnndum tempus venerat, attribuit, quorum alterum Scipio, quod ad pecunias in bellum ſuppeditandas pertinebat, minime ſe indigne dixit ferre, quod ſuas & amicorum eopias diceret ad id bellum gerendum ſatis multas futuras: de altero vero, qun milites Italiæ fnrtiſſimos ſecum ad bellum difficillimum vetabatur educere: Senatum leviter reprehendit; nam ſi propter hoſtium fortitudinem Rnmani tnties victi eſſent, ſtrenuis nmnino ſibi militibus opus eſſe, qunniam cum iiſdem hoſtibus dimicandum eſſet: ſin autem propter ſuorum ignaviam minus bene ſæpe pugnatum eſſet, viris item ſe fortibus indigere; ne copiis iiſdem parem ipſe calamitatem acciperet. Quare conſenſu Senatus multos, qui ſe ultro militiæ offerebant, conſcripſit; quos

(16) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 619.
Olymp. CLXI. Anno III.
Ante Ær. Chr. 134.
P. CORNELIUS SCIPIO AFRICANUS ÆMILIANUS II. } Coſs.
C. FULVIUS FLACCUS. }

Ita ex Caſſiodoro, Jul. Obſ. faſt. Capitol. & Sicul. & Livii Epitoma Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.

A quos Reges civitateſque miſerunt. Magnam præterea ſervorum manum armavit; amicis quoque quingentis, quos ſecum educeret, ex omni nobilitate delectis. His autem ac reliquis neceſſariis rebus apparatis, partem exercitus ad quatuor millia hominum fratri Fabio tradidit: ipſe ante eum, quam maximis itineribus potuit, cum reliquis copiis in Hiſpaniam ire contendit. Eo vero cum veniſſet, non protinus in hoſtes ſe intulit, ut eos tamquam imparatos circumveniret; quod exploratum haberet, numquam id genus hominum adeo otio luxuriaque diffluere, quin ipſa naturæ ſuæ ferocitate apparatus aliorum facile ſuperaret: verum accepto à Piſone exercitu, cum eum
B ita inertem imbellemque factum intelligeret, ut nihil ejuſmodi moribus ſtrenue ſe gerere poſſe conſideret; ita porro libidini & avaritiæ deditum, ut voluptati ille tantum & quæſtui, nihil gloriæ & laudi ſtuderet: ita denique ſeditionibus plenum, ut omnino ſine ullo imperio habitus videretur; propterea non ante ſibi bellum attingendum eſſe arbitratus eſt, quam præſentem intemperantiam ad priſtinam majorem continentiam revocaſſet, ac milites ipſos mnre majorum laborare coëgiſſet. Poſt autem cum militarem diſciplinam reſtituiſſet, militeſque obedientes ac laborum patientes reddidiſſet, ineunte æſtate motis caſtris Numaatiam verſus contendit. Erat autem ejus in boc bello
C adminiſtrando conſilium; ut nec nimis firma ad ſtationes loca deligeret, nec copias ullo modo diduceret; ne, ſi quid à principio detrimenti cepiſſet, ab hoſtibus, à quibus adhuc irridebatur, omnino contemneretur; ac ne prœlio quidem hoſtes ullo modo laceſſeret, quod genus belli, ac Numantinorum vires, quantæ eſſent, non ignotas haberet; verum interea frumenta eorum incenderet, & agros ipſos perpetuis populationibus infeſtos faceret. Dum autem vaſtatis agtis caſtra ſibi propius urbem putaret eſſe admovenda, duo eſſe itinera, quibus eo perveniri poſſet, inveniebat: unum anguſtum atque difficile; alterum, quamquam multo ſuperiore longius, tam & facilius,
D & expeditius. Multis autem ſuadentibus ut breviorem viam iniret, iis haud eſſe parendum pntavit, cujus rei conſilium hac ratione explicabat, quod timendum ſibi eſſe diceret, ne ſi anguſtiore via exercitum duceret, repentinam in ſe hoſtes eruptionem facerent, jumentis, plauſtris, & impedimentis reliquis implicatum, neque ea de cauſa ſatis vel ad pugnandum, vel ad pedem referendum paratum. Quod ſi illi feciſſent, ſe, nec ſi viciſſet, magnum quæſtnm facturum; nec ſi victus eſſet, niſi cladem incredibilem accepturum; duci autem prudenti in primis ejus rei habendam rationem eſſe, ut nullo nmquam tempore, niſi aut monente occaſione, aut neceſſitate urgente, certaret; ne-
E que enim turpius quidquam in re militari poſſe contingere, quam ſiquid Imperator ejuſmodi commiſiſſet, ut ſibi dicendum eſſet, Non putaram. Hiſque rebus dictis, ſimul Tribunis imperat, ut longiore itinere agmen ducant, atque ita exercitum in fines Vaccæorum perducit. Ibi frumento quantum plurimum potuit coacto, omne, præterquam quod ſibi neceſſarium eſſe arbitrabatur, incendit. Cum autem

(17) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 620.
Olymp. CLXI. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 133.
P. MUCIUS SCÆVULA. }
L. CALPURNIUS PISO FRUGI. } Coſſ.

A in Vaccæis morans, quoſdam Pallantinorum equites, ſub Coplanii collibus in inſidiis latentes, animadvertiſſet in ſuos ſæpe, quoties frumentatum exirent, impetum facere, Rutilium Rufum cum delecta equitum manu, qui eorum incurſiones contineret, immittit. Is cum ad manus cum Pallantinis veniſſet, illud fecit imprudentius, ut eos terga dantes uſque ad collem inſequeretur: quo poſtquam pervênit, patefactis inſidiis, ſtatim ille ſuis, ne hoſtem inſequi aut adoriri contenderent, imperat; ſed pilis tantum eum à ſe quoad poſſent, propulſarent. Scipio autem interea cum Rutilium longius, quam mandatum ei fuerat, eſſe progreſſum videret, quod evenerat, ne accideret,
B veritus, eum cum reliquo exercitu ſequi cœpit: cumque ad locum veniſſet, equitatum in duas partes diſtribuit: cumque ab utraque parte ſigna inferre in hoſtes jubet; jactiſque jaculis, gradum ſenſim, quoad ſe cum reliquis copiis conjungerent, referre; atque bac ratione equites incolumes in campum reduxit. Moturo interim ex Vaccæis caſtra Scipioni nuntiatur, flumen ad trajiciendum difficile in medio ſitum eſſe, ad idque hoſtinm eſſe inſidias collocatas. Ea res fecit ut priore itinere relicto, longiorem alteram viam, eamque ab inſidiis tutiorem, ingreſſus ſit. Ibi aquarum inopia multos effodere puteos eſt coactus: in quibus plerumque cum aqua amarior inveniretur, pars jumento-
C rum ſiti confecta eſt, homines vix incolumes iter fecerunt. Inde trajiciens per fines Cauceorum, quibus ſuperioribus annis Lucullus contra fœdera bellum intulerat, edixit, ut ſuam quiſque domum ad negotia ſua reverteretur: poſt ad hiberna in fines Numantinorum progreſſus eſt. Eo tempore cum rex Numidarum Micipſa Populo Rom. peditum atque equitum auxilia mitteret, Jugurtham Manaſtabilis fratris filium, eum quocum poſtea Populus Rom. bellavit, cum XII. elephantis ac ſagittariis & funditoribus multis miſit; quem virum & in amicis Scipio habuit, & ad res graviſſimas periculoſiſſimaſque ſæpe adhibuit. Hæc *Appianus*, *Oroſius*, *Epitoma* LVII. ab Africano Con-
D ſule hoc anno geſta in Hiſpania prodiderunt. In Sicilia vero C. Fulvius Conſul rem geſſit, ut in *Epitoma* LVI. & apud *Oroſium* ſcriptum eſt: verum quo eventu, parum cognitum eſt; quod annalium veterum memoria interierit.

DE COS. AN. DCXX. (17)

HIc annus Conſules habuit P. Mucium, L. Calpurnium, auctore *Caſſiodoro*, Scævolam & Calpurnium *faſtis Siculis*: *Vellejo* autem, P. Mucium Scævolam, & L. Calpurnium. Horum ſic meminit *Pædianus* in Verrinas. Scævola juris peritiſſimus, cum L. Piſone Conſul fuit, quo anno Ti. Gracchus occiſus eſt. P.
E Scævola, filius eſt P. Scævolæ Conſulis anno DLXXVII. *Cicero* auctor in Bruto: frater P. Craſſi biennio poſt Conſulis, ut idem ſignificat in Lucullo. In *fragmentis Capitolinis* eſt, L. CALPURNIUS PISO FRUGI, recte, ſcribit enim *Cicero* in Verrem, & pro Fontejo, primum hunc è Piſonibus eſſe FRUGI vocatum. Idem Tribunus pl. legem tulit de repetundis, Marcio & Manilio Conſulibus; & an-
nales

Ita ex Caſſiodoro, Vellejo, Pædiano, Cicerone, faſt. Capitol. & Sicul. Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.

A nales Romanos ſcripſit. *Cicero* in Bruto. Hic
idem Conſularis legem C. Gracchi frumenta-
riam poſt diſſuaſit, auctor idem in III. Tuſcu-
lana.

De ſeditione Ti. Gracchi Tribuni pl.

HIs Conſulibus Reſp. Romana, ſeditione
à Ti. Graccho Tribuno pl. excitata
vehementiſſime perturbata eſt: quod ipſum
aliorum, quæ plurima ſequuta ſunt, malorum
initium fuiſſe exiſtimatur. Res autem acta ſic
eſt. Ti. Sempronius Gracchus, clariſſima familia,
atque optimis majorum exemplis Tribunus pl.
ad popularem aucupandam auram, legem tu-
B lit invitis Senatoribus atque equiribus, ne
quis ex agro publico plus quam D. jugera
poſſideret, cui cum M. Octavins collega cauſ-
ſam diverſæ partis defendens intercederet, in
eum furorem exarſit, ut ei poteſtatem lege
lata abrogaret; ſeque & Cajum fratrem, &
Ap. Claudium ſocerum, Triumviros ad divi-
dundum agrum crearet. Promulgavit & alte-
ram legem, qua ſi quis latius agrum patefa-
ceret, ut iidem Triumviri judicarenr, qua
publicus ager, qua privatus eſſet. Deinde
cum minus agri eſſet, quam quod dividi poſ-
ſet ſine offenſa etiam plebis, quoniam eos in
ſummam ſpem opum erexerat, legem ſe pro-
mulgaturum oſtendit, ut iis, qui Sempronia
C lege agtum accipere deberent, pecunia quæ
Regis Attali fuiſſet, divideretur: hæredem
autem populum Rom. reliquerat Attalus Rex
Pergami, Eumenis filius, paulo ante mor-
tuus. Tot igitur indignitatibus commotus gra-
viter eſt Senatus; ante omnia P. Mucius Con-
ſul, qui cum in Senatu in Gracchum peroraſ-
ſet, raptus ab eo ad populum, rurſus in eum
pro roſtris concionatus eſt. Cum autem ite-
rum Tribunus pl. creari Gracchus vellet,
quod cum ſummo Reip. exitio futurum opti-
mates arbitrabantur, auctore P. Cornelio Na-
ſica, in Capitolio ab optimatibus occiſus eſt,
ictus fragmentis ſubſelliorum; & inter alios,
qui in eadam ſeditione occiſi eranr, inſepul-
D tus eſt in flumen projectus. Hæc fere ex *Epi-
toma* LVIII. in libro autem de viris illuſtribus,
in eandem ſententiam ita ſcriptum eſt: Ti.
Gracchus Tribunus pl. legem tulit, ne quis
plus D. agri jugera haberet. Octavio collegæ
intercedenti novo exemplo Magiſtratum ab-
rogavit. Deinde tulit, ut ea familia, quæ de
Attali hæreditate erat, ageretur, & populo
divideretur. Poſt cum prorogare ſibi poteſta-
tem veller, adverſis auſpiciis in publicum
proceſſit; ſtatimque Capitolium petiit, manum
ad caput referens, qua ſalutem ſuam populo
commendabar. Hoc nobilitas ita cepit, quaſi
diadema poſceretur, ſegniterque agente Mu-
cio Conſule, Scipio Naſica, ſequi ſe juſſis,
E qui ſalvam Remp. vellent, Gracchum in
Capitolium perſequutus, oppreſſit: cujus cor-
pus Lucretii ædilis manu in Tiberim miſ-
ſum; unde ille *Viſpillo* dictus. Eadem uberius
Appianus, *Plutarchus*, & *Velleius*. Hinc *Cicero*
de aruſpicum reſponſ. dixit: Ti. Graccho in-
vidia Numantini fœderis, cui feriendo, quæ-
ſtor C. Mancini Conſulis cum eſſet, interfue-
rat, & in eo fœdere improbando Senatus ſe-
veritas, dolori & timori fuit: iſtaque res il-
lum à gravitate patrum deſciſcere coëgir. Et
pro Sextio: Ti. Gracchus legem ferebat agra-
riam: grata res erar populo: nitebantur con-
tra optimates, quod ea diſcordiam excitari

A videbant, & cum locupletes poſſeſſionibus diu-
turnis moverentur, ſpoliari Remp. propugna-
toribus arbitrabantur. Er in Catilinam: Ti.
Gracchus, quod iterum Tribunus pl. fieri vel-
let, occiſus. Et de legibus: Ti. Gracchum
nihil aliud perculit, niſi quod poteſtatem in-
tercedendi collegæ abrogavit. Et pro domo:
P. Scipionis factum ſtatim P. Mucius Conſul,
qui in gereada Rep. putabatur fuiſſe ſegnior,
multis Senatusconſultis non modo defendit,
ſed etiam ornavir. Et pro Plaucio; P. Mu-
cius arma, quæ privatus P. Scipio ſumpſerat,
ea Ti. Graccho interempto, jure optimo ſumpta
eſſe defendit.

B *De re geſta cum ſervis in Sicilia & Italia;
& cum Numantinis in Hiſpania.*

HOc anno bellum in Sicilia L. Piſo Con-
ſul ita geſſit, nt ejus virtutis populum
Romanum haud pœnituerit, quemadmodum
veterum in commentariis ſcriprum eſt; quo-
rum verba proferam, ur quid de eo nobis
ſcriptum relictum ſit, omnes intelligant. Sic
loquitur *Oroſius*: Poſt Fulvium Piſo Conſul,
in Sicilia Mamercium oppidum expugnavit;
octo millia fugitivorum interfecit; quos ca-
pere potuit, patibulo affixit. Et *Valerius* ita
lib. II: L. Calpurnius Piſo in Sicilia bellum
cum fugitivis geſſit; & acerrime in Titium
C equitum præfectum; qui fugitivis arma tradi-
derat, animadvertit. Idem ſcribit *Frontinus*
lib. IV. cap. I., ac *Valerius* lib. IV. hoc mo-
do: Calpurnius Piſo Conſul, gravi fugitivo-
rum bello à ſe liberata Sicilia, eos, quorum
præcipua opera uſus fuerat, imperatorio no-
mine donis cum proſequeretur, inter eos fi-
lium ſuum, aliquot locis prœliatum fortiſſi-
me, titulorum trium librarum aureæ coronæ
decoravit. Atque hæc quidem minime dubiam
victoriam Piſonis oſtendunt. At in *Epitoma*
LVIII. rem adverſus fugirivos vario eventu
geſtam ſcriptum eſt; & apud *Obſequentem*, in
Sicilia à fugitivis Romanos exercitus eſſe ne-
catos. Neque vero Sicilia ſolum hoc tempo-
D re ſervili peſte vexata eſt, ſed etiam Italia;
quod & apud *Obſequentem*, & apud *Oroſium*
exſtar. *Oroſius* quidem poſt Gracchanam ſe-
ditionem ita ſcribit: Orta in Sicilia belli ſer-
vilis contagio, multas late infecit provincias.
Nam & Minturnis CCCCL. ſervi in crucem
acti; & Sinueſſæ ad IIII. millia ſervorum à
Q. Metello & Cn. Servilio Cæpione oppreſſa
ſunt. Et *Obſequens*: In Italia multa millia ſer-
votum, quæ conjuraverant, ægre comprehen-
ſa, & ſupplicio conſumpta. Hæc aurem dum
in Sicilia Italiaque cum ſervis geruntur, P.
Scipio in Hiſpania prorogato imperio debel-
lavit, atque Numantiam ipſam ejus belli ca-
pur excidit. Significat hoc ipſum cum *Obſe-
E quens*, tum etiam *Cicero* in primo de officiis,
cum ſcribit: Africanus in excidenda Numan-
ria non plus Reip. profuit, quam eodem tem-
pore P. Naſica cum Tiberium Gracchum in-
teremit. Res autem ex ſententia *Appiani* ge-
ſta ſic eſt: Cum omne ſtudium Scipio in po-
pulando agro, ubi hibernaverat, collocaret,
accidit, ut quodam die ad pagum neſcioquem,
valle rupeque altiſſima cinctum, exercitus ejus
maximum in diſcrimen adduceretur. Etenim
cum magna pars militum intra pagum popu-
lationibus eſſet intenta, equites autem pauci
agros incurſionibus prædarentur, ab inſidiis
hoſtium, qui non procul à pago in rupe con-
ſe-

A ſederant, circumventi, vix ſatis firmi ad ſe
tutandum eſſe videbantur, niſi propere Scipio
accurriſſet; qui cum ad ſigna extra pagum
conſtitiſſet, ſuis repente per tubicinem evo-
catis, facta in hoſtes impreſſione, eos in fu-
gam conjecit, neque tamen illos perſequutus,
ſe intra munitiones ſuas recepit, paucis utrim-
que occiſis; atque ita quidem *Appianus*. *Oro-
ſius* autem: Cum partem æſtatis, inquit, to-
tamque hiemem ne tentata quidem pugna
Scipio tranſegiſſet, hoc eum demum profeciſ-
ſe, quod ubi pugnandi copia facta eſt, Roma-
ni impetu Numantinorum oppreſſi cum terga
vertiſſent, increpatione miniſque Imperato-
ris erecti, converſis ſignis hoſtem fugarunt;
B cujus etiam ſententiam *Frontinus* comprobat,
qui Scipionem tradit, cum exercitum ſuum
in fugam compulſum videret, ſe palam eum
pro hoſte babiturum pronuntiaſſe, qni in ca-
ſtra rediſſet. Eodem tempore Antiochus Sy-
riæ Rex cum ad Scipionem munera miſiſſet
ampliſſima, magnitudinem animi ſui Scipio
declaravit: qui, cum alii Imperatnres munera
Regum occultare ſoliti eſſent, ea ipſe pro Tri-
bunali accepit; atque omnia quæſtorem refer-
re in tabulas publicas juſſit; cum ex iis ſe
fortiſſimum quemque virum palam donaturum
eſſe profiteretur. Poſt hæc bina ad Numan-
tiam caſtra poſuit: quorum unis ipſemet præ-
fuit, alteris Q. Maximum fratrem præfecit.
C Eo tempore accidit, ut à Numantinis, ſeſe
ex urbe proripientibus, ſæpe pugna laceſſere-
tur: at ille haud cum iis eſſe pugnandum ra-
tus, qui deſperatione acti ad dimicandum de-
ſcenderent, ſui poteſtatem nnn faciebat. Cum-
que idcirco à nonnullis nimiæ quaſi tarditatis
argueretur, id potiſſimum reſpondebat, ſe à
matre ſua Imperatorem genitum eſſe, non bel-
latorem. Ergo à prœlio abhorrens, animum
ad hoſtes obſidione premendos, ac fame con-
ficiendos intendit. Ea cauſſa fecit, ut literas
per omnes provincias & ſncias civitates di-
mitteret, à quibus auxilia peteret. Quæ cum
ad diem conveniſſent, urbem ipſam hoc mo-
do circumvallare inſtituit: primum copias
D ſuas atque auxilia civitatum, in plures partes
diſtribuit; ſimulque iis, ut totam undique
urbem foſſa valloque cingerent, imperavit.
Quod ſi ab erumpentibus hoſtibus opere ſorte
prohiberentur, ſe interdiu purpureo velo, no-
ctu ignibus fieri certiorem juſſit. His vero
perfectis, alteram foſſam poſt hanc ducere
cœpit., & murum erigere, qui in altitudinem
pedes decem, in latitudinem octo pateret; in
eoque turres jugeri inter ſe intervallo diſtan-
tes excitare. Cum autem ſtagnum quoddam
cum mœnibus conjunctum muro ſepire nnn
poſſet, aggere valido circumdedit. Hnc ap-
paratu ita clauſa omni ex parte à Scipio-
ne Numantia erat, ut nemo egredi neque
E ingredi terra invito illo poſſet. Verum cum
flumen Durius urbem præterlaberetur, erat
id quidem Numantinis commodiſſimum tum
ad commeatus importandas, quos ſecundum
nacti ventum parvis in urbem naviculis in-
vehebant; tum ad homines emittendos, qui
ſe undis obruentes foras enatabant. Igitur
ejus fluminis uſum cum eripere Numantinis
Scipio ſtatuiſſet, ubi illud propter ejus altitu-
dinem, latitudinem, rapiditatemque jungi
ponte non poſſe animadvertit, caſtellum in
utraque ripa conſtituit; ab iiſque caſtellis
proceras trabes firmiſſimis funibus utrimque
ſuſtentatas in aquam demiſit; trabes autem
erant mucronibus enſium circumfixæ: quæ
magno impetu in orbem ductæ, prohibebant,
ne quis navigando ant natando exire aut in-
gredi poſſet, ex quo Numantini inopia rei
frumentariæ ſimul & conſilii laborare cœpe-
runt: cum nec quidquam neceſſarium poſſet
invehi, nec quid foris ageretur, ulla ratione
cognoſci. Quod ſi qui forte aliquo modo fru-
mentatum exiſſent, eos tamen Scipio interfici
prohibebat; quod diceret, hoc celerius eos
abſumpturos frumentum quod haberent, quo
plures fuiſſent. His rebus ita conſtitutis, ſu-
per turres machinas ceteraque ad jacienda
tela tormenta collocavit; omnibuſque non
cohortibus ſolum, ſed etiam centuriis, fundi-
tores & ſagittarios interjecit; parique ratione
viros in muris ex intervallo diſpoſuit, qui
omnium, quæcumque gererentur, clamore
edito, eoque inde ab aliis deinceps excepto,
& proximis tradito, certiorem ſe repente fa-
cerent. Iis vero qui in turribus erant, edixit,
ut ſi quid ſciri opus eſſet, id ſigno dato de-
nunciarent; quæ vero certius ab ſe cognoſci
oporteret, ea ut per nuncios indicarent. Ad
hæc totum exercitum, qui ad ſexaginta millia
hominum continebat, quadripartito diviſit:
quorum alios pro muris voluit excubare; alios
in uſus neceſſarios, ſi quò ſorte contenden-
dum eſſet, reſervavit; viginti porro millia,
quæ uſu poſtulante pugnarent; totidemque,
quæ ſi quid iis durius accidiſſet, ſubſidio eſ-
ſent, conſtituit: iiſque locus erat ſuus cuique
attributus; ex quo decedere cuiquam injuſſu
Imperatoris permiſſum non erat; ex qua dili-
gentia efficiebatur, ut quoties hoſtes impetum
feciſſent, ſtatim omnes, qui ad id parati erant,
ex qua parte ſignum datum fuiſſet, ſe prori-
perent. Numantini vero quoties muri cuſto-
dias invadebant (ſæpe autem id faciebant)
partim multitudine ſignorum, quæ ad ceteros
excitandos è turribus edebantur; partim aſpe-
ctu eorum, qui propere advolabant; tum nun-
ciorum huc & illuc curſitantium copia; tum
fortitudine eorum, qui vallum murumque
acerrime defendebant; tum denique tubarum,
quæ bellicum è turribus canebant, altiſſimo
perterriti ſono, nihil proficiebant. Hac ergo
ratione Scipio cum ſeptos illos teneret, putabat
haud diutius obſidionem eſſe paſſurns; præſer-
tim cum neque virorum, neque armorum, ne-
que cibariorum ſubſidii quidquam iis poſſet ulla
ex parte ſuppeditari. Cum autem illi ita jam
fame afflictarentur, ut diutius obſidionem ſu-
ſtinere non poſſe viderentur, Rhetogenes qui-
dam exſtitit inter Numantinos longe & auda-
cia & fortitudine princeps, qui periclitanti pa-
triæ ultimis ejus temporibus auxilium ferret.
Is comitibus quinque, quos in ſuam ſententiam
pertraxerat, totidemque famulis atque equis
aſſumptis, noctis ſilentio, ſpatium illud, quod
inter urbem & munitiones erat, cum trajeciſ-
ſet, ſcalis ſecum allatis munitiones ſuperat.
Ibi cuſtodes imparatos adortus, remiſſis famu-
lis equos conſcendit; ac protinus ſingulas Ar-
revacorum urbes adit; ſimulque eis docet,
qnanto res Numantinorum in periculo ſiut;
videndum eis diligentius eſſe, ne ſimilis ad eos
caſus recidat: optimam autem ad id rationem
futuram, ſi cognatæ civitati maxime neceſſario
tempore ſubveniant. Hæc oratio nullius po-
puli animos permovit, niſi Lucenſis, quæ ci-
vitas à Numantia quinque millia paſſuum diſtat,
cujus cum juventus omnis ſubſidio Numanti-
norum eſſet intenta, majores natu veriti, ne
quid

quid pravis adoleſcentum conſiliis detrimenti acciperent, confeſtim Scipionem certiorem faciunt. Ea de cauſſa Scipio hora noctis octava, magna mann ſine impedimentis accnrrit; & ante lucem urbem exercitu circumſedit, ſimulque petiit, ut juventutis principes in poteſtatem ſibi dederentur, civibus eos evaſiſſe dicentibus, ſeſe bello civitatem perſequuturum eſſe demonſtrat, qua de cauſſa traditi ſunt ei juvenes ad quadringentos, quibus cum manus præcidiſſet, ſubito motis caſtris Numantiam ſe recepit. Ultimis temporibus Numantini, ubi diligentia Romanorum nihil his rebus proſici poſſe intellexerunt, cum omnino nondum animo defeciſſent, ſex Legatos ad Scipionem de pacis conditionibus mittunt. Eorum princeps Avarus, laudata Numantinorum animi magnitudine, magnifice apud Scipionem loquutus, Numantinos ſe dedere ei paratos dixit cſſe, ſi tolerabilia imperarentur; ſin minus, omnino ſe in acie interfici malle, quam non veterem belli gloriam libertatemque, quam à majoribus acceperant, retinere. Scipio cum ex captivis, quo ſtatu res in urbe eſſent, comperiſſet, veram ſine ulla exceptione deditionem fieri velle reſpondit; ſimul urbem eos, arma, & ſe, atque omnia ſua, fidei & poteſtati ſuæ committere. Hæc cum Legati populo Numantinorum exponerent, quamquam non aliud Scipionem daturum eſſe reſponſum ſuſpicati antea fuerant; tamen ira incenſi, libertatis amore, quia numquam alias ante ſervitutem ſerviſſent, jamque præſenti calamitate acerbius efferati, & de ſua poteſtate dejecti eſſent, Avarum cetcroſque Legatos, tantorum malorum uuncios interficiunt; ſuſpicati ne illi pnblica ſalute neglecta, aliquid cnm Scipione privatim de incolumitate propria pepigiſſent. Poſtremo ad id inopiæ ventum eſt, ut omnibus generibus ciborum deficientibus; ac fructibus, jumentis, herbiſque omnibus conſumptis, lora, detractaſque ſcutis pelles, ubi ſervida molliſſent aqua, comeſſe incœperint, quibus confectis, ſe ad morientium hominum cadavera tranſtulerunt: cum interim ægrotorum nullam rationem haberent, ac pro ſe quiſque, quo plus poſſet, imbecilliori vim facere conaretur. Ad hæc vero gravis etiam peſtilentia invaſerat; quam diutina concluſio, & mutatio victus, præterea teterrimus cadaverum odor tota paſſim jacentium urbe, vulgaverat. Quibus illi fracti ac ſuperati malis, conſilium tandem ſe Scipioni dedendi ceperunt; ſeque horrido & incompto capillo ſupplices ad eum contulerunt. Scipio, poſtulatis eorum auditis, juſſit, ut eodem illo die arma certum quendam in locum omnia comportarent, ipſi poſtridie in alium omnes convenirent. Numantini diem ſibi ad id faciendum ut produceret, petierunt; quod adhuc in urbe non pauci eſſent, qui libertatis amore ſibi mortem afferte vel ferro vel fame cuperent: ex iis autem ubi alii ſeſe alio modo intereniſſent, reliqui tertio die, uti imperatum fuerat, in conſtitutum locum ſe contulerunt, deformes, truculento aſpectu, atque multo ſordidiore habitu; ita ut ea fortuna facile miſericordiam commovere in animis etiam hoſtium poſſent, quorum Scipio cum paucos ad triumphum ſepoſuiſſet, reliquos ſub haſta vendidit, urbemque ipſam funditus evertit. Hæc *Appianus*. *Florus* autem atque *Oroſius*, Numantinos, cum omnino erumpere in ho-

A ſtes ac viriliter occumbere ſtatuiſſent, carne prius ſemicruda & largiore potione ſumpta, ſe ingurgitaſſe ſcribunt, non yini, cujus is locus minime ferax eſt, ſed ſucci tritici artificioſe confecti; quam *Celiam* incolæ vocant. Scipio vero, cum hoſtium conſilium præſenſiſſet, haud pugnandi copiam fecit. Id ægre primum Numantini tulerunt, quod ſibi vel ad patriam defendendam, vel ad glorioſam mortem oppetendam intercludi aditum intelligerent: deinde vero, cum omnino repentina eruptione prœlio Romanos laceſſere decreviſſent, & ſi quid ipſi extremis temporibus proficere poſſent, rentare, ex improviſo in aciem deſcendentes, Romanos invadunt. Ibi magno

B ſpatio utrimque dimicatum eſt: iterumque Romani ſe pugnare cum Numantinis fugiendo ſenſiſſent, niſi duce Scipione pugnaſſent. Numantinorum tamen res deterior fuit; qui fortiſſimo quoque ex ſuis amiſſo, prœlio exceſſerunt; ita tamen, ut compoſitis ordinibus, nec veluti fugientes ſe reciperent, nec oblata ad ſepulturam cadavera ſuorum acciperent. Poſtremo omnia experti, quod res nulla proceſſerat, decernunt ex oppido profugere, atque ex hoſtium manibus occulte, ſi poſſent, evadere: at eorum incœptum uxores nimio virorum amore flagrantes, ruptis cingulis equorum impediunt. Quare ultima deſperatione ad moriendum impulſi, portas urbis clauſe-

C runt; ac ſe, dnces, patriamque ferro, veneno, & ſubjecto undique igni perdiderunt. *Frontinus* Numantinos ait, ne ſe dederent, mori præcluſis domorum ſuarum foribus maluiſſe. Eodem tempore Theogenem quendam tradit *Valerius*, virum genere, pecunia, honoribnſque præſtantem, vicum ſuum, qui erae in urbe pulcherrimus, incendiſſe, nntrimentis ignis raptim ex omni parte contractis; protinuſque diſtrictis gladiis duobus in medium conſtitutis, binos viros ea conditione inter ſe dimicare juſſiſſe, ut qui victus eſſet, abſciſſis à capire cervicibns, in ardentia tecta conjiceretur, qua ratione cum omnes prorſus eos neci tradidiſſet, tum demum etiam ſe ipſum

D in ignem medium injeciſſe. Scipio autem nrbem ingreſſus, nihil prædæ invênit; quod aurum, argentum, arma, veſtes ceteraque ejuſmodi, omnia igni abſumpta eſſent, ac ne unum quidem Numantinorum in vincula conjecit, quod omnes periiſſent. Ita de Numantiæ interitu fama duplex eſt: alii à Numantinis eam incenſam ſcribunt; alii à Scipione deletam; idque etiam ſine auctoritate Senatus; vel quod Scipio id è Republ. eſſe cenſeret, vel quod natura crudelis in eos eſſet, quos vi caperet; vel certe, quod maximis urbium everſionibus clarius ſe nomen ſuum eſſe redditurum putaret. Numantia deleta, reliquam regionem in fidem accepit; ceteras, quæ defecerant

E Hiſpaniæ civitates, partim vi, partim deditione in poteſtatem ſuam redegit; agros Numantinorum nrbibus vicinis diſtribuit; labantes in fide confirmavit; reliquis tributa impoſuit.

A

DE COS. AN. DCXXI. (18)

IN hunc annum creati Conſules fuerunt auctore *Caſſiodoro* P. Popillius, P. Rupilius: Lænas & Rupilius *faſtis Siculis*. Eorum meminit *Cicero* lib. XIII. ad Att. Cic. Tudiranum, inquit, video in Libonis Prætorem, P. Popillio, P. Rupilio Coſs. Et in Verrem; Ennam tenuerunt P. Popillio, P. Rupilio Coſs. ſervi fugitivi. In *fragmentis* etiam *Capitolinis* eſt P. POPILLIUS C. F. P. RUPILIUS P. F. P. N. Rupilium & Popillium Coſs. nominat *Vellejus* lib. II. Rupilium & Lænatem *Cicero* in Lælio. Eundemque intelligit cum ait: Scipio Rupilium Conſulem fecit, Lælium non potuit. B P. Rupilii mentio eſt etiam in *Epitoma* LIX. C. Popillium C. Popillii filium eſſe arbitror, Conſulis an. DXCV. His Coſs. S. C. factum in eos, qui Ti. Gracchum ſequuti eſſent, quæſtione habita, multi damnati ſunt. *Plutarchus* in Gracchis: id, quod auctore maxime P. Popillio Cos. factum eſt.

De triumphis D. Bruti, & P. Scipionis Africani ex Hiſpaniis.

RES à D. Bruto Conſule & pro Cos. proſpere in Luſitania & Gallæcia (unde *Gallæcus* poſtea appellatus eſt) per triennium C geſtas, ſupra commemoravimus. Ob eas triumphum ei decretum eſſe nemo dubitat, eum enim *Plutarchus* in Gracchis de Luſitanis; *Eutropius* de Luſitanis & Gallæcis triumphaſſe ſcribit. Quinetiam idem *Eutropius* indicat eundem hoc anno triumphaſſe; cum ita ſcribat: Attalus rex Aſiæ hæredem Populum Rom. reliquit; mox etiam D. Brutus de Gallæcis & Luſitanis triumphavit, & P. Scipio Africanus de Numantinis ſecundum triumphum egit, XIIII. anno poſtquam priorem de Africa egerat. Ergo in eundem annum rejecti duo nobiliſſimi triumphi ſunt; alter ex ulteriore, alter ex citeriore Hiſpania; in quibus provinciis per multos jam annos bellum à Romanis ſine effectu gerebatur. D Credo autem ſerius Brutum triumphaſſe; quod ulterior Hiſpania numquam ordinata provincia ſit, niſi exciſa Numantia, ac miſſis in utraſque Hiſpanias X. Legatis. *Appianus*. P. etiam Scipionis præclaræ res ad Numantiam per biennium geſtæ, ante expoſitæ ſunt. Triumphaſſe autem eum hoc anno, docet aperte *Cicero* in Philippicis, ubi ait triumphatum ab eo eſſe anno ante Valerium & Licinium Conſules, item *Eutropius*, *Oroſius*, & *Epitoma* LIX. apud quos eſt, Scipionem poſteriorem triumphum egiſſe XIIII. anno, quam priorem de Carthagine egerat. In hoc triumpho XII. millia pondo argenti tranſlata auctor eſt *Plinius* lib. XXXIII. cap. XI. *Appianus Numantini* cognomen ex hac victoria inveniſſe Scipionem E ſcribit.

De ſervis in Sicilia debellatis; & ovatione P. Rupilii pro Cos.

EOdem etiam anno ad bellum ſervile in Siciliam profectus P. Rupilius Conſul, ſervos ſubegit; ac bello confecto, provinciam ordinavit. Id enim ex Romanorum monumentis elicitur: quorum verba, ut res apertius demonſtretur ac certius, ſubjungentur. Sic *Oroſius*; Piſoni cum Rupilius Cos. ſucceſſiſſet, Taurominium & Ennam firmiſſima fugitivorum refugia, bello recepit; ubi amplius quam XX. millia ſervorum trucidata referuntur. *Valerius* lib. II. P. Rupilius Cos. eo bello, quod in Sicilia cum fugitivis geſſit, Q. Fabium generum ſuum, quia negligentia Taurominitanam arcem amiſerat, provincia juſſit decedere. *Cicero* in Verrem: Ennam tenuerunt P. Popillio, P. Rupilio Coſs. ſervi fugitivi; at *Valerius* lib. IX. P. Rupilius Cos. Ennam, quam prædones tenuerunt, in poteſtatem Populi Rom. redegit. In *Epitoma* autem LIX. P. Rupilius Cos. in Sicilia cum fugitivis debellavit. Et rurſus *Val.* lib. VI. P. Rupilius in Sicilia operam publicanis dedit, & ultimam inopiam ſuam auctorato ſociis officio ſuſtentavit, ab hoc poſtmodum Conſule leges univerſi Siculi acceperunt; acerbiſſimoque prædonum ac fugitivorum bello liberati ſunt. *Pædianus* quoque in IIII. Verrinam; P. Rupilius quondam ex publicano factus Conſul, poſtea X. legatorum ſententia leges Siculis conſcripſit. Ex hac victoria P. Rupilium ovantem iniſſe opinor, quod idem poſt fecit etiam M'. Aquillius, qui ſecundum ſervile bellum confecit. Ego tamen P. Rupilium non in Conſulatu triumphaſſe, ſed pro Cos. puto: ſiquidem ſcribit in Verrem *Cicero* leges à P. Rupilio Prætore Siculis eſſe conſcriptas; Prætorem autem, ut alias proConſulem intelligit.

DE COS. AN. DCXXII. (19)

COnſules ſuggerit in hunc annum *Caſſiodorus* P. Craſſum, L. Valerium: Craſſum & Flaccum *faſti Siculi*: *Cicero* Philippica XI. L. Valerium Flaccum, P. Licinium Craſſum. P. Licinii Craſſi Conſulis meminerunt omnes, qui de bello Ariſtonici ſcripſerunt. Hic P. Craſſus Dives Scævolæ frater dicitur à *Cicerone* in libris de oratore, & in Bruto, unde eum *Mucianum* vocat *Vellejus* lib. II. ut adoptatum eum ex gente Mucia in Craſſorum familiam notet. Idem ditiſſimus, nobiliſſimus, eloquentiſſimus, juriſconſultiſſimus, pontifex maximus fuiſſe traditur à *Gellio* lib. I. cap. XIII. L. Valerium, quem eundem flaminem Martialem fuiſſe ſcribit *Cicero* in Philippicis, L. Valerii filium eſſe reor, Conſulis anno DCI. Hoc loco *fragmenta* duo *Capitolina* inter ſe divulſa, nec ſuo loco ab iis qui ea in Capitolio digeſſerunt, poſita, compoſui: ex quo hic & inſequens annus maxime illuſtratur. Eorum *fragmentum* unum eſt hoc:

=AN-

(18) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 621.
Olymp. CLXII. Anno I.
Ante Ær. Chr. 132.
P. POPILLIUS LÆNAS. } Coſs.
P. RUPILIUS. }
Ita ex Caſſiodoro, Cicerone, faſt. Capitol. & Sicul. &c. Sigonius, Pighius, Almelov. & alii.

(19) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 622.
Olymp. CLXII. Anno II.
Ante Ær. Chr. 131.
P. LICINIUS CRASSUS MUCIANUS. } Coſs.
L. VALERIUS FLACCUS. }
Ita ex Caſſiodoro, Cicerone, faſt. Sicul. & Cuſpin. Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.

=ANCI=
SERRA=
=OR. L. F. LVIII.
PISO.
FLACCVS.

DCXX. =MV=
P. POPI= L. CALPVRNIVS FRV=
P. LICI= P. RVPILIVS P. F. P. N.
CE= =VALER=
I

àlterum autem, quod non huic aonexum atque affictum eſt, verum longo poſt intervallo poſt annum DCXXC. collocatum, eſt hoc:

IVS C. F.
VS P. F. P. N. CR=
CAECIL=

quod *fragmentum* ita cum parte ſuperioris conjungendum eſt:

DCXX. P. MVcius Scævula. L. CALPVRNIVS Piſo FRVgi.
P. POPILliVS C. F. Lænas P. RVPILIVS P. F. P. N.
P. LICIniVS P. F. P. N. CRaſſus. L. VALERius Flaccus.
CEnS. Q. CAECILius Metellus
M. Perperna.

De Cenſoribus, & Luſtro LIX.

EX *fragmentis Capitolinis* iotelligitur, his Conſulibus Cenſorem Q. Cæcilium fuiſſe. Is fuit Q. Cæcilius Metellus Macedonicus, cui collega additus Q. Pompejus, ſic eſt enim io *Epitoma* LIX. Q. Pompejus, & Q. Metellus, tunc primum uterque ex plebe Cenſores facti. Luſtrum à Cenſoribus eſt cooditum, cenſa ſunt capita * CCCLXVIII. millia DCCCXXXIII. præter pupillos, & viduas. Q. Metellus Cenſor cenſuit, ut ducere uxores omoes (omnioo) cogereotur liberorum procreandorum cauſſa. Extat oratio ejus, quam Auguſtus Cæſar, cum de maritandis ordioibus ageret, * velut in hæc tempora ſcriptam in Senatu recitavit. C. Atinius Labeo Tribunus pl. Q. Metellum Cenſorem, à quo io Senatu legeodo præteritus erat, de ſaxo dejici juſſit, quod oe fieret, ceteri Tribuoi Pl. auxilio (quam maxime) fueruot. Hunc autem fuiſſe Q. Metellum Macedooicum, docet *Plinius* libro VII. cap. XLVIIII. Q. Pompeji Cenſoris meminit etiam *Cicero* in Bruto. Luſtrum factum eſſe anno ſequeoti puto M. Perperna Cos. Ejus certe mentio fit io *Epitoma* poſt M. Perpernæ Cos. meotionem.

De bello Ariſtonici Aſiatico.

HOc tempore oovum in Aſia bellum coortum eſt, quæ ab Attalo Eumenis filio Pergami Rege moriente, populo R. relicta Mucio & Calpuroio Cooſulibus fuerat. Quo de bello ſic *Juſtinus* libro XXXVII. Ariſtooicus Eumenis filios, noo juſto matrimonio, ſed ex pellice natus, poſt mortem Attali, velut paternum Regnum iovaſit Aſiam. Cum multa ſecuoda prœlia adverſus civitates quæ metu Romanorum ſe tradere ei nolebant, feciſſet, juſtuſque Rex jam videretur, Aſia Licinio Craſſo Conſuli decernitur, qui ioteotior Attalicæ prædæ, quam bello, cum extremo anni tempore inordinata acie prœlium conſeruiſſet, victus, pœnas ioconſultæ avaritiæ ſanguine dedit. *Florus* autem ita: Attalus Rex Pergamenorum, Eumenis filius, Regnum populo R. teſtamento reliquit. Ariſtonicus, Regii ſaoguinis ferox juveois, urbes Regibus parêre conſuetas partim facile ſollicitat, paucas reſiſtentes, Mindon, Samon, Colophooem vi recepit. Craſſi quoque prætoris cæcidit exercitum; ipſum quoque cepit. Sed ille, memor & familiæ & Romani oomiois, cuſtodem ſui barbarum virgula excœcat io exitium ſui, quod volebat, ita concidit. Craſſo Cooſuli affuiſſe Nicomedem Bithyniæ, Mithridatem Pooti, Ariarathen Cappadociæ & Pylæmenem Paphlagoniæ Reges; Craſſum ipſum ioterfectum, caput ejus Ariſtonico oblatum, corpus Smyrnæ ſepultum tradit *Eutropius*. In *Epitoma* autem LIX. hoc pacto ſcriptum eſt; Ariſtooicus, Regis Eumeois filius, Aſiam occupavit; cum teſtamento Attali Regis legata populo Ro. libera eſſe deberet; adverſus eum P. Licinius Craſſus Conſul, cum idem Poot. Max. eſſet, quod oumquam antea factum erat, extra Italiam profectus, prœlio victus, & interemptus eſt, & *Strabo* lib. XIV. Ariſtonicus Attalo Philometore mortuo, cum de Regno occupando, tamquam ex ejus ſtirpe unus, cogitaret, navali prœlio ad Cumæam ab Epheſiis ſuperatus, io mediterraoeam regiooem recedens, vocatis ad libertatem ſervis maximum exercitum comparavit, atque Thyatira primum, deinde Apolloniadem occupavit. Cum autem civitates, atque Nicomedes Bithyoiæ, & Ariarathes Cappadociæ Reges, exercitus ſummiſiſſeot, atque Romani legati quinque adveniſſeot, & cum maximis copiis P. Craſſus Conſul; ipſe Craſſus ad Leucas, cum quidam eum adorirentur, prœlio dimicavit. De eodem ſic *Cicero* Philip. XI. Cum Ariſtonico bellum gereodum fuit L. Valerio, P. Licinio Coſs. Rogatus populus, quem id bellum gerere placeret, Craſſus Conſul Poot. Max. Flacco collegæ flamini Martiali multam dixit, ſi à ſacris diſceſſiſſent, ſed oe tum quidem populus Rom. ad privatum detulit bellum; ſed Conſuli potius Craſſo, quam privato Africano gerendum dedit. Huoc autem interfectum e ſe ſequentibus Coſs. ſcribit *Obſequens*, recte; ſcribit eoim etiam *Velleius* Craſſum ex Aſia decedeotem pro Conſule interemptum. De eodem in Aſia Imperatore tradit *Gellius* lib. I. cap. XIII., & *Valerius* lib. VIII. cap. VI., de oece ejus, capite de fortitudioe.

DE COS. AN. DCXXIII. (20)

APp. Claudium, M. Perpernam Coſs. in hunc annum ſubdit *Caſſiodorus*, & *Obſequens*. Ceterum hunc C. Claudium vocat *Cicero* lib. III. de legib. eum ait; Craſſi ſapientiſſimi hominis ſententiam Senatus ſequutus eſt, cum decreviſſet C. Claudio Conſule de Carbonis ſeditione referente, eo invito, qui cum populo ageret, ſeditionem non poſſe fieri. Hunc aurem C. Claudium cum *Cicerone* voco; ſiquidem idem pro Plancio ſcribit, Ap. Claudium, qui Conſul fuit anno DCLXXIV. repulſam in ædilitate paſſum C. Clandio patre vivo. Hoc etiam confirmat vulgata vetus lapidea tabula, in qua eſt; C. CLAUDIO. M. PERPERNA COS. cum autem in *faſtis Siculis* ſit Lentulus & Perperna, intelligendum eſt, aliquam in Claudio Lentulo ſubeſſe adoptionem. M. Perpernæ Conſulis meminerunt omnes qui de Ariſtonici bello ſcripſerunt. Hunc ante Conſulem quam civem fuiſſe tradit *Valerius* lib. III. cap. V. His Coſs. cum Carbo Tribunus pl. rogationem tuliſſet, ut eundem Tribunum pl. quoties vellet, creari liceret, rogationem ejus P. Africanus graviſſima oratione diſſuaſit; in qua dixit, Ti. Gracchum jure cæſum videri. Gracchus contra ſuaſit rogationem; ſed Scipio renuit, *Epitoma* LIX. Et *Obſequens*; M. Fulvii Flacci Triumviri diſſenſione in legibus ferendis; angues duo nigri in cella Minervæ allapſi, civilem cædem portenderunt. Antiocho Regi Syriæ, ingenti exercitu dimicanti, hirundines in tabernaculo nidum fecerunt: quo prodigio neglecto, prœlium commiſit; & à Parthis occiſus eſt, qua de re ſcriptum etiam in *Epitoma*, quam citavi.

De re geſta in Aſia cum Ariſtonico.

M. Perperna Conſul ſucceſſit Craſſo in Aſiam, atque Ariſtonico acie victo captoque bellum confecit, ante tamen mortuus, quam Romam rediret, triumphare non potuit. Ut autem tota res geſta ſit, latius in ſequentis anni hiſtoria explicanda demonſtrabo.

DE COS. AN. DCXXIV. (21)

HIc annus Conſules habuit M'. Aquillium, C. Sempronium, auctore *Caſſiodoro*: Aquillium & Tuditanum *faſtis Siculis*: *Oroſio* aurem, C. Sempronium Tuditanum, M'. Aquillium. Horum meminit *Cicero* de natura deorum: Sol geminatus eſt, inquit, Tuditano & Aquillio Coſs. quo quidem anno P. Africanus Sol alter exſtinctus eſt. Et ad Q. Fratrem; Novendiales feriæ fuerunt, Aquillio & Tuditano Coſs. paulo ante mortem Africani. *Appianus* lib. I., *Strabo* lib. XIV., alii M'. Aquillii Cos. meminerunt. Horum uterque ex *triumphis* eorum *Capitolinis* deſcriptus eſt. His Conſulibus ſeditiones à Triumviris Fulvio Flacco, C. Graccho, & C. Carbone agro dividundo

A creatis, excitatæ, quibus cum P. Scipio Africanus adverſaretur, fortiſque ac validus pridie domum ſe recepiſſet, mortuus in cubiculo inventus eſt, ſuſpecta fuit, tamquam venenum dediſſet, Sempronia uxor; hinc maxime, quod ſoror eſſet Gracchorum, cum quibus ſimultas Africano fuerat, de morte tamen ejus nulla quæſtio lata. Defuncto eo, ſeditiones Triumvirales acrius exarſerunt. *Epitoma* LIX. *Appian.* lib. I.

De re cum Ariſtonico in Aſia geſta, & bello confecto; & triumpho M'. Aquillii pro Cos.

B CRaſſo (ut dixi) in Aſiam Perperna Conſul, Perpernæ M'. Aquillius ſucceſſit. Perpernam triumphaſſe, indicare forte quibuſdam videatur *Valerius*, cum ſcribit ita, capite de iis, qui humili loco nati clari evaſerunt; Non parvus Conſulatus rubor M. Perperna; utpote qui Conſul ante quam civis: ſed in bello gerendo utilior aliquanto Reip. Varrone, Regem enim Ariſtonicum cepit, Craſſianæque ſtragis punitor exſtitit: cum interim cujus vita triumphavit, mors Papia lege damnata eſt. At triumphaſſe eum negant alii omnes, ſiquidem M'. Aquillius ſucceſſor ejus triumphavit. Id autem ut ceciderit, æquum eſt collectis veterum annalium verbis
C intelligere. Sic ſcribit *Vellejus*; Aſiam L. Scipio Africani frater eripuit Antiocho: ſed beneficio Senatus populique Romani mox ab Attalis poſſeſſam Regibus, M. Perperna capto Ariſtonico, fecit tributariam. Et alibi; Ariſtonicus, victus à M. Perperna, ductuſque in triumpho, ſed à M'. Aquillio; capite pœnas dedit. *Oroſius* autem; Perperna Conſul, qui Craſſo ſucceſſerat, audita morte Craſſi, & clade exercitus Romani, raptim in Aſiam pervolavit. Ariſtonicum recenti victoria furentem improviſo bello adortus, nudatum omnibus copiis in fugam vertit: cumque Stratonicem urbem, ad quam ille confugerat, obſidione cinxiſſet, trucidatum fame, ad de-
D ditionem coëgit. Perperna Cos. correptus morbo apud Pergamum obiit. Ariſtonicus vero ductus ad urbem Romam, juſſu Senatus in carcere ſtrangulatus eſt. Addit *Eutropius*; Triumphari de eo non potuit; quia Perperna apud Pergamum, Romam rediens, diem obiit. *Juſtinus* autem; In Craſſi locum miſſus Perperna Conſul, prima congreſſione Ariſtonicum ſuperatum in poteſtatem ſuam redegit; Attalicaſque gazas hæreditarias populi Romani navibus impoſitas Romam deportavit; quod ægre ferens ſucceſſor ejus M'. Aquillius Conſul, ad eripiendum Ariſtonicum Perpernæ, perinde veluti ſui potius triumphi munus eſſe deberet, feſtinata velocitate conten-
E dit, ſed contentionem Conſulum mors Perpernæ diremit. *Strabo* etiam lib. XIV., M. Perperna, inquit, capto Ariſtonico, & Romam miſſo, bellum confecit: Ariſtonicus ipſe in carcere mortuus eſt; Perperna morbo abſumptus. Poſtea M'. Aquillius Conſul cum decem

(20) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 623.
Olymp. CLXII. Anno III.
Ante Ær. Chr. 130.
C. CLAUDIUS PULCHER. } Coſs.
M. PERPERNA. }
Ita ex Caſſiodoro, Jul. Obſ. Cicerone, & lapide antiquo Sigonius, Pighius, Almelov. & alii. Malè tamen Caſſiodorus dat Claudio prænomen Appii, ut monet Sigonius.

(21) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 624.
Olymp. CLXII. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 129.
C. SEMPRONIUS TUDITANUS. } Coſs.
M'. AQUILLIUS. }
Ita ex Caſſiodoro, Oroſio, Cicerone, faſt. Capit., & Sicul. Sigonius, Pighius, Almelov. & alii.

decem legatis miſſus, provinciam compoſuit. *Florus*; Ariſtonicus à Perperna domitus & captus, & per deditionem in vinculis habitus. Aquillius Aſiatici belli reliquias confecit, mixtis veneno fontibus ad deditionem quarundam urbium: quæ res ut maturam, ita infamem confecit victnriam. De ejuſdem triumpho ſcriptum eſt in Epiſtola Mithridatis apud *Saluſtium*; Romani ſimulato impio teſtamento, filium Eumenis Ariſtonicum, quia patrium Regnum petiverat, hoſtium more per triumphum duxere. Triumphavit autem ſero, vel in provincia conſtituenda occupatus; vel inimicorum, à quibus poſt etiam accuſatus eſt, invidia impeditus: ſiquidem in annum DCXVII. triumphus M'. Aquilii M'. F. M'. N. pro Cos. ex Aſia rejicitur ab iis, qui *Capitolinos triumphos* conſcripſerunt. Eadem belli occaſione etiam Lydiam, ſedem antiquam Regnorum, Cariam, Helleſpontum, ac Phrygias ambas, in poteſtatem populi Rom. deditione veniſſe, *Rufus* & *Jornandes* produnt. Phrygiam vero ab Aquillio Mithridati Regi Pontico pecunia accepta conceſſam, ipſum eo nomine Rnmæ poſtulatum, Senatum Phrygiam liberam eſſe juſſiſſe, tradit *Appianns* lib. I. Bellorum civilinm, & in Mithridatica. *Juſtinus* adjicit lib. XXXVII. Phrygiam Mithridati, patri Ariarathis Cappadociæ Regis, qui in hoc bello ceciderat; filiis Lycaoniam & Ciliciam datas.

De triumpho C. Sempronii Tuditani Cos. de Japudibus.

HOc anno Illyrios moviſſe, ac domitos eſſe, indicat triumphus C. Tuditani Cos. qua de re ſic ſcriptum invenio libro primo apud *Appianum*. Cum Tuditanus Conſul vereretur, ne Judex conſtitneretnr litis, quæ plebi cum patribus de agrorum diviſione erat, in Illyricum provinciam profectus eſt. In Illyrica vero ita; Japudes intra Alpes incolentes, Sempronius Tuditanus pugna ſuperavit. In *Epitoma* autem LIX. C. Sempronius Cos. contra Japudas primo rem male geſſit; mox victoria cladem acceptam emendavit, virtute D. Junii Bruti, ejus, qui Luſitaniam ſubegerat. Euodem intelligi à *Plinio* puto lib. III. cum ait; Tuditanus, qui domuit Iſtros, in ſtatua ſibi inſcripſit, ab Aquileja ad Titium flumen ſtadia CC. Hunc demum Conſulem de Japudibus triumphaſſe, ſcriptum eſt etiam in *tabulis Capitolinis*.

DE COS. AN. DCXXV. (22)

DEinceps Cn. Octavius, T. Annius Conſules ſequuti, auctor *Caſſiodorus*; præter eum nemn. Octavium & Rufum in *faſtis Siculis* invenio. *Plutarchus* etiam T. Annium quendam narrat cum Ti. Graccho in ſeditione contendiſſe. Cn. Octavius Cn. F. eſt, ejus, qui Cos. fuit anno DCLXXXVIII.

DE COS. AN. DCXXVI. (23)

L. Caſſium, L. Cinnam Conſules in hunc annum edit *Caſſiodorus*: Longinum & Cinnam *faſti Siculi*. Hic eſt L. Caſſius Longinus, qui poſtea Cenſnr fuit anno DCXXIIX. Tribunus pl. fuerat Lepido & Mancino Coſs. *Cicero* in Bruto, pro Roſcio, pro Sextio. L. Cinnam L. Cornelii Cinnæ patrem eſſe arbitror, ejus, qui poſtea Conſul quater fuit.

DE COS. AN. DCXXVII. (24)

M. Æmilium, L. Aurelium Conſules in hunc annum memorat *Caſſiodorus* & *Obſequens*: Lepidum & Oreſtem *faſti Siculi*: M. Æmilium Lepidum, L. Aurelium Oreſtem *Cenſorinus*: M. Lepidum, L. Oreſtem *Cicero* in Bruto L. Oreſtem filium eſſe puto L. Oreſtis Conſulis anno DXCVI.

De re in Sardinia ab Oreſte Cos. geſta.

L. Aurelio Oreſti Conſuli Sardinia obtigit: C. Gracchus ei quæſtnr fuit per triennium, atque Oreſtem ipſum, decedens Romam, in provincia reliquit; ut ait in Graccho *Plutarchus*; nam Gracchus ipſe ſe tantum biennium ait fuiſſe in provincia apud *Gellium* lib. XV. cap. XII. Sub eodem M. Æmilius Scaurus ſtipendia fecit; ut eſt ſcriptum in libro de viris illuſtribus. Sardiniam autem hoc tempore moviſſe, atque ab Oreſte ſubactam eſſe, ſcriptum eſt in *Epitoma* LX. Qui ſi ex ea triumphavit (neque enim quidquam certum habeo) certe id poſt M. Fulvium fecit; qui de Liguribus poſt triennium triumphavit; nam hic ultra triennium in provincia fuit; & *Capitolini triumphi* enm ante M. Fulvium non triumphaſſe indicant.

De Cenſoribus.

QUinquennium admonet ut in hunc annum Cenſores conjiciamus, quos tamen aliqua de cauſa abdicaſſe arbitror, nec Luſtrum feciſſe, ſiquidem poſtero anno alii Cenſores fuiſſe commemorantur. Qui autem fuerint, parum liquet. Ego tamen Q. Fabium Servilianum, & L. Cæcilium Metellum Calvum ſcripſi; & quod ex iis, qui Conſulares eſſent, vetuſtiſſimi eſſent; & quod in Conſulatu collegæ fuiſſent. De Q. Fabio Cenſore ſic *Valerius* capite de pudicitia; Q. Fabius Maximus Servilianus, honoribus, quos ſplendidiſſime geſſerat, Cenſuræ gravitate conſummatis, exegit pœnas à filio dubiæ caſtitatis. De L. Metello ſic capite de teſtibus: Fratribus Metellis Quinto & Lucio, Conſularibus & Cenſoriis, altero etiam triumphali, in Q. Pompejum A. F. repetandarum reum, acerrime teſtimonium dicentibus, non abrogata fides.

(22) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 625.
Olymp. CLXIII. Anno I.
Ante Ær. Chr. 128.
CN. OCTAVIUS. } Coſs.
T. ANNIUS LUSCUS RUFUS. }
Ita ex Caſſiodoro, faſt. Sicul. & Cuſpin. & Jul. Obſ. quem ſupplevit Lycoſthenes, Sigonius, & Almelovenius, qui malè addit Octavio cognomen Nepotis, ut conſtat ex Pighio.

(23) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 626.
Olymp. CLXIII. Anno II.
Ante Ær. Chr. 127.
L. CASSIUS LONGINUS. } Coſs.
L. CORNELIUS CINNA. }
Ita ex Caſſiodoro, & faſtis Siculis Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.

(24) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 627.
Olymp. CLXIII. Anno III.
Ante Ær. Chr. 126.
M. ÆMILIUS LEPIDUS. } Coſs.
L. AURELIUS ORESTES. }
Ita ex Caſſiodoro, Jul. Obſ. Cenſorino, Cicerone; & faſt. Siculis Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.

A fides. Hic eſt L. Metellus Q. Metelli Macedonici frater. Quam tamen infirmæ ſæpe in antiquitate concipienda conjecturæ ſint, omnes facile intelligere poſſunt, qui in hac re firmiores habuerit, eas ſequetur.

DE COS. AN. DCXXVIII. (25)

M. Plautium, M. Fulvium Conſules in hunc annum profitentur *Caſſiodorus* & *Obſequens*: Hypſæum & Flaccum *faſti Siculi*: M. Plautium Hypſæum, M. Fulvium Flaccum *Oroſius*, & *Frontinus* de aquæ ductibus. De quibus ſic *Valerius* capite de ſuperbia; M. Fulvius Flaccus Conſul, M. Plautii Hypſæi B collega, cum pernicioſiſſimas Reip. leges introduceret de civitate danda, de provocatione ad populum eorum qui civitatem mutare voluiſſent, ægre compulſus eſt, ut in curiam veniret, deinde partim monenti, partim oranti Senatui, ut incœpto deſiſteret, reſponſum non dedit. *Appianus* libro primo, M. Fulvium Cos. tradit, primum Italos palam excitaſſe, ut civitatem peterent; cumque in ea ſententia perſiſteret, à Senatu in expeditionem miſſum. His Coſs. locuſtarum ingenti agmine in Africa pluit: quæ à vento in mare dejectæ, fluctibuſque ejectæ, odore intolerabili Cyrenis mortiſero vapore, gravem peſtilentiam ſecerunt pecori; hominumque DCCC. millia conſumpta C tabe, proditum eſt. *Obſequens Epitoma* LX., & *Oroſius*.

De Cenſoribus, & Luſtro LX.

His Conſulibus Cenſores fuiſſe L. Caſſium Longinum, & Cn. Servilium Cæpionem, invenio apud *Frontinum* his verbis ſcriptum: Cn. Servilius Cæpio, & L. Caſſius Longinus, qui *Ravilla* appellatus eſt, Cenſores anno ab Urbe condita DCXXVII. M. Plautio Hypſæo, & M. Fulvio Flacco Coſs. aquam, quæ vocatur *Tepula*, ex agro Lucullano, quem quidam Tuſculanum credunt, Romam & in Capitolium adducendam curaverunt. Eorum D etiam meminit *Vellejus* lib. II. Perſequamur notam ſeveritatem Cenſorum Caſſii Longini, Cæpioniſque, qui Lepidum Æmilium augurem, quod ſex millibus ædes conduxiſſet, adeſſe juſſerunt. L. Caſſii & Cn. Servilii Cenſorum meminit quoque *Cicero* in Ver. III. Luſtrum anno (ut puto) ſequenti conditum eſt, cenſa ſunt civium capita CCCXC. millia, DCCXXXVI. ut ſcriptum eſt in *Epitoma* LX. quod Luſtrum, ſi ſuperiora ſpectabis, LX. numerabis.

De conjuratione Fregellana à L. Opimio Præt. compreſſa.

E Eodem anno ad Fregellas res geſta eſt à L. Opimio Prætore. Id autem ſignificat *Obſequens*, qui Fregellas, quæ adverſus Romanos conjuraverant his Coſs. dirutas ſcribit. Conjurandi ſortaſſe cauſam attulit M. Fulvius Conſul; qui Italicos populos primus in ſpem

A Romanæ civitatis (auctore *Appiano*) erexit; ſiquidem in Miloniam ſcribit *Pædianus*; L. Opimius in prætura Fregellas cepit: quo pacto viſus eſt ceteros quoque Latini nominis ſocios male animatos repreſſiſſe. *Plutarchus* C. Gracchum ſuſpectum fuiſſe tradit, ne ſocios ſollicitaſſet, & conjurationis Fregellanæ ſocius fuiſſet. In libro de viris illuſtribus ſcriptum eſt, eum Aſculanæ & Fregellanæ defectionis invidiam ſuſtinuiſſe. Itaque *Cicero* in II. agraria, bellum Fregellanum cum ſociis geſtum exponit. Ceterum *Marcellinus* lib. XV. ſcribit, Opimio poſt diverſos exitus prœliorum, Fregellanis tunc internecinis hoſtibus ad deditionem compulſis triumphum B denegatum. In *Epitoma* autem LX. ita eſt; L. Opimius Prætor Fregellanos, qui deſecerant, in deditionem accepit. Et apud *Vellejum*; L. Opimius Prætor Fregellas excidit. Et apud *Valerium* de jure triumphandi; L. Opimius Fregellanis ad deditionem compulſis, triumphandi poteſtatem à Senatu non impetravit; non invidia patrum conſcriptorum, ſed ſumma diligentia obſervandi juris, quo cautum erat, ut pro aucto imperio, non recuperatis quæ Pop. R. fuiſſent, triumphus decerneretur. Pullus autem Numitor videtur Opimio Fregellas prodidiſſe, etenim inquit *Cicero* lib. de finib. V. Quis Pullum Numitorem Fregellanum proditorem, quamquam Reip. noſtræ profuit, non C odit?

De bello Allobrogico.

Hoc tempore primum cum Gallis trans Alpes dimicatum eſt. Salyes populi, hujus auctores belli fuerunt, cum Maſſilienſium fines ſociorum Populi Rom. invaſiſſent. Salybus acceſſerunt Arverni, Ruteni, & Allobroges: quibus ſubactis, bellum finitum eſt, quod ab iis *Allobrogicum* appellatum eſt. Imperatores Romani geſſerunt M. Fulvius Flaccus, C. Sextius Calvinus, Cn. Domitius Ahenobarbus, Q. Fabius Max. Æmiliani F. qui poſtea *Allobrogicus* dictus eſt. De hoc bello ita D *Florus*: Prima trans Alpes arma noſtra ſenſere Salvii, cum de incurſionibus eorum fidiſſima atque amiciſſima civitas quereretur: Allobroges deinde & Arverni, cum adverſus eos ſimiles Æduorum querelæ opem & auxilium noſtrum flagitarent. Et in *Epitoma* LX. Fulvius Flaccus primus omnium tranſalpinos Ligures bello domuit, miſſus in auxilium Maſſilienſibus adverſus Salvios Gallos, qui populabantur fines Maſſilienſium. Et *Marcellinus* lib. XV. Gallorum regiones præcipue, quæ Italicis confines primo, tentatæ per Fulvium, quaſſatæ per Sextium; ad ultimum per Fabium Maximum domitæ. Et *Obſequens* his Coſ. Ligures Salyas trucidatos ſcribit.

E DE COS. AN. DCXXIX. (26)

Conſules ſubſequutos tradit *Caſſiodorus* & *Obſequens* C. Caſſium Longinum, & C. Sextium: Longinum & Calvinum *faſti Siculi*. *Vel-*

(25) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 628.
Olymp. CLXIII. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 125.
M. PLAUTIUS HYPSÆUS. } Coſs.
M. FULVIUS FLACCUS. }
Ita ex Caſſiodoro, Jul. Obſ. Oroſio, & Frontino, & faſt. Sicul. Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.

(26) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 629.
Olymp. CLXIV. Anno I.
Ante Ær. Chr. 124.
C. CASSIUS LONGINUS. } Coſs.
C. SEXTIUS CALVINUS. }
Ita ex Caſſiodoro, Jul. Obſ. faſtis Sicul. & Cuſpin. Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.

Vellejus Caſſio & Calvino Fabrateriam colo- A
niam deductam ſcribit. C. Sextii Calvini me-
minit his verbis in Bruto *Cicero*; Atque etiam
ingenio & ſermone eleganti, valetudine in-
commoda C. Sextius Calvinus fuit. *Eutropius*
Conſules edit C. Caſſium Longinum, & Sex.
Domitium Calvinum; ut puto, per mendum.

De re geſta cum Gallis.

M. Fulvio Conſuli ſucceſſit in Gallia C. Sex-
tius Conſul; à quo Salvii funditus de-
leti ſunt; quemadmodum Romanorum, qui
exſtant annales omnes loquuntur, ſic enim
ſcriptum eſt in *Epitoma* LXI. C. Sextius pro
Cos. victa Salviorum gente, coloniam *Aquas* B
Sextias condidit, ob aquarum copiam & cali-
dis & frigidis fontibus, atque à nomine ſuo
ita appellatas. *Vellejus* Sextium Calvinum Sa-
lyes apud Aquas Sextias, quæ ab eo Sextiæ
appellantur, deviciſſe ſcribit. *Strabo* libr. IV.
Sextium ait redactis in poteſtatem Salybus,
non longe à Maſſilia ſui nominis ædificaſſe
oppidum, ſuæque appellationis aquas calidas
dixiſſe. Unde dixit *Solinus* cap. VIII. *Aquæ
Sextiæ* quondam hiberna Conſulis, poſtea ex-
cultæ mœnibus. *Marcellinus* Gallos tentatos
per Fulvium, per Sextium quaſſatos fuiſſe.
Hunc eundem Sextium prorogato imperio ſe-
quenti anno rem geſſiſſe arbitror: primum,
quod pro Cos. Salvios viciſſe traditur; dein- C
de, quod non niſi biennio poſt ſucceſſor ei
miſſus eſt Cn. Domitius Ahenobarbus Conſul.

DE COS. AN. DCXXX. (27)

Q. Cæcilium, T. Quinctium in hunc annum
prodit Conſules *Caſſiodorus*: Metellum
& Flamininum *faſti Siculi*; Q. Cæcilium
Metellum, T. Quinctium Flamininum *Eutro-
pius* & *Oroſius*: T. Flamininum, Q. Metellum,
vocat *Cicero* pro domo. Q. Metellus, maximus
natu eſt è filiis quatuor Macedonici; quem à
devictis in hoc honore Balearibus, Q. Metellum
Balearicum vocat *Plutarchus* de fortuna Roma-
norum, itemque alii. D

*De triumpho M. Fulvii Flacci pro Cos.
de Liguribus & Gallis.*

IN hunc demum annum conjiciunt *Capitolini
ſcriptores* triumphum, quem ob res in Gal-
lia geſtas egit M. Fulvius Flaccus. Triumphaſ-
ſe autem de Liguribus, Vocontiis, ſcriptum
eſt in *triumpho Capitolino*, puto autem deſide-
rari, ET SALVIIS; primum, quod adverſus
eos miſſus erat; deinde, quod in Conſulatu
ejus Ligures Salyes victos ſcribit *Obſequens*.
Poſt Salyas (inquit *Strabo*) tenent montana
Vocontii: quorum regio ad Allobrogas uſque
pertenditur. *Plutarchus* in ſeditione Gracchi, E
quæ biennio poſt excitata eſt, Fulvium armaſ-
ſe ſuos ait ſpoliis iis, quæ Gallis Conſul ade-
merat. Idem cum *Vellejo* hunc Conſularem
& triumphalem nominat.

*De Balearibus victis, & triumpho
Q. Metelli pro Cos.*

HOc anno *Balearicum bellum* geſtum eſt,
cujus hanc cauſam exponit *Florus*. Ba-
leares (inquit) inſulæ, piratica rabie corrupe-
rant maria: aſcendêre etiam incognitas rates;
& prænavigantes ſubinde inopinato impetu
terruere; ſed cum venientem ab alto Roma-
nam claſſem proſpexiſſent, prædam putantes,
auſi etiam occurrere; & primo impetu ingenti
lapidum, ſaxorumque nimbo claſſem operue-
re; ſed non diu; nam poſtquam comminus ven-
tum eſt, expertique roſtra & pila venientia,
pecudum in morem clamore ſublato petierunt
fuga litora; dilapſique in proximos tumulos,
quærendi fuerunt, ut vincerentur. Metelli
Macedonici filii auſpicio res geſta, Balearici
ei cognomen impoſuit. *Strabo* autem lib. XIII.
ita; Cum ex Balearibus pauci quidam improbi
cum maris prædonibus conſpiraſſent, univer-
ſos criminatus Metellus cognomento Baleari-
cus invaſit; idemque colonias condidit. In
Epitoma autem LX. ita eſt; Adverſus Baleares
à Q. Metello Conſule res geritur. Triumphaſſe
porro ex hac victoria Metellum, cum partum
cognomen indicat; tum quod *Plinius* libr. VII.
ſcribit, Macedonicum à duobus filiis trium-
phalibus eſſe elatum; Balearicum & Dalmati-
cum intelligens. Triumphaſſe autem biennio
poſt, docet *Oroſius*, cum poſt C. Gracchi cæ-
dem, L. Opimio Cos. factam, ita ait; Metellus
Baleares inſulas bello pervagatus edomuit;
& piraticam infeſtationem, quæ ab iiſdem tunc
exercebatur, plurima incolarum cæde com-
preſſit.

DE COS. AN. DCXXXI. (28)

CN. Domitium, C. Fannium Conſules com-
parant in hunc annum *Caſſiodorus* & *Obſe-
quens*: Ahenobarbum & Fannium *faſti Siculi*.
Eorum ſic meminit in Bruto *Cicero*; C. Fan-
nius C. F. qui Cos. cum Domitio fuit, unam
orationem de ſociis & nomine Latino contra
Gracchum reliquit. Et *Plinius* lib. II. Lunæ,
inquit, trinæ Cn. Domitio, C. Fannio Conſu-
libus, apparuere; quos plerique appellaverunt
ſoles nocturnos. C. Fannium à C. Graccho
Conſulem factum, L. Opimium repulſam tu-
liſſe, tradit *Plutarchus*. Cn. Domitius, pater
eſt Cn. Domitii, qui Cenſor fuit anno DCLXI.
filius Cn. Domitii ejus, qui Conſul fuit anno
DXCI. auctor *Suetonius* in Nerone.

*De re geſta cum Gallis, & triumphis C. Sextii
Calvini pro Cos. & Cn. Domitii
Ahenobarbi pro Cos.*

QUas res geſſerit C. Sextius Conſul, atque
pro Conſule, ſupra commemoravimus.
Cn. autem Domitium Ahenobarbum
Conſulem inveni in trans Alpes poſt C. Sextium
miſſum, rem cum Arvernis & Allobrogibus
feli-

(27) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 630.
Olymp. CLXIV. Anno II.
Ante Ær. Chr. 123.
Q. CÆCILIUS METELLUS BALEARICUS, ita poſtea dictus. } Coſs.
T. QUINCTIUS FLAMININUS. }
Ita ex Caſſiodoro, Eutropio, Oroſio, & faſt. Sicul. Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.

(28) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 631.
Olymp. CLXIV. Anno III.
Ante Ær. Chr. 122.
CN. DOMITIUS AHENOBARBUS. } Coſs.
C. FANNIUS STRABO. }
Ita ex Caſſiodoro, Jul. Obſ. Cicerone, & faſt. Sicul. Sigonius, Pighius, Almeloven. & alii.
Cognomen *Strabonis* familiæ Fanniæ, quæ ex plebe erat, proprium fuiſſe docet Pighius tom. III. de familiis Romanorum.

feliciſſime geſſiſſe. Auctores hujus hiſtoriæ habeo *Suetonium* in Nerone, qui ait; Co. Domitius Aheoobarbus in Conſulatu Allobrogibus, Arverniſque victis, elephanto per provinciam invectus eſt, turba militum quaſi inter ſolennia triumphi proſequente. Et *Epitomam* LXI. in qua poſt victoriam C. Sextii ita eſt; Co. Domitius pro Cos. contra Allobroges ad oppidum Vindalium feliciter pugnavit, quibus belli inferendi cauſa fuit, quod Teutomalium Salviorum Regem ſugieotem recepiſſent, & omni ope juviſſent; quodque Æduorum agros ſociorum Populi Romani vaſtaviſſent. Et *Oroſium*, qui ſcribit; Cn. Domitius pro Cos. Allobroges Gallos juxta oppidum Vindalium graviſſimo bello vicit; maxime cum elephantorum nova forma equi hoſtium, hoſteſque conterriti diſſugiſſent. XX. millia ibi Allobrogum cæſa referuntur: III. millia capta ſuot. *Vellejus* etiam, Domitii Ahenobarbi ex Arvernis victoriam oobilem ſcribit fuiſſe. *Obſequens* item his Coſs. Salyes & Allobroges devictos ſcribit. Adjicit *Florus*; Hujus victoriæ quantum gaudium fuerit, vel hinc exiſtimari poteſt, quod & Domitius Ahenobarbus, & Fabius Maximus, ipſis quibus dimicaverant locis ſaxeas erexere turres, & deſuper exornata armis hoſtilibus trophæa. Hinc *Cicero* pro Fontejo dixit; Cn. Domitius, & Q. Maximus, natiooem Allobrogum, & reliquias armis confecerunt & oppreſſerunt. Domitium cum Allobrogibus dimicaſſe ſcribit *Strabo*, ubi Sulga Rhodanuſque commiſcentur. Utrumque triumphaſſe, & Sextium & Domitium, hæc *Eutropii* verba, quamquam mendoſa, ſignificant: C. Caſſius Longious, & Sex. Domitius Calvinus Couſules, Gallis Tranſalpinis bellum intulerunt, & Arvernorum civitati, & eorum Regi Bituito; infioitamque multitudinem juxta Rhodanum fluvium ioterfecerunt: Denique Bituitus ſuperatus, Domitio ſe dedidit; atque ab eo Romam deductus eſt; magnaque gloria Conſules ambo triumpharuot. Hæc autem verba mcudoſa dico; quia Sextium Calvinum cum Domitio miſcent; oeque eoim C. Caſſius Longinus ad hoc bellum quidquam pertinet. Ut Bituitus Rex à Domitio & à Fabio captus ſit, in triumpho Fabii oſteodam: quem *Florus* bis in triumpho viſum ſcribit, Domitii credo, & Fabii. Accedit quod *Suetonius* Domitios Ahenobarbos triumpho fuoctos ait, cenſuraque duplici, quo tameo in loco erravit vir ille; quod hunc Domitium cum filio hujus Tribunoplebis euodem fecit. Triumphavit autem certe Domitius in Conſulatu Fabii; quod *Valerius* auctor ſit, capite de perfidia, Domitium in proviocia fuiſſe tum cum ei Fabius ſucceſſit.

DE COS. AN. DCXXXII. (29)

L. Opimium, Q. Maximum Coofules hic annus habuit, auctore *Caſſiodoro*: Opimium & Maximum *faſtis Siculis*: *Obſequente* vero, L. Opimium, Q. Fabium Maximum. Horum memioit *Plinius* libro II. cum ait; Circa ſolem arcus apparuit L. Opimio, Q. Fabio Coſs. Ceterum Fabium Maximum Paulli nepotem, Fabii Æmiliani filium eſſe, docet *Pædianus* in Verr. *Vellejus* libro II. *Cicero* in Bruto, *Epitoma* LXI. ut turpiſſimi erroris coarguantor *Strabo* & *Appianus*, qui hunc Fabium Æmilianum vocaruot; & *Plinius* libro XXXIII. cap. XI. qui hunc Fabium Allobrogicum, (hoc enim ille cognomeo ex victoria ſibi peperit) Africani fratrem appellat; quaſi idem ſit Allobrogicus & Æmiliaous. L. Opimii Coofulis, unde *Opimianum vinum* dictum eſt, meminit *Plinius* libro XIIII. capite IIII. & *Plutarchus* in C. Graccho, & *Vellejus* libro II.

(29) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 632.
Olymp. CLXIV. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 121.

L. OPIMIUS.
Q. FABIUS MAXIMUS, dictus poſtea ALLOBROGICUS. } Coſs.

Ita ex Caſſiodoro, Jul. Obſequ. & faſtis Sicul. Sigonius, Pighius, & Almelovenius, qui malè addit Opimio cognomen *Nepotis*, cum non ſit cognomen, ſed gradus conſanguinitatis.

De bello Allobrogico confecto, & triumpho Qu. Fabii Max. pro Cos.

Q. Fabium Conſulem contra Allobroges exercitum duxiſſe, ac bellum confeciſſe, iovenio ſcriptum io anoalibus Romaois, quæ autem inveoi, ea exponam; ne quis in hoc diligentiam meam fortaſſe deſideret. Io *Epitoma* LXI. ita eſt. Q. Fabius Maximus Conſul, Paulli nepos, adverſus Allobrogas & Bituitum Arveroorum Regem feliciter pugnavit. Ex Bituiti exercitu cæſa millia hominum ceotum viginti; & cum ipſe ad ſatisfaciendum Senatui Romam profectus eſſet, Albæ cuſtodiendus datus eſt; quia cootra pacem videbatur, ut io Galliam remitteretur. Decretum quoque eſt, ut Congentiatus, filius ejus comprehenſus Romam mitteretur. Allobroges in deditionem accepti. Eadem de Bituito Rege victo, & clade hoſtium edita, ſunt etiam apud *Strabonem* libro IIII. atque apud *Oroſium*. Addit *Cæſar* lib. primo de bello Gallico, Arvernos & Ruteoos à Fabio Max. ſuperatos, iiſque Populum Rom. ignoviſſe, oeque io proviociam redegiſſe, neque ſtipendium impoſuiſſe. Et *Plin.* lib. VII. Q. Fabium Maximum Conſulem, apud flumeo Iſaram prœlio commiſſo adverſus Allobrogum Arvernorumque geotes, ante diem VI. id. Auguſt. CXX. millia perduellium cæſis, febri quartaoa liberatum eſſe io acie. *Appianus*, CXX. millia Gallorum à Fabio, quamquam ex receoti vulnere imbecillo, cæſa eſſe: *Vellejus*, Fabium ex hac victoria Allobrogicum, Pædianus Allobrogem appellatum tradit. *Marcellinus* Galliam Italiæ finitimam à Q. Fabio domitam ait; eique rei pleoiorem effectum devicta aſperiore Allobrogum gente cognomeotum indidiſſe. Illud in hac victoria me movet, quod *Valerius* Bituitum captum à Domitio ſcribit, ac Romæ cuſtodiendum datum, libro IX. his verbis: Iratus Bituito Regi Arvernorum Cn. Domitius, quod tum ſuam, tum etiam Allobrogum geotem, ſe etiam tum in provincia morante, ad Q. Fabii ſucceſſoris ſui dextram confugere hortatus eſſet; per colloquii ſimulationem accerſitum, hoſpitioque exceptum, vinxit, ac Romam navi deportandum curavit. Senatus ejus factum neque probare potuit, neque reſcindere voluit; ne remiſſus io patriam Bituitus bellum renovaret: igitur eum Albam cuſtodiæ cauſſa relegavit. Eum tameo Bituitum cum Domitio, & cum Fabio pugnaſſe, *Strabo* tradit, atque bis in triumpho ductum videtur ſignificare *Florus*, cum ſcribit: Nihil tam conſpicuum in triumpho,

pho, quam rex ipſe bis viſus diſcoloribus in armis, argenteoque carpento, qualis pugnaverat. Hoc bello *Narbonenſis Gallia in provinciam redacta*: atque ut quotannis in eam Romani Prætores mitterentur, inſtitutum. Quod cum ex ſequentium annorum hiſtoria patet, tum maxime ex Critognati Arverni apud *Cæſarem* oratione lib. VII. cum ait: Quod ſi ea, quæ in longinquis nationibus geruntur, ignoratis, reſpicite finitimam Galliam; quæ in provinciam redacta, jure & legibus commutatis; ſecuribus ſubjecta perpetua premitur ſervitute.

De ſeditione C. Gracchi Trib. pl.

HIs Conſulibus C. Sempronius Gracchus, Tiberii frater, occiſus eſt, cum per biennium Tribunus pl. legibus ſeditioſis latis Remp. perturbaſſet, quæ fuerunt: „ Ut cui „ abrogatus magiſtratus fuiſſet, ei iterum ca- „ pere magiſtratum non liceret: Ut qui indi- „ cta cauſſa in civem Rom. animadvertiſſet, „ de eo populus judicaret: (quæ lex præcipue „ in P. Popillium lata eſt) Ut agri publici te- „ nnioribus dividerentur: Ut veſtes militibus „ gratuito darentur: Nequis minor XVII. an- „ nis ad militiam cogeretur: Ut ſociis Latinis „ ſuffragium, æque ac civibus Rom. daretur: „ Ut ſemiſſe & triente frumentum plebi tri- „ bueretur: Ut à Senatoribus ad equites judicia „ transferrentur: Ut viæ dirigerentur, ſterne- „ rentur: lapidibus ſtadia ſignificantibus diſtin- „ guerentur; pontibus ornarentur: Ut coloniæ „ Capua & Tarentum in Italia deducerentur. His legibus offenſus Senatus, M. Livium Druſum Gracchi collegam impulit, ut colligendæ popularis benevolentiæ cauſſa, leges alias & ipſe ad populum ferret: unam, de XII. coloniis deducendis: alteram: Nequis Latinorum in caſtris virgis cæderetur. Cum autem Rubrius Gracchi collega legem de Carthagine colonia in Africam deducenda, annitente maxime Graccho, pertuliſſet, Gracchus ipſe triumvir eò profectus eſt. Atque hæc quidem biennio priore acta ſunt. Hoc autem anno, cum L. Opimius Conſul, vel (ut aliis placet) Minucius Rufus Tribunus plebis, leges Gracchi, qui jam Tribunatu abierat, abrogaturus, & Carthaginem coloniam aliò translaturus eſſet, occupatur ab utraque parte Capitolium. Ibi Atilio miniſtro Opimii Conſulis, à Gracchanis in turba occiſo, eo die tempeſtatis cauſſa perfectum nihil eſt. Poſtero die Senatus ab Opimio Conſule vocatus, ac commemorata Atilii nece graviter offenſus, mandat Conſuli, ut videat nequid detrimenti Reſp. capiat. Ita Opimius poſtridie armato Senatu atque equitibus, in forum deſcendit. Gracchus ac Fulvius Flaccus, is qui ante de Gallis triumphaverat, cum ſuis Aventinum obtinuerunt. Cum de conditionibus pacis fruſtra per Fulvii filium legatum actum eſſet, Gracchus ab Opimianis Aventino armis pulſus, una cum Fulvio interfectus eſt; caput ejus ad Opimium delatum, auro redemptum, luſtrata civitate, *Concordiæ templum* conſtructum eſt. Hæc *Appianus*, & *Plutarchus* latiſſime: brevius autem *Vellejus*, *Florus*, *Oroſius*, atque *Epitome*. De legibus Gracchi ſic *Pædianus* in Verrem: C. Gracchus legem tulit, ut equites R. judicarent. *Cicero* pro Rabirio: C. Gracchus legem tulit, ne de capite civium Rom. injuſſu populi judicaretur: & pro domo: de legib. III. C. Gracchus de P. Popillio tulit, ut ei aqua & igni interdiceretur: & pro Sextio; C. Gracchus frumentariam legem ferebat. Res jucunda erat plebi; repugnabant boni; quod ab induſtria plebem ad deſidiam avocari putabant, & ærarium exhauriri videbant. Unde inquit in III. Tuſcul. C. Gracchus cum largitiones maximas feciſſet, & effudiſſet ærarium, verbis tamen defendebat ærarium. Item pro domo: C. Gracchus provincias Conſulares non modo non abſtulit à Senatu, ſed ut neceſſe eſſet quotannis conſtitui per Senatum. Item pro Cluentio; C. Gracchi lex, ne quis coëat, ut publico judicio condemnet quenquam. De nece autem ſic *Cicero* in Antonium, & in Catilinam: Senatus, quod L. Opimius Cos. verba fecit de Republ. de ea re ita cenſuit; ut L. Opimius Conſul Rempubl. defenderet: igitur Q. Metellus, cujus quatuor filii Conſulares; P. Lentulus princeps Senatus, cum L. Opimio Conſule, aliique complures, armati, Gracchum in Aventinum perſequuti ſunt, quo in prœlio Lentulus grave vulnus accepit; interfectus eſt Gracchus, & M. Fulvius Conſularis, ejuſque duo adoleſcentuli filii. Item; C. Gracchus, quod agrarios concitaret, occiſus. Et *Saluſtius*; C. Gracchum Triumvirum coloniis deducendis, occidit Opimius. Et *Pædianus*; C. Gracchus Tribunicius eſt interfectus. Quod dixi, ut oſtenderem *Valerium* errare, qui C. Gracchum in Tribunatu necatum ſcripſit. De M. autem Fulvio ſic *Cicero* pro domo. M. Fulvius, quia cum Graccho contra ſalutem Reipubl. fecerat, & Senatus ſententia interfectus eſt, & ejus domus everſa & publicata eſt; in qua porticum poſt aliquanto Q. Catulus de manubiis Cimbricis fecit. Et *Valerius* lib. VI. M. Flacci corpore trucidato, penates ab imis fundamentis eruti ſunt. Flacciana area, cum diu penatibus vacua manſiſſet, à Q. Catulo Cimbricis ſpoliis adornata eſt.

DE COS. AN. DCXXXIII. (30)

P. Manlium, C. Papirium Conſules ſubdit in hunc annum *Caſſiodorus*. Manilium & Carbonem *faſti Siculi*. Vereor igitur, ut P. Manilius ſit legendum. Maniliorum enim fere cognomen nullum auditum eſt: eorumque Publium prænomen fuiſſe accepimus, at collega ejus C. Papirius Carbo eſt; qui Tribunus pleb. Claudio & Perperna Coſs. poſt Triumvir agris dividundis à C. Graccho deſignatus eſt; quique primum plebis partes ſequutus, poſt ad optimates ſe contulit. De quo ſic *Cicero* in II. de Oratore: L. Opimii cauſſam defendebat ad populum C. Carbo Conſul, nihil de C. Gracchi nece negabat; ſed id jure pro ſalute patriæ factum eſſe dicebat. Id autem ſignificat quod eſt in *Epitoma* LXI. L. Opimius

(30) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 633.
Olymp. CLXV. Anno I.
Ante Ær. Chr. 120.
P. MANILIUS. } Coſs.
C. PAPIRIUS CARBO. }
Ita ex faſtis Siculis Sigonius, Pighius, & Almelovenius, qui malè ſcribit *Manlius* pro *Manilius*, ut docent Pighius, & Sigonius, & malè addit, ut ſupra, Nepotis cognomen eidem Manilio, qui quidem Nepos erat P. Manilii, ſed cognomen hoc non habebat.
Malè etiam Caſſiodorus ſcribit *Manlius* pro *Manilio*, ut faſti Siculi rectè ſcribunt.

mius accuſatus ad populum à Q. Decio Tribuno plebis, quod indemnatos Cives in carcerem conjeciſſet, abſolutus eſt. A

De Cenſoribus, & Luſtro LXI.

QUinquennii ratio poſcit, ut in hunc annum Cenſores & Luſtrum conjiciamus. Qui autem Cenſores fuerint, vix in tanto annalium Rom. ſilentio, divinare poſſum; utar autem, ut ſupra, conjecturis ex hiſtoriarum libris, quos nobis vetuſtas reliquit, ſumptis. Placet igitur alterum ex his fuiſſe Q. Metellum Balearicum, Macedonici filium; quia tradit *Vellejus* Macedonicum elatum eſſe à filio uno Conſulari & Cenſorio, altero Conſulari; tertio, Conſule; quarto, candidato Conſulatus, quem Magiſtratum adeptus eſt. B Et *Cicero* de finibus V. Q. Metellus, inquit, tres filios Conſules vidit: è quibus unum etiam Cenſorem & triumphantem, quartum autem Prætorem. Et *Plinius* lib. VII. Macedonicum à quatuor filiis illatum rogo, uno Prætore, tribus Conſularibus, duobus triumphalibus, uno Cenſorio ſcribit. Nunc ſi quæratur, qui ſit è duobus triumphalibus, qui cenſuram geſſerit, an Balearicus, an Dalmaticus: profecto Balearicum reſpondebo: quia *Cicero* poſt reditum ad Quirites ait, de Metellis his loquens: Non L. Dalmaticus Conſularis, non C. Metellus Cenſorius: non prætermiſſurus certe etiam in L. Dalmatico cenſuram, ſi eam geſſiſſet. C Ergo ſi Q. Metellus Cenſor fuit, & ante patris mortem fuit, qui M. Cæcilio Metello filio Conſule mortuus eſt, nec niſi poſtquam Conſul fuit, cenſuram cepit: profecto hoc anno eam geſſerit neceſſe eſt. Huic autem L. Calpurnium Piſonem Frugi adjunxi, eum qui XIII. ante annis Conſul fuit; quem & ipſum cenſorium eſſe invenio. De eo enim ſic *Cicero* in Bruto: L. Piſo Trib. pleb. legem primus tulit de pecuniis repetundis, & annales reliquit. Hujus teſtimonium ex annalibus profert *Dionyſius* lib. IV. & vocat Λεύκιον Πείσωνα Φρύγι ἐν ταῖς ἐνιαυσίαις ἀναγραφαῖς: & in II. ὡς Πείσων Λεύκιος ὁ τιμητικὸς ἱστορεῖ, id eſt, D *L. Piſo Frugi in Annalibus*: &, *Ut L. Piſo Cenſorius ſcribit*. *Plinius* etiam libro XIII. cap. XIII. eundem Piſonem cenſorium citat. Nemo eſt præterea ex Conſularibus, quem cenſorium fuiſſe acceperimus, præter hunc. Nam Cn. Domitii Ahenobarbi certum habemus cenſuræ annum, plebei autem, quod fieri cœptum erat, duo comparati ſunt. Factum etiam eſſe ab his Luſtrum LXI. & priora & poſteriora luſtra demonſtrant.

DE COS. AN. DCXXXIV. (31)

L. Cæcilium, L. Aurelium Conſules ſuggerit *Caſſiodorus* & *Obſequens*: Metellum & Cottam *faſti Siculi*. Cæcilii Metelli & Cottæ Conſulum meminit *Plutarchus* in Mario: quem Marium his Coſs. Tribunatum plebis geſſiſſe, Metellumque Conſulem in carcerem conjeciſſe ſcribit. Cotta eſt ille, in cujus Conſularis locum C. Cæſarem flaminem dialem eſſe factum tradit *Vellejus*. L. Metellus, eſt filius L. Metelli Calvi ejus, qui Coſ. fuit anno DCXI. Idem poſt Cenſor & Pontifex maximus factus eſt.

DE COS. AN. DCXXXV. (32)

HIc annus Conſules habuit M. Catonem, Q. Marcium, teſte *Caſſiodoro* & *Obſequente*. Catonem & Marcium edunt *faſti Siculi*; *Eutropius* M. Porcium Catonem, & Q. Marcium. Eorum meminit *Valerius* libro V. Q. Marcius Rex, inquit, ſuperioris Catonis in Conſulatu collega, à rogo filii unici protinus curiam petiit, Senatumque quem eo die lege haberi oportebat, convocavit. Et *Plinius* libro II. Tres ſoles, inquit, antiqui viderune Q. Marcio, M. Porcio Coſs. *Gellius* porro ſcribit libro XIII. M. Catonem M. F. M. N. Conſulem cum Q. Marcio fuiſſe; atque in eo Conſulatu in Africam profectum, in provincia obiiſſe. Et *Vellejus* libro I. atque *Eutropius*, M. Porcio, Q. Marcio Coſs. *Narbonem Marcium* in Gallia coloniam eſſe deductam. Catone autem Conſule immolante *Obſequens* inquit exta contabuiſſe, caput jocinoris inventum non eſſe. Africa hoc anno propter aliquot forte motus, provincia Conſularis facta eſt, cum Catoni Conſuli fuerit decreta.

DE COS. AN. DCXXXVI. (33)

COnſules deinceps tradit *Caſſiodorus* L. Cæcilium, & Q. Mucium, Metellum & Scævolam *faſti Siculi*; L. Cæcilium Metellum, Q. Mucium Scævolam *Eutropius*. In tabula etiam vetuſta de Genuenſium finibus, hi Conſules nominantur, L. CÆCILIUS Q. F. & Q. MUCIUS Q. F. Eſt autem hic L. Cæcilius Metellus, qui poſtea à Dalmatis victis *Dalmaticus* appellatus eſt: quem *Plutarchus* in Coriolano, & in libro de fortuna Romanorum, *Diadematum* vocat, quod ulceris cauſſa diademate diu frontem obligaverit. Q. Mucius Scævola, augur eſt, de quo *Cicero* in Lælio, & libro primo de Oratore; filius Q. Scævolæ Conſulis anno DLXXIX. L. Metello. Dalmatæ evenerunt.

De

E

(31) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 634.
Olymp. CLXV. Anno II.
Ante Ær. Chr. 119.
L. CÆCILIUS METELLUS, dictus poſtea DALMATICUS, ut Pighius docet. } Coſs.
L. AURELIUS COTTA. }
Ita ex Caſſiodoro, Jul. Obſequ. & faſt. Siculis Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.

(32) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 635.
Olymp. CLXV. Anno III.
Ante Ær. Chr. 118.
M. PORCIUS CATO, cui in Magiſtratu mortuo ſuffectus fuit } Coſs.
Q. *ÆLIUS TUBERO*, ex Pighii optima conjectura. }
Q. MARCIUS REX. }
Ita ex Caſſiodoro, Jul. Obſequ. Eutropio, & faſt. Sicul. Sigonius, Pighius, Almeloven. & alii.

(33) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 636.
Olymp. CLXV. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 117.
L. CÆCILIUS METELLUS. } Coſs.
Q. MUCIUS SCÆVULA. }
Ita ex Caſſiodoro, Eutropio, & faſt. Siculis Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.
Hunc Metellum, non illum, qui Conſul fuit anno U. C. 634. Dalmaticum dictum putat Sigonius. Ille erat L. F. hic autem Q. F.
Metellus hic Dalmaticus, & alter Balearicus, fuerunt ambo filii Metelli Macedonici ex Plinio.

De triumpho Q. Marcii Regis pro Coſ.

A HOc anno in Gallia bellum excitatum, indicat victoria Q. Marcii Conſulis; de qua ſcriptum eſt apud *Oroſium* ita; Q. Marcius Conſul, Gallorum gentem ſub radice Alpium ſitam bello aggreſſus eſt, qui cum ſe Romanis copiis circumſeptos viderent, belloque impares fore intelligerent, occiſis conjugibus ac liberis, in flammas ſe projecerunt. Et in *Epitoma* LXII. Q. Marcius Conſul, Sarnos gentem Alpinam expugnavit. Qui autem ſint *Sarni* populi, nondum comperi. Rem vero geſtam eſſe à Marcio in Narbonenſi provin- B cia, oſtendit colonia ipſa, *Narbo Marcius* ab conditore appellata, de qua ſic *Cicero* in Bruto: L. Craſſus voluit adoleſcens in colonia Narbonenſi cauſſæ popularis aliquid attingere, eamque coloniam, ut fecit, ipſe deducere. Triumphaſſe eum ſuſpicor ex minime dubia victoria ejus. Triumphos enim aliquot ex Tranſalpinis bellis actos, indicant *Cicero* lib. II. de Off. cum ait de Cæſare ita; Portari in triumpho Maſſiliam vidimus, & ex ea urbe triumphari, ſine qua numquam noſtri Imperatores ex Tranſalpinis bellis triumpharunt.

DE COS. AN. DCXXXVII. (34)

C *CAſſiodorus* prodit in hunc annum Conſules C. Licinium Getam, & Q. Maximum: Getam & Maximum *faſti Siculi*; Getam & Eburnum *Cuſpiniani*: quorum C. Geta poſt in cenſura etiam commemoratur. De Q. Maximo loquitur *Cicero* pro Murena, ſic: Quis L. Philippum ſummo ingenio, opera, gratia, nobilitate, à M. Herennio ſuperari poſſe arbitratus eſt; quis Q. Catulum humanitate, ſapientia, integritate antecellentem, à Cn. Manlio; quis M. Scaurum, hominem graviſſimum, civem egregium, fortiſſimum Senatorem; à Q. Maximo? Et *Feſtus*, *Pullus Jovis* dicebatur Q. Fabius; cui cognomen *Eburno* erat, propter candorem, quod ejus natis fulmine D icta erat. Fabium Eburnum filium impudicum, cognita domi cauſſa, necaſſe tradit *Quintilianus* declam. III. quin Q. Fabium Servilianum vocat *Valerius*.

De triumpho L. Metelli pro Coſ. de Dalmatis.

DAlmatæ pacati quieviſſe videntur, poſtquam P. Scipio Naſica de iis triumphavit anno DXCVIII. Hoc autem tempore (ut ſcribit *Appianus*) L. Metellus Conſul; nulla eorum culpa, triumphandi libidine, bellum illis intulit; atque ab iis amice exceptus, Salonæ eorum urbe hibernavit; poſt autem deportato Romam exercitu, ſine cauſſa trium- E phavit. Prœlio autem opes eorum acciſas eſſe, oſtendit *Epitoma* LXII. in qua eſt: L. Cæcilius Metellus Dalmatas ſubegit. Et *Pædianus* in Verr. Ædem Caſtoris L. Metellus exſtruxit de manubiis; qui ſnbactis Dalmatis, *Dalmaticus* appellatus eſt. De triumpho autem ejus in hunc modum loquitur *Eutropius*: M. Porcio Catone, Q. Marcio Rege, Narbo colonia in Gallia deducta eſt: annoque eodem à L. Metello & Q. Mucio Scævola Coſs. de Dalmatis triumphatum eſt. Neminem autem eſſe tam cæcum arbitror, quin horum verborum mendum videat; neque enim Scævola triumphavit, ſed ſolus Metellus, ut verè *Plinius* dixerit, Macedonicum morientem reliquiſſe filios duos triumphales; id eſt, Balearicum, & Dalmaticum.

DE COS. AN. DCXXXVIII. (35)

DEinceps ſequuti Conſules M. Metellus; M. Scaurus, auctore *Caſſiodoro*: Scaurus & Metellus *faſtis Siculis*. M. Metellus, eſt tertius è filiis Macedonici, de quibus ante diximus. De M. Scauro ita *Pædianus*; M. Scaurus ita fuit patricius, ut tribus ſupra cum ætatibus jacuerit domus ejus fortuna; nam neque pater, neque avus, neque proavus, ut puto, propter tenues opes, & nullam vitæ induſtriam, honores adepti ſunt. Et *Cicero* pro Murena; M. Æmilius Scaurus memoriam prope intermortuam generis ſui virtute renovavit. Et *Plutarchus* de fortuna Rom. Æmilius Scaurus, ex humili vita & humiliore genere novus homo, à fortuna ſublatus, princeps Senatus factus eſt. Hic anno priore ſuperatus fuit in petitione Conſulatus à Q. Maximo; auctore *Cicerone* pro Murena. Hoc autem anno, P. Rutilium ſuperavit; eodem teſte in Bruto: M. Scaurus, inqnit, & P. Rutilius, cum una Conſulatum petiiſſent, non ille ſolum, qui repulſam tulerat, accuſavit ambitus deſignatum competitorem; ſed Scaurus etiam abſolutus, Rutilium in judicium vocavit. Et *Plin.* lib. II. Tacta Junonis ædes Scauro Conſule; qui mox princeps fuit. Et lib. VIII. Sorices & ipſos condi hieme, auctor eſt Nigidius, ſicut glires; quas cenſoriæ leges, princepſque M. Scaurus in Conſulatu non alio modo cœnis ademere, quam conchylia. Et in lib. de viris illuſtribus; M. Æmilius Scaurus, nobilis pauper; nam pater ejus, quamvis patricius, ob paupertatem carbonariam fecit. Idem primo dubitavit, honores peteret, an argentariam faceret, ſed eloquentiæ conſultus, ex ea gloriam peperit. Conſul legem de ſumptibus & libertinorum ſuffragiis tulit. Scaurus Ligures, Metellus Sardiniam obtinuit.

De Cenſoribus, & Luſtro LXII.

CAſſiodorus his Coſs. Cenſores fuiſſe L. Metellum & Cn. Domitium notat; eoſdemque artem ludicram ex urbe removiſſe, præter Latinum tibicinem cum cantore, & ludum talorum. Eorundem mentio eſt in *Epitoma* LXII. poſt L. Dalmatici victoriam, his verbis: L. Cæcilius Metellus, Cn. Domitius Ahenobarbus Cenſores, duos & triginta Senatu

(34) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 637.
Olymp. CLXVI. Anno I.
Ante Aer. Chr. 116.
C. LICINIUS GETA.
Q. FABIUS MAXIMUS EBURNUS. } Coſs.
Ita ex Caſſiodoro, faſtis Siculis, & Cuſpiniani Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.
Hoc anno Sigonius ponit L. Cæcilii Metelli triumphum de Dalmatis ex Appiano.

(35) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 638.
Olymp. CLXVI. Anno II.
Ante Ær. Chr. 115.
M. ÆMILIUS SCAURUS.
M. CÆCILIUS METELLUS, tertius Macedonici filius. } Coſs.
Ita ex Caſſiodoro, faſt. Sicul. & Cuſpiniani (qui tamen mendosè ſcribunt *Megellus* pro Metellus) Sigonius, Pighius, Almeloven. & alii.

natu moverunt. Et apud *Valerium* lib. II. Geta cum à L. Metello, Cn. Domitio Senatu motus eſſet, poſtea Cenſor factus eſt. L. Metelli & Cn. Domitii Cenſorum meminit quoque *Cicero* in Verr. Luſtrum ab his conditum puto anno (ut aſſolebat) ſequenti. Nam in *Epitoma* LXIII. poſt C. Porcium Conſulem ſic de Luſtro agitur; Luſtrum à Cenſoribus conditum eſt: cenſa ſunt civium capita CCCXCIV. millia * CCCXXVI. Ab his Cenſcribus lectum principem Senatus M. Æmilium Scaurum, indicat *Saluſtius* in Jugurtha; qui anno DCXLI. vocat hunc Conſularem, & tum principem Senatus, & *Plin.* lib. II. Tacta, ait, Junonis ædes Scauro Conſule; qui mox princeps fuit. Hunc autem L. Metellum, non Dalmaticum eſſe arbitror, ſed Clavi filium eum, qui quatuor ante annis Conſul fuit.

De triumpho L. Æmilii Scauri Cos. de Liguribus.

M. Scaurum provinciam habuiſſe tradit *Cicero* in V. Verrina; rem in Liguribus geſſiſſe, *Strabo* lib. V. his verbis; Magna intra Padum pars paludibus occupabatur; per quas Annibal magnis difficultatibus iter fecit in Tuſciam. Ceterum Scaurus, deductis ex Pado uſque in Parmenſium agrum foſſis navigationibus commodis, paludes ipſas exſiccavit è campis; per Placentina enim arva Trebia Padum influens, aliique complures ante fluvii, præter modum ſtagnant. Hic eſt ille Scaurus, qui per Piſas & Lunam uſque Sabatios *viam* ſtravit *Æmiliam*, & hinc per Derthonem. Eundem exercitum & imperium habuiſſe docet *Frontinus* libro IV. cum ait: Pomifera arbor, quam in pede caſtrorum fuerat complexa metatio, poſtero die abeunte exercitu, qui ſub M. Scauro meruit, intactis fructibus relicta. Poſtremo in Conſulatu Ligures ab eo domitos; deque iis triumphatum eſſe, ſcriptum eſt in libro de viris illuſtribus; quo loco viam Æmiliam ab eo etiam Cenſore ſtratam proditum eſt.

DE COS. AN. DCXXXIX. (36)

M'. Acilium Balbum, C. Catonem Conſules ſuggerit *Caſſiodorus*: Balbum & Catonem *faſti Siculi*; M'. Acilium, C. Porcium *Obſequens*. Eorundem meminit *Plinius* lib. II. Circa Solem, inquit, arcus apparuit C. Porcio, M'. Acilio Coſs. Item; Relatum lacte & ſanguine pluviſſe M'. Acilio, C. Porcio Coſs. Acilium prænomine Manii afficit *Plutarchus* in Mario; eſt autem, ut opinor, filius M'. Acilii L. F. Balbi, Conſulis anno DCIII. C. Cato frater eſt M. Catonis, ejus, qui quadriennio ante Conſul fuit, nepos M. Catonis Cenſorii, atque Africani, ſororis filius, ut ait *Vellejus*, *Cicero* in Verrem, & in Bruto. Atque hic quidem Macedoniam ſortitus eſt. M'. Acilium, M'. Acilii filium eſſe arbitror, ejus, qui Conſulatum geſſit anno DCIII.

(36) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 639.
Olymp. CLXVI. Anno III.
Ante Ær. Chr. 114.
M'. ACILIUS BALBUS. } Coſs.
C. PORCIUS CATO. }
Ita ex Caſſiodoro, Jul. Obſequ. Plinio, & faſt. Sicul. Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.

De bello Thracico, & triumpho T. Didii pro Præt.

QUi de bello Thracico ſcribunt, ii fere à C. Catone Conſule illud exordiuntur: quamquam bellum in Thracia multo ante geſtum eſſe declarat res bene cum Scordiſcis à M. Coſconio Prætore viginti ante annis geſta. Puto autem eos iccirco à Catone initium belli narrandi ducere, quod ante res à Prætoribus geſta ſit, hic autem primus Conſul eò miſſus ſit, ut ante excitatum, nunc demum gravius factum fuiſſe videatur. Miſſum tamen cum eo Prætorem T. Didium reor; ut quondam etiam Q. Fabius Cos. & C. Lælius Prætor in Hiſpaniam adverſus Viriathum miſſi ſunt; ex his autem Conſulem Catonem male pugnaſſe, Prætorem proſpere. De Catone ſic ſcriptum eſt apud *Eutropium*: C. Cato Conſul bellum Scordiſcis intulit; ignominioſeque pugnavit. Et in *Epitoma* LXIII. C. Porcius Cos. in Thracia male adverſus Scordiſcos pugnavit. Et apud *Vellejum* libro II. Cato Conſularis, M. Catonis nepos, Africani ſororis filius, repetundarum ex Macedonia damnatus eſt, cum lis ejus IIIIM. æſtimaretur. Idem *Cicero* in Verrem. De Didio ſic *Florus*: Non fuſus modo à Scordiſcis aut fugatus, ſed (ſimile prodigio) omnino totus interceptus exercitus quem duxerat Cato. Didius vagos & libera populatione diffuſos, intra ſuam repulit Thraciam. Et Rufus Didius vagantes Thracas repreſſit. Eundem ex Macedonia triumphaſſe, auctor eſt *Cicero* in Piſonem: Quin tu me vides, inquit, qui, ex qua provincia T. Flamininus, L. Paullus, Q. Metellus, T. Didius, innumerabiles alii, levi cupiditate commoti triumpharunt, ex ea ſic redii, ut ad portam Eſquilinam Macedonicam lauream conculcarim. Præterea cum idem T. Didius iterum triumphaverit (auctoribus *lapidibus Capitolinis*) an. DCLX. facile intelligi poteſt, eum hoc tempore primum triumphaſſe. Quamquam ſi Didius hoc anno Prætor in Macedoniam profectus eſt, eum potius ſequenti anno triumphaſſe pro Pr. puto. Sed fortaſſe, ut ſæpe alias, vaticinamur. Qui certiora habet, ea ſequatur, per me licet.

DE COS. AN. DCXL. (37)

C. Cæcilium, Cn. Papirium Conſules ſubdit *Caſſiodorus* & *Obſequens*: Metellum & Carbonem *faſti Siculi*: C. Cæcilium Metellum & Cn. Carbonem *Eutropius*. De his Coſs. loquitur *Plinius* libro II. cum ait; Lumen de cœlo noctu viſum eſt C. Cæcilio, Cn. Papirio Coſs. Eoſdem anno DCXL. ab U. C. Conſulatum geſſiſſe, tradit *Tacitus* in lib. de moribus Germanorum. C. Metellus eſt quartus C. Metelli Macedonici filius, quem moriens Prætorium & candidatum Conſulatus reliquit; ut ſupra diximus, eum cognomen ex contumelia traxiſſe, auctor eſt *Cicero* de orat. lib. II. cognomen autem fuit *Caprarius*, ut ait *Plutarchus* de

(37) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 640.
Olymp. CLXVI. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 113.
C. CÆCILIUS METELLUS CAPRARIUS. } Coſs.
CN. PAPIRIUS CARBO. }
Ita ex Caſſiodoro, Jul. Obſ. Eutropio, & faſt. Sicul. Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.

de Fortuna Romanorum. Carbonem, C. Carbonis filium eſſe reor ejus, qui VII. ante annis Conſul fuit; patrem Cn. Carbonis Conſulis anno DCLXIX. Metello Macedonia, Carboni Illyricum evenerunt.

De triumpho M. Metelli pro Cos. de Sardis, C. Metelli Caprarii Cos. ex Macedonia.

TRiumphaſſe autem M. Metellum pro Cos. hoc anno de Sardis, C. Metellum Cos. fratrem ejus ex Macedonia, ſcriptum eſt apud *Eutropium*, ita: C. Cæcilio Metello, & Cn. Carbone Coſs. duo Metelli fratres triumpharunt; alter ex Sardinia, alter ex Thracia, & apud *Rufum*, Sardiniam & Corſicam Metellus vicit, triumphavitque de Sardis, qui rebellavere ſæpe. Juncta adminiſtratio harum inſularum fuerat; poſt ſuos Prætores habuit. Unde etiam ſcripſit *Vellejus*: Circa eadem tempora II. Metelli fratres uno die triumpharunt. Ex quo apparet, Catoni Metellum in Thraciam ſucceſſiſſe; cujus tamen Metelli non meminerunt ii, qui de bello Thracico tradiderunt.

De bello Cimbrico.

IIſdem Conſulibus Cimbros arma moviſſe, ſcriptum reliquit *Tacitus* de moribus Germanorum. Cimbrorum (inquit) arma, primum audita ſunt anno DCXL. Cæcilio Metello, & Papirio Carbone Coſs. Et *Obſequens*: C. Cæcilio, Cn. Papirio Coſs. Cimbri Teutonique, Alpes tranſgreſſi, fœdam ſtragem Romanorum ſociorumque fecerunt. *Eutropius* item Romæ nuntiatum his Coſs. tradit, Cimbros è Gallia in Italiam veniſſe. Cur autem moverint, cauſſam affert *Florus*; quod ab extremis Galliæ profugi, cum terras eorum inundaſſet Oceanus; novas ſedes toto terrarum orbe quærerent. Hi vero, quod finibus ſuis nunquam exiſſent, & quod longinquis è regionibus proficiſcerentur, unde venirent, aut quinam eſſent, ignorabatur. Romani autem eos Germanos eſſe ex iis, qui ad Septemtrionalem Oceanum incolunt, arbitrabantur, quod Germanorum lingua prædones *Cimbri* appellarentur. Hæc *Plutarchus* in Mario. Cum autem in Illyricum veniſſent, Cn. Carbo Cos. cui ea provincia obtigerat, ab iis fuſus acie ac victus eſt, ſiquidem in *Epitoma* LXIII. ita ſcriptum eſt: Cimbri gens * vaga, populabundi in Illyricum venerunt, ab iis Papirius Carbo Cos. cum exercitu fuſus eſt. Et apud *Strabonem*: Cn. Carbo ad Norejam oppidum collatis cum Cimbris ſignis, nihil profecit. *Vellejus* etiam ſcribit, effuſam immanem vim Germanarum gentium, quibus Cimbris ac Teutonis nomen erat, Carbonem Cos. fudiſſe fugaſſeque, & exercitu exuiſſe. De eodem Carbone victo auctor eſt etiam *Tacitus*, & *Vegetius*. Carbone autem ſuperato, quieviſſe uſque ad Silanum Cos. Cimbri videntur.

DE COS. AN. DCXLI. (38)

M. Livium Druſum, L. Piſonem Conſules in hunc annum commemorat *Caſſiodorus*: Druſum & Piſonem *faſti Siculi*. L. Piſo Conſularis occiſus poſtea eſt à Tigurinis L. Caſſio Conſule, auctore *Oroſio*; avus L. Piſonis ſoceri C. Cæſaris, ut ipſe *Cæſar* ſcribit lib. primo de bello Gallico: filius L. Piſonis Cæſonini Cos. ann. DCV. M. Druſus, C. Druſi filius dicitur à *Cicerone* in Bruto, ejus, qui Conſul fuit anno DCVI.

De triumpho M. Druſi Cos. ex Macedonia.

M. Druſum in Thracia proſpere pugnaſſe poſt Didium, invenio apud *Florum*: qui ita ſcribit: Didius Scordiſcos vagantes intra ſuam repulit Thraciam. Druſus ulterius egit, & vetuit tranſire Danubium. Et apud *Rufum*. Thraces M. Druſus intra fines proprios continuit. Et in *Epitoma* LXIII. Livius Druſus Cos. adverſus Scordiſcos gentem à Gallis oriundam, in Thracia feliciter pugnavit, magnumque honorem tulit. Puto autem hunc etiam ſequenti anno rem in Thracia geſſiſſe; quod Conſulum ejus anni alter Numidiam, alter Italiam ſortitus ſit. Druſum autem triumphaſſe, inde apparet, quod *Suetonius* tres Liviæ gentis triumphos edit: quorum priores à Salinatore acti ſunt, tertius hic à Druſo.

DE COS. AN. DCXLII. (39)

COnſules edit in hunc annum *Caſſiodorus* P. Scipionem, L. Calpurnium Beſtiam: *faſti Siculi* Naſicam & Beſtiam: *Obſequens* P. Scipionem, L. Calpurnium: *Saluſtius*, *Eutropius*, & *Oroſius*, P. Scipionem Naſicam, & L. Calpurnium Beſtiam. P. Naſicæ Scipionis, & L. Beſtiæ Conſulum, meminit etiam *Valerius* lib. I. cap. VI. *Cicero* autem P. Scipionem, P. Scipionis Serapionis filium, L. Beſtiæ collegam, in Conſulatu mortuum eſſe tradit in Bruto. Idem pro Plancio P. Naſicam, repulſam in ædilitate paſſum, Conſulem eſſe factum ſcribit. Beſtiæ etiam mentio eſt in *fragmento Capitolino*. P. Naſicæ Italia, L. Beſtiæ Numidia provinciæ obtigerunt. *Saluſtius* auctor.

De bello Jugurthino.

SAluſtius, ac ceteri, qui belli Jugurthini initia literis prodiderunt, his Conſulibus bellum contra Jugurtham ſuſceptum tradunt. Jugurtha avum Maſſaniſſam, patrem Micipſam Numidiæ Reges per adoptionem adeptus, agitatus Regni cupiditate, primum Hiempſalem fratrem per inſidias necarat; deinde in Adherbalem alterum ſe converterat. Cum Adherbal Romam de Jugurtha queſtum profugiſſet, Jugurtha eò miſſa ingenti pecunia, facile Senatum in ſuam ſententiam traxit. Miſſos deinde à Senatu Legatos, qui Regnum inter illum Adher-

(38) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 641.
Olymp. CLXVII. Anno I.
Ante Ær. Chr. 112.
M. LIVIUS DRUSUS.) Coſs.
L. CALPURNIUS PISO CÆSONINUS.)
Ita ex Caſſiodoro, Mariano Scoto, & faſt. Sicul. Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.

(39) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 642.
Olymp. CLXVII. Anno II.
Ante Ær. Chr. 111.
P. CORNELIUS SCIPIO NASICA in Magiſtratu mortuus.) Coſs.
L. CALPURNIUS PISO BESTIA.)
Ita ex Caſſiodoro, Jul. Obſequ. Eutropio, Oroſio, & faſtis Sicul. Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.

Adherbalemque divideret, ſimiliter aggreſſus, corrupit pecunia. Cum autem Adherbal, bello ab eo petitus, & in oppido Cirta obſeſſus, contra denuntiationem Senatus occiſus eſſet, Jugurthæ bellum indictum eſt. Primus in Numidiam cum exercitu miſſus eſt L. Calpurnius Beſtia; qui captus Regis pecuniam, pacem cum eo flagitioſam fecit: quæ à Senatu improbata eſt. Hæc *Saluſtius* latiſſime: *Florus*, *Oroſius*, *Eutropius*, alii, breviores.

De citeriore Hiſpania rebellante.

POſt aliquot tempora quam Hiſpania à Scipione pacata fuit, novæ ibi defectionum cauſſæ extiterunt, ad eoſque motus reprimendos miſſus eſt Calpurnius Piſo, atque in Piſonis locum Ser. Galba. Cimbris autem in Galliam irrumpentibus, ac ſervis Siciliam iterum bello vexantibus, legati Roma eò miſſi ſunt; qui honeſtioribus, quibus potuerunt, conditionibus, Hiſpanienſes tumultus compoſuerunt. Hæc *Appianus* in Hiſpanienſi ſcribit hiſtoria. Quæ hanc mihi videntur habere ſententiam, ut quoniam biennio poſt Cimbri redierunt, ac tertio poſt anno Ser. Galba Conſulatum inivit. Idem Galba anno antequam Cimbri recederent, Hiſpaniam Prætor obtinuerit; ante Galbam autem Calpurnius Piſo hoc anno: de quo Piſone neſcio an forte intelligat *Cicero* in Verrem, cum ſcribit: Sunt veſtrûm judices quam multi, qui L. Piſonem cognoverunt, hujus L. Piſonis, qui Prætor fuit, patrem: is cum eſſet in Hiſpania Prætor, qua in provincia occiſus eſt, neſcio quo pacto, dum armis exercetur, annulus aureus, quem habebat, fractus eſt & diminutus, &c. Eundem autem filium ſcribit fuiſſe L. Piſonis Frugi, qui Trib. pleb. primus de repetundis legem tulit.

DE COS. AN. DCXLIII. (40)

SP. Poſtumium, M. Minucium Coſs. *Caſſiodorus* ſuggerit: Albinum & Rufum *faſti Siculi*: Sp. Albinum, Q. Minucium Rufum *Saluſtius*. M. Minucii meminit etiam *Vellejus*, & *Epitoma* LXV. Alter autem eſt ex duobus fratribus, de quibus mentio fit in *tabula* quadam vetere de Genuenſium finibus, ita; Q. M. MINUCIEI Q. F. RUFEI, DE CONTROVERSIIS INTER GENUATEIS ET VEITURIOS IN RE PRÆSENTE COGNOVERUNT, L. CÆCILIO Q. F. Q. MUCIO Q. F. COS. In *fragmento Capitolino* eſt etiam mentio Albini. Minucio Macedonia, Poſtumio Numidia obtigit.

De re geſta cum Jugurtha, & triumpho M. Minucii pro Coſ. de Thracibus.

HOc anno Sp. Poſtumius Cos. cui Numidia obvenerat, poſt Beſtiam adverſus Jugurtham miſſus, pecunia (ut creditur) à Rege corruptus, bellum traxit, quoad Romam comitiorum cauſſa rediit. A. Poſtumius fra-

A ter ejus Legatus, quem pro Præt. caſtris Conſul præfecerat, prœlio adverſus Jugurtham inſeliciter geſto, pacem quoque turpem fecit; quam ſervandam non eſſe Senatus cenſuit: auctor *Saluſtius*, & alii. At vero M. Minucius, qui Macedoniam ſortitus erat, rem cum Thracibus non modo in Conſulatu, ſed etiam pro Conſule bene geſſit. Hoc annalium, qui exſtant, verba docent. *Frontinus* lib. II. Minucius Rufus Imp. cum à Scordiſcis Daciſque ptemeretur, quibus impar erat numero, præmiſit fratrem & paucos equites una cum æneatoribus; præcepitque, ut cum vidiſſet contractum prœlium, ſubitus ex diverſo ſe oſtenderet, juberetque æneatores concinere. Sonanti-
B bus montium jugis, ſpecies ingentis multitudinis offuſa eſt hoſtibus; qua perterriti, dedere terga. Et *Eutropius*; A. Minucio Rufo in Macedonia Scordiſci & Triballi victi. *Florus* autem poſt Druſi victoriam: Minucius Scordiſcos toto vaſtavit Hebro, multis quidem amiſſis, dum per perfidum glacie flumen equitatur. Et *Sextus*; Minucius Thracas in Hebri fluminis glacie vaſtavit. In *Epitoma* autem poſt Silani Cos. mentionem; M. Minucius pro Coſ. contra Thracas feliciter pugnavit. Porro autem triumphaſſe eum, his tradit verbis *Vellejus*: Per eadem tempora clarus ejus Minucii, qui porticus, quæ hodieque celebres ſunt, molitus eſt, ex Scordiſcis triumphus fuit. Quieviſſe
C autem Thracas his victoriis fractos, per multos poſt annos opinor.

DE COS. AN. DCXLIV. (41)

COnſules ſubſequutos tradit *Caſſiodorus* Q. Metellum, & M. Silanum: *faſti Siculi* Metellum & Silanum: Q. Cæcilium Metellum Numidicum, M. Junium Silanum, *Pædianus* & *Eutropius*. Eorum etiam meminit *Cicero* in Bruto. Q. Metellus Numidicus, inquit, & ejus collega M. Silanus, dicebant de Rep. quod eſſet illis viris & Conſulari dignitati ſati. Metellus à Numidia victa *Numidicus* dictus aucto-
D re *Vellejo*. Hunc Q. Metellum L. F. vocat *Cicero* in epiſtola ad Lentulum, in Sextiana, & Corneliana; fuit autem L. Metelli Calvi filius. In *fragmento Capitolino* eſt etiam SILANI mentio.

De Cenſoribus.

QUinquennale annorum intervallum poſtulabat, ut in annum priorem Cenſores conjicerentur; verum quia *fragmenta Conſulum Capitolinorum* nullos eo anno interponi Cenſores patiuntur, credendum eſt, eo anno Cenſores nullos in civitate fuiſſe, hoc autem anno quin fuerint, nemo dubitare poteſt, qui iiſdem *fragmentis* fidem habeat, neque enim
E litteræ illæ, IN MAG. M. E. ad quem, præterquam ad Cenſorem mortuum, referantur, invenio. Fuiſſe autem hos M. Æmilium Scaurum, & M. Livium Druſum opinor; primum, quod uterque Conſularis eſt; deinde, quod *Plu-*

(40) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 643.
Olymp. CLXVII. Anno III.
Ante Ær. Chr. 110.
SP. POSTUMIUS ALBINUS. } Coſs.
M. MINUCIUS RUFUS. }
Ita ex Caſſiodoro, Saluſtio (qui Minucio dat falsò prænomen Q.) & faſt. Sicul. Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii. Saluſtium decipi docet lapis à Sigonio productus.

(41) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 644.
Olymp. CLXVII. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 109.
Q. CÆCILIUS METELLUS, dictus poſtea NUMIDICUS. } Coſs.
M. JUNIUS SILANUS. }
Ita ex Caſſiodoro, Pædiano, Eutropio, & faſt. Sicul. Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.

A *Plutarchus* in Quæſtionibus ſcribit; hos in Cenſura collegas fuiſſe; cumque Druſus in magiſtratu mortuus eſſet, Scaurum abdicaturum non fuiſſe, niſi Tribunorum juſſu in carcerem ductus eſſet. M. certe Scaurum Cenſorem *Æmiliam viam* ſtraviſſe, *pontem Æmilium* feciſſe, ſcriptum invenio in libro de viris illuſtribus.

De re geſta cum Cimbris.

CONſulem nullum invenio poſt Cn. Carbonem ad hunc uſque annum Galliam provinciam ſortitum; nam Druſus & Rufus Macedoniam, Naſica Italiam, Beſtia atque Albinus Numidiam obtinuerunt, omnes autem annales B poſt Carbonem Conſulem Silanum cum Cimbris decertaſſe produnt. Si autem quærimus, quid Cimbri victo Carbone geſſerint, profecto eos arma adverſus Gallos, eos, qui imperio Populi Rom. ſubjecti non erant, atque inde adverſus Hiſpanos tranſtuliſſe reperiemus. De Gallis auctorem habemus *Cæſarem*; apud quem Critognatus Arvernus lib. VII. ita loquitur; Mei conſilii eſt facere, quod noſtri majores nequaquam pari bello Cimbrorum Teutonumque fecerunt; qui in oppida compulſi, ac ſimili inopia ſubacti, eorum corporibus, qui ætate inutiles ad bellum videbantur, vitam toleraverunt, neque ſe hoſtibus tradiderunt. Cujus rei exemplum ſi non haberemus, tamen libertatis C cauſſa inſtitui, & poſteris prodi, pulcherrimum judicarem, nam quid illi ſimile bello fuit, depopulata Gallia, magnaque illata calamitate, Cimbri aliquando finibus noſtris exceſſerunt, atque alias terras petierunt; jura, leges, agros, libertatem nobis reliquerunt. De Gallis & Hiſpanis, à quibus expulſi Cimbri, hoc anno in Italiam remigrarunt, teſtis eſt *Florus*, cum ait; Cimbri, excluſi ex Gallia & Hiſpania, cum in Italiam remigrarent, miſerunt legatos in caſtra Silani, inde ad Senatum, petentes ut Populus Rom. aliquid ſibi terræ daret quaſi ſtipendium; ceterum ut vellet, manibus atque armis ſuis uteretur, repulſi, quod precibus nequiverant, armis petere conſtituunt, ſed D primum impetum barbarorum Silanus ferre non potuit. *Ex Epitoma*: M. Junius Silanus Cos. adverſum Cimbros infeliciter pugnavit, legatis Cimbrorum, ſedem & agros in quibus conſiderent, poſtulantibus, Senatus negavit. De Silano item victo, ſic *Pædianus* in Cornelianam; Q. Cæcilius Metellus Numidicus, & M. Junius Silanus, Conſules fuerunt bello Cimbrico; quod diu prave ſimul & infeliciter geſtum eſt; atque ipſe quoque hic Junius male adverſus Cimbros rem geſſit; ac plures leges, quæ per eos annos, quibus hæc gerebantur, populo latæ erant, abrogavit. Item; M. Junius Silanus quinquennio ante Conſul fuit, quam E Domitius Tribunus pl. atque ipſe quoque adverſus Cimbros male rem geſſit, quam ob cauſſam Domitius eum apud populum accuſavit, criminatuſque eſt, bellum cum Cimbris injuſſu populi geſſiſſe; idque principium fuiſſe calamitatum, quas eo bello populus accepiſſet; ſed pleniſſime Silanus abſolutus eſt. Cum autem hæc ita ſe habeant, miror *Eutropium* ita ſcribere; A M. Junio Silano collega Q. Metelli Cimbri in Gallia victi.

De re geſta cum Jugurtha, & triumpho Q. Metelli Numidici pro Cos.

Q. Cæcilium Metellum Conſulem, cui provincia Numidia obvenerat, exercitu ad priſtinam diſciplinam redacto, duobus prœliis Jugurtham fudiſſe, Thalam oppidum diripuiſſe, univerſam Numidiam vaſtaſſe, ac Regem ipſum per Mauros ac Gætuliam fugientem inſequutum, prorogato in alterum annum imperio, tertio anno Romam in Conſulatu Marii rediiſſe, tradit latiſſime *Saluſtius*, & alii brevius. Triumphi ejus ſic meminit *Vellejus* libro II. Marius legatus Metelli, criminando Metelli lenitudinem, effecit, ut cum commeatu petito Romam veniſſet, Conſul crearetur; belli que pene patrati à Metello, qui bis Jugurtham acie fuderat, ſumma ſibi committeretur. Metelli tamen & triumphus fuit clariſſimus, & meritum virtuti cognomen *Numidicum* inditum. In lib. etiam de viris illuſtribus eſt, Q. Metellum de Rege Jugurtha triumphaſſe. *Eutropius* item duos triumphos de Jugurtha actos ſcribit; unum à Metello, alterum à Mario. *Gellius* denique orationis meminit Q. Metelli Numidici, quam habuit de triumpho ſuo, lib. XII. cap. IX.

DE COS. AN. DCXLV. (42)

SEr. Galbam, M. Scaurum prodit in hunc annum Conſules *Caſſiodorus* & *Obſequens*: Sulpicium & Scaurum *faſti Siculi*. Ser. Galbam Conſularem fuiſſe Mario VI. Conſule, ſcribit pro Rabirio *Cicero*, filium eſſe Ser. Galbæ arbitror, Conſulis an. DCIX. M. Scauri Conſulis meminit *Vellejus* & *Tacitus*. Hic eſt M. Aurelius Scaurus, qui poſt legatus à Cimbris eſt interfectus, ut eſt in *Epitoma* LXVII. *Cicero* in Bruto, poſtquam locutus eſt de Numidico & Silano collegis, M. Aurelius Scaurus, inquit, non ſæpe dicebat, ſed polite. Scaurum autem ſuffectum fuiſſe in locum alterius, qui antequam iniret, damnatus ſit, indicant, ſi recte ea interpretamur, *Capitolina fragmenta*. Eidem Gallia obtigit.

De Cenſoribus, & Luſtro LXIII.

EX *Capitolinis fragmentis* ſatis perſpicue intelligi poteſt, Luſtrum LXIII. factum eſſe his Conſulibus, à quibus autem Cenſoribus, parum compertum eſt; nos autem, quinam eſſe potuerint, conjecturam ſequuti, aperiamus. Hos ergo Q. Fabium Maximum Allobrogicum, C. Licinium Getam eſſe ducimus: Conſulares enim quærimus. Q. autem Fabius in cenſura Fabianum fornicem conſtruxiſſe à *Pædiano* traditur, his verbis: *Fornix Fabianus*, arcus eſt juxta Regiam in Sacra via à Fabio Cenſore conſtructus, qui à devictis Allobrogibus *Allobrox* cognominatus eſt, ibique ſtatua ejus propterea poſita eſt. De C. Geta ſic *Cicero* pro Cluent. Ponam illud unum, C. Getam, cum à L. Metello & Cn. Domitio Cenſoribus ex Senatu ejectus eſſet, Cenſorem ipſum poſtea eſſe factum. Idem ſcribit *Valerius*: neque vero, niſi hoc Luſtro Cenſor eſſe

(42) *Hoc eſt*; Anno ab U. C. 645.
Olymp. CLXVIII. Anno I.
Ante Ær. Chr. 108.
SER. SULPICIUS GALBA. }
Q. HORTENSIUS, cui *Magiſtratum* }
non ingreſſo ſuffectus eſt } Coſs.
M. AURELIUS SCAURUS. }
Ita ex Caſſiodoro, Jul. Obſequ. Livii Epit. Cicerone, & faſt. Sicul. Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.

eſſe potuit; quod aliorum Luſtrorum certa Cenſorum nomina habeamus. Utriuſque meminit *Frontinus* de aquæ ductibus: quamquam non ſine labe vulgatorum librorum, in quibus eſt: C. Licinius Cæſula, & M. Fabius. Vide etiam ne hoc Luſtro M. Scaurus iterum princeps Senatus lectus ſit; nam in ſeditione Norbani anno DCLVIII. M. Æmilium Scaurum, principem Senatus & Civitatis, lapide percuſſum tradit *Cicero* II. libro de oratore.

De re geſta cum Cimbris.

M. Scaurus Cos. in locum Silani miſſus in Galliam videtur, atque tertiam cladem à Cimbris accepiſſe, ex eo quod ſcribit *Tacitus* in lib. de morib. German. Cimbri Carbone, & Caſſio, & Scauro Aurelio, & Servilio Cæpione, M. quoque Manilio fuſis, quinque ſimul Conſulares exercitus populo Ro. abſtulerunt. Et *Vellejus*: Cimbri Cæpionem Maniliumque Conſules, & ante Carbonem Silanumque fuderunt fugaruntque in Galliis, & exuerunt exercitu; Scaurumque Aurelium Conſulem, & alios celeberrimi nominis viros trucidarunt. *Quinctilianus* item declamatione tertia Scaurum exercitum amiſiſſe ſcribit.

De triumpho Q. Cæpionis pro Pr. & bello Luſitanico.

Bellum hoc tempore in ulteriore Hiſpania redintegratum eſt, quæ D. Bruti imperio pacata fuerat. Excitatum autem à latronibus puto; qui eam paſſim diripientes vexabant. Hoc indicat *Plutarchus*, qui ſcribit C. Marium ex prætura ulteriorem Hiſpaniam ſortitum, eam latrociniis, quibus infeſta erat, liberaſſe; fuit autem Marius prætor ſeptem annis, ante quam Conſul, quem eundem cum Luſitanis pugnaſſe ſcribit *Appianus*. Inter ceteros Prætores, qui hoc tempore eò miſſi ſunt, Q. Cæpionis fama excellit. Is priore anno in Prætura Luſitanos ſortitus, hoc anno (ut puto) de Luſitanis triumphavit; ac triennio poſt pro Conſule cum Cimbris male rem geſſit. Hoc docet *Eutropius*, qui poſt Minucianam de Scordiſcis victoriam, Luſitanos à Servilio Cæpione devictos tradit, quod ab eo in Prætura factum, elici ex *Valerio* poteſt, qui lib. VI. ſcribit: Q. Cæpio, Præturæ ſplendore, triumphi claritate, Conſulatus, decore, Max. Pontificis ſacerdotio, ut Senatus patronus diceretur, aſſecutus, in publicis vinculis ſpiritum depoſuit.

DE COS. AN. DCXLVI. (43)

L. Caſſium C. Marium, Conſules in hunc annum comparat *Caſſiodorus*: Longinum & Marium *faſti Siculi*. Eorum meminit etiam *Plinius* lib. X. L. Caſſio, C. Mario Coſs. inquit bubone viſo, urbs luſtrata eſt. C. Marium duabus repulſis ædilitatis acceptis Conſulem factum, ſcribit *Cicero* pro Plancio, & *Plutarchus* in Mario. De eodem etiam idem ſic libro III. de officiis; C. Marius, cum à ſpe Conſulatus longe abeſſet, & ſeptimum annum poſt Præturam jaceret, neque petiturus unquam Conſulatum videretur, Q. Metellum, cujus legatus erat, cum ab eo Imperatore ſuo Romam miſſus eſſet, criminatus eſt; bellum illum producere: ſe ſi Conſulem feciſſent, brevi tempore aut vivum aut mortuum Jugurtham in poteſtatem populi Ro. redacturum, itaque factus eſt Conſul. Idem tradit *Saluſtius*, *Valerius*, *Plutarchus*, *Vellejus*. L. Caſſius Prætor fuit anno DCXLII., ut eſt apud *Saluſtium*; filius (ut arbitror) L. Caſſii Conſulis anno DCXXVI: idem ille qui quærere ſolebat, *Cui bono*: & cujus Tribunal, propter nimiam ſeveritatem, *ſcopulus reorum* diceba-tur, auctor *Cicero*, & *Valerius*. Eidem Gallia, Mario Numidia provincia decreta eſt.

De re geſta in Gallia, & L. Caſſio Longino Cos. occiſo.

Scauro in Galliam ſucceſſit L. Caſſius Conſul: qui quidem non ſolum male pugnavit, ſed etiam in prœlio cecidit. Hoc docet *Epitoma* LXV. in qua ita eſt: L. Caſſius Cos. à Tigurinis Gallis, pago Helvetiorum, qui à civitate ſeceſſerant, in finibus Allobrogum cum exercitu cæſus eſt, milites, qui ex ea clade ſuperaverant, obſidibus datis, & dimidia rerum omnium parte, ut incolumes dimitterentur, cum hoſtibus pacti ſunt. Et *Oroſius*: L. Caſſius Conſul in Gallia Tigurinos uſque ad Oceanum perſecutus, rurſumque ab eiſdem inſidiis circumventus, occiſus eſt. L. quoque Piſo, vir conſularis legatus Caſſii Conſulis, interfectus eſt. Q. Publilius, alter legatus, ne reſidua exercitus portio deleretur, obſides, & dimidiam partem rerum omnium, Tigurinis turpiſſimo fœdere dedit. Et *Cæſar* lib. I. Cæſar, quod memoria tenebat L. Caſſium Conſulem occiſum, exercitumque ejus ab Helvetiis pulſum, & ſub jugum miſſum, concedendum non putabat. Et paulo infra: Hic pagus unus, cum domo exiſſet, patrum noſtrorum memoria, L. Caſſium Conſulem interfecerat, & ejus exercitum ſub jugum miſerat. Item: Qua in re Cæſar non ſolum publicas, ſed etiam privatas injurias ultus eſt; quod ejus ſoceri L. Piſonis avum, L. Piſonem legatum, Tigurini eodem prœlio quo Caſſium, interfecerant. Ex his locis apparet, Cimbros hoc anno ex Gallia receſſiſſe, atque cum Gallis tantum Tigurinis à Romanis pugnatum eſſe, neque enim *Tacito* aſſentior, qui Caſſium à Cimbris profligatum ſcribit poſt Carbonem ante Scaurum, malim enim ibi Silanum intelligi, quam Caſſium.

De re geſta à C. Mario Cos. cum Jugurtha.

At vero C. Marius Conſul, tranſportatis in Africam copiis, primum oppida quædam aggreſſus, levia aliquot prœlia fecit: poſt Gætulos & Jugurtham, ex ſociis Rom. prædas agentes, ſæpe adortus in itinere fudit; ipſumque Regem haud procul oppido Cirta armis exuit, cumque idem, ut Jugurtham ad prœlium traheret, bello ad ſingula ejus oppida transferendo, & alia multa, & maxime Capſam ac Mulucham cepiſſet, Jugurtha Bocchum

(43) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 646.
Olymp. CLXVIII. Anno II.
Ante Aer. Chr. 107.
L. CASSIUS LONGINUS, cui in Magiſtratu mortuo ſuffectus eſt } *M. ÆMILIUS SCAURUS II.* } Coſſ.
C. MARIUS. }
Ita ex Caſſiodoro, Plinio, & faſt. Sicul. Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.

chum Mauritaniæ Regem cum exercitu advocavit: cumque Reges ambo conjunctis copiis Marium in hiberna proficiſcentem invaſiſſent, utrimque acriter pugnatum eſt, cum autem Marius ſuos in collem opportunum ſubduxiſſet, Reges vero prœlio deterriti, læti pro victoribus agerent; Marius feſſos eos, ac ſomno captos, ac nihil tale ſuſpicantes adortus, plures eo prœlio, quam omnibus ſuperioribus interemit, atque inde cum in hiberna contenderet, hoſtibus, à quibus laceſſebatur, late fuſis fugatiſque Cirtam oppidum, quò iter intenderat, occupavit. Eò legati à Boccho venerunt, qui Regis verbis à Mario petivere, duos quam fidiſſimos ad ſe mitteret; velle de ſuo & populi Rom. commodo cum his diſſerere. Ille L. Sullam & A. Manlium miſit, neque tamen cum Boccho tum quidquam perfectum eſt, Boccho ipſo de ſententia ab amicis ſuis, quos Jugurtha pecunia corruperat, deturbato. Atque hæc quidem hoc anno à Mario, dum in hiberna profectus eſt, geſta exiſtimo. *Saluſtius*.

DE COS. AN. DCXLVII. (44)

DEinceps Conſules profitetur *Caſſiodorus* & *Obſequens* Q. Servilium Cæpionem, & C. Attilium Serranum: Cæpionem & Serranum *faſti Siculi*. Q. Cæpione & C. Serrano Coſs. natum eſſe M. Ciceronem oratorem, *Gellius* lib. XV. ſcriptum reliquit. C. Serrani Conſularis meminit Mario VI. Conſule ipſe *Cicero* pro Rabirio. Idem Q. Catulo antelatum eſſe C. Serranum in Conſulatu, ſcribit pro Plancio. Q. Cæpionem Q. Cæpionis filium eſſe arbitror, Conſuli anno DCXIII., cujus meminerunt omnes, qui de bello Cimbrico ſcripſerunt. *Caſſiodorus* præterea & *Obſequens*, judicia his Conſulibus per Servilium Cæpionem Conſulem Equitibus & Senatoribus communicata notant. Unde *Cicero* dixit in Bruto; L. Craſſus Serviliam legem ſuaſit iis Conſulibus, quibus nati ſumus. Et paulo infra: Mihi quidem à pueritia quaſi magiſtra fuit illa Craſſi in legem Cæpionis oratio, in qua auctoritas ornatur Senatus, quo pro ordine illa dicuntur; & invidia concitatur in judicum & accuſatorum factionem, contra quorum potentiam populariter fuit dicendum. Et lib. primo de oratore; Et animos equitum Romanorum, apud quos tum judices cauſſa agebatur, ad Q. Cæpionis odium, à quo erant ipſi propter judicia abalienati, revocabam. Quibus ex locis intelligi poteſt, C. Gracchum judicia ante à Senatoribus removiſſe, atque ad ſolos equites tranſtuliſſe; cum Q. Cæpio Coſ. inter utrumque ordinem ea communicaverit. Hæc tamen lex aut ſublata, aut certe non obſervata eſt.

De re geſta in Gallia, & in Numidia.

QUautem Cæpio Conſul Galliam provinciam ſortitus, bellum cum Gallis Tectoſagis, ut L. Caſſius ante cum Tigurinis fecit, neque enim Cimbri adhuc reverterant. Hac de re ſic ſcriptum eſt apud *Juſtinum*; Cæpio Conſul, auri pondo CX. millia, argenti pondo quinquies decies centum millia Tectoſagis abſtulit, quod ſacrilegium, cauſſa excidii Cæpioni, & exercitui ejus poſtea fuit. Romanos quoque Cimbrici belli tumultus, velut ultor ſacræ pecuniæ, inſecutus eſt. Et *Gellius* lib. III. Cum oppidum Toloſanum in Gallia Q. Cæpio Coſ. diripuiſſet, multumque auri in ejus oppidi templis fuiſſet, quiſquis ex ea direptione aurum attigit, miſero cruciabilique exitu periit. Et *Strabo* lib. IV. Tectoſagas in belli ſocietatem contra Delphos veniſſe memorant; theſaurus etiam penes illos ab Imperatore Rom. Cæpione repertos in urbe Toloſa, deprehenſamque ex eis eſſe pecuniis partem, memoriæ proditum, eas autem quia Cæpio attigiſſe auſus fuerat, miſere ejectum è patria fuiſſe, & turpem mortem oppetiiſſe, perinde ac fœdo ſacrilegio contaminatum, creditum eſt; & in bonorum poſſeſſionem relictos filios inter ſcorta eas obliguriſſe, ac fœde mortuos eſſe; ut ſcribit *Timagenes*. Item *Oroſius*; Cæpio pro Coſ. capta Toloſa, centum millia pondo auri, & argenti CX. millia, è templo Apollinis ſuſtulit. Marius autem interea prorogato (ut par eſt) imperio, exercitu in hibernaculis compoſito, cum expeditis cohortibus, & parte equitatus, proficiſcitur in loca ſola, obſeſſam turrim regiam, quo Jugurtha omnes perfugas præſidium impoſuerat, tum rurſus Bocchus legatos ad Marium mittit; ac quocumque modo belli componendi licentiam illis permiſit. Ii à Gætulis latronibus in itinere circumventi & ſpoliati, ad Sullam perfugiunt, quem Marius in caſtris pro Prætore reliquerat: eique conſilia Bocchi patefaciunt, eos Marius Cirtam cum ad ſe venire juſſiſſet, Romam ad Senatum ire permiſit, Senatus Boccho gratiam delicti fecit; amicitiam, ubi eam promeruiſſet, pollicitus eſt. Quibus rebus cognitis, Bocchus à Mario, ut ad ſe Sullam mitteret, petivit. Sulla profectus, Boccho, ut ſibi Jugurtham vivum traderet, pace & amicitia Romanorum promiſſa, perſuaſit, quod cum ille feciſſet, (nam Jugurtha amice ſe à Boccho acceſſitum putabat) eum vinctum Sulla ad Marium deduxit. Ex his verbis *Saluſtii*, Jugurtham hoc anno captum opinor. Ceterum, cum Marius non niſi biennio poſt K. Jan. triumpharit ſequentem annum ab eo in ordinanda provincia Numidia puto eſſe conſumptum, neque enim quidquam ea de re ſcribit *Saluſtius*. Rufus, Jugurtha per Metellum attrito, per Marium capto, Numidiam in poteſtatem, populi Rom. perveniſſe ſcribit.

DE COS. AN. DCXLVIII. (45)

COnſules prodit in hunc annum *Caſſiodorus* & *Obſequens* P. Rutilium Rufum, & C. Manilium. P. Rutilii Conſularis meminit Mario VI. Coſ. *Cicero* pro Rabirio perduell. Pro Plan-

(44) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 647.
Olymp. CLXVIII. Anno III.
Ante Aer. Chr. 106.
C. ATILIUS SERRANUS. } Coſs.
Q. SERVILIUS CAEPIO. }
Ita ex Caſſiodoro, Jul. Obſequ. faſt. Sicul. & Cuſpiniani Sigonius, Pighius, Almelov. & alii.

(45) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 648.
Olymp. CLXVIII. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 105.
P. RUTILIUS RUFUS. } Coſs.
CN. MALLIUS MAXIMUS. }
Ita ex Caſſiodoro, Jul. Obſequ. faſt. Siculis, lapide Puteolano, & Num. argenteo Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.
Caſſiodoro, & Jul. Obſequ. pro C. *Mallio* ſcribunt mendoſe *C. Manlius*.

A Plancio autem, eundem repulſa in Tribunatu accepta, Conſulatum ait eſſe adeptum. Et in Bruto, M. Scaurus, ioquit, & P. Rutilins, cum una Conſulatum petiſſent, non ille ſolum qui repulſam tulerat, accuſavit ambitus deſignatum competitorem; ſed Scaurus etiam abſolutus, Rutilium in judicium vocavit; multaque opera, multaque induſtria Rutilius fuit. Eundem M. F. eodem in libro vocat: In altero Conſule variant annales, alii enim Cajum, alii Cnæum, alii Marcum, alii Manlium, alii Manilium habent. Facile autem explicatur hæc quæſtio veteris Puteolani lapidis teſtimonio, in quo eſt; P. RUTILIO, CN. MALLIO COS. & *faſtorum Siculorum*, in quibus eſt Rufus & Mallius, B ex quibus apparet MALLIOS gentem eſſe à Manliis diverſam, non enim de Cn. Manlio patricio, eoque oobiliſſimo, ita loqueretur *Cicero* pro Plancio: Populus Romanus Q. Catulo, in ſumma familia nato, ſapientiſſimo & ſanctiſſimo viro, præpoſuit Cn. Manlium non ſolum ignobilem, verum ſine virtute, ſine ingenio, vita etiam contempta, qui locus in manuſcripto libro *Manilium* habet, non *Manlium*, nec pro Muræna ita; Quis Q. Catulum humanitate, ſapientia, integritate antecelleotem, ſuperari poſſe à Cn. Manlio arbitratus eſt; ubi legendum videtur Mallio, atque ita loci alii annalium corrigendi; nam in vetere etiam nummo argenteo iavenitur C. MALLI. L. METELL. C

De re geſta cum Cimbris.

CN. Mallio Conſuli Gallia provincia evenit, prorogatum item Q. Cæpioni in ea imperium credo ob Cimbrorum motum, quorum adventus vehementius in dies celebrabatur, ſiquidem ſcribit *Juſtinus*, Romanos belli Cimbrici tumultum, quaſi ſacræ pecuniæ à Cæpione Conſule direptæ ultorem, inſecutum eſſe. Hoc certe anno ab ambobus his Imperatoribus cum Cimbris in Gallia dimicatum, atque clades Allienſi fere par accepta eſt. Quod ipſum auctorum prolatis verbis, ut ceciderit, exponam. *Oroſius* latiſſime omnium ita; Cn. D Mallius, & Q. Cæpio pro Cos. adverſus Cimbros, Teutones, Tigurinos, & Ambrones, Gallorum gentes, quæ ad Romanum imperium exſtinguendum conſpiraverant, miſſi, provincias ſibi Rhodano flumine medio diviſerunt, ibi dum inter ſe graviſſima invidia & contentione diſceptant, cum magna ignominia, & periculo Romani nominis, victi ſunt, ſiquidem in ea pugna M. Aurelius Conſularis captus atque interfectus eſt: duo filii Conſulis cæſi: LXXX. millia Romanorum ſociorumque trucidata; LX. millia calonum atque lixarum interfecta Antias ſcribit: decem ex omni penitus exercitu homines ſuperfuerunt, E hoſtes binis caſtris atque ingenti præda potiti, omnia peſſumdederunt, maximus Romæ non ſolum luctus, ſed metus etiam fuit, ne confeſtim Cimbri Alpes tranſgrederentur, Italiamque delerent. Et in *Epitoma* LXVII. hoc modo; M. Aurelius Scaurus legatus Conſulis, à Cimbris fuſo exercitu captus eſt: & cum in conſilium ab iis evocatus, deterreret eus ne Alpes tranſirent Italiam petituri, quod diceret Romanos vinci non poſſe; à Bolo Rege feroci juvene occiſus eſt. Ab iiſdem hoſtibus C. Mallius Cos. & Q. Servilius Cæpio pro Cos. victi prœlio, caſtriſque binis exuti ſunt. LXXX. millia militum occiſa; calonum ac lixarum XL. millia. *Plutarchus* in Lucullo ſcribit prid. Non. Octobr. Cæpionem infeliciter cum Cimbris pugnaſſe. Idem eſt in Camillo, & in Apophtegmatis. De Cæpione & Mallio victis idem *Eutropius*, *Saluſtius* in Jugurtino, *Tacitus*, alii.

De Q. Cæpione pro Cos. damnato.

VIſum eſt etiam, quemadmodum Q. Cæpio, cujus temeritate clades accepta eſt, novo exemplo pœnas populi R. judicio dederit, demonſtrare. In *Epitoma* LXVII. hac de re ita ſcriptum eſt; Secundum populi R. juſſionem, Cæpionis, cujns temeritate clades accepta erat, damnati bona publicata ſunt, primi poſt Regem Tarquinium; imperiumque ei abrogatum. Et *Pædianus* in Cornelianam; L. Caſſius L. F. Longinus Trib. pl. C. Mario, C. Flavio Coſs. legem tulit, ut quem populus damnaſſet, cuive imperium abrogaſſet, in Senatu oe eſſet. Tulerat autem eam maxime propter ſimultates cum Q. Servilio, qui ante biennium Cos. fuerat, & cui populus, quia male adverſus Cimbros rem geſſerat, imperium abrogavit. *Cicero* etiam lib. II. de Oratore, ſeditionem excitatam hoc anoo ob rogationem C. Norbani Tribuni pl. ſignificat, qua imperium Cæpioni abrogabat; in eaque ſeditione vim, fugam, lapidationem, crudelitatem Tribuniciam in Cæpionis gravi miſerabilique caſu fuiſſe; in qua Principem & Senatns & Civitatis M. Æmilium lapide percuſſum eſſe; vi pulſum ex templo L. Cottam & T. Diddium, cum intercedere vellent rogationi. Itaque idem Bruto ait; Q. Cæpio, vir acer & fortis, cui fortuna belli, crimini; invidia populi, calamitati fuit. *Pædianus* oſtendit, ut dixi, Cæpionem etiam poſt damnationem io Senatum veniſſe. Caſſia autem lege prohibitum fuiſſe ne iret. At *Valerius* lib. IV. illum è carcere aufugiſſe, cum ait; L. Rheginus Trib. pl. Cæpionem in carcerem conjectum, quod ah illius culpa exercitus noſter à Cimbris & Teutonibus videbatur deletus, veteris amicitiæ memor, publica cuſtodia liberavit, & fugæ ejus comes acceſſit. At vero lib. VI. oſtendit, eum miſere necatum fuiſſe, ſic enim ſcribit; Q. Cæpio, præturæ ſplendore, triumphi claritate, Conſulatus decore, Max. Pont. ſacerdotio, ut Senatus patronus diceretur, aſſecutus; in publicis vinculis ſpiritum depoſuit; corpuſque ejus, funeſti carnificis manibus laceratum, in ſcalis Gemoniis jacens, magno cum horrore totius fori Rom. conſpectum eſt. Idem autem ſentire videtur *Strabo* loco ante prolato.

De re geſta cum Luſitanis.

HIs Conſulibus exercitum Romanum à Luſitanis cæſum ootat *Obſequens*: quò autem duce, mihi compertum non eſt. P. quidem Rutilius Cos. provinciam cum exercitu obtinuit; at quam provinciam, ne adhuc quidem reperire potui. De eo certe ſic ſcribit *Valerius* lib. II. Armorum judicandorum meditatio, à P. Rutilio Cos. collega C. Mallii, militibus eſt tradita, nullius enim ante ſe imperatoris exemplum ſecutus, ex ludo C. Aurelii Scauri doctoribus gladiatorum accerſitis, vitandi atque inferendi ictus ſubtiliorem rationem legionibus ingeneravit, & *Frontinus* libro IV. C. Marius, cum facultatem eligendi exercitus

A citus haberet, ex duobus, qui ſub Rutilio, & qui ſub Metello, ac poſtea ſub ſeipſo meruerant, Rutilianum minorem, qui certioris diſciplinæ arbitrabatur, præoptavit. Et lib. II. P. Rutilius, cum ſecundum leges in contubernio ſuo filium poſſet habere, in legione militem fecit.

DE COS. AN. DCXLIX. (46)

DEinceps C. Marium II. C. Flavium Fimbriam Conſules ſuggerit *Caſſiodorus*: C. Marium, C. Flavium *Obſequens*: Marium & Fimbriam *faſti Siculi*; C. Marium II. C. Fimbriam; item, C. Marium, C. Flavium, *Pædia-*
B *nus* in Cornel. C. Fimbriæ Conſularis Mario VI. Conſule meminit *Cicero* pro Rabirio, eundemque ſcribit pro Plancio, cum Tribunus pl eſſe non potuiſſet, Conſulem factum. C. Marium duabus legibus ſolutum; una, quod abſens erat; altera, quod ante tempus quo ei per legem iterum capere Conſulatum licebat, metu Cimbrorum, Conſulem II. Populus Romanus fecit. *Plutarchus*, *Saluſtius*, *Eutropius*, alii.

De triumpho C. Marii Cos. II. de Jugurtha.

C. Marius Jugurtha capto, tota Numidia in ditionem Populi Rom. redacta, non
C ante Romam revertit quam hoc anno; quo ipſe K Jan. Conſul iterum, triumphans urbem iniit, ac Regem & filios ejus duos in triumpho duxit, auctor *Saluſtius*, *Plutarchus*, *Florus*, alii. Hinc etiam in libro Epigrammatum antiquæ urbis legitur epigramma tale:

C. MARIVS PR. TR. PL. Q. AVGVR. TR. MIL. EX. SORTEM BELLVM CVM IVGVRTHA REGE NVMID. VEL PROCOS. GESSIT: EVM CEPIT, ET TRIVMPHANS IN IOVIS ÆDEM SECVNDO CONSVLATV ANTE CVRRVM SVVM DVCI IVSSIT. III. CONSVL, ABSENS CREATVS EST. IIII. TEVTONORVM EXERCITVM DELEVIT. V. CONSVL, CIMBROS FVGA-
D VIT: EX IIS ET TEVTONIS ITERVM TRIVMPHAVIT. REMP. TVRBATAM SEDITIONIBVS ET TR. PL. ET PRÆTOR. QVI ARMATI CAPITOLIVM OCCVPAVERANT, VI. COS. VINDICAVIT. POST LXX. ANNVM PATRIA PER ARMA CIVILIA PVLSVS, ARMIS RESTITVTVS, VII. COS. FACTVS EST. DE MANVBIIS CIMBRICIS ET TEVTONICIS ÆDEM HONORI ET VIRTVTI VICTOR VESTE TRIVMPHALI CALCEIS PVNICEIS.

De re geſta in Gallia, & in Macedonia.

E CImbri priore anno fuſis victiſque ſummo prœlio Imperatoribus Romanis, quieverunt, neque tum de tranſitu in Italiam cogitarunt, hoc autem anno in Hiſpaniam etiam

A receſſerunt. Hoc ex *Epitoma* LXVII. elicitur; in qua hæc poſt Marii triumphum verba ſunt; Cimbri, vaſtatis omnibus quæ * inter Rhodanum & Pyrenæum ſunt, per ſaltum in Hiſpaniam tranſgreſſi, ibique multa loca populati, à Celtiberis fugati ſunt; reverſique in Galliam, bellicoſis ſe Teutonis conjunxerunt. Et ex *Obſequente*; qui ſcriptum reliquit, Cimbros his Conſulibus Alpes tranſgreſſos per Hiſpaniam vaſtatam, junxiſſe ſe Teutonis. Eſt autem intelligendum, his quidem Coſs. in Hiſpaniam Cimbros ſe recepiſſe; verum non niſi poſt annum in Galliam rediiſſe: quo tempore ſe iterum Teutonibus conjunxerunt. Mario autem Conſuli decreta provincia Gallia eſt; ac bel-
B lum cum Cimbris, quorum ex Hiſpania in Galliam hoc anno reditus timebatur, mandatum, auctor *Plutarchus*. Eodem anno Marium cum Tectoſagibus rem geſſiſſe ſuſpicor; quod Sylla legatus Marii II. Conſulis, Copilum Regem Tectoſagum cepiſſe tradatur à *Plutarcho*. Quod autem ad res Macedonicas attinet, intelligendum eſt, poſt M. Minucii Cos. in Macedoniam imperium, nullius mentionem fieri qui Conſul in Macedoniam ad comprimendas Thracum impreſſiones venerit. Neque vero fere mitti Conſules eo potuerunt, nam Silanus, Scaurus, Caſſius, Cœpio, Manilius, Marius, ſex Conſules deinceps Galliam ſortiti ſunt: Metellus autem, & Marius, Numidiam, relin-
C quuntur aliquot Conſules, quorum obſcura provincia eſt. Ergo Prætores in Macedoniam profecti ſunt neceſſe eſt, in qua bellum hoc anno fuiſſe indicat *Obſequens*; qui Mario & Flavio Coſs. Thraces in Macedonia ſubactos notat. A quo autem ſubacti ſint, pro certo affirmare non poſſum. *Florus* quidem poſt Minucianam victoriam, Piſonis cujuſdam meminit his verbis: Piſo Rhodopen Caucaſumque penetravit. Verum qui Piſo fuerit, aut quo in Magiſtratu hoc fecerit, non tradit. L. certe Piſo, qui Conſul cum Druſo fuit, Macedoniam ſortitus non eſt: quippe cum Druſus, collega ejus in Conſulatu, eam obtinuerit; poſt quinquennium autem L. Caſſio Cos. à Ti-
D gurinis ipſe Piſo interfectus ſit, neque vero, ſi ille rem bene in Macedonia geſſiſſet prætermiſſurum eum fuiſſe *Ciceronem* puto, cum contra L. Piſonem nepotem hujus diceret, atque Macedonicum ejus imperium exagitaret; cum omnium fere qui in Macedonia rem bene geſſerint, meminerit. Ergo hæc victoria in dubio relinquatur.

DE COS. AN. DCL. (47)

C. Marium III., L. Aurelium Oreſtem tradit in hunc annum Conſules *Caſſiodorus*: Marium & Oreſtem *faſti Siculi*. Marius, abſens etiam, III. Conſul factus eſt, metu Cimbrici
E belli, quod differebatur: auctor *Vellejus*, *Eutropius*, *Epitomæ*. Hinc *Cicero* de provinciis; Inimici Marii non modo illum inimicum ex Gallia ſententiis ſuis non detrahebant; ſed & pro-

(46) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 649.
Olymp. CLXIX. Anno I.
Ante Ær. Chr. 104.
C. MARIUS II.
C. FLAVIUS FIMBRIA. } Coſs.
Ita ex Caſſiodoro, Jul. Obſequ. Pædiano, & faſtis Siculis Sigonius, Pighius, Almelov. & alii.
Male Almeloveniuſ addit cognomen *Nepotis* C. Mario.
C. Marius Jugurtha victo & capto anno anteced. hoc anno Calendis Januariis triumphavit.

(47) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 650.
Olymp. CLXIX. Anno II.
Ante Ær. Chr. 103.
C. MARIUS III.
L. AURELIUS ORESTES mortuus in Magiſtratu. } Coſſ.
Ita ex Caſſiodoro, faſt. Siculis & Cuſpin. Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.

propter rationem Gallici belli, provinciam extra ordinem decernebant. L. Aurelium Oreſtem, L. Oreſtis filium eſſe arbitror, Conſulis an. DCXXVII. Ceterum Mario III. Conſuli, bellum imminens Cimbrorum iterum decretum. Metus enim erat ne ineunte vere irrumperent: verum ne hoc quidem anno moverunt. Collega autem Marii mortuo, ille Romam è Gallia præfecto caſtris M'. Aquillio reverſus, comitiis iis, quæ ipſe habuit, Conſul IIII. creatus eſt, L. Saturnino Tribuno pl. maxime ad id populum incitante: auctor *Plutarchus*, & *Epitoma* LXVII.

DE COS. AN. DCLI. (48)

INde C. Marium IIII., Q. Lutatium Coſs. *Caſſiodorus* & *Obſequens* ſuggerit: Marium & Catulum *faſti Siculi*: C. Marium IIII., & Q. Lutatium Catulum *Plutarchus* & *Eutropius*. Q. Catulus ſuperatus eſt ante in petitione Conſulatus à C. Atilio Serrano, & C. Manilio: auctor *Cicero* pro Muræna, & pro Plancio. Idem Q. F. ſcribitur in monumentis antiquis, ut in filio ejus oſtendam. Ambobus Conſulibus Gallia cum imminenti Cimbrorum Teutonum bello mandata. *Cicero* Q. Catulum patrem provinciam habuiſſe, & frumentum cellæ nomine imperaſſe tradit in V. Verrina.

De Cenſoribus, & Luſtro LXIIII.

CEnſores in hunc annum conjecimus, propter quinquennale ſpatium, quod eſt ab his ad proximos ſequentes Flaccum & Antonium: quorum certum nobis annum *Capitolini auctores* tradiderunt. Horum autem Cenſorum alterum certum habemus, Q. Metellum Numidicum, de quo ſic *Cicero* pro Sextio; Q. Metellus Cenſor florentem hominem in populari ratione L. Saturninum Cenſor notavit, & inſititium Gracchum contra vim multitudinis incitatæ cenſu prohibuit. Et *Valerius* lib. IX. Populus Romanus Q. Metellum Cenſorem, quod à L. Quinctio tamquam Gracchi filio, cenſum recipere nolebat, lapidibus proſternere conatus eſt. Et in lib. de Vir. Illuſtr. Metellus Numidicus Quinctium, qui ſe Ti. Gracchi filium mentiebatur, in cenſu non recepit. *Gellius* item libr. I. Numidicum Cenſorem ſcribit ad populum orationem de ducendis uxoribus habuiſſe. Idem in Græca *Appiani* hiſtoria de Saturnino ſcriptum eſt; quem à Metello Cenſore notatum fuiſſe ait jam Tribunicium: fuit autem Tribunus Mario III. Conſule. Adjicit *Valerius* Metellum Mario V. Conſule Quinctium in cenſu recipere noluiſſe. Ex quo intelligi poteſt, Metellum hoc anno Cenſorem creatum; ſequenti anno cenſum egiſſe, ac Luſtrum condidiſſe. Collegam porro Numidico adjecimus C. Metellum Caprarium, fratrem ejus patruelem: ſcribit enim *Vellejus*, ſingulari exemplo fratres duos Metellos uno die triumphaſſe, Fulvios duos germanos collegas in Conſulatu, duos Metellos patrueles in cenſura fuiſſe. Hos igitur ego opinor fuiſſe: nam de C. Metello cenſorio ſcribit *Cicero* in oratione poſt reditum ad Quirites, cum ait; pro reditu Q. Metelli Numidici triennio poſt ſupplicaſſe L. Metellum Dalmaticum Conſularem, & C. Metellum cenſorium; & in Senatu, L. & C. Metellum Conſulares, quamquam in priore oratione legitur vulgo Q. Metellus cenſorius (ut puto) mendoſe: quod ex ſequenti cognoſcitur. Nam ſi Q. Metellum legamus, Balearicum; & ipſum cenſorium intelligemus, quem tamen eo tempore mortuum puto, neque enim eum maximum natu *Cicero* bis poſtpoſuiſſet L. Dalmatico fratri natu minori.

De M. Antonio Præt. ovante de piratis.

PIratas hoc tempore maria latrociniis vexaſſe, indicat egregia M. Antonii Præt. victoria ex prædonibus relata: de qua quid à veteribus acceperimus, exponendum eſt. *Obſequens* his Coſs. piratas in Cilicia à Romanis deletos tradit. In *Epitoma* LXVIII. ſcriptum eſt, M. Antonium Prætorem in Cilicia maritimos prædones perſecutum. Eundem bello piratico à Byzantiis adjutum tradit *Tacitus* libro XII. Quin ipſe etiam Antonius lib. de Oratore primo apud *Ciceronem*, ſe pro Cos. in Ciliciam profectum ait. Triumphaſſe autem eum ſignificat *Plutarchus* in Pompejo, cum, inquit, filiam Antonii viri triumphalis à prædonibus captam, quam rem innuens *Cicero* pro lege Manilia dixit; Miſeno ipſius liberi, qui cum prædonibus antea ibi bellum geſſerat, à prædonibus ſunt ſublati. Ovantem autem, non triumphantem urbem ingreſſum eſſe, genus ipſum belli humile probat. Idem Antonius hoc anno Prætor, triennio poſt ex lege Conſulatum cepit.

De re geſta cum Cimbris in Gallia.

HOc anno Cimbri à Celtiberis ex Hiſpania pulſi, in Galliam, adjunctis ſibi Teutonibus, Ambronibus, & Tigurinis, iterum irruperunt; eo animo, ut ſuperatis Alpibus, in Italiam trajicerent. Quo nuntio accepto, Marius, cum protinus in provinciam contendiſſet, ipſe Ambronibus & Teutonibus in Gallia ſe oppoſuit; Catulum collegam Cimbris, qui per Noricum impetum facturi videbantur, occurrere jubet. Barbari, ubi Marium (is ſe caſtris ad Rhodanum munitis continebat) exciri ad pugnam non poſſe ſenſerunt, caſtra Alpes verſus præter vallum ejus moverunt. Eos Marius ad Aquas Sextias inſecutus, Ambrones primo, atque haud ita multo poſt etiam Teutones ſecundo prœlio cæcidit. Hæc *Plutarchus* latiſſime in Mario. *Oroſius* autem brevius ita; Marius IIII. Cos. cum juxta Iſaram Rhodanumque caſtra poſuiſſet, Teutones, Tigurini, & Ambrones, poſtquam continuo triduo circa Romanorum caſtra pugnarunt, ſi quo pacto eos excuterent vallo, atque in æquum extraherent, tribus agminibus Italiam petere deſtinarunt. Marius poſt digreſſum hoſtium, caſtra movit, & collem occupavit, qui campo & fluvio, ubi hoſtes ſeſe diffuderunt, imminebat, primis calonibus cum clamore in pugnam ruentibus, ſubſequutus exercitus; mox juſto certamine compoſitis ordinibus bellatum eſt; & vicere Romani:

(48) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 651.
Olymp. CLXIX. Anno III.
Ante Ær. Chr. 102.
C. MARIUS IV. } Coſs.
L. LUTATIUS CATULUS. } Coſs.

Ita ex Caſſiodoro, Jul. Obſequ. Plutarcho, Eutropio, & faſt. Sicul. Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.

mani: quarto die rurſus productæ in campum acies, uſque ad meridiem pene pari pugnavere diſcrimine, poſt ubi incaleſcente Sole fluxa Gallorum corpora in modum nivium diſtabuerunt, uſque in noctem cædes potius quam pugna protracta eſt, ducenta millia armatorum in eo bello cæſa ſunt, LXXX. millia capta: vix tria millia effugiſſe referuntur. Dux eorum Teutobocchus occiſus eſt. *Vellejus* item Marium ſcribit quarto Conſulatu cum Teutonicis circa Aquas Sextias, amplius CL. millibus hoſtium priore ac poſtero die ab eo trucidatis, confixiſſe, ac Teutonum gentem deleviſſe. Item in *Epitoma* LXVIII. C. Marius Conſul ſumma vi oppugnata à Teutonis & Ambronibus caſtra defendit, duobus deinde prœliis circa Aquas Sextias ens hoſtes delevit; in quibus cæſa traduntur hoſtium ducenta millia, capta nonaginta. Marius abſens quintum Conſul creatus eſt, triumphum oblatum, donec & Cimbros vinceret, diſtulit. *Plutarchus* item Romam revocatum Marium, triumphum, quem ſibi Senatus decreverat, agere noluiſſe ait; verum adverſus Cimbros, à quibus Catulus premebatur, exiſſe. Qui Catulus an hoc anno, an inſequenti ab Alpibus pulſus ſit, in obſcuro eſt, ſed de eo in anni ſequentis rebus exponendis dicemus.

DE COS. AN. DCLII. (49)

COnſules in hunc annum invenio C. Marium V. & M'. Aquilium, apud *Caſſiodorum*: Marium & Aquilium in *faſtis Siculis*. Marium abſentem quinctum Cos. factum, ſcriptum eſt (ut dixi) apud *Plutarchum*, & in *Epitoma* LXVIII. *Cicero* etiam libro de orat. II. M'. Aquillium collegam C. Marii vocat. Hunc Μάνιον Ἀκύλλιον vocat *Plutarchus* in Mario, & *Appianus* in Mithridatica, eſt autem M'. Aquillius Conſularis ille, qui poſt legatus à Mithridate Rege captus, atque per contumeliam excruciatus eſt, cujus mentionem in nummo argenteo fieri animadverti, qui eſt apud clariſſimum virum, patricium Venetum, Andream Lauredanum, hoc modo: M'. AQUIL. M'. F. M'. N. SICIL.

De bello Cimbrico confecto, & triumphis C. Marii Cos. V. & Q. Lutatii Catuli pro Cos.

Q. Catulus Cos. qui Cimbris per Noricum irrumpentibus ſe obtulerat, cum ſe eorum multitudini in Alpium jugis reſiſtere poſſe diffideret, in æquum in Italiam ſe receperat; atque Atheſim fluvium hoſtibus, præſidiis in utraque ripa impoſitis, ne illis tranſitus eſſet, oppoſuerat, ponte in flumen facto, ut eos qui ulteriorem ripam cuſtodirent, ſi quam per anguſtias à barbaris vim paterentur, protinus juvare auxilio poſſet. Barbari, cum ad flumen acceſſiſſent, injectis in flumen arboribus, pontem diſturbarunt, quo terrore compulſus Catulus, caſtellum, quod ibi conſtruxerat, reliquit. Romani aliquot à barbaris capti, dimiſſi ſunt. *Valerius* libro V. Romanos equites apud Atheſim flumen impetu Cimbrorum pulſos, deſerto Con-

A ſule Catulo, pavidos urbem repetiiſſe ſcribit.
Ob hæc Romam accerſitus Marius, triumpho,
qui offerebatur, repudiato, protinus ad Ca-
tulum collegam ſe contulit; ac revocatis ſuis
ex Gallia copiis, Pado trajecto, hoſtes omni-
no ex Italia pellere decrevit; Cimbros, fra-
tres ſuos Teutonas exſpectantes, de clade
illata certiores fecit. Cum de die pugnæ in-
ter Romanos Imperatores, & barbaros hoſtes
conveniſſent, in agro Vercellenſi collatis ſi-
gnis, à Mario Cos. & Q. Catulo pro Cos.
Cimbris funditus deletis, bene pugnatum eſt.
Hæc pluribus verbis *Plutarchus*. In *Epitoma*
autem exilius ita; Cimbri repulſo ab Alpibus
fugatoque Q. Catulo pro Cos. qui fauces Al-
B pium obſederat, & ad flumen Atheſim caſtel-
lum editum inſederat, reliqueratque: cum vir-
tute ſua explicita, fugientem Proconſulem
exercitumque perſecuti, in Italiam trajeciſ-
ſent, junctis ejuſdem Catuli, & C. Marii
exercitibus, prœlio victi ſunt ab eis; in quo
cæſa traduntur hoſtium centum quadraginta
millia, capta ſexaginta. Et apud *Oroſium* ſic;
Cimbri, integris copiis Alpium nives emenſi,
Italiæ plana pervaſerunt. Marius V. Cos. &
Catulus adverſus eos miſſi, die ad pugnam &
campo dato in nebula diſpoſuere pugnam, in
Sole pugnaverunt, prima perturbatio Gallo-
rum fuit, quod Romanam aciem prius inve-
nere diſpoſitam, quam adeſſe ſenſerunt, cum-
C que ilico vulnerati equites retro in ſuos coge-
rentur, & Sol cum vento ortus ex adverſo
emicuiſſet, viſus eorum pulvis opplevit, &
ſplendor hebetavit, ita factum eſt ut barbari
minima Romanorum clade cæderentur: CXL.
mill. cæſa, LX. mill. capta traduntur, reguli
eorum duo cæſi, duo capti ſunt. Adjicit *Flo-
rus*, tertiam Tigurinorum manum, quæ quaſi
in ſubſidio Noricos inſederat Alpium tumu-
los, in diverſa lapſos, fuga ignobili & latro-
ciniis evanuiſſe. Non convenit autem de lo-
co hujus pugnæ inter *Florum* & *Plutarchum*.
Florus enim in Venetia pugnatum ad Athe-
ſim Veronæ fluvium in campo Claudio; *Plu-
tarchus* ad Atiſonem in campo ad Vercellas
D ſcribit. Ego autem apud *Plutarchum* mendum
eſſe ex ſimilitudine litterarum ortum puto,
Veronæ, & Vercellarum. Exſtat enim *Valerii*
& *Frontini* auctoritas; quorum ille, M. Scauri
filium Cimbris ceſſiſſe ad Atheſim; hic, in
ſaltu Tridentino ſcribit. Hæc de victoria.
De triumpho autem hæc accepimus. *Plutar-
chus* auctor eſt populum Rom. voluiſſe Ma-
rium duos triumphos ſolum agere; ipſum au-
tem recuſaſſe, ne, ſi Catulus excluſus fuiſſet
honore, ipſe quoque ſuo ſpoliaretur; verum
una cum Catulo triumphum communicaſſe.
Eutropius, utrique triumphum decretum; *Va-
lerius* libro IX. Q. Catulum Cimbrici trium-
phi Mario participem à Senatu datum; *Cicero*
E Tuſcul. I. Marium Cimbricæ victoriæ gloriam
cum collega Catulo communicaſſe prodit. De
quo triumpho ſic *Juvenal.* ſatyra VIII.

Hic tamen & Cimbros, & ſumma pericula rerum
Excipit, & ſolus trepidantem protegit urbem:
Atq; ideo, poſtquam ad Cimbros ſtragemq; volabant
Qui numquam attigerant majora cadavera corvi,
Nobilis ornatur lauro collega ſecunda.

In

(49) *Hoc eſt:* Anno ab U. C. 652.
Olymp. CLXIX. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 101.

C. MARIUS V.
M'. AQUILLIUS. } Coſs.
Ita ex Caſſiodoro, faſt. Siculis, & Cuſpin. Sigonius, Pighius, Almeloveenius, & alii.

In *Epitoma* LXVIII. Marius totius conſenſu civitatis exceptus, pro duobus triumphis, qui offerebantur, uno contentus fuit. Primores civitatis, qui aliquandiu ut novo homini ad tantos honores evecto inviderant, conſervatam ab eo Remp. fatebantur.

De triumpho ex Luſitania.

OBſequens Conſulibus iiſdem quibus Cimbri victi ſunt, Luſitanos devictos, Hiſpaniam ulteriorem pacatam ſcribit, à quo autem victi, obſcurum eſt, crederem ab Aquillio Cos. niſi viderem eum ad bellum ſervile in Siciliam profectum, ac per hæc tempora ad bella in Luſitaniam Prætores miſſos eſſe. Hic autem idem ſi pacavit provinciam, certe etiam triumphavit; ut haud ita multo poſt ex eadem L. Dolabella pro Cos. triumphavit. Si autem hoc anno victoria parta eſt, certe ſequenti anno triumphus actus eſt; ut etiam de Dolabella dicemus. *Cicero* pro Cornelio, Sciones, Brutos, Horatios, Craſſos, Metellos, Cn. Pompejum, in ulteriore Hiſpania rem geſſiſſe ait: intelligit autem P. & Cn. Scipiones fratres, D. Brutum Callaicum, P. Craſſum, Q. Metellum, Cn. Pompejum Magnum. De Horatio incertum eſt. Videndum eſt etiam, ne hæc Silani illius victoria ſit, de qua ſic ſcribit *Rufus*; Hiſpaniam per D. Brutum obtinuimus, & uſque Gades ad Oceanum mare pervenimus. Poſt ad Hiſpanos tumultuantes D. Junius Silanus cum exercitu miſſus, eos vicit.

DE COS. AN. DCLIII. (50)

CAſſiodorus & *Obſequens* hoc anno edunt Conſules C. Marium VI., L. Valerium Flaccum: Marium & Flaccum *faſti Siculi*. In *fragmento Capitolino* veſtigia ſunt etiam L. Valerii; qui ex magiſterio equitum Capitolino, quod poſt geret anno DCLXXI. deſcriptus eſt. Eorum meminit *Cicero* in Bruto, pro Rabirio, in Catilinam, in Antonium, pro Plancio; & *Plinius* lib. II. cum ait; Clypeus ardens, ab occaſu ad ortum ſcintillans tranſcurrit Solis occaſu, L. Valerio, C. Mario Cos. *Pædianus* item in Piſonianam, à C. Mario, L. Valerio Coſs. ad Ciceronem Conſulem XXXVI. annos numerari ait. *Plutarchus* Marium ſextum Conſulatum emiſſe, collegamque ſibi Valerium Flaccum, ut miniſtrum ſubrogaſſe: *Vellejus*, velut præmium meritorum obtinuiſſe, prodit. Item *Plutarchus* notat, nemini ante Marium, præterquam Valerio Corvo, tot Conſulatus eſſe delatos: eoque Marium præſtitiſſe, quod inter primum & ultimum Corvi Conſulatum XL. anni interfuerunt: Marius autem, duobus interpoſitis poſt primum annis, quinque deinceps Conſulatus uno fortunæ tenore geſſit. His Coſs. Eporediam coloniam deductam in Bagiennis tradit *Vellejus*.

De ſeditione L. Appuleji Saturnini.

HOc anno Romæ magna coorta ſeditio eſt: quam L. Appulejus Saturninus Tribunus pl. concitavit. Hic, ut Q. Metellum Numidicum, à quo Cenſore notatus fuerat, ulciſceretur, Tribunatum pl. Mario V. Cos. petiit iterum: jamque novem creatis Tribunis, unoque loco candidatis duobus, ſibi & A. Nonio competitori, reſtante, ut cæde ejus facultatem adipiſcendæ poteſtatis adipiſceretur, domo eum extractum, adjuvante C. Mario Conſule necavit. *Valerio* enim potius, qui capite de ſeditione ita ſcribit, & *Oroſio* aſſentior: quam *Appiano*, qui Glauciam Prætorem comitia tribunicia habuiſſe, atque in locum occiſi Nonii Tribuni pl. Saturninum ſubrogaſſe tradit: quod Glaucia Prætor non niſi Mario VI. Conſule fuerit. In hoc Magiſtratu legem Saturninus ex Marii VI. Cos. ſententia promulgavit, ut quem agrum Marius in Gallia, pulſis Cimbris, armis peperiſſet, is populo Rom. divideretur; in eamque, ubi à populo accepta eſſet, à ſingulis Senatoribus jurari voluit; qui non juraſſet, ei multam irrogavit. Metello in legem popularem non juranti diem dixit, qui cum à bonis civibus defenderetur, ne cædes eorum fieret, ultro in exilium abiit, profecto ei Marius Conſul aqua & igni interdixit, idem *Appulejus* cum tertium Trib. pl. deſignatus, C. Memmium Conſulatus petitorem, quem actionibus ſuis adverſaturum judicabat, interfeciſſet, Senatum commovit ut Mario mandaret, videret ne quid detrimenti Reſp. caperet. Itaque Marius Glauciam Prætorem, Saturninum Trib. pl. & Sauſejum quæſtorem in Capitolium armis perſecutus, obſedit; ac inciſis aquarum fiſtulis, ad deditionem compulit, ac contra fidem omnes interſecit; Saturnini ædes ab imis fundamentis diruit. Hæc *Appianus*, *Plutarchus*, *Epitomæ*, *Valerius*, alii. Hujus ſeditionis meminit *Cicero* pro Rabirio perduell. in Catilinam; atque etiam in Bruto, C. Servilium Glauciam Prætorem, eodem die quo Saturninum Trib. pl. interfectum ait. Idem in oratione de reſponſis, Saturninum, quod in annonæ caritate quæſtorem ſe à frumentaria procuratione Senatus amovit, eique M. Scaurum præfecit, dolore factum eſſe popularem ſcribit.

De II. ſervili bello Siculo, & triumpho M'. Aquillii pro Cos.

SEcundum ſervile bellum in Sicilia per hæc tempora motum eſt. Movit id Athenio paſtor; de quo ſic *Florus*; Athenio paſtor, interfecto domino, familiam ergaſtulo liberatam ſub ſignis ordinat; ipſe veſte purpurea, argenteoque baculo, & Regium in morem fronte redimita, non minorem quam Ennus prior, conflat exercitum; acriuſque multo etiam, quaſi illum vindicaret, vicos, caſtella, oppida diripiens, in dominos, in ſervos infeſtius, quam in transfugas ſæviebat, ab hoc quoque Prætorii exercitus cæſi: capta Servilii caſtra, capta Luculli. Athenionis fugitivorum in Sicilia ducis, meminit etiam *Appianus* in Mithridatica. Hæc de belli auctore. Quo autem anno hoc bellum primum initum ſit, aut qui Prætores bellum geſſerint, parum certum eſt. Apud *Obſequentem* ſcriptum eſt, in ſecundo Conſulatu Marii, à fugitivis & deſertoribus in Thu-

(50) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 653.
Olymp. CLXX. Anno I.
Ante Ær. Chr. 100.
C. MARIUS VI. } Coſs.
L. VALERIUS FLACCUS, } Coſs.

Ita ex Caſſiodoro, Jul. Obſequ. Cicerone, Pædiano, faſt. Sicul. &c. Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.

Thurinis regiones eſſe vaſtatas; hoc autem anno fugitivos in Sicilia prœliis trucidatos. Itaque cum M'. Aquillius cum ſervis rem geſſerit in Sicilia, puto eum hoc bellum in Conſulatu anno ſuperiore ſortitum, hoc anno ſervos ipſos debellaſſe. *Euſebius* certe, bellum ſervile excitatum in Sicilia anno poſtquam Marius V. Conſul fuit, notavit. De M'. autem Aquillio hæc invenio. *Florus*; Aquillius, P. Rupilii uſus exemplo, interclusum hoſtem commeatibus ad extrema compulit; comminutaſque copias armis, fame facile delevit: dediſſentque ſe, niſi ſuppliciorum metu, voluntariam mortem prætuliſſent; ac ne de duce quidem ſupplicium exigi potuit: quamvis in manus venerit, quippe dum circa ad deprehendendum eum multitudo contendit, inter rixantium manus præda lacerata eſt. *Cicero* etiam in Verrem, Poſt bellum, inquit, quod M'. Aquillius confecit, nullum fugitivorum in Sicilia bellum fuit. Et contra Rullum: Siciliæ civitatibus bello fugitivorum M'. Aquillius etiam mutuum frumentum dedit. Et pro Flacco M'. Aquillium patres noſtri, multis avaritiæ criminibus teſtimoniiſque convictum, quia cum fugitivis bellum geſſerat, judicio liberaverunt. Et in *Epitoma* LXIX. hæc verba poſt Q. Metellum de exſilio revocatum leguntur: M'. Aquillius pro Cos. in Sicilia bellum ſervile concitatum confecit, revocatus autem eſt Metellus inſequenti anno. Ovantem porro in urbem iniiſſe docet *Cicero* in II. de Oratore; qui Antonium ita loquentem facit: Quare nolite exiſtimare, cum mihi M'. Aquillius in civitate retinendus eſſet, quæ in illa cauſſa peroranda fecerim, ſine magno dolore feciſſe, quem enim ego Conſulem fuiſſe Imperatorem ornatum à Senatu, ovantem in Capitolium aſcendiſſe meminiſſem, hunc, &c. *Athenæus* etiam libro V. M'. Aquillium Conſularem ex Sicilia triumphum egiſſe ſcribit.

De re geſta in Thracia.

THraces hoc anno victos à Romanis notat *Euſebius*. Quod eo admonui, ut quo Imperatore hæc victoria parta ſit, (neque enim id traditum eſt) quæreremus.

DE COS. AN. DCLIV. (51)

M. Antonium, A. Poſtumium Coſs. in hunc annum produnt *Caſſiodorus* & *Obſequens*: Antonium & Albinum *faſti Siculi*. In *fragmento Capitolino* etiam mentio eſt A. POST—. Horum Conſulum meminit *Plin.* lib. VIII. cum ait; Romæ pugnaſſe elephantos Feneſtella tradit primum omnium in circo Claudii Pulchri ædilitate curuli, M. Antonio, A. Poſtumio Coſs. anno ab U. C. DCLV. Et *Gellius* lib. IV. S. C. factum eſt M. Antonio, A. Poſtumio Coſs. Quod C. Julius Pont. nuntiavit in ſacrario in Regia haſtas Martias moviſſe,

A D. E. R. I. C. ut M. Antonius Conſul hoſtiis majoribus Jovi & Marti procuraret; quod & ceteris diis, quibus videretur, placandis, uti procuraſſet, ſatis habendum cenſuerunt. Et poſt reditum ad Quirites ſic *Cicero*; De Q. Metello non modo C. Marius, qui erat inimicus; ſed ne is quidem qui ſecutus eſt, M. Antonius, homo eloquentiſſimus, cum A. Albino collega Senatum aut populum eſt cohortatus. Comitiis Conſularibus M. Antonium haud dubiis ſuffragiis Conſulem lectum ſcribit. App. in primo: in alterum locum C. Memmium, & C. Servilium Glauciam tum Prætorem petiiſſe; Memmium autem, ut dixi, à Saturnino interfectum, Glauciam à Mario. Itaque in B Bruto ſic ſcriptum reliquit *Cicero*; C. Servilius Glaucia, ex ſummis & fortunæ & vitæ ſordibus, in prætura Conſul factus eſſet, ſi rationem ejus haberi licere judicatum eſſet, nam & plebem tenebat, & equeſtrem ordinem beneficio legis devinxerat. Is Prætor, eodem die quo Saturninus Tribunus plebis, Mario & Flacco Conſulibus, publice eſt interfectus. Hic eſt M. Antonius, qui Prætor biennio ante triumphavit. A. Poſtumius Albinus, eſt frater (ut puto) Sp. Albini Conſulis bello Jugurthino, is qui pacem ignominioſam cum rege fecit. His Coſs. Q. Metellus Numidicus ab exſilio ingenti ſavore civitatis reſtitutus eſt.

C *De re geſta cum Luſitanis, & triumpho L. Cornelii Dolabellæ pro Cos.*

BIennio ante ulterior pacata Hiſpania fuit, ſubactis Luſitanis, his autem Conſulibus, iidem rebellantes, rurſus victi ſunt. Quod ipſum docet *Obſequens* his verbis; M. Antonio, A. Poſtumio Coſs. Luſitani rebellantes ſubacti. Item in Luſitania proſpere à Romanis pugnatum. Fato autem neſcio quo factum eſt, ut in ſummo annalium ſilentio, exſtet lapis ille, in quo triumphus hujus Imperatoris, cujus auſpiciis res bene in Luſitania geſta eſt, inciſus eſt, is autem eſt L. Cornelius Dolabella; qui ſequenti anno pro Cos. triumphat. Eſt autem D pro Cos. accipiendum pro eo qui pro pr. rem geſſerit; ut etiam Prætor pro Proconſule uſurpatur, neque enim L. Dolabella in Conſulatu, quem numquam cepit, ſed in prætura Luſitaniam obtinuit.

DE COS. AN. DCLV. (52)

Q. Metellus, T. Didius, Conſules ſubſequuntur in hunc annum, auctor *Caſſiodorus*, & *Obſequens*. Hos etiam memorat *Pædianus* in Cornelianam. Q. Metellum Nepotem, inquit, Balearici F. Macedonici nepotem, qui Conſul fuit cum T. Didio, Curio accuſavit. *Cicero* item in orationibus poſt reditum, E Q. Metellum nepotem petiiſſe Conſulatum dicit, tum cum Metellus Numidicus reſtitutus eſt. In *fragmento Capitolino* eſt etiam

ME-

(51) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 654.
Olymp. CLXX. Anno II.
Ante Ær. Chr. 99.
M. ANTONIUS. } Coſs.
A. POSTUMIUS ALBINUS. }
Ita ex Caſſiodoro, Jul. Obſequ. faſt. Sicul. & Cuſpiniani (qui mendosè ſcriptum legit *Antoninus* pro *Antonius*) Sigonius, Pighius, Almelovenius, qui bis errat in Conſule Antonio ſcribens M'. pro M. & addens Nepotis cognomen, cum Antonius eſſet C. F. M. N. ut conſtat ex Pighio.

(52) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 655.
Olymp. CLXX. Anno III.
Ante Ær. Chr. 98.
Q. CÆCILIUS METELLUS NEPOS. } Coſs.
T. DIDIUS. }
Ita ex Caſſiodoro, Jul. Obſequ. & faſtis Capitol. Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.
Cognomen Nepotis Metello addunt faſti Capitol., & Pædianus. Omittit Almelovenius.

A

METELLUS NEPOS, & T. DIDIUS. Ab his Coſs. lata eſt *lex Cæcilia Didia*; de qua loquitur *Cicero* pro domo, & in V. Philipp.

De bello in citeriore Hiſpania renovato, & triumpho T. Didii pro Cos.

POſt Ser. Galbam, qui Prætor anno DCXLIII. contra Celtiberos exercitum duxit, cum Cimbrico & ſervili bello Populus Rom. implicatus eſſet, exercitum (ut ſupra etiam diximus) in Hiſpaniam mitti non placuit, miſſi autem legati ſunt; qui res eas quam commodiſſime potuerunt, compoſuerunt. Cimbris autem deletis, viſum eſt bellum denuo ſuſcipiendum eſſe.
B
Itaque T. Didius Conſul miſſus eſt. Hic XX. millia Arevaccorum occidit: & Termeſtinorum urbem captam mœnibus nudavit: & Colendam poſt nonum menſem obſeſſam cepit; alios etiam populos in deditionem redactos, ex decem legatorum ſententia mili ibus necandos tradidit. Hæc *Appianus*. *Obſequens* etiam ſcribit, T. Didio Conſule Hiſpanos pluribus prœliis devictos: Lentulo autem Craſſoque Coſs. Celtiberos eſſe ſubactos. Et in *Epitoma* LXX. ſcriptum eſt, T. Didium pro Cos. adverſum Celtiberos feliciter pugnaſſe. T. Didii meminit item *Frontinus* libro II. T. Didius, inquit, in Hiſpania cum acerrimo prœlio conflixiſſet, quod nox diremerat, magno numero utrimque cæſo, complura ſuorum corpora atra nocte ſepelienda
C
curavit, Hiſpani. poſtridie ad ſimile officium progreſſi, quia plures ex ipſorum numero quam ex Romanis cæſos repererunt, victos ſe eſſe ſecundum eam dinumerationem argumentari, ad conditiones Imperatoris deſcenderunt. *Plutarchus* etiam Didium poſt bellum Cimbricum contra Celtiberos pugnaſſe ait, eique Tribunum militum Q. Sertorium fuiſſe. Item *Gell.* lib. II. cap XXVII. Triumphaſſe autem ex hac victoria T. Didium, auctor eſt *Frontinus*; itemque *Capitolini ſcriptores*; qui T. Didium pro Cos. II. triumphaſſe de Celtiberis ex Hiſpania citeriore anno DCLX. ſcripſerunt, quinque poſt Conſulatum annis.
D

DE COS. AN. DCLVI. (53)

CN. Lentulum, P. Craſſum, cum *faſtis Siculis Caſſiodorus*: Cn. Cornelium: P. Licinium, *Obſequens* in hunc annum commemorant Conſules. In *fragmento* etiam *Capitolino* eſt LENTULUS, & P. LICINIUS. Eorum meminit *Plin.* lib. XXX. Cn. Cornelio Lentulo, P. Licinio Craſſo Coſs. S. C. factum eſt, inquit, ne homo immolaretur; palamque in tempus illud ſacra prodigioſa celebrata. Meminit etiam lib. X. cap. II. P. Craſſus, pater eſt M. Craſſi, æqualis Cn. Magni, de quo ſic *Saluſt*. P. Craſſi Conſularis viri domum emit
E
Cicero in Palatio, qui ex *Capitolino triumpho* M. F. P. N. appellatus eſt. His Coſs. Mædos & Dardanos ſubactos tradit *Obſequens*; at quo Imperatore, non exſtat.

De Cenſoribus, & Luſtro LV.

CEnſores etiam in hunc annum referunt *Capitolinæ tabulæ* Flaccum, & M. Antonium. Quorum meminit *Valerius* libro II. ita; M. Antonius, & L. Flaccus Cenſores, Duronium Senatu moverunt, quod legem de coërcendis conviviorum ſumptibus latam Tribunus pl. abrogaverat. De M. Antonio oratore Cenſorio loquitur *Quintilianus* libro III. & *Cicero* de orat. lib. II. Cenſorem eum roſtra Imperatoriis manubiis ait ornaſſe. L. Flaccus eſt, qui collega Marii VI. Cos. fuit. Luſtrum, ſi ſuperiora ſpectes, conditum eſt LXV.

De re geſta in Luſitania, & triumpho P. Licinii Craſſi pro Cos.

L. Dolabellæ P. Craſſum Conſulem in Luſitaniam ſucceſſiſſe puto. Ejus meminit contra Luſitanos *Strabo* lib. III. *Pædianus* etiam hunc ante bellum Italicum de Hiſpanis ait triumphaſſe. Sexennio autem poſt Conſulatum triumphaſſe de Luſitanis, ſcriptum eſt in *tabulis Capitolinis*. Hunc etiam intelligi à *Cicerone* puto, cum ſcribit pro Cornelio Balbo ita; Teſtantur Gaditani & mortuos noſtros Imperatores, quorum vivit immortalis memoria & gloria; Scipiones, Brutos, Craſſos, Metellos, & hunc præſentem Cn. Pompejum. Intelligit autem P. & Cn. Scipiones fratres D. Brutum Callaicum, P. Craſſum, Q. Metellum Pium, & Cn. Pompejum Magnum; qui omnes in ulteriore Hiſpania rem geſſerunt, quamquam vulgo apud *Ciceronem* mendoſe legitur *Caſſios*.

DE COS. AN. DCLVII. (54)

CN. Domitium, C. Caſſium hic annus habuit, auctore *Caſſiodoro* & *Obſequente*: Ahenobarbum & Longinum *faſtis Siculis*. In *fragmento Capitolino* eſt AHENOBARBUS, & C. CASSIUS L. F. C. Caſſii L. F. Longini Tribuni pl. anno DCXLIX. meminit *Pædianus* in Cornelianam. Eundem autem L. Caſſii Longini Ravillæ, Conſularis & Cenſorii, filium eſſe opinor. De hoc Cn. Domitio, ceteriſque, *Svetonius* in Nerone. His Coſs. Ptolemæus Rex Cyrenarum, cui cognomen *Apioni* fuit, mortuus, teſtamento hæredem Populum Rom. reliquit. Senatus, ejus Regni civitates liberas eſſe juſſit. *Obſequens*, *Epitoma* LXX. *Juſtinus* tamen eam partem Libyæ provinciam factam ſcribit libro XL.

DE COS. AN. DCLVIII. (55)

COnſules ſubſequuti L. Craſſus, & Q. Scævola; auctores *Caſſiodorus* & *Obſequens*. In *fragmento Capitolino* Conſulari eſt, CRASSUS, Q. MUCIUS; in Cenſorio eſt, L. Licinius L. F. L Craſſum oratorem omnes Magiſtratus geſſiſſe cum Q. Scævola Pont. Max. præ-

(53) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 656.
Olymp. CLXX. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 97.
CN. CORNELIUS LENTULUS. } Coſs.
P. LICINIUS CRASSUS. }
Ita ex Caſſiodoro, Jul. Obſequ. faſt. Capitol. & Siculis Sigonius, Pighius, Almeloven. & alii.

(54) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 657.
Olymp. CLXXI. Anno I.
Ante Ær. Chr. 96.
CN. DOMITIUS AHENOBARBUS. } Coſs.
C. CASSIUS LONGINUS. }
Ita ex Caſſiodoro, Jul. Obſequ. faſtis Capitol. & Siculis Sigonius, Pighius, Almelov. & alii.

(55) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 658.
Olymp. CLXXI. Anno II.
Ante Ær. Chr. 95.
P. LICINIUS CRASSUS. } Coſs.
Q. MUCIUS SCÆVOLA. }
Ita ex Caſſiodoro, Jul. Obſequ. & faſtis Capitol. Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.

præter Tribunatum pl. & cenſuram, ſcribit *Cicero* in Bruto; iiſdemque Coſs. Q. Hortenſium in foro primum dixiſſe. L. Licinii Craſſi Oratoris, & Q. Mucii Scævolæ Pont. Max. & Oratoris ac Juriſconſulti Conſulum meminit *Pædianus* in Cornelianam. Ab his lata eſt lex *Mucia Licinia* de regendis in ſua Civitate ſociis: cum enim ſumma cupiditate civitatis Rom. Italici populi tenerentur, & ob id magna pars eorum pro civibus Rom. ſe gereret, neceſſaria lex viſa eſt, ut in ſuæ quiſque civitatis jus redigeretur: verum ea lege ita alienati ſunt animi principum Italicorum populorum, ut ea vel maxima cauſſa belli Italici fuerit; quod poſt triennium exortum eſt. *Pædianus* in Cornelianam, & *Cicero* de Officiis; Eſſe pro cive, qui non ſit civis, rectum eſt non licere, quam tulerunt legem ſapientiſſimi Conſules Craſſus & Scævola. Licinio Gallia, Mucio Aſia obvenit.

De re geſta à L. Craſſo pro Cos. in Gallia, Q. Mucio pro Cos. in Aſia.

L. Craſſum Proconſulem in Gallia rem geſſiſſe invenio; atque ob res ibi geſtas triumphum, cum poſtulaſſet, non impetraſſe: ſic enim eſt apud *Ciceronem* lib. I. de Invent. L. Licinius Craſſus Cos. quoſdam in citeriore Gallia, nullo illuſtri neque certo duce, neque eo nomine, neque eo numero præditos, ut digni eſſent, qui hoſtes populi Romani eſſe dicerentur; quod tamen excurſionibus & latrociniis infeſtam provinciam redderent, conſectatus eſt, & confecit. Romam redit; triumphum ab Senatu poſtulat. Et apud *Pædianum* ita in Piſonianam; Craſſo collega fuit Q. Scævola Pont. Max. qui, cum animadverteret Craſſo, propter ſummam ejus in Rep. potentiam ac dignitatem, Senatum in decernendo triumpho gratificari, non dubitavit Reip. magis, quam collegæ habere rationem; ac ne fieret S. C. interceſſit. Et apud *Valerium* lib. III. L. Craſſus, cum ex Conſulatu provinciam Galliam obtineret, atque in eam Cn. Carbo, cujus patrem damnaverat, ad ſpeculanda acta ſua veniſſet, non ſolum eum inde non ſummovit, ſed inſuper locum ei in Tribunali aſſignavit; nec ulla de re, niſi eo in conſilium adhibito, cognovit. Aſiam porro Conſul Scævola rexit. Ejus adminiſtrationis illuſtria exſtant ad immortalitatem annalium literis prodita monumenta. Sic ſcribit *Valerius* lib. VIII. Q. Scævola, quem L. Craſſus collegam in Conſulatu habuit, Aſiam tam ſancte & tam fortiter obtinuit, ut Senatus deinceps in eam provinciam ituris Magiſtratibus, exemplum atque formam officii Scævolæ decreto ſuo proponeret. *Pædianus* autem in Piſonianam ait, Scævolam Aſiam provinciam depoſuiſſe, ne ſumptui eſſet ærario. Et in Verrinas; Q. Mucii Scævolæ quæſtor Rutilius Ruſus damnatus; quod cum Prætore conſenſerit ſuo, ne publicani aliquid agerent in provincia ſua, quo cognito, equites Rom. (nam tum ante Syllana tempora judicabant) damnaverunt eum. Hic eſt Mucius, in honorem cujus Aſiani diem feſtum *Mucia* nominabant. Et in *Epitoma* LXX. P. Rutilius, vir ſummæ innocentiæ, qui Legatus Q. Mucii pro Cos. à publicanorum injuriis Aſiam defenderat, inviſus equeſtri ordini, penes quem judicia erant, repetundarum damnatus, in exſilium abiit.

DE COS. AN. DCLIX. (56)

C. Cœlium, L. Domitium, Conſules edunt in hunc annum *Caſſiodorus* & *Obſequens*: Caldum & Ahenobarbum *faſti Siculi*. De his ſic *Pædianus* in Cornelianam; L. Domitio, C. Cœlio Coſs. S. C. factum, ne quis Cretenſibus mutuam pecuniam daret. In *fragmento Capit.* eſt, = CALDUS; L. DOMITIUS CN. F. *Caldus* autem cognomen eſt Cœlii, meminit enim etiam *Vellejus* Cœlii cujuſdam Caldi ſub Auguſto. *Cic.* ſcribit, eum, cum quæſtor factus non eſſet; Conſulem tamen factum, in Planciana. Scriptum eſt etiam in lib. de petitione Conſulatus, C. Cœlium, novum hominem, cum duobus hominibus nobiliſſimis petiiſſe Conſulatum: atque eorum alterum ſuperaſſe. *Cicero* item pro Murena, cum Marios, Didios, Cœlios, novos homines, Conſulatum adeptos ſcribit, hunc Cœlium intelligit. Ejuſdem C. Cœlii idem meminit ut oratoris, in Bruto, proxime ante M. Herennium. L. Domitius poſt M'. Aquillium prætorio imperio Siciliam adminiſtravit. *Cicero* in Verrem, & *Valerius* auctores. Hic paulo poſt in cenſura *Capitolina* Cn. F. Cn. N. appellatur.

De Ariobarzane Cappadociæ Rege à L. Sulla Prætore conſtituto.

BErnardinus Lauredanus, patricius Venetus, juvenis cum humanitate ſingulari præditus, tum omni ingenii, induſtriæ, atque doctrinæ laude cumulatus, atque huic antiquitatis ſtudio mirifice deditus, me admonuit, ut viderem quid eſſet quod plerique annalium Scriptores, bellum cum Mithridate Ponti Rege per annos XL. aut etiam XLII. geſtum proderent, cum tamen à L. Sulla Conſule, qui primus Regi bellum intuliſſet, uſque ad M. Ciceronem, quo Conſule Cn. Pompejus bellum Mithridaticum confeciſſe traditur, non niſi ſex & viginti anni enumerentur: reſpondi me putare legendum eſſe, aut annos XXXII. ſi diligentem; aut XXX. ſi rotundum numerum quæreremus: initum autem eſſe bellum à L. Sulla non Conſule, ſed Prætore; C. Cœlio, & L. Domitio Coſs. Quod ipſum qua occaſione factum ſit, ut una & nobiliſſimi atque ingenioſiſſimi adoleſcentis, quæſtioni ſatisfaciam, & omnium utilitati conſulam, hoc loco adſcribere viſum eſt. In *Epitoma* LXX. poſt Ptolemæi Apionis mortem hæc verba ſubſequuntur; Ariobarzanes in Regnum Cappadociæ à L. Cornelio Sulla reductus eſt. Tradit etiam *Plutarchus* L. Sullam non ſine repulſa præturam urbanam adeptum: ex prætura vero in Cappadociam adverſus Mithridatem miſſum, non admodum magnis copiis, ſociorum auxiliis uſum, Gordio pulſo, Ariobarzanem Regem conſtituiſſe. In libro etiam de Viris Illuſtribus ſcriptum eſt, Sullam prætorem inter cives jus dixiſſe; ex prætura Ciliciam provinciam habuiſſe. Itaque *Appianus* item in Mithri-

(56) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 659. Olymp. CLXXI. Anno III. Ante Aer. Chr. 94.

C. COELIUS CALDUS. } Coſs.
L. DOMITIUS AHENOBARBUS. }
Ita ex Caſſiodoro, Jul. Obſequ. faſt. Capitol. Pædiano &c. Sigonius, Pighius, Almel. & alii;

thridatica, L. Sullam Ciliciæ præfectum, Ariobarzanem in Cappadociæ Regnum ex S. C. reduxiſſe ſcribit. Ariarathen enim Cappadociæ Regem cum Mithridates per Gordium cum parvulo ejus filio interfeciſſet, Rege ei filio ſuo impoſito, provinciam occuparat, cum autem Nicomedes Bithyniæ Rex, producto filio ſuo, quem ementita ſtirpe Ariarathis filium eſſe dicebat, eandem ad ſe traheret; placuit Senatui, ad quem rejecta res erat, Mithridatem Cappadocia, Nicomedem Paphlagonia, quam & ipſe Pylæmeni ademerat, cedere: Ariobarzanem, ex regio genere juvenem, cum Cappadoces Regem quam libertatem mallent, Cappadociæ Regem appellari. Ita tum Ariobarzanes per L. Sullam Prætorem in Cappadociam, pulſo armis Gordio Mithridatis duce, reductus eſt: tumque primum bellum initum; quod poſtea XXXII. anno à Cn. Pompejo terminatum eſt. Hæc ex *Appiani* Mithridatica, *Juſtini* lib. XXXVII. & *Strabonis* libro XII. Eodem tempore ad Sullam ad Euphratem morantem, Orobazum Arſacis Parthorum Regis Legatum ſocietatem petitum venisse; atque Sullam medium inter Ariobarzanem & Orobazum aſſediſſe, ſcriptum eſt apud *Plutarchum*, & in *Epitoma* LXX. Itaque *Rufus* etiam ita ſcripſit; Primum à L. Sulla pro Conſule Arſaces Rex Parthorum miſſa legatione amicitiam populi Romani rogavit, ac tenuit.

De re cum Celtiberis geſta.

CEltiberis poſt Didii victoriam rebellantibus, Fulvius Flaccus in Hiſpaniam miſſus eſt; qui eorum conatus, XX. fere millibus cæſis, atque oppidis eorum in poteſtatem redactis, repreſſit; atque in defectionis principes animadvertit. Hæc tradit *Appianus*. Quam eandem victoriam ſignificari apud *Obſequentem*, ſuſpicari quis facile poterit, cum ait; C. Cœlio, L. Domitio Coſs. Per Naſicam Hiſpaniæ principes, qui rebellabant, ſupplicio conſumpti, urbibus dirutis. Pro Naſica autem Flaccum intelligendum eſſe, eundemque hanc provinciam ex prætura obtinuiſſe; atque Romam reverſum, Conſulem in ſequentem annum factum eſſe. Ab hoc bello uſque ad Sertorianum, quieta (ut inquit *Appianus*) citerior Hiſpania fuit.

DE COS. AN. DCLX. (57)

COnſules in hunc annum comparant C. Valerium Flaccum, M. Herennium, *Caſſiodorus* & *Obſequens*: Flaccum & Herennium *faſti Siculi*; = FLACCUM, M. HERENNIUM, *Capitolinum fragmentum*. Quorum meminit quoque *Plinius* libro XXIX. C. Valerio, M. Herennio Coſs. (inquit) Cyrenis advecta Romam publice laſerpicii pondo CXI. De M. autem Herennio ſic *Cicero* in Bruto; M. Herennius, ſumma nobilitate hominem, cognatione, ſodalitate, collegio, ſumma etiam eloquentia, L. Philippum, in Conſulatus petitione ſuperavit. Et pro Murena; Quis L. Philippum ſummo ingenio, opera, gratia, nobilitate, à M. Herennio ſuperari poſſe arbitratus eſt. Herennio Conſuli bis immolanti caput jocinoris defuit. Luſtrationibus proſpere expiatum, nam totus annus domi foriſque tranquillus fuit. His Coſs. triumphi duo acti; alter, ex citeriore; alter, ex ulteriore Hiſpania, à T. Didio, & P. Craſſo pro Coſs. de quibus ante in eorum Conſulatu diximus.

DE COS. AN. DCLXI. (58)

COnſules hoc anno fuerunt C. Claudius Pulcher, M. Perperna *Caſſiodorus* auctor, & *Obſequens*. In *fragmento* item *Capitolino* eſt: = PULCHER, M. PERPERNA: itemque in *faſtis Siculis*. Horum Conſulum patres, ut opinor, una Conſules fuerunt anno DCXXIII. Hujus C. Claudii Prætoris Siciliæ, meminit *Cicero* in Verr. IV. ædilis curulis, lib. II. de off. & *Plin.* lib. VIII. ut oratoris *Cicero* in Bruto proxime poſt M. Herennium. His Coſs. notat *Obſequens* Mædorum in Macedonia gentem provinciam cruente vaſtaſſe, quam rem his verbis exprimi puto, quæ ſunt in *Epitoma* LXX. C. Geminius Prætor, infeliciter contra Thracas pugnavit.

De Cenſoribus abdicatis.

ET in hunc annum Cenſores conjiciunt *Capitolini faſti*, Domitium Cn. F. Cn. N. Ahenobarbum, & L. Licinium L. F. Quos ego contentioſam peregiſſe cenſuram invenio, ſic enim ſcribit de his *Plinius* libro XVII. Nobiliſſimarum gentium ambo Craſſus, atque Domitius, cenſuram poſt Conſulatum ſimul geſſere, anno ab U. C. DCLXII. frequentem jurgiis propter diſſimilitudinem morum; cum Domitius Craſſo pro domo ejus millia nummûm identidem promiſiſſet, Craſſus concedere eam ſe exceptis ſex arboribus reſpondiſſet. Idem ſcribit libro XXXVI. cap. III. & *Valerius* libro IX. cap. I. De eadem contentione *Macrobius* etiam libro III. loquitur. Craſſus (inquit) Cenſor, ſupra ceteros diſertus, Murenam in piſcina domus ſuæ mortuam atratus tamquam filiam luxit, neque id obſcurum fuit, quippe collega Domitius in Senatu hoc ei quaſi deforme crimen objecit. Et *Suetonius* in Nerone, in Domitium ait L. Craſſum dixiſſe, non eſſe mirandum quod æneam barbam haberet, cui eſſet os ferreum, cor plumbeum. Meminit quoque *Cicero* lib. II. de Orat. orationis quam Craſſus Cenſor in collegam Domitium dixit; qua anno ætatis duodequinquageſimo uſum eum eſſe ſcribit in Bruto. Hunc Cn. Domitium Conſulem, Cenſorem & Pont. Max. fuiſſe reperio apud *Valer.* libro VI. cap. V. Itaque de eodem merito *Cicero* dixit pro domo; Cn. Domitium nos pueri Conſulem, Cenſorem, Pont. Max. vidimus. *Suetonius* quoque in lib. de claris Rhetoribus, & *Gell.* lib. XV. edictum horum Cenſorum ejuſmodi referunt; Renuntiatum eſt nobis, eſſe quoſdam homines, qui novum genus diſciplinæ inſtituerunt, ad quos juventus in ludos conveniat; eos ſibi nomen impo-

(57) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 660.
Olymp. CLXXI. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 93.
C. VALERIUS FLACCUS. } Coſs.
M. HERENNIUS. }
Ita ex Caſſiodoro, Jul. Obſequ. faſt. Capitol. & Sicul. Sigonius, Pighius, Almeloveenius, & alii.

(58) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 661.
Olymp. CLXXII. Anno I.
Ante Ær. Chr. 92.
C. CLAUDIUS PULCHER. } Coſs.
M. PERPERNA. }
Ita ex Caſſiodoro, Jul. Obſequ. faſt. Capitol. & Sicul. Sigonius, Pighius, Almeloveenius, & alii.

impoſuiſſe Latinos Rhetores: ibi homines adoleſcentulos totos dies deſidere: majores noſtri, quæ liberos noſtros diſcere, & quos in ludos itare vellent, inſtituerunt. Hæc nova, quæ præter conſuetudinem, ac morem majorum ſiunt, neque placent, neque recta videntur. Quapropter & iis, qui eos ludos habent, & iis, qui eo venire conſueverunt, videtur faciendum ut oſtendamus noſtram ſententiam, nobis non placere. Ob eam rem *Cicero* ſic loquentem fecit Craſſum anno ſequenti in III. de orat. Rerum eſt ſilva magna; quam cum Græci jam non tenerent, ob eamque cauſſam juventus noſtra dediſceret pene diſcendo, etiam Latini (ſi diis placet) hoc biennio magiſtri dicendi exſtiterunt, quos ego Cenſor edicto meo ſuſtuleram; non quo (ut neſcio quos dicere ajebant) acui ingenia adoleſcentum nollem; ſed contra ingenia obtundi nolui, corroborari impudentiam, & *Tacitus* in dialogo de oratoribus ait; Rhetoras paulo ante *Ciceronis* tempora exſtitiſſe, nec placuiſſe majoribus noſtris, ex eo manifeſtum eſt, quod L. Craſſo, Cn. Domitio Cenſoribus, cludere (ut ait *Cicero*) ludum impudentiæ juſſi ſunt. Sequentem annum, quo Philippus Cos. fuit, *Cicero* in III. de orat. ait primum fuiſſe Craſſo ab honorum perfunctione; eumque alio loco illo anno Cenſorium nominat. Ex quo intelligo, Craſſum hoc anno ob contentionem cum collega ortam abdicaſſe; neque eos luſtrum feciſſe, id quod etiam probant inſequentes Cenſores, qui ante quinquennium facti ſunt.

DE COS. AN. DCLXII. (59)

L. Marcium, Sex. Julium Conſules in hunc annum *Caſſiodorus* & *Obſequens*; Philippum & Cæſarem *faſti Siculi*: *Eutropius* & *Oroſius* Sex. Julium Cæſarem, L. Marcium Philippum: *fragmentum Capitolinum*, PHILIPPUM, SEX. JULIUM C. F. edunt. Hos intelligit *Plinius*, cum ſcribit libro XXIII. Sex. Julio, L. Marcio Coſs. hoc eſt belli Socialis initio, DCCCXLVI. auri pondo in ærario Populi Rom. fuerunt. Et libro II. L. Marcio, Sex. Julio Coſs. in agro Mutinenſi duo montes inter ſe concurrerunt, crepitu maximo aſſultantes recedentesque; inter eos flamma fumoque in cœlum exeunte interdiu, ſpectante è via Æmilia magna equitum Rom. familiarumque & viatorum multitudine. Eundem L. Philippum Tribunum militum non factum, Conſulem factum ait *Cicero* pro Plancio, de eodemque ſic loquitur in lib. de off. L. Phillippus Q. F. magno vir ingenio, in primiſque clarus, gloriari ſolebat, ſe ſine ullo munere adeptum eſſe omnia quæ haberentur ampliſſima. Eundem Cos. (ut ait *Valerius*) M. Druſus Tribun. pleb. quia ſe interpellare concionantem auſus fuerat, obtorta gula per clientem ſuum adeo violenter in carcerem præcipitem egit, ut multus è naribus cruor ejus profunderetur. Idem ex *cenſura Capitolina*, quam geret anno DCLXVII. deſcriptus eſt.

De ſeditione M. Livii Druſi Trib. pl.

HOc anno M. Livius Druſus Tribunus pl. ſeditionem Romæ commovit, Senatus enim, cum impotentiam equeſtris ordinis, penes quem Sempronia lege judicia erant, ferre non poſſet, omni ope conatus eſt ut per M. Druſum Tribunum pl. ad ſe judicia transferret, is, ut plebem ac ſocios ſibi adjungeret, leges Sempronias de agris dividendis, de frumento dando, de coloniis deducendis; & Flacci Conſulis legem de civitate ſociis danda, & Cœpionis de Senatu equitibus, judiciis Senatoribus communicandis retulit, contra Druſum pro equitibus ſtabat Q. Servilius Cæpio alter, atque is qui Conſul Senatus partes lege defenderat. Reliquis omnibus legibus Druſi acceptis, una, de ſociis in civitatem accipiendis, ferenda erat, quam cum eis promiſſam præſtare non poſſet, ſociis propterea, ac Senatui, & equitibus ob latas leges inviſus, domi, incerto auctore, interficitur, nulla de ejus nece quæſtio lata. Leges ejus omnes, tamquam contra auſpicia latæ, Philippo Conſule referente uno S. C. ſublatæ. Hæc *Appianus*, *Florus*, *Epitomæ*, *Cicero* III. de legibus, *Pædianus*, alii. Adjicit *Plinius* libro XXXIII. cap. I. inter Cæpionem & Druſum ex annulo in auctione venali, inimicitias cœpiſſe; unde origo Socialis belli, & exitia rerum, & lib. XXVIII. cap. IX. Druſum vulneratum, caprinum ſanguinem bibiſſe; quum pallore & invidia veneni ſibi dati inſimulari Q. Cæpionem inimicum vellet.

De bello Marſico.

LAtinos porro populos in cupiditatem civitatis Rom. primus M. Fulvius Flaccus Cos. erexit; deinde M. Livius Druſus Tribunus pleb. Illum ab eo conſilio, decreta ei provincia Gallia, Senatus avocavit; hic ne, quod animo agitabat, exſequeretur, civium, in quod incurrerat, odium effecit, ergo Italici bis tanta ſpe dejecti, facta inter Populos coitione, adverſus Populum Rom. conſpirarunt, primum eorum conſilium fuit, ut feriis Latinis Cæſarem ac Philippum Conſules trucidarent; deinde, eo detecto, Q. Servilium, pro Cos. ad motus eorum ſedandos profectum, una cum Fontejo legato, & omnes qui Aſculi erant, Romanos interfecerunt. Quo facto, ceteri etiam Italici defecerunt, Populus Rom. ſaga ſumpſit, ac bellum adverſus Italicos juſſit; quod *Bellum Italicum Sociale* ac *Marſicum* appellatum eſt; Marſicum autem, quod à Marſis primum commotum ſit, & eorum Imperatore Popedio, ut *Strabo* lib. V. tradit. Hoc autem bellum Julio & Rutilio Coſs. cœptum ſcribit *Vellejus* & *Pædianus*; à quibus ſtant etiam *Capitolini faſti*. Hæc maxime *Appianus*, *Florus*, & *Epitomæ*. *Cicero* lib. II. de Officiis, Italicum bellum propter metum judiciorum excitatum ſcribit.

DE

(59) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 662.
Olymp. CLXXII. Anno II.
Ante Aer. Chr. 91.
L. MARCIUS PHILIPPUS. } Coſs.
SEX. JULIUS CÆSAR. } Coſs.

Ita ex Caſſiodoro, Jul. Obſequ. Eutropio, Oroſio, faſt. Sicul. & Capitol. Sigonius, Pighius, Almeloveniue, & alii.

DE COS. AN. DCLXIII. (60)

COnſules in hunc aonum fuot apud *Caſſiodorum* & *Obſequentem* L. Cæſar, P. Rutilius Lupus: itemque apud *Pædianum*, *Vellejum* & in *Epitoma* LXXIII., & apud ceteros qui de bello Marſico ſcripſerunt: in *fragmento Capitolino* = CÆSAR P. RUTILIUS L. F. L. = in *Siculis tabulis* Cæſar & Lupus. Meminit etiam eorum *Cicero* de divinatione: Quinetiam memoria noſtra, ioquit, templum Junoois Soſpitæ L. Julius, qui cum P. Rutilio Cos. foit, de Senatus ſenteotia refecit ex Cæciliæ Balearici filiæ ſomnio. L. Cæſarem aotem in ædilitate præteritum, Coofulem factum ſcribit io Planciana.

De re cum ſociis geſta, & P. Rutilio Cos. occiſo.

COoſulibus ambobus graviſſimum bellum Italicum decretum eſt. Rutilius legatos habuit Cn. Pompejum Strabonem, Q. Cæpionem, C. Perpernam. C. Marium, Valerium Meſſalam; Cæſar, P. Leotulum, T. Didium, P. Licinium Craſſum, L. Coroeliom Sullam, M. Marcellum. Italis duces fueruot T. Afranius, C. Pontidius, Marius Egnatius, Q. Popedius Silo, C. Papius Mutilus, M. Lamponius, C. Judacilius, Hirnus Aſinius, T. Vettius Cato, Pontius Teleſinus, T. Herennius, A. Clueotius, Juventius, P. Preſentejus, P. Ventidius. Res autem geſta ſic eſt. Vettius Cato L. Cæſarem Conſulem fudit; ac doobos millibus interfectis, Aeſerniam inſecotus eſt. Egnatius Venafrum per proditionem occupavit. Preſeotejus Perpernam fugatum exercitu etiam exuit: quamobrem ei abrogato Imperio, à Rutilo Cos. Marius ſuffectus eſt. Lamponius ex Craſſi exercitu cæcidit ad octingentos; reliquos ad Grumentum perſecutus, in fugam vertit. Papius Nolam colooiam per proditionem cum L. Poſtumio Prætore; Stabias, Minturnas, & Salernum in poteſtatem redegit, atque Acerras obſedit. Cum P. Rutilios Cos. parum proſpere contra Marſos dimicaſſet, & in prœlio cecidiſſet C. Marius legatus ejus, Vettio Catooe pulſo, melius pugoavit. Rutilii exercitum Marius & Cæpio ex Senatus cooſulto acceperunt: Cæpio, Popedii inſidiis circomventus cecidit. L. Cæſar, cum ad Aeſerniam victus fugiſſet, contractis undique copiis, contra Samoites feliciter pugnavit, ob eam victoriam ſaga Romæ poſita ſuot. Aeſernia colonia cum M. Marcello in poteſtatem Samoitium venit. C. Marius prœlio Marſos fudit, Aſinio Prætore Marrucinorum occiſo. Cn. Pompejus à Judacilio, Afranio, & Ventidio Firmum compulſus, atque obſeſſus, adjuvante Sulpicio, eruptione facta, hoſtes repulit, atque Aſculum fugavit; idque oppidum obſedit, qua victoria Romæ prætextæ aliaque Magiſtratunm inſignia ſumpta ſunt. C. Marius cum Marſis dubio eventu pugnavit. Libertini tom primum militare cœperunt. A. Plotius legatus Umbros, L. Portius Prætor Marſos, cum uterque populus defeciſſet, prœlio vicerunt. Hæc *Appianus*, *Oroſius*, *Epitomæ*, *Florus*. Adjicit de nece Rutiliana *Obſequens* hæc; Rutilius Lupus ſpretis religionibus, cum io extis caput noo inveniſſet jociootis, amiſſo exercitu in prœlio occiſus. *Ovidius* IV. Idus Jun. die feſto Matutæ interfectum eum ſcribit in *Faſtis*.

De re geſta in Gallia; Nicomede & Ariobarzane Regibus reductis.

ET hoc anno trans Alpes in Gallia bellatum eſſe docet *Epitoma* LXXIII. in qua ita ſcriptum eſt; C. Cæcilius io Gallia Tranſalpina Salvios rebellantes vicit. Hunc inter ceteros Imperatores à *Cicerone* intelligi puto, cum ait pro Fontejo; Proviociæ Galliæ M. Fontejus præfuit; quæ conſtat ex iis geoeribus hominum, qui modo ab ooſtris Imperatoribus ſubacti, modo bello domiti ſunt, &c. Eodem anno *Mithidratico bello* occaſio data eſt. Nicomedem ex Bithyoia frater ejus Socrates; Ariobarzanem ex Cappadocia Bagoas, vel (ut alii) Tigranes Armeniæ Rex à Mithridate inductus, expulerat, Senatui viſum eſt, Reges, cum ipſius opem implorareot, in Regnum reducere. Itaque legatos in Phrygiam miſit, quorum princeps erat M'. Aquillius vir Cooſularis, mandavitque ut ope L. Caſſii Aſiæ Prætoris, & Regis Pooti Mithridatis, eos in Regoum reſtitueroot, quare à Manio & à Caſſio reſtituti ſunt. Mithridates enim, quod à Romanis ante Cappadocia cedere & Phrygia juſſus erat, opem ferre noluit. Hæc *Appianus*. De quibus ſic eſt ſctiptum in *Epitoma* LXXIV., Nicomedes io Bithyoiæ, Ariobarzaoes in Cappadociæ Regna reducti ſunt.

DE COS. AN. DCLXIV. (61)

L. Porcium, Cn. Pompejom Coſs. edit in hunc aonom *Caſſiodorus*: Co. Pompejum Straboorm, L. Porcium Catonem *Pædianus* in Cornelianam: STRABONEM & L. PORCIUM *fragmenta Capitolina*: Strabooem & Catooem *faſti Siculi*. Horum Conſulum meminerunt *Appianus*, *Oroſius*, & alii qui bellum Marſicum literis prodiderunt, uode *Plin.* lib. III. Stabiæ, inquit, oppidum in agro Campano fuere uſque ad Cn. Pompejum & L. Catooem Coſs. prid. K. Maji; quo die L. Sylla legatus bello ſociali id delevit. Co. Pompejus hic, pater Co. Pompeji Magni fuit: auctore *Appiano*, & *Pædiano* in Piſonianam, idem ex *triumpho Capitolino* deſcriptus eſt. L. Cato, M. Catonis Saloniani filius fuit, M. Catonis Cenſorii nepos, auctor *Gellius*.

De

(60) *Hoc eſt:* Anno ab U. C. 663.
Olymp. CLXXII. Anno III.
Ante Ær. Chr. 90.
L. JULIUS CÆSAR. } Coſs.
P. RUTILIUS LUPUS, in prœlio Conſul occiſus. } Coſs.
Ita ex Caſſiodoro, Jul. Obſequ. Pædiano, faſt. Capitol. & Sicul. Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.

(61) *Hoc eſt:* Anno ab U. C. 664.
Olymp. CLXXII. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 89.
CN. POMPEJUS STRABO. } Coſs.
L. PORCIUS CATO, in prœlio occiſus. } Coſs.
Ita ex Caſſiodoro, Pædiano, faſt. Capitol. & Siculis Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.

A

De re geſta cum ſociis, & L. Catone Coſ. occiſo.

ET hoc anno ambo Conſules ad bellum miſſi ſunt; à quibus ita geſta res eſt. Cn. Pompejus Marſos acie vicit. A. Poſthumius Albinus legatus Conſularis cum caſtris præeſſet, infamis crimine proditionis, ab exercitu ſuo interſectus eſt. L. Sulla legatus, Samnites prœlio fregit, & bina caſtra eorum expugnavit. Cn. Pompejus Veſtinos in deditionem accepit. L. Porcius Conſul, rebus proſpere geſtis, fuſiſque aliquoties Marſis, dum caſtra eorum expugnat, cecidit. Coſconius & B Lucejus Samnites acie ſuderunt, Marium Egnatium eorum ducem occiderunt, compluraque eorum oppida in deditionem acceperuut. L. Sulla ad Nolam Cluentium cæcidit, Irpinos domuit, Samnites multis prœliis fudit, aliquot populos recepit; quantiſque raro quiſquam alius ante Conſulatum rebus geſtis, ad petitionem Conſulatus Romam eſt profectus. A. Gabinius legatus, rebus adverſum Lucanos proſpere geſtis, multis oppidis expugnatis, dum caſtra obſideret, interiit. Sulpicius legatus, Marrucinis cæſis, univerſam eam regionem recepit. Cn. Pompejus Conſul Veſtinos & Pelignos ad deditionem redegit. Marſi quoque à L. Murena & Cæcilio Pio le- C gatis aliquot prœliis fracti, pacem petierunt. Aſculum à Cn. Pompejo captum eſt, cæſis & à Mamerco Æmilio legato Italicis. Silo Popedius dux Marſorum, auctor hujus belli, in prœlio cecidit. Hæc prodita ſunt apud *Appianum*, & in *Epitomis*, & apud *Oroſium*; à quo apertius etiam interitus Conſulis hoc modo deſcribitur: Porcius Cato Cos. Marianas copias habens, cum aliquanta ſtrenue geſſiſſet, gloriatus eſt, C. Marium non majora feciſſe; & ob hoc, cum ad lacum Fucinum contra Marſos bellum gereret, à filio C. Marii in tumultu belli, quaſi ab incerto auctore, proſtratus eſt.

D

De triumpho Cn. Pompeji Strabonis Coſ. de Aſculanis.

CUm à quatuor Coſſ. res geſta ſit in hoc bello, nemo tamen niſi Cn. Pompejus triumphavit: quippe qui ſolos Picentes & Aſculanos, qui hoc bellum concitaverant, devicerat, ſic enim præter ceteros *Oroſius*: Pompejus Cos. diu obſedit Aſculum; neque tamen expugnaviſſet, niſi populum in campum prorumpentem viciſſet, decem & octo millia Marſorum in ea pugna cæſa ſunt, capta III. millia. Aſculum ingreſſus, Præfectos, & Centuriones, cunctoſque principes eorum, virgis cæcidit, ſecurique percuſſit; ſervos, prædam- E que omnem ſub haſta vendidit: reliquos, liberos quidem, ſed nudos & egentes, abire præcepit; ac nihil tamen in ærarium ille contulit. Hunc triumphaſſe in Conſulatu de Aſculanis & Picentibus, ſcriptum eſt in *Capitolinis tabulis*, quas tabulas comprobat etiam *Pædianus*, qui eum de Picentibus triumphaſſe prodidit; & *Plinius*, qui P. Ventidium, eum qui poſt de Parthis trinmphavit, in triumpho Aſculano à Cn. Pompejo ductum, una cum *Valerio* lib. VI. cap. X., & *Dione* lib. XLIII. ſcribit. Adjicit *Appianus*, hoc uno crimine de Marſis triumphatum; cum ante neque de Marſis, neque ſine Marſis triumphus ullus actus fuerit.

De Cenſoribus.

IN hunc annum conſerunt Cenſores CRASSUM & L. JULIUM *Capitolini ſcriptores*. Fuiſſe autem P. Licinium Craſſum, & L. Julium Cæſarem, Conſulares auctoritate *Plinii* confirmatur, cujus hæc verba ſunt lib. XIII. Certum eſt, Antiocho Rege, Aſiaque devicta, urbis an. DCLXV., P. Licinium Craſſum, L. Julium Cæſarem Cenſorem edixiſſe, ne quis venderet unguenta exotica: & lib. XIV. P. Licinius Craſſus, & L. Julius Cæſar Cenſores, anno urbis DCLXV. edixerunt, ne quis vinum Græcum, Aminæumque octonis æris ſingula quadrantalia venderet. Idem ſcribit *Solinus* cap. XLVIII. *Plutarchus* etiam in Craſſo ſcribit, patrem M. Craſſi Cenſorium fuiſſe. Ab his Cenſoribus conditum luſtrum nullum puto; vel quia biennio poſt Cenſores alios creatos ante tempus invenio; vel quia *Cicero* pro Archia ſcripſit: Julio & Craſſo Cenſoribus nullam populi partem eſſe cenſam; neque enim niſi cenſu facto, luſtrum fiebat; qui erat cenſendi finis. Luſtrum tamen hoc infelix fuiſſe, tradit *Feſtus*, ita; Referri diem prodictam, id eſt, anteferri, religioſum eſt; ut ait *Verrannius* in eo, qui eſt auſpiciorum de comitiis; idque exemplo comprobat L. Julii & P. Licinii Cenſorum, qui id fecerint ſine ullo decreto augurum; & ob id luſtrum parum felix fuerit. Ante quinquennium autem creati ſunt, ut ſocios, quibus priore anno data civitas fuerat, in tribus conjicerent.

De re geſta in Macedonia, & in Phrygia.

EX *Epitomis* ſatis intelligi poteſt, priore atque hoc anno Thraces in Macedoniam incurriſſe, eamque populatos eſſe, quibus verbis exprimi C. Sentii Prætoris victoriam puto; de qua hoc tempore parta loquitur *Oroſius*, ſic iiſdem temporibus Rex Sothimus, cum magnis Thracum auxiliis Græciam ingreſſus, cunctos Macedoniæ fines depopulatus eſt: tandemque à C. Sentio Prætore ſuperatus, redire in ſuum Regnum coactus eſt. C. Sentium Macedoniæ Prætorem ſcribit fuiſſe *Plutarchus* in Conſulatu Sullæ, de quo ſic *Cicero* in Verrem: Modo C. Sentium vidimus, propter caritatem frumenti, quæ fuerat in Macedonia, permagnam ex cibariis pecuniam reportare. Legati autem Romani, quorum princeps erat M'. Aquillius, Nicomedem & Ariobarzanem, quos in Regnum reduxerant, impulerunt, ut Mithridatis fines incurſantes, Regem bello laceſſerent. Ipſi contractis L. Caſſii & Q. Oppii copiis, ac claſſe uſi ea, cui Minucius Ruſus ac C. Popillius præerant, prœlio cum Mithridate congreſſi, minus proſpere pugnarunt. Ariobarzanes Cappadocia, Nicomedes Bithynia rurſus à Mihtridate pulſi ſunt. *Appianus*. Itaque in *Epitoma* ſic ſcriptum eſt: Ariobarzanes Cappadociæ, Nicomedes Bithyniæ Regno à Mithridate Ponti Rege pulſi ſunt.

DE COS. AN. DCLXV. (62)

CONſules edit in hunc annum *Caſſiodorus* L. Sullam & Q. Pompejum. Idem eſt ſcriptum apud *Obſequentem*, *Vellejum*, *Eutropium*, *Oroſium*, *Appianum*, *Plutarchum*, alios; neque enim his Coſs. quidquam poteſt eſſe illuſtrius. Syllam & Ruſum edunt *faſti Siculi*. De Sulla ſic *Vellejus* : L. Cornelius Sulla natus familia nobili, ſextus à Cornelio Rufino; qui bello Pyrrhi inter celeberrimos duces fuerat, cum familiæ ejus claritudo intermiſſa eſſet, diu ita ſe geſſit, ut nullam petendi Conſulatus rationem habere videretur : deinde poſt Præturam illuſtratus bello Italico, & ante in Gallia legatione ſub Mario, qua eminentiſſimos duces hoſtium fuderat, ex ſucceſſu animum ſumpſit; petenſque Conſulatum, pene omnium civium ſuffragiis factus eſt; ſed eum honnrem undequinquageſimo ætatis anno aſſecutus eſt. *Saluſtius* etiam Sullam patriciæ gentis fuiſſe ſcribit, ſed familia jam exſtincta majorum ignavia, repulſam in Prætura paſſum, notat *Valerius* lib. VII. itemque *Plutarchus*. Idem poſt victoriam civilem ſe *Felicem* appellari voluit. Itaque *Pædianus*, & *Capitolini auctores*, in hoc Conſulatu referendo ita ſcribunt : L. Sulla, qui poſtea Felix appellatus eſt. Idem in ſecundo *Conſulatu Capitolino* L. F. P. N. dicitur. Q Pompeji Conſulis mentio eſt etiam in *fragmento Capitolino*. Legi quoque nummum argenteum apud clariſſimum & humaniſſimum virum Andream Lauredanum patricium Venetum; in quo ab una parte ita eſt; Q. POMPEJUS Q. F. RUFUS : ab altera; SULLA COS. Q. POMPEJUS Q. F. De Q. autem Pompejo Rufo loquitur etiam *Cicero* in Bruto. Sulla Aſiam ſortitus eſt; Pompejus Italiam; *Appianus*. L. Syllam Conſulem in agro Nolano fortiſſime Samnitium caſtra cepiſſe ſcribit *Valerius*.

De bello Mithridatico, & civili Mariano.

HOc anno duo graviſſima bella, alterum foris exarſit, alterum domi coortum eſt, Mithridates Rex Ponti, illud; hoc C. Marius, qui ſexies Conſul fuerat, excitavit. Mithridati, quod Nicomedem & Ariobarzanem amicos populi Rom. Regno exegiſſet, nec legatis Rom. paruiſſet, bellum indictum, idque L. Sullæ Conſuli mandatum. C. autem Marius, incredibili ardens ejus gerendi belli cupiditate, P. Sulpicium Tribunum pleb. impulit, ut lege lata Sullæ, qui adhuc in Campania reliquias Italici belli perſequebatur, imperium abrogaret, atque ab eo bellum ad ſe transferret. Quam legem cum Sulpicius Q. Pompejo Conſule adverſante ita tuliſſet, ut filium etiam Conſulis, Sullæ generum occidiſſet, Sulla iratus Romam exercitum adduxit; factoque cum inimicis levi prœlio urbem ingreſſus, arcem Capitolinam tamquam victor inſedit; atque ex S. C. XII. inimicos ſuos hoſtes judicatos urbe exegit; ex quibus P. Sulpicius legislator, indicio ſervi è villa extractus, occiſus eſt : Marius pater, cum è paludibus Minturnenſium emerſiſſet, in Africam, quò & filius venerat, delatus eſt. Idem Sulla ſtatum civitatis ex ſua ſententia ordinavit, colonias deduxit. Q. Pompejus Conſul, ad accipiendum à Cn. Pompejo Proconſule exercitum profectus, à militibus conſilio ejus occiſus eſt. Hæc *Appianus* ſere, & *Epitoma* LXXVII., & *Plutarchus*. De eodem autem Sulpicio ſeditionem movente ita *Pædianus* : P. Sulpicius Tribunus pleb. L. Sulla, Q. Pompejo Coſs. legem tulit de libertinorum ſuffragiis; cum per vim Rempub. poſſediſſet, ab initiis bonarum actionum ad perditas progreſſus eſt. Et *Cicero* de aruſpicum reſponſis : Sulpicium ab optima cauſſa profectum, Cajnque Julio Conſulatum contra leges petenti reſiſtentem, longius, quam voluit, popularis aura provexit. Et iterum *Pædianus* : C. Cæſar ædilicius, cauſſa belli civilis, cum Sulpicio Tribuno pleb. contendit, agebat enim id, ut omiſſa Prætura Conſul fieret : cui cum primis temporibus Sulpicius reſiſteret, poſtea nimia contentione ad ſerrum & arma proceſſit. Et *Cicero* in Brutos; P. Antiſtius collega in Tribunatu P. Sulpicii, contra C. Julii petitionem Conſulatus extraordinariam egit. Fuit autem hic C. Cæſar cognomine *Strabo*, cujus teſtimonium proſert *Priſcianus* ex oratione contra P. Snlpicium Tribunum plebis. De Q. autem Pompejo Conſule interfecto, ita *Valerius* libro IX., Q. Pompejum Sullæ collegam, Senatus juſſu ad exercitum Cn. Pompeji, quem aliquandiu invita civitate obtinebat, contendere auſum, ambitioſi ducis illecebris corrupti milites, ſacrificare incipientem adorti, in modum hoſtiæ mactaverunt. Et *Vellejus* libro II. Hoc primo anno, ſanguine Conſulis Rom. militum imbutæ manus ſunt, quippe Pompejus collega Sullæ, ab exercitu Cn. Pompeji pro Cos. ſeditione, quam ipſe dux excitaverat, interfectus eſt. Dum autem Sulla civili bello, & ordinanda Repub. Romæ occupatus fuit, Mithridates Phrygiam populi Rom. provinciam cum exercitu intravit; Aſia in poteſtatem redacta, omnes cives Rom. in omnibus Aſiæ civitatibus, uno die atque uno nuncio interficiendos curavit; Q. Oppium Proconſulem, & M'. Aquillium legatum, captos atque fœde excruciatos necavit; urbem Rhodum, quæ ſola in fide permanſerat, oppugnavit; atque aliquot prœliis navalibus victus, receſſit; per Ariarathen filium, Thraciam & Macedoniam; per Archelaum præfectum, Græciam cum exercitu invaſit; ac Bruttio C. Senrii Macedoniæ Prætoris legato adverſante, Piræum atque Athenas occupavit, auctor *Plutarchus*, *Appianus*, atque *Epitoma* LXXVIII. quamquam ſi *Appianum*, atque adeo etiam *Vellejum* audias, Oppium & Aquillium captos, Phrygiam & Aſiam occupatas à Mithridate, antequam L. Sulla Aſiam ſortiretur; reliqua quæ ab eo in Aſia geſta ſunt, in Conſulatu Syllæ, dum ille bello civili detineretur, geſta dices.

De triumpho Servilii Vatiæ pro pr.

TRiumpho Cn. Pompeji Strabonis Conſulis hæc in *fragmentis Capitolinis* verba adnectuntur, ⊐ JUS. C. F. M. N. VATIA PRO. PR.

(62) *Hoc eſt* : Anno ab U. C. 665.
Olymp. CLXXIII. Anno I.
Ante Ær. Chr. 88.
L. CORNELIUS SULLA, dictus poſtea FELIX,
Q. POMPEJUS RUFUS, in Magiſtratu occiſus. } Coſs.
Ita ex Caſſiodoro, Jul. Obſequ. Vellejo, Eutropio, Oroſio &c. Sigonius, Pighius, Almel. & alii.

PR. == AN. DCLXV. XII. K. NOVEM. quibus verbis triumphum Servilii Vatiæ proprætoris ſignificari arbitror, quamquam qua ex victoria ille triumpharit, adhuc reperire non potui. P. autem Servilius Vatia, qui poſtea *Iſauricus* appellatus eſt, C. F. M. N. in *conſulatu Capitolino* ſcribitur: an autem ille ſit, an frater ejus, parum compertum eſt.

DE COS. AN. DCLXVI. (63)

COnſules in hunc annum commemorat cum *faſtis Siculis Caſſiodorus* L. Cinnam, & Cn. Octavium: L. Cornelium Cinnam, Cn. Octavium *Appianus*, *Vellejus*, & ceteri, qui hujus temporis hiſtoriam literis prodiderunt. L. Cinnam ſcribit *Plutarchus*, Conſulem à L. Sulla ex inimica factione ea conditione creatum, ut Sullæ actionibus non adverſaretur, ubi primum magiſtratum inivit, præſentem Reipub. ſtatum perturbare adortum, Sullæ etiam accuſationem per Virginium Tribunum pleb. comparaſſe; Sullam autem, Virginio contempto, adverſus Mithridatem moviſſe. Octavium Galliam citeriorem ſortitum puto; quia P. Cœlium Placentiæ præpoſitum ab eo fuiſſe ſcribit *Valerius* lib. IV. cap. VII.

De bello civili Octaviano atque Cinnano, & re geſta à Sulla in Græcia.

HOc anno novæ belli civilis cauſæ inter Conſules L. Cinnam & Cn. Octavium ortæ, Remp. vehementiſſime perturbarunt. Nam cum prioribus annis civitas aliquot Italicis populis ita data eſſet, ut non in XXXV. veteres tribus novi cives conjicerentur, ſed in novas alias octo transferrentur, ne novorum civium multitudo ac potentia, veterum in comitiis auctoritatem atque opes ſuperaret ac labefactaret: Cinna tamen, ut ab Italicis gratiam iniret, eos ſe omnes in XXXV. diſtributurum eſſe profeſſus eſt; quo nomine ingentem ex tota Italia multitudinem Romam accivit. Cum autem hanc rogationem per vim ferre vellet, à Cn. Octavio collega, qui veterum civium cauſam ſuſceperat, per ſeditionem urbe pulſus; & cum ad Italicas ſollicitandas civitates iret, ex S. C. magiſtratus ei abrogatus eſt, in ejus locum L. Cornelius Merula flamen dialis factus. Idem cum in Campaniam veniſſet, corruptum Ap. Claudii exercitum in poteſtatem ſuam redegit; ac Conſularia adhuc retinens inſignia, haud ita multo poſt arma patriæ intulit, accerſito cum aliis exſulibus ex Africa C. Mario. Urbem Octavius & Merula Conſules, ad tanti metum mali munierunt; Cn. Pompejum pro Cos. ad eam tuendam advocarunt, urbs quatuor exercitibus obſeſſa; quibus Marius, Cinna, Carbo, & Sertorius præfuerunt, qui Cn. Pompeji fraude, qui utramque partem fovendo, vires Cinnæ dedit, nec niſi profligatis optimatium partibus auxilium tulit, & Cn. Octavii ſegnitie confirmati, tandem in urbem recepti, eam velut captam, cædibus & rapinis vaſtarunt. Cn. Pompejus fulmine ictus interiit: lectum ejus populus diripuit, corpus unco traxit. Cn. Octavius Conſul occiſus eſt: L. Merula, cum ſe Conſulatu abdicaſſet, inciſis venis ſponte vitam finivit. Interfecti ſunt M. Antonius orator, L. & C. Cæſaris fratres, P. Craſſus pater & filius, Q. Catulus, P. Lentulus, M. Bæbius, Atilius Serranus. Hæc ex *Appiano*, *Plutarcho*, *Vellejo*, *Floro*, *Epitomis*, *Tacitus* lib. IV. tradit, duobus & ſeptuaginta annis poſt Cornelii Merulæ flaminis dialis cædem, neminem flaminem eſſe ſuffectum: id, quod actum eſſe Julo Antonio & Q. Fabio Coſs. in annales *Dio* retulit. Principio etiam hujus anni, quantum ex *Plutarchi* verbis (de quibus ſupra dixi) colligi poteſt, L. Sulla in Græciam trajecit; atque (ut ait *Appianus*) pecuniis ſociiſque ex Ætolia Theſſaliaque contractis, in Atticam adverſus Archelaum contendit; ac parte exercitus ad Ariſtionem Athenis obſidendum miſſa, ipſe Piræum, qui ab Archelao tenebatur, ſibi oppugnandum ſuſcepit, qua in re totam æſtatem, quod elici ex ejuſdem *Appiani* hiſtoria poteſt, conſumpſit.

DE COS. AN. DCLXVII. (64)

INde C. Marius $\overline{\text{VII}}$. L. Cinna $\overline{\text{II}}$. Conſules, *Siculis faſtis*, *Caſſiodoro*, & iis qui de bello civili ſcripſerunt, auctoribus, *Plutarchus* Marium primum fuiſſe tradit, qui ſeptimum Romæ Conſulatum ceperit. Ceterum, quod apud *Appianum* & in *Epitomis* exſtat, L. Cinna & C. Marius, nullis habitis comitiis, Conſules ſe in huno annum renuntiarunt; eodemque die, quo magiſtratum inierunt, Marius Sex. Licinium Senatorem de ſaxo dejici juſſit; editiſque multis ſceleribus, idibus Januariis deceſſit. In ejus locum ſuffectus eſt L. Valerius Flaccus, is (ut opinor), qui ante cum C. Mario $\overline{\text{VI}}$. Conſule Conſul fuit, de quo *Cicero* pro Flacco ejus filio cum diceret, ita dixit: Unum atque idem erat tempus, cum L. Flacco Conſuli portas tota Aſia claudebat, Mithridatem autem non modo recipiebat ſuis urbibus, verum etiam ultro vocabat. Hoc triennium ſine armis civilibus fuiſſe, auctor eſt *Cicero* in Bruto.

De re geſta à Sulla in Græcia.

HOc anno Sulla, quantum ex *Appiani* hiſtoria intelligi licet, cum claſſe egeret, nec à Rhodiis, Mithridate maria omnia occupante, juvari poſſet, L. Lucullum in Syriam atque in Ægyptum clam, ut claſſem ab amicis Populi Rom. Regibus acciperet, miſit. Piræo, quem diu fruſtra oppugnaverat, omiſſo, urbem Athenarum, circumvallatam atque obſeſſam K. Martiis cepit; Ariſtionem in arcem confugientem, fame ad deditionem compulſum, occîdit; civitati libertatem ac bona ſua

(63) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 666.
Olymp. CLXXIII. Anno II.
Ante Ær. Chr. 87.
CN. OCTAVIUS, occiſus in Magiſtratu.
L. CORNELIUS CINNA, coactus abdicavit, & in ejus locum ſuffect.
L. *CORNELIUS MERULA*, qui abdicatione facta occiſus eſt. } Coſs.
Ita ex Caſſiodoro, Appiano, Vellejo, faſt. Sicul. &c.
Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.

(64) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 667.
Olymp. CLXXIII. Anno III.
Ante Ær. Chr. 86.
L. CORNELIUS CINNA II.
C. MARIUS VII. cui mortuo in Magiſtratu ſuffectus eſt
L. *VALERIUS FLACCUS*. } Coſs.
Ita ex Caſſiodoro, Appiano, Vellejo, faſt. Sicul. &c.
Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.

Digitized by Google

A ſua reſtituit; ac Piræum demum, translato eo ab Athenis bello, in poteſtatem redegit. Interea cum Taxiles Mithridatis præfectus, ex Thracia & Macedonia cum centum millibus peditum, equitum decem, & falcatis curribus nonaginta deſcendens, Archelaum circa Munychiam adhuc in anchoris ſtantem accerſiſſet, Sulla in Bœotiam movit, ac ſe cum Hortenſio, qui ex Theſſalia copias adducebat, conjunxit. Romanarum copiarum paucitas fecit, ut Archelaus ad Chæroneam oppidum acie confligere auſus ſit. Haud dubio eventu pugnatum eſt, ex hoſtibus vix decem millia Chalcidem effugerunt; ex ſuis ſe duodecim tantum amiſiſſe Sulla ſcriptum reliquit. Interim cum L. Flac- B cum Conſulem ex adverſa factione creatum, Jonium mare trajicere, verbo quidem adverſus Mithridatem, re autem adverſus ſemetipſum Sulla audiſſet, ut ei obviam fieret, in Theſſaliam caſtra movit: verum cum Dorylaum Regis præfectum, militum octoginta millibus Chalcide expoſitis, in Bœotiam invaſiſſe, atque invito Archelao, qui trahi bellum cupiebat, ad ſummum pugnæ diſcrimen deſcenſurum eſſe accepiſſet, retro caſtra ſibi referenda ratus, ſignis cum iis ad Orchomenum oppidum collatis, primo prœlio hoſtium XV. millia una cum Diogene Archelai filio cæcidit; ſecundo, omnes eorum copias delevit. Archelaus cum triduo nudus in paludibus latuiſſet; poſt in C Chalcidem ſe recepit. Sulla, Bœotia direpta, in Theſſaliam ad hiberna ſe contulit. Hæc *Plutarchus*, atque *Appianus*, quæ brevius in *Epitomis* expreſſa ſunt his verbis; Sulla Athenas, quas Archelaus præfectus Mithridatis occuparat, circumſedit, & cum maximo labore expugnavit; urbi libertatem, & civibus, quæ habuerant, reddidit. Magneſia, quæ ſola in Aſia civitas in fide manſerat, ſumma virtute adverſus Mithridatem defenſa eſt, præterea * tranſitus Thracum in Macedoniam continet. Sulla copias Regis, quæ Macedonia occupata in Theſſaliam venerant, prœlio vicit, cæſis hoſtium centum millibus caſtris quoque expugnatis: renovato deinde bello iterum exercitum D ejus fudit, ac delevit.

De Cenſoribus, & Luſtro LXVI.

CEnſores in hunc annum edunt *Capitolini faſti* L. Marcium Philippum, & M. Perpernam, quos Cenſores comparat etiam *Cicero* in Verrem. De Philippo præterea idem ſcribit pro domo ita: L. Philippus Cenſor, avunculum ſuum præteriit in recitando Senatu. De Perperna *Plin.* lib. VII. Perperna ſeptem reliquit ex iis, quos Cenſor legerat; vixit annos XCVIII. Et *Valerius* lib. VIII. M. Perperna omnibus, quos in Senatu rogaverat, ſuperſtes fuit: ſeptemque tantummodo; quos Cenſor E collega L. Philippi legerat, è patribus conſcriptis reliquos vidit, toto ordine ampliſſimo diuturnior. *Dio* quoque auctor eſt, M. Perpernam, Lentulo & Marcello Coſs. mortuum eſſe, eum, qui cum Philippo Cenſor fuerat, ultimum omnium qui in Cenſura ſua Senatores fuerant. *Euſebius* cenſum actum ait; cenſa eſſe capita CCCCLXIII. millia. Principem Senatus lectum L. Valerium Flaccum, ex *Epitoma* LXXXIII. apparet; alium ab eo, qui ſequenti anno à Fimbria Conſularis occiſus eſt.

DE COS. AN. DCLXVIII. (65)

L. Cinnam III. Cn. Papirium Conſules ſubſequutos in hunc annum teſtatur *Caſſiodorus*: Cinnam & Carbonem *faſti Siculi*. In *Epitoma* LXXXIII. ſcriptum eſt, L. Cinnam, & Cn. Papirium Carbonem, Conſules ſemet per biennium creaſſe: & in libro de Viris Illuſtribus, Cinnam iterum & tertium Conſulem ſe feciſſe. Horum meminit etiam *Plutarchus* in Sulla, *Appianus* in Mithridatica, atque in primo libro bellorum civilium. Carbonem Cn. F. C. N. fuiſſe invenio in ſecundo ejus *Capitolino conſulatu*.

De rebus geſtis in Græcia, & in Aſia.

CUm L. Flaccus Conſul in Marii locum ſuffectus à Cinna, ut Sullæ ad bellum Mithridaticum ſuccederet, miſſus, in Aſiam trajeciſſet, hoc anno à C. Fimbria Legato ſuo corrupto exercitu, interfectus eſt. Hoc, ut cetera, egregie oſtendit *Vellejus*, cum ſcribit: In Marii locum Conſul ſuffectus Valerius Flaccus, turpiſſimæ legis auctor, qua creditoribus quadrantem ſolvi juſſerat, cujus facti merita cum pœna intra biennium conſequuta eſt. Item; C. Flavius Fimbria, præfectus equitum, Valerium Flaccum Conſularem virum interfecit; exercituque occupato, Imperator appellatus, Mithridatem pepulit prœlio. Neque enim *Appiano* aſſentior, qui Flaccum Conſulem à Fimbria interfectum ſcribit; ſic enim ille hanc univerſam hiſtoriam tradit: Flaccus Conſul cum duabus legionibus in Aſiam, ut bellum cum Mithridate gereret, à Cinna miſſus, ipſe rei bellicæ rudis, ſecum Fimbriam ſtrenuum virum duxit: idem, cum propter avaritiam ac propter crudelitatem in odium exercitus ſui incurriſſet, atque Fimbriam injuria affeciſſet, Fimbria, Thermo, quem ille ſibi ſucceſſorem dederat, honoris inſignibus ſpoliato, Flaccum ipſum Conſulem privatus in Nicomediam fugientem aſſequutus, in puteo quodam latentem occidit; atque arreptis imperii inſignibus provinciam ingreſſus, Mithridatem Pergamum, atque inde Pitanen confugientem adeptus, vallo cinxit, quoad Rex navibus Mitylenen confugit; Ilium, à quo non recipiebatur, obſeſſum incendit. Mithridates interea, cum cladem ad Orchomenum acceptam audiſſet, Archelao, ut quibus poſſet, honeſtis conditionibus pacem cum Sulla componeret, ſcripſit. Archelaus cum Sulla collocutus, quas ille ferebat, pacis conditiones ad Regem remiſit. Sulla interea, ne in otio eſſet, Dardanos, Enetos, alioſque Thraciæ populos Macedoniam incurſantes adortus, multis prœliis fregit. Hæc *Appianus*. *Plutarchus* autem ſcribit, Cinna & Carbone dominantibus, majorem partem nobilitatis Roma in caſtra Sullæ, tamquam in portum quemdam perfugiſſe. Sullam Archelaum de pace ſecum collocutum ſummo in honore habuiſſe, atque eo comite per Theſſaliam & Macedoniam in Helleſpontum veniſſe; cumque, ibi occur-

(65) *Hoc eſt:* Anno ab U. C. 668.
Olymp. CLXXIII. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 85.

L. CORNELIUS CINNA III. } Coſs.
CN. PAPIRIUS CARBO. }
Ita ex Caſſiodoro, Appiano, Plutarcho, *faſt. Sicul.* &c. Sigonius, Pighius, Almelov. & alii.

A occurrentibus Regis Legatis, pax convenire non potuiſſet, quod commodiores conditiones ſibi à Fimbria ferri Rex diceret, vaſtato Mædico agro, in Macedoniam revertiſſe; Mithridate autem cum eo congredi cupiente, ipſum in Aſiam trajeciſſe. Quæ omnia his *Epitomarum* verbis explicari puto: L. Valerius Flaccus Conſul, collega Cinnæ, miſſus, ut Sullæ ſuccederet, propter avaritiam inviſus exercitui ſuo, à C. Fimbria Legato ipſius occiſus eſt, & imperium ad Fimbriam translatum; præterea expugnatæ in Aſia urbes à Mithridate, & crudeliter direpta provincia: incurſioneſque Thracum in Macedoniam referuntur. C. Fimbria in Aſia fuſis aliquot copiis
B Mithridatis, urbem Pergamum cepit; obſeſſumque Regem parum abfuit, quin caperet; urbem Ilium, quæ ſe poteſtati Sullæ reſervabat, expugnavit ac delevit, & magnam partem Aſiæ recepit. Sulla multis prœliis Thracas cæcidit.

DE COS. AN. DCLXIX. (66)

DEinceps L. Cinna IIII., Cn. Papirius II. Conſules: auctor *Caſſiodorus* & *Epitomæ*. Cinnæ IIII. Cos. meminit *Cicero* in Tuſculanis, *Suetonius* in Cæſare. Cn. Papirii Carbonis II. *Capitolinæ tabulæ*. Itaque miror in *tabulis Siculis* Conſules ſuggeri Carbonem, &
C Scribonium. Cn. Carbo provinciam Galliam obtinuit cum Verre quæſtore; (auctor *Cicero* in prætura urbana) L. Cinna, ut opinor, Italiam.

De re geſta in Aſia, & civilibus motibus.

QUæ ſint hoc anno geſta, apertius ex *Epitomis* & *Vellejo* intelligi poteſt, quam aut ex *Appiano*, aut *Plutarcho*. In *Epitomis* enim ita ſcriptum eſt: L. Cinna, & Cn. Carbo, à ſeipſis Conſules per biennium creati, cum bellum contra Sullam pararent, effectum eſt per L. Valerium Flaccum principem Senatus, qui orationem in Senatu habuit, &
D per eos, qui concordiæ ſtudebant, ut Legati ad Sullam de pace mitterentur. Cinna ab exercitu ſuo, quem invitum cogebat naves conſcendere, & adverſum Sullam proficiſci, interemptus eſt. Conſulatum Carbo ſolus geſſit. Sulla, cum in Aſiam trajeciſſet, pacem cum Mithridate fecit, ita ut is cederet provincia Aſia, Bithynia, Cappadocia. Fimbria, deſertus ab exercitu, qui ad Sullam tranſierat, ipſe ſe percuſſit, impetravitque de ſervo ſuo, præbens cervicem, ut ſe interficeret. Sulla Legatis, qui à Senatu miſſi erant, futurum ſe in Senatus poteſtate reſpondit, ſi cives, qui à Cinna pulſi ad ſe confugerant, reſtituerentur. Quæ conditio cum juſta Senatui videretur,
E per Carbonem, factionemque ejus, cui bellum videbatur utilius, ne conveniret, effectum eſt. Idem Carbo cum ab omnibus Italiæ oppidis coloniiſque obſides exigere vellet, ut fidem illorum contra Sullam obligaret, conſenſu Se-

A natus prohibitus. Novis civibus S. C. ſuffragium datum eſt. Q. Metellus Pius, qui partes optimatium ſecutus erat, cum in Africa bellum moliretur, à C. Fabio Prætore pulſus eſt: Senatuſque conſultum per factionem Carbonis & Marianarum partium factum eſt, ut omnes ubique exercitus dimitterentur. Libertini in quinque & triginta tribus diſtributi ſunt. Apud *Vellejum* autem ita; Tranſgreſſus in Aſiam Sulla, parentem ante omnia ſupplicemque Mithridatem invênit; quem multatum pecunia ac parte navium, Aſia omnibuſque aliis provinciis, quas armis occupaverat, decedere coëgit; captivos recepit, in perfugas noxioſque animadvertit; paternis, ideſt Ponticis fini-
B bus, contentum eſſe juſſit. C. Flavius Fimbria, qui præfectus equitum, ante adventum Sullæ, Valerium Flaccum Conſularem virum interfecerat, exercituque occupato Imperator appellatus, Mithridatem pepulerat prœlio, ſub adventu Sullæ ſe ipſe interemit, ante adventum Sullæ Cinna, ſeditione orta, ab exercitu interemptus eſt. Carbo, nullo ſuffecto collega, ſolus toto anno Conſul fuit. De eodem Cinna occiſo, ſic ſcriptum invenio in libro de viris illuſtribus; Quarto Conſulatu Cinna, cum bellum contra Sullam pararet, Ancone ob nimiam crudelitatem ab exercitu lapidibus occiſus eſt. Et apud *Plutarchum* ita: Cn. Pompejus, qui poſtea *Magnus* appellatus eſt, juvenis
C in caſtra Cinnæ vênit: à quo cum eſſet falſo crimine notatus, clam fûgit: eo nuſquam comparente, creditum eſt eum fuiſſe à Cinna interfectum. Itaque qui vetere odio Cinnæ imbuti erant, eum impetu facto occiderunt. *Appianus* autem, itemque *Plutarchus*, quamquam utro anno Sulla in Aſiam tranſierit, non aperiunt, ipſum tamen Cypſelis, Mithridatem Pergamo, colloquendi gratia in agrum, Troadis conveniſſe; atque inſpectante utroque exercitu, Mithridatem pacis conditiones, quas jampridem Sulla tulerat, accepiſſe referunt; & navibus ei traditis, in Pontum receſſiſſe: Sullam ſollicitato exercitu, Fimbriam Pergami obſeſſum, ad necem compuliſſe; Curioni,
D ut Nicomedem & Ariobarzanem reduceret, negotio dato, Aſiam conſtituiſſe; civitates imperium recuſantes, muris nudaſſe; omnes pecunia multaſſe: Cinnam ab exercitu, quem in Liburniam, ut inde Sullæ occurreret, trajicere invitum volebat, interfectum; Carbonem, ne comitia collegæ ſubrogando haberet, auſpiciis ſæpius impeditum, ſolum per totum annum Conſulatum geſſiſſe, atque hoc etiam in *faſtis Capitolinis* adſcriptum eſt.

DE COS. AN. DCLXX. (67)

COnſules inde L. Scipio, & C. Norbanus: teſtis cum *Siculis tabulis Caſſiodorus*, *Obſe-*
E *quens*, *Appianus*, *Eutropius*, *Florus*; & *Tacitus*; cum ait libro XIX. Pulſis Regibus, Horatius Pulvillus II. Conſul, templum Jovis Capitolini dedicavit. Iiſdem rurſus veſtigiis ſitum eſt, poſtquam interjecto CDXV. annorum ſpatio, L. Sci-

(66) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 669.
Olymp. CLXXIV. Anno I.
Ante Ær. Chr. 84.
CN. PAPIRIUS CARBO II.
L. CORNELIUS CINNA IV. occiſus in Magiſtratu. } Coſs.
Ita ex Caſſiodoro, Livii Epitoma, Appiano, & faſt. Capitol. Sigonius, Pighius, Almel. & alii.

(67) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 670.
Olymp. CLXXIV. Anno II.
Ante Ær. Chr. 83.
L. CORNELIUS SCIPIO ASIATICUS.
C. JUNIUS NORBANUS. } Coſs.
Ita ex Caſſiodoro, Jul. Obſequ. Appiano, Eutropio, Floro, & faſt. Siculis Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.
Petavius mendoſè ſcribit *Cn. Norbanus Flaccus*.
Vide Indicem Pighii ad vocem *Junius Norbanus*.

L. Scipione, C. Norbano Coſs. flagraverat. In *Capitolinis fragmentis* eſt L. CORNELIUS L. F. L. N. SCIPIO ASIATICUS. L. Scipioni Conſuli Gallia citerior, & M. Piſo quæſtor obtigit, anno poſtquam Verres fuerat Cn. Carbonis. *Cicero* in prætura urbana. C. Flaccus his Conſulibus Prætor in Gallia ulteriore rem bene geſſit; ſiquidem Imperator à *Cicerone* nominatur pro Quinctio.

De bello civili Sullano.

SUlla compoſitis tranſmarinis rebus revectus in Italiam, XXX. armatorum millia ad verſus CC. amplius hoſtium Brundufii expoſuit, quod in eo fuit mirabile; quod cum per triennium Cinnanæ Marianæque partes Italiam obſiderent, neque illaturum ſe iis bellum diſſimulavit, nec quod erat in manibus omiſit; exiſtimavitque ante frangendum hoſtem, quam ulciſcendum civem. Q. Metellus Pius, & Cn. Pompejus Strabonis filius, cum parte exercitus ſe ad Sullam contulerunt. Miſſis legatis, qui de pace agerent, iiſque ab Conſule C. Norbano violatis, Sulla Norbanum ad Canuſium prœlio vicit; & cum L. Scipionis alterius Conſulis, cum quo omnino id egerat, ut pacem faceret, nec potuerat; caſtra oppugnaturus eſſet, univerſus exercitus Conſulis per emiſſos à Sulla milites ſollicitatus, ſigna ad eum tranſtulit Scipio, cum interimi poſſet, dimiſſus eſt. Carbo Romæ Sullæ amicos hoſtes judicandos curavit. Capitolium ejus tum opera conflagraſſe creditum eſt. Q. Sertorius, Sueſſa capta, rebus Marianis deploratis, in Hiſpaniam ulteriorem, quam ante ſortitus fuerat, profectus eſt. *Vellejus*, *Epitomæ*, *Appianus*, *Plutarchus*, alii.

DE COS. AN. DCLXXI. (68)

DEinceps C. Marium, Cn. Carbonem III. Conſules invenio apud *Caſſiodorum*, *Appianum*, *Vellejum*, & alios. C. Marium fratris filium C. Marii ſepties Conſulis *Appianus*; at *Vellejus*, *Plutarchus*, *Eutropius*, & alii, C. Marii filium prodiderunt, fortaſſe autem à C. Mario adoptatus fuit. In *Capitol.* certe *tabulis* C. MARIUS C. F. C. N appellatur. Eundem ante annos viginti Conſulem factum, ſcriptum eſt in *Epitoma* LXXXVI. at in lib. de viris illuſtribus, XXV. apud *Vellejum*, XXVI. apud *Appianum*, XXVII. annos natum, Conſulatum cepiſſe proditum eſt. Horum etiam Conſulum meminit *Cicero* contra Rullum: & *Plin.* lib. VII. cum ait: Galeria producta eſt in ſcenam à M. Pomponio ædili pl. C. Mario, Cn. Carbone Coſs. Et XLIX. M. Cœlius Rufus, & C. Licinius Calvus oratores, Romæ nati ſunt C. Mario, Cn. Carbone III. Coſs. Et *Valerius* libr. VII. C. Mario, Cn. Carbone Coſs. bello civili cum L. Sulla diſſidentibus, Senatus conſulto aurea atque argentea templorum ornamenta, ne militibus ſtipendia deeſſent, conflata ſunt.

De bello civili Sullano confecto.

MArio & Carbone III. Coſs. Q. Metellus Pius ad Æſim Carrinatem Carbonis ducem fudit; Metellum Carbo obſedit, donec accepta Mariana ad Præneſte clade, Ariminum verſus contendit. Marius enim Cos. cum ad Sacriportum non procul à Præneſte cum Sulla conflixiſſet, fugatus ab eo, Præneſte ſe recepit. Sulla Præneſte circumvallavit, atque obſidioni Lucretium Offellam præfecit. Interea Romæ Marii juſſu L. Damaſippus, vel (ut ait *Appianus*) Brutus Prætor urb. cum Senatum vocaſſet, omnem, quæ in urbe erat, nobilitatem trucidavit; inter ceteros P. Antiſtium, C. Papirium Carbonem Conſulis fratrem, L. Domitium, & Q. Mucium Scævolam Pont. Maximum. Sulla admoto propius exercitu, ac caſtris in campo Martio factis, inde urbem ingreſſus, inimicorum bona, qui metu urbe ceſſerant, publicavit; ac populo, concione advocata; ſpem fecit ſe brevi Remp. eſſe conſtituturum. Poſt autem præfectis quibuſdam urbi impoſitis, ea egreſſus, primum ad Cluſium, deinde ad Saturniam bene cum Carbone pugnavit. Carrinas, Carboniano exercitu cæſo, à Pompejo & Craſſo in agro Spoletino obſeſſus: Marcius, cum ad Marium obſidione eximendum iret, à Pompejo: C. Lamponius Lucanus, Pontius Teleſinus Samnis, & Gutta Campanus à Sulla interclusi. Carbo & Norbanus, non procul à Faventia fuſi à Metello, copiis ſpoliantur: Lucani ad Metellum defecerunt. Norbanus Rhodum, Carbo in Siciliam rebus deſperatis refugerunt. Qui Cluſii relicti erant, cum Pompejo congreſſi, plus dimidio cecidere. Carrinas, Marcius, Damaſippus, cum Samnitum copiis, velut Romam occupaturi, in Albano conſederunt. Accurrente repente Sulla, ad portam Collinam K. Novembr. acerrime dimicatum eſt. Qua victoria nuntiata, Præneſtini ſe Lucretio dediderunt. Sulla recuperata Rep. pulcherrimam victoriam crudelitate, quanta in nullo homine umquam fuit, inquinavit; octo millia deditorum in villa publica trucidavit, tabulam proſcriptionis fixit; urbem & univerſam Italiam cædibus replevit; inter quos omnes Præneſtinos inermes concîdi juſſit; M. Marium, Senatorii ordinis virum, cruribus, brachiiſque fractis, auribus præſectis, & effoſſis oculis, necavit. Marius filius Præneſte dedita, cum per cuniculum captaret evadere, ſeptus ab exercitu mortem ſibi conſcivit, in ipſo cuniculo, cum ſentiret ſe evadere non poſſe, cum Pontio Teleſino fugæ comite, stricto utrimque gladio, concurrit; quem cum occidiſſet, ipſe ſaucius, à ſervo impetravit, ut ſe occideret. M. Brutus à Cn. Carbone, qui Coſſuram appulerat, miſſus nave piſcatoria Lilybæum, ut exploraret, an ibi Pompejus eſſet, quem adverſus eum Sulla cum imperio miſerat, atque à Pompejanis navibus circumventus, ſemet occîdit. Carbo in Sicilia à Pompejo captus, cum muliebriter fleret, eſt interfectus. Hæc *Appianus*, *Plutarchus*, *Vellejus*, *Epitomæ*, alii. Cn. Carbonem in tertio Conſulatu à Cn. Pom-

(68) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 671.
Olymp. CLXXIV. Anno III.
Ante Ær. Chr. 82.
C. MARIUS, filius ex fratre C. Marii ſepties Conſulis. } Coſs.
CN. PAPIRIUS CARBO III. Ambo in Magiſtratu occiſi. }

Ita ex Caſſiodoro, Appiano, Vellejo, Cicerone &c. Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.
Hoc ipſo anno:
L. CORNELIUS SULLA FELIX DICTATOR.
L. VALERIUS FLACCUS MAG. EQU.
Ita ex Appian. & Plut. Sigonius, & Pighius.

Pompejo equite R. necatum tradit *Valerius* libr. VI. cap. II. *Obſequens* fœdam Sullæ proſcriptionem fuiſſe tradit; centena millia hominum Italico civilique bello conſumpta.

De L. Sulla dictatore.

CUm Carbo Conſul in Sicilia, Marius Præneſte interiiſſet, Senatus interregem comitiorum cauſa creari juſſit, creatus eſt L. Valerius Flaccus. Hic, cum comitia creandis Conſulibus habiturus eſſe putaretur, ex L. Sullæ victoris ſententia legem ad populum tulit, Sullæ è Rep. eſſe videri, dictatorem dici, qui perturbatam Remp. conſtitueret; eumque non ad quoddam tempus, ut ante, creari, verum quouſque civitas, ac univerſa Italia, & tota Reſp. ordinata ac conſtituta eſſet. Igitur L. ipſe Sulla dictator creatus eſt; qui XXIV. prælatis faſcibus, ac cuſtodibus corporis ſui advocatis, primus dictatoria poteſtate abuſus eſt. Hæc *Appianus*, & *Epitomæ*. Ceterum *Vellejus* & *Plutarchus* dictaturam per annos CXX. intermiſſam, hoc anno relatam ſcribunt; ſiquidem proximo anno, quam Annibal ex Italia ceſſit, ultimus dictator creatus eſt, apud *Dionyſium* autem lib. V. invenio, L. Sullam dictatura abuſum poſt annos quadringentos quam primus dictator T. Lartius dictus fuerat, atque idem etiam ſentire videtur *Appianus*; quamquam ipſe ſcribit Sullam dictaturam cepiſſe per annos quadringentos intermiſſam. Idem dictator eſt in *Capitolinis tabulis*, cum magiſtro eq. L. Valerio Flacco; eodem qui (ut puto) interregnum inierat. De quo magiſtro eq. nihil apud rerum R. ſcriptores comperi. L. Flacci interregis ſic meminit *Cicero* contra Rull. Omnium legum iniquiſſimam, diſſimillimamque legis eſſe arbitror eam, quam L. Flaccus interrex de Sulla tulit, ut omnia quæcumque ille feciſſet, eſſent rata, quam eandem legem intellexit in primo de leg. cum dixit; Quid injuſtius ea lege, quam interrex noſter tulit, ut dictator quem vellet civium impune poſſet occidere? & lib. IX. ad Atticum; Si Sulla potuit efficere, ab interrege dictator ut diceretur, cur hic non poſſit? Hoc etiam anno L. Sulla victo Mario ſe *Felicem* vocari voluit, auctore *Appiano* & *Vellejo*. *Plutarchus* enim in triumpho poſtulando etiam Felicis cognomen ſibi depopoſciſſe tradit. Idem etiam ad Græcos ſcribens, ſe *Venuſtum* iiſdem auctoribus appellavit.

De bello à L. Murena cum Mithridate renovato.

C. Mario, Cn. Carbone III. Coſs. bellum à L. Murena adverſum Mithridatem renovatum colligitur ex *Epitoma* LXXXVI. L. autem Licinius Murena à Sulla Imperatore in Aſia cum duabus Fimbrianis legionibus relictus, ut res Aſiaticas ordinaret, triumphi cupidus, bellum hac occaſione redintegravit. Cum Boſporani ac Colchi, à Rege Mithridate alienati, filium ejus ſibi Regem depoſcerent; Mithridates autem, occiſo filio, exercitum claſſemque adverſus Boſporanos compararet, Murena ſuſpicatus, ne Rex in Boſporanos verbo, re autem adverſus Romanos ſe inſtrueret, exercitu ſtatim per Cappadociam ad oppidum maximum nomine Comana ducto, in quoſdam ejus equites impetum fecit; atque legatis Regiis fœdus Syllæ oſtendentibus, rejectis, regione vaſtata, ſacriſque pecuniis direptis, in Cappadociam in hiberna ſe recepit. Hæc *Appianus*.

DE COS. AN. DCLXXII. (69)

INde M. Tullium, Cn. Dolabellam Coſs ſubjicit *Caſſiodorus*: Deculam & Dolabellam *faſti Siculi*. Tradit etiam *Appianus* Sullam dictatorem, ut ſpeciem quandam antiquæ dignitatis Reſpubl. retineret, Conſules creari permiſiſſe, M. Tullium, & Cornelium Dolabellam; atque ipſum more regio ſupra eos ſediſſe.

---

(69) *Hoc eſt*; Anno ab U. C. 672.
Olymp. CLXXIV. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 81.

M. TULLIUS DECULA. } Coſs.
CN. CORNELIUS DOLABELLA. }

Ita ex Caſſiodoro, Appiano, faſt. Capitol. Sicul. & Cuſpin. Sigonius, Pighius, Almel. & alii.

L. CORNELIUS SULLA DICTATOR, & L. VALERIUS FLACCUS MAG. EQU. Ita ex Appiano Sigonius, & Pighius.

Hoc anno ſuam exorditur Chronologiam Comes Franciſcus Mediobarbus, atque in hoc à noſtra diſcordat, quod in computatione annorum ab U. C. Varronianam ſententiam ſequitur, atque ideo Deculam & Dolabellam Conſules ponit anno U. C. 673. ut Panvinius, Petavius, & Noriſius, & alii recentiores ſentiunt; ſed nos, & qui faſtos Capitolinos ſequuntur, ut Sigonius, Pighius, & Almeloveenius, hos eoſdem Conſules ponimus anno U. C. 672. nam Romam conditam facimus anno pleno poſt M. Varronis opinionem, ut monuimus à principio hujus Operis; ex quibus patet eundem annum eſſe U. C. 672. apud faſtos Capitolinos, qui annus U. C. 673. apud Varronianæ ſententiæ ſectatores, nam cum ipſis convenimus in aſſignando anno IV. Olympiadis CLXXIV. in quem cadit apud nos & apud illos Conſulatus Deculæ, & Dolabellæ.

Quia verò idem Comes Mediobarbus à nobis diſcors videtur etiam in hoc, quod hos Conſules ponit anno 80. ante Æram Chriſti vulgarem, cum nos ponamus hos Conſules ante eandem Æram Chriſti 81. notandum eſt eundem Comitem Mediob. Dionyſii Exigui vulgarem Æram ponere eodem anno cœptam, quo cœptam & nos putamus, nempe in Conſulatu Jul. Cæſaris Vipſaniani, & L. Æmilii Paulli, ita ut & ipſe & nos natum Chriſtum ſecundum eandem Æram putemus exeunte antecedenti anno, quo Conſules erant Coſſus Cornelius Lentulus, & L. Calpurnius Piſo quem ceteri Chronologi primum annum conſtituunt ante Chriſti communem Æram, namque jam pene completus erat hic annus idem poſita Chriſti nativitate octavo Cal. Januarias. Cum ergo Comes Mediobarbus annum, quo Chriſtus natus fertur ſecundum communem Æram, nullâ ſignet notâ, quia nec primus poſt natum Chriſtum, nec primus ante natum Chriſtum verè dicendus eſt, hinc fit ut idem Comes Mediob. ponat primum annum ante Chriſti vulgarem Æram anno, quo Conſules fuerunt Octavianus Auguſtus XIII., & M. Plautius Silvanus, qui annus à ceteris Chronologis ponitur ſecundus ante Æram Chriſti vulgarem, ut videbimus in hujus Operis progreſſu. En igitur quomodo idem Comes Mediobarbus concors nobiſcum eſt, licet anno diſcors à nobis videatur, ex eo quod annus, quo Chriſtus conceptus & natus eſt nulla apud Mediobarbum ſignatur nota; ex quo fit ut annus hic U. C. 672. ſecundum faſtos Capitolinos, qui à nobis octogeſimusprimus ante Chriſti vulgarem Æram ponitur, apud Mediobarbum ſit annus tantum octogeſimus ante Chriſti eandem communem Æram. Hujuſmodi autem inter nos & Mediobarbum diſcordia verſatur tantum circa annos ante Chriſti vulgarem Æram; cum ſemper nobiſcum concors ſit in aſſignandis annis poſt Æram Chriſti vulgarem. Hæc monuiſſe ſufficiat, ne qui legunt Mediobarbi Occonem reſtitutum eum putent à nobis ire diſcordem.

diſſe. M. Tullii, & Cn. Cornelii Coſs. meminit *Cicero* contra Rullum; & *Gellius* libro XV. dinumeratis annis, inquit, à Q. Cæpione, C. Serrano, quibus Coſs. ante diem III. Non. Jan. M. Cicero natus eſt, ad M. Tullium & Cn. Dolabellam, quibus Coſs. cauſſam privatam pro Quinctio apud Aquillium judicem dixit, ſex & viginti anni reperiuntur. In *Capitolino fragmento* M. TULLIUS M. F. A. N. DECULA appellatur. M. Tullium, cum ædilitatis repulſam tuliſſet, Conſulem factum eſſe docet *Cicero* pro Plancio. His comitiis Q. Lucretius Offella, cum ante Præturam Conſulatum peteret, juſſu Sullæ occiſus eſt, auctor *Appianus*, *Plutarchus*, alii Cn. Dolabellæ Conſuli provincia Macedonia B obtigit; ex qua deinde triumphavit, ut poſt dicemus.

De bello à Murena cum Mithridate confecto.

INterea dum Mithridates legatos ad Sullam de bello ſibi contra fœdus à L. Murena illato miſit, Murena Haly fluvio trajecto, quadringentos Mithridatis vicos diripuit. Legati retulerunt, Senatui placere, ut Regi, quocum fœdus eſſet, pareeretur. Murena autem majore conatu acie cum Rege congreſſus, ac caſtris & exercitu exutus, in Phrygiam ſe recepit. Mithridates Cappadociam, pulſo Ariobarzane, occupavit. Sulla autem, C indignum ratus, Mithridatem contra fœdus vexari, Murenam à bello revocavit. Mithridates, reſtituta Ariobarzani Cappadocia, bello liberatus eſt. *Appianus*, *Cicero* pro lege Manilia.

De triumpho L. Sullæ dict. de Mithridate.

TRiumphum L. Sullæ dict. in hunc annum conjiciunt *Capitolina fragmenta*. Is autem actus eſt de Mithridate Ponti Rege ex Græcia & Aſia: cujus res per quatuor annos ibi geſtas ante expoſuimus. Triumphaſſe eum de Mithridate, *Cicero* pro Pompejo, *Eutropius*, & *Plutarchus* referunt. *Plinius* per biduum D triumphaſſe ſignificat, cum ait lib. XXXIII., Sylla in triumpho, quod ex Capitolinæ ædis incendio, cæteriſque omnibus delubris C. Marius filius Præneſte detulerat, tredecim millia auri pondo ſub eo titulo in triumpho tranſtulit, & argenti ſeptem millia. Idem ex reliqua omni victoria pridie tranſtulerat auri pondo CXV. millia. Adjici *Florus*; Debellatum à Sulla foret, niſi de Mithridate triumphare cito, quam vere maluiſſet. Hoc autem mirifice laudatur in Sulla, quod nullum de civibus victis triumphum egerit: id, quod *Valerius* notavit lib. III. his verbis; L. Sulla, qui plurima bella civilia confecit, cum conſummata ac conſtructa potentia ſua triumphum du- E ceret, ut Græciæ & Aſiæ multas urbes, ita civium Romanorum nullum oppidum vexit.

De triumpho Cn. Pompeji Magni equitis Rom. ex Africa.

SUllano triumpho ſubjicitur triumphus alter in *Capitolinis fragmentis* eodemmet anno, quo Sullanus actus. Hunc antem eiſe Cn. Pompeji ex Africa triumphum exiſtimo, de quo ſic ſcriptum eſt in *Epitoma* LXXXIX., Cn. Pompejus in Africa Cn. Domitium proſcriptum & Hiarbam Regem Numidarum bellum molientem, victos interemit; quatuor & viginti annos natus, adhuc eques Romanus, quod nulli contigerat, ex Africa triumphavit. Ceterum res geſta ſic eſt. Priore anno cum nuntiatum eſſet, Cn. Carbonem & M. Perpernam Sullæ inimicos in Sicilia bellum reparare, Cn. Pompejus eò à Sulla cum imperio miſſus. Perperna ex inſula ejecto, Carbonem Cos. captum interfecit. Deinde cum juſſu Syllæ in Africam trajeciſſet, ubi Cn. Domitius & Rex Numidiæ Hiarbas, ad quos Carbonis mortui copiæ ex Sicilia confugerant, bellum gerebant, utroque eorum ingenti prœlio ſuperato, illum occidit, hunc cepit: ipſe Imperator appellatus eſt; res autem omnis intra XL. dies confecta eſt. Eidem Romam reverſo Sulla dictator obviam prodiit: ac ſummo honore habito, *Magnum* etiam eum appellavit. Poſtulanti autem triumphum, vix tum propter ætatem, tum propter ordinem conceſſit. Hæc *Vellejus*, & *Plutarchus*. De hoc extraordinario triumpho ſic *Cicero* pro lege Manil. Quid tam præter conſuetudinem; quam homini peradoleſcenti, cujus à Senatorio gradu ætas longe abeſſet, imperium atque exercitum dari? Siciliam permitti atque Africam, bellumque in ea adminiſtrandum? Bellum in Africa maximum confecit, victorem exercitum deportavit. Quid vero tam inauditum, quam equitem R. triumphare? at eam rem populus R. non modo vidit, ſed etiam omni ſtudio viſendam putavit. Hujus triumphi meminit *Euſebius*; meminit item *Plinius* lib. VII. Pompejus, inquit, Sicilia recuperata, Africa tota ſubacta, Magnique nomine ſpolio inde capto, eques R. (id quod ante nemo) curru triumphali revectus eſt. Et *Eutropius*; Sylla de Mithridate ingenti gloria triumphavit. Cn. Pompejus, quod nulli Romanorum tributum erat, IV. & XX. annum agens, de Africa triumphavit. *Plutarchus* adjicit, potuiſſe ea ætate in Senatum Pompejum legi: verum majori ſibi honori futurum credidiſſe, ſi primus eques Rom. triumphaſſe. Ita Pompejus ſine Magiſtratu, nondum Senator, atque adoleſceus adhuc, triumphavit.

DE COS. AN. DCLXXIII. (70)

C*Aſſiodorus* cum *faſtis Siculis* Conſules ſuggerit L. Sullam II., Q. Metellum. *Appianus* adjicit. Sullam, quamquam dictator erat, tamen, ut aliquam ſpeciem Reſp. habere videretur, ſe cum Q. Metello Pio Conſulem renunciari voluiſſe. Horum Conſulum ſic meminit *Cicero* in Verrem: Ædem Caſtoris P. Junius habuit tuendam L. Sulla, Q. Metello Coſs. Et *Gellius* lib. XV. Neque dubium eſt, quin *Cicero* poſt annum quam pro Quinctio dixerat, Sex. Roſcium reum parricidii defenderit, annos jam ſeptem & viginti natus, L. Sulla Felice, & Q. Metello Pio Coſs. *Fragmentum* etiam *Capitolinum* habet Con-

(70) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 673.
Olymp. CLXXV. Anno 1.
Ante Aer. Chr. 80.
L. CORNELIUS SULLA FELIX II.) Coſs.
Q. CÆCILIUS METELLUS PIUS.)
Ita ex Caſſiodoro, Appiano, faſt. Capitol. & Sicul. Cicerone, Gellio &c. Sigonius, Pighius, Almeloventus, & alii.

C. Mediobarbus tranſilit hunc annum & ſequentes uſque ad annum Varronianum ab U. C. 687. nempe ad annum 686. juxta faſtos Capitolinos.

Conſules L. CORNELIUM L. F. P. N. SULLAM FELICEM II. Q. CÆCILIUM. Hic eſt Q. Metellus Q. Numidici filius, qui Hiſpanias & Sertorianum bellum ſortitus eſt. Hoc (ut opinor) anno Sylla Nolam in Samnio recepit: XLVII. legiones in agros captos deduxit; & eos iis diviſit: Volaterras, quod oppidum adhuc in armis erat, obſeſſum, in deditionem accepit. Mytilenæ quoque in Aſia, quæ ſola urbs poſt victum Mithridatem arma retinebat, expugnatæ dirutæque ſunt. *Epitoma* LXXXIX.

De triumpho L. Murenæ pro Pr. ex Aſia de Mithridate.

POſt Sullæ diſceſſum L. Murena cum Mithridate bellum (ut dixi) ſponte ſua inſtauravit, idque ipſum deinde juſſu Sullæ omiſit. Quantum autem ego ex *Appiani* verbis colligere potui, res ab eo per biennium geſta eſt; primum Mario & Carbone, deinde Tullio & Cornelio Coſs. Quod idem ſignificat etiam *Cicero*, cum ait, L. Lucullum quæſturæ diuturnum tempus, L. Murena bellum in Ponto gerente, conſumpſiſſe. Ex eo bello Murenam triumphaſſe ſatis conſtat; at quo anno, non conſtat. Mihi quidem viſum eſt, triumphum ejus in hunc annum conjici poſſe; quod probabile videretur, eum Romam reverſiſſe, tum cum Sulla à bello eum revocaret. Hac enim de re ſic *Cicero* pro Murena, qui filius hujus fuit: Mithridatem L. Sulla maximo & fortiſſimo exercitu pugna excitatum, cum bello invectum in totam Aſiam, cum pace dimiſit; L. Murena pater vehementiſſime diligentiſſimeque vexatum, repreſſum magna ex parte, non oppreſſum reliquit. Et pro lege Manilia; Triumphavit L. Sulla, triumphavit L. Murena de Mithridate, duo fortiſſimi & ſummi Imperatores: ſed ita tamen triumpharunt, ut ille pulſus ſuperatuſque regnaret. Verumtamen illis Imperatoribus laus eſt tribuenda, quod egerunt; venia danda, quod reliquerunt: propterea quod ab eo bello Sullam in Italiam Reſpublica, Murenam Sulla revocavit. Iterum pro Murena: An cum ſedere in equis triumphantium prætextati potiſſimum filii ſoleant, huic donis militaribus patris triumphum decorare fugiendum fuit, ut rebus communiter geſtis cum patre ſimul triumpharet? Et infra: Meruiſſe vero ſtipendia in eo bello, quod tum populus Rom. non modo maximum, ſed etiam ſolum gerebat, virtutis; patre Imperatore meruiſſe, pietatis; finem ſtipendiorum, patris victoriam ac triumphum feciſſe, felicitatis fuit. Et infra: Proavus L. Murenæ & avus, Prætores fuerunt; & pater, cum ampliſſime atque honeſtiſſime ex Prætura triumphaſſet, hoc faciliorem huic gradum Conſulatus adipiſcendi reliquit.

De bello Sertoriano Hiſpanienſi.

BEllum Sertorianum, ut inquit *Florus*, tamquam Sullanæ proſcriptionis fuit hæreditas. Hoc Q. Sertorius in Hiſpaniis ſuſcitavit, qui cum Scipionis & Norbani Conſulum partes, quibus ipſe ſtudebat, acciſas ac profligatas in Italia à Sulla ſentiret, in Hiſpaniam, quam jam ante provinciam Prætor obtinuerat, conceſſit, ſumma vi Prætoribus, qui eum, ut Sullæ gratificarentur, arcebant, repulſis. Poſtero autem anno Mario & Carbone Coſs. cum ipſe magnum exercitum comparaſſet, ac claſſem etiam confeciſſet, veritus ne L. Sulla, quem, fugato Carbone, Mario occiſo, victorem Remp. invaſiſſe audierat, adverſus ſe exercitum mitteret, Pyrenæos montes per Livium Salinatorem occupavit. Tertio autem anno, M. Tullio & Cn. Cornelio Coſs. C. Annius à Sulla dictatore in Hiſpaniam miſſus, Livio per dolum ſublato, montes Pyrenæos tranſgreſſus eſt; atque Sertorium primum Carthaginem novam, deinde in Mauritaniam compulit; poſt cum eo recedente ad Pityuſam inſulam navali prœlio decertavit. Sertorius tempeſtate ad Gades delatus, Luſitaniam, cum eam tenuiſſet, ad bellum impulit, atque armavit. Hoc autem demum anno, cum majore apparatu bellum illud egere Sullа ſentiret, Q. Metellum Pium Conſulem eò mittendum cenſuit. Adjicit *Eutropius*, L. quoque Domitium Prætorem miſſum. Metellus autem an in Conſulatu exierit, non liquet. *Plutarchus* certe eum non ſtatim profectum eſſe indicat, cum Sertorium hoc (ut opinor) anno Cottam navali prœlio ſuperaſſe, Didium Bæticæ Prætorem fudiſſe, Thoranium à Metello miſſum fregiſſe ſcribit. De Sertorii in Mauritaniam tranſitu, ſic *Saluſtius* libro primo Hiſtoriarum, ut eſt apud *Gellium* libro X. cap. XXVI. Itaque Sertorius levi præſidio relicto in Mauritania, nactus obſcuram noctem, æſtu ſecundo, furtim aut celeritate vitare prœlium in tranſgreſſu conatus eſt.

DE COS. AN. DCLXXIV. (71)

INde Conſules P. Servilius, Ap. Claudius; auctor *Caſſiodorus*. Eorum cognomina Vatia & Pulcher exſtant in *tabulis Siculis*. De quibus ita *Appianus*: Populus Rom. ut Sullæ dictatori obſequeretur, ab eo, ut Conſulatum continuaret, petiit. Cui adverſatus Sulla, Servilium Iſauricum, & Claudium Pulchrum Conſules renuntiandos curavit. P. Servilii & Ap. Claudii Conſulum meminit etiam *Oroſius*. In *fragmento Capitolino* eſt; P. SERVILIUS VATIA, QUI POSTEA ISAURICUS APPELLATUS EST. Quo de cognomine dicam in triumpho ejus. Ap. Claudium hunc in ædilitate præteritum, & quidem patre vivo, ſine repulſa Conſulem factum ait *Cicero* pro Plancio. Idem Macedoniam, P. Servilius Ciliciam ſortitus eſt & bellum piraticum, ut poſt ſuo loco dicemus.

De L. Sulla dictatura abdicante.

HIs Conſulibus L. Sulla, qui dictaturam in perpetuum ceperat, ſe ea abdicavit, cumque multa hominum millia morte, multa atque omni contumeliæ & injuriæ genere affeciſſet, Italiam, & totam Remp. rerum novarum ſtudio perturbaſſet, dimiſſo à ſe publico

(71) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 674.
Olymp. CLXXV. Anno II.
Ante Ær. Chr. 79.
P. SERVILIUS VATIA, dictus poſtea ISAURICUS. } Coſſ.
AP. CLAUDIUS PULCHER. }
Ita ex Caſſiodoro, Appiano, Oroſio, faſt. Capitol. & Sicul. Sigonius, Pighius, Almelov. & alii.
L. CORNELIUS SULLA hoc anno Dictatura ſe abdicavit.

eo præſidio, palam in foro dixit, ſe omnium à ſe geſtarum rerum paratum eſſe rationem reddere. Hæc *Appianus* & *Plutarchus*. Notat item *Oroſius* P. Servilio, Ap. Claudio Coſs. Sullam abdicaſſe. Itaque in libro de viris illuſtribus ſcriptum eſt, Sullam ordinata Rep. dictaturam depoſuiſſe, & *Svetonius* Cæſarem dixiſſe tradit, Sullam neſciſſe literas, qui dictaturam depoſuiſſet; *Saluſtius* tamen Sullam dictaturam in inſequentem etiam annum retinuiſſe ſignificat, cum Lepidum ipſum Conſulem in quadam oratione acerbius in ejus tyrannidem invehentem facit.

DE COS. AN. DCLXXV. (72)

M. Lepidus, Q. Catulus Conſules in hunc annum à *Caſſiodoro* referuntur. *Plutarchus* auctor eſt, cum L. Sulla dictatura ſe abdicaſſet, & comitiorum Conſularium poteſtatem populo R. reddidiſſet, M. Lepidum Sullæ inimicum, hominem audacem, ante Catulum, Cn. Pompejo annitente, eſſe renunciatum. Horum Conſulum meminit *Appianus*, & *Cicero* pro Cornelio. Gaditani, inquit, M. Lepido, Q. Catulo Coſs. à Senatu de fœdere poſtulaverunt. Et *Plin.* lib. XXXVI., M. Lepidus, Catuli in Conſulatu collega, primus omnium limina ex Numidico marmore in domo poſuit; magna reprehenſione, is Conſul fuit anno urbis DCLXXVI. Scriptum eſt etiam de iis apud *Valerium* lib. II. cap. III. in *Epitoma* LXXXIX. apud *Eutropium* & *Florum*. In *fragmentis Capitolinis* eſt; M. ÆMILIUS LEPIDUS, Q. LUTATIUS, Q. F. CATULUS. Hic autem Catulus, filius fuit Q. Catuli, qui de Cimbris triumphavit, de hoc epigramma antiquum legi tale: Q. LUTATIUS Q. F. Q. N. CATULUS COS. SUBSTRUCTIONEM ET TABULARIUM EX S. C. FACIUNDUM CURAVIT. Lepido Gallia ulterior, Catulo forte Italia obtigit, de qua ſic *Cicero* in Verr. P. Servilius, Q. Catulus, tantis rebus geſtis ſunt, ut in clariſſimorum hominum numero reponantur. Q. Catulus frumento eſt uſus; pecuniam non coëgit. *Saluſtius* Hiſtoriatum libro primo; S. C. fit, uti Lepidus & Catulus decretis exercitibus maturrime proficiſcerentur, ex *Cariſio*.

De ſeditione M. Lepidi Coſ.

HIs Conſulibus L. Sulla annos LX. natus moritur, magnus ei honos habitus a Senatu eſt, ut cadaver ejus per Italiam efferretur, atque in campo Martio, vel repugnante Lepido Conſule, ſepeliretur, M. Lepidus legem de actis Sullæ reſcindendis promulgavit, ut qui à Sulla proſcripti fuerant, & civitatem & bona ſua recuperarent. Cui cum Catulus collega, & boni omnes adverſarentur, re in concionibus jactata, Lepidus à Senatu jurejurando adactus, bellum ſe patriæ non facturum, in Galliam ulteriorem, quam ſortitus erat, profectus, ad comitia, tamquam exacto Conſulatu ſuo bellum illaturus, non venit. *Appianus*, *Florus*.

De re geſta à Q. Metello pro Coſ. cum Sertorio.

Q. Metellus hoc anno rem cum Sertorio, ſed ſine ullo emolumento vel ætatis, vel morum vitio, geſſit; à Sertorio, qui latronum more pugnabat, ſæpe eluſus. De eo enim ſic *Oroſius*: Adverſus Sertorium duo duces miſſi, Metellus & Domitius: quorum Domitius, ab Herculejo Sertorii duce cum exercitu oppreſſus eſt: Manilius pro Cos. è Gallia in Hiſpaniam cum tribus legionibus, & mille ac quingentis equitibus tranſgreſſus, iniquam cum Herculejo pugnam conſeruit; à quo caſtris copiiſque nudatus, in oppidum Ilerdam pene ſolus refûgit. Metellus multis prœliis fatigatus, per devia oberrans, hoſtem mora fatigavit, donec cum Pompejo jungeretur. Et *Eutropius*: A Sertorii duce Herculejo Domitius occiſus eſt. Metellus vario eventu contra Sertorium dimicavit. Et in *Epitoma* XC. Q. Sertorius proſcriptus, in ulteriore Hiſpania ingens bellum excitavit. L. Manilius pro Cos. & * L. Domitius legatus ab Herculejo quæſtore prœlio victi ſunt. De Domitio ſic *Saluſtius* in primo Hiſtoriatum, ut eſt apud *Priſcianum*: Metellus Domitium Procos. ex citeriore Hiſpania cum omnibus copiis, quas paraverat, arceſſivit.

DE COS. AN. DCLXXVI. (73)

M. Æmilium, D. Brutum Conſules hic annus habuit, auctore *Caſſiodoro*, & *Obſequente*. Horum Conſulum ſic meminit Macer Tribunus pl. apud *Saluſtium*, cum plebem à patribus oppreſſam queritur: Nam ſpem fruſtra fuiſſe intellexiſtis Sulla mortuo, qui ſceleſtum impoſuerat ſervitium, finem mali credebatis; ortus eſt longe ſevior Catulus, tumultus interceſſit Bruto & Æmilio Mamerco Conſulibus; dein C. Curio ad exitum uſque inſontis Tribuni dominatus eſt; Lucullus ſuperiore anno quantis animis ierit in L. Quinctium, vidiſtis. Meminit iterum *Cicero* in Bruto, cum ait: Iiſdem temporibus D. Brutus, is qui Conſul cum Mamerco fuit, homo & Græcis doctus literis, & Latinis. Et cum idem *Cicero* in II. de Off. ait: Mamerco homini ditiſſimo, ædilitatis prætermiſſio, Conſulatus repulſam attulit, hunc ab eo intelligi puto. In *faſtis* etiam *Siculis* eſt Brutus & Mamercus. Hoc loco *fragmenta* tria *Capitolina* compoſui, quæ ab iis qui ea in Capitolio digeſſerunt, longe divulſa ſunt, ea vero ſunt hæc:

M.

(72) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 675.
Olymp. CLXXV. Anno III.
Ante Aer. Chr. 78.
M. ÆMILIUS LEPIDUS. } Coſs.
Q. LUTATIUS CATULUS. }
Ita ex Caſſiodoro, Appiano, Cicerone, Eutropio, Floro, & faſt. Capitol. Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.

(73) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 676.
Olymp. CLXXV. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 77.
D. JUNIUS BRUTUS. } Coſs.
MAMERCUS AEMILIUS LEPIDUS LIVIANUS. }
Ita ex Caſſiodoro, Jul. Obſequ. Cicerone, faſt. Sicul. & Capitol. Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.
Male Almelovenius dat Junio Bruto cognomen *Lepidi*, quod convenit Mamerco Aemilio, ut optimè docet Pighius cum Sigonio. Corrigendus eſt tamen Pighius, qui circa hoc ipſum errat in titulo, cum ſentiat contrarium in commentario.

	M. AIMILIVS Q. F. M. N.	LEPIDVS.	Q. LVT=
	D. IVNIVS D. F. D. N.	BRVTVS.	M. A==
	CN. OCTAVIVS M. F. CN. N.		C. SCR=
	L. ==== IVS. CN. F. CN. N.		C. AVR=
	L. ===== L. F. L. N.	LVCVLLVS.	M. AV==
DCXXC.	M. ==== IVS. M. F. == R.	LVCVLL.	C. C=

Alterum eſt hoc quod ſuperiori præpoſitum eſt, atque ante Punicum bellum ſecundum temere ſitum.

= ====S. Q. F. ==	Tertium, quod ipſi, quo in loco reponeretur, ſe ignorare profitentur, eſt hoc:
= == MILIV= == ==	CATVL==
= === ONIVS. == ==	=D. LIVI==
= ===== VS M.= ==	CVR==
= === LIVS. == ==	COT.==
=== SIVS. L. F.	

Hæc autem ſi una componantur, exſtabunt prope integra Conſulum horum annorum nomina: hoc modo:

	M. AIMILIVS Q. F. M. N. LEPIDVS.	Q. LVTatius. Q. F. Q. N.	CATVLus.
	D. IVNIVS D. F. D. N. BRVTVS.	MAM. AIMILIVS Mam. E. LepiD.	LIVIan.
	CN. OCTAVIVS M. F. CN. N.	C. SCRIBONIVS C. F.	CVRio.
	L. OctauIVS CN. F. CN. N.	C. AVReliVS M. F.	Cotta.
	L. Licinius L. F. L. N. LVCVLLVS	M. AVreLIVS M. F.	COTta.
DCXXC.	M. TerentIVS M. F. VarR. LVCVLL.	C. CaſSIVS.	Longinus.

Ac de ceteris quidem ſuo loco, nunc de Mamerco Conſule dicamus; quem, *veſtigia Capitolina* ſequuti, Mamercum Æmilium Lepidum Livianum ſcripſimus, fuit enim *Mamercus* prænomen Æmiliorum. Hunc autem etiam intelligi à *Valerio* puto lib. VII. ubi meminit Mamerci Æmilii Lepidi Conſulis, & Cn. Oreſtis Prætoris Urbani, ejus (opinor), qui paucis poſt annis Conſul erit. Utraque enim hæc cognomina Æmiliorum fuiſſe, ſatis conſtat, quin etiam *Pædianus* in Cornelianam, hos Conſules D. Brutum, & M. Lepidum nominat. *Livianus* autem, adoptionis cognomen eſt. Itaque vereor ne, qui collegam hujus *Brutum Julianum* appellant, temere id faciunt; quod is in *Capitolinis tabulis* nullo quarto nomine afficiatur, atque illud ad Mamercum potius transferendum ſit, & pro Juliano *Livianus* ſcribendus ſit. Cum Mamerco petiiſſe Curionem, qui poſtero anno Conſul fuit, intelligi ex his *Saluſtii* verbis poteſt, ex primo libro Hiſtoriarum, apud *Priſcianum* lib. X. Curionem quæſivit, uti adoleſcentior, & populi ſuffragiis integer, ætati concederet Mamerci.

De bello civili Lepidi pro Cos.

M. Lepidus, qui in Conſulatu urbe eo animo exierat, ut exacto Conſulatu arma patriæ inferret, hoc anno bellum movit; nam cum alterum Conſulatum peteret, atque Etruriam ad arma concitaſſet, Galliam autem citeriorem per M. Brutum obtineret, infeſta ſigna patriæ intulit. Ita factum eſt ut, cum nullis creatis Conſulibus interreges Remp. adminiſtrarent, L. Philippus eam ſententiam dixerit, quæ ex reliquiis *Saluſtianæ hiſtoriæ* ſupereſt; Quare ita cenſeo, quoniam Lepidus exercitum privato conſilio paratum, cum peſſimis & hoſtibus Reip. contra hujus ordinis auctoritatem ad urbem ducit, uti Ap. Claudius interrex cum Q. Catulo Procos. & ceteris, quibus imperium eſt, urbi præſidio ſint, operam dent, ne quid Reſp. detrimenti capiat. Poſt autem, cum Cn. Pompejus de M. Bruto Mutinæ à ſe occiſo certiorem Senatum feciſſet, magnam metus partem, quo Rom. civitas tenebatur, ademit. Lepidus autem, à Catulo & Pompejo, qui jam Milvium pontem, collemque Janiculum cum exercitu inſederant, Italia pulſus, in Sardiniam refugit, ubi fruſtra bellum molitus, haud ita multo poſt morbo interiit. Hæc fere *Appianus*, & *Plutarchus*. *Oroſius* bis acie decertatum ſcribit; Albam obſidione cum Scipione Lepidi filio captam; Brutum in Ciſalpinam Galliam ſugientem, à perſequente Pompejo apud Rhegium eſſe occiſum. De hac autem victoria ſic *Valerius*; Q. Catulus, M. Lepido collega ſuo cum omnibus copiis ſeditioſis exſtincto, moderatum præ ſe gerens gaudium, in urbem revertit. Et *Florus*: Victores, quod non temere in aliis civilibus bellis, pace contenti fuerunt. Hunc motum intra unam æſtatem oppreſſum tradit *Eutropius*.

De triumpho Cn. Dolabellæ pro Cos. ex Macedonia.

QUemadmodum bellum in Macedonia per hæc tempora, populantibus eam Thracibus, gereretur, ſatis ſupra demonſtratum eſſe opinor. Ultimus rem cum illis geſſit L. Sulla; qui cum in Græcia eſſet, Dardanos, alioſque Thracum populos, Macedoniam incurſantes, prœlio profligavit. Hos autem ne quieviſſe quidem Sullana victoria arbitror, itaque adverſus eos miſſum eſſe Cn. Cornelium Dolabellam, vel in Conſulatu, vel certe poſt Conſulatum; triumphaſſe enim per hæc tempora Cn. Dolabellam ex Macedonia, *Cicero* ſcribit in Piſonem, ita: Ex qua provincia vir omni dignitate ornatiſſimus L. Torquatus, me referente, abſens Imperator appellatus ſit; unde his paucis annis Cn. Dolabellæ, C. Curionis, M. Luculli juſtiſſimos triumphos vidimus; ex ea te Imperatore nuncius ad Senatum allatus eſt nullus. *Suetonius* etiam meminit hujus Dolabellæ in Cæſare, cum ait: Cæſar, compoſita Lepidi & Catuli ſeditione, Cn. Dolabellam, virum Conſularem ac triumphalem, accuſavit, nec damnavit. Hoc autem demum anno eum triumphaſſe puto; quod niſi hoc anno ſucceſſor ei miſſus ſit Ap. Claudius; qui ineunte hoc anno, interregnum Romæ iniit; teſte *Saluſtio*.

De re geſta ab Ap. Claudio Pulchro pro Cos. in Thracia.

HOc tempore bellum in Thracia commotum traditur: ad eum autem primum miſſum eſſe Ap. Claudium: ſed, ut dixi, multo

to

A to poſt Conſulatum miſſus ſit neceſſe eſt, quod etiam ſubindicat *Eutropius*, cum ita ſcribit; Ad Macedoniam miſſus Ap. Claudius poſt Conſulatum, levia prœlia habuit contra varias gentes, quæ Rhodopæam provinciam incolebant, atque ibi morbo mortuus eſt. De eo autem ſic *Oroſius*: Macedonicum bellum Claudius ſortitus, varias gentes, quæ Rhodopæis montibus circumfuſæ ſunt, ac tunc Macedoniam crudeliſſime populabantur, bello finibus pellere tentavit; magniſque ſe malorum molibus objecit; unde cum hæc animo gereret, curis circumſeptus, morbo inſuper correptus, interiit. Et *Epitoma* XCI. Ap. Claudius pro Cos. Thracas pluribus prœliis vicit. Et *Rufus*: Per Ap. B Claudium Procos. ii, qui Rhodopam incolebant, victi ſunt. Et *Florus*: Appius in Sarmatas uſque pervênit. Tenuiſſe autem Macedoniam eum per biennium puto; atque ad ipſum referri id, quod eſt apud *Obſequentem*; Octavio & Scribonio Coſs. adverſus Mædos varie dimicatum.

De Cn. Pompejo pro Cos. adverſus Sertorium miſſo.

CUm Q. Metellus impar adverſus Sertorium videretur, viſum eſt Senatui Cn. Pompejo privato imperium extra ordinem in Hiſpaniam dare; itaque Senatus Conſultum factum C eſt in ſententiam L. Philippi, ut Cn. Pompejus, qui ad urbem erat, adverſus Sertorium cum eodem atque Metellus imperio pro Cos. iret: cum quidem Philippus, ignaviam præſentium Conſulum inſectans, dixit, ſe eum non modo pro Conſule, ſed pro Conſulibus mittere. Venit autem eodem etiam anno ad Sertorium cum magno exercitu M. Perperna, jam Lepidi partibus, præſertim eo in Sardinia mortuo, fractis. De itinere ſuo in Hiſpaniam, ſic loquitur in epiſtola quadam ad Senatum, apud *Saluſtium*, Pompejus: Equidem fateor, me ad hoc bellum majore ſtudio, quam conſilio profectum; quippe qui nomine modo imperii à vobis accepto, diebus XL. exercitum D paravi; hoſteſque in cervicibus jam Italiæ agentes, ab Alpibus in Hiſpaniam ſummovi; per eas iter aliud atque Annibal nobis opportunius pateſeci; recepi Galliam, Pyrenæum, Jacetaniam, Indigetis; & primum impetum Sertorii victoris, novis quidem militibus, & multo paucioribus ſuſtinui; hiememque in caſtris inter ſæviſſimos hoſtes, non per oppida, neque ex ambitione mea egi. Atque hoc eſt id, quod *Cicero* pro lege Manilia dixit; Cn. Pompejus, Gallis iter in Hiſpaniam legionibus R. prohibentibus, eorum internecione pateſecit. Quod idem bellum eadem in oratione Tranſalpinum appellavit. *Appianus* iter ab eo pateſactum in Alpibus inter Padi & Rhodani fontes ait, unde E *Lucanus* lib. VIII.

Adde truces Lepidi motus, Alpinaque bella,
Armaque Sertorii revocato Conſule victa.

De re à Pompejo hoc anno geſta, ſic in *Epitoma* XCI. Cn. Pompejus, cum adhuc * eques eſſet, cum imperio Conſulari adverſus Sertorium miſſus eſt. Sertorius aliquot urbes expugnavit; plurimaſque civitates in poteſtatem ſuam redegit. Inter ceteras autem expugnatas civitates, Lauronem intelligit; quam à Sertorio inſpectante Cn. Pompejo incenſam ſcribit *Plutarchus*. Quo facto, Pompejum ac Sertorium in hiberna ſe retuliſſe, Pompejum ad Pyrenæos montes, Sertorium in Luſitaniam, adjicit *Appianus*. His Coſs. D. Lælium, legatum Pompeji, in Hiſpania adverſus Sertorium inter pabulatores occiſum, tradit *Obſequens*, quod ad Lauronem oppidum eveniſſe, ubi primum Pompejus cum Sertorio congreſſus eſt, ſcriptum eſt apud *Frontinum* lib. II. cap. V.

DE COS. AN. DCLXXVII. (74)

COnſules fuerunt in hunc annum Cn. Octavius, C. Curio; ut ait cum *faſtis Siculis Caſſiodorus*: ut *Obſequens*, Cn. Octavius, C. Scribonius. Horum meminit *Cicero* in Bruto, hoc modo: Cn. Sicinius cum Tribunus pl. Curionem & Octavium Conſules produxiſſet; Curioque multa dixiſſet ſedente Cn. Octavio collega, qui devinctus erat faſciis, & multis medicamentis propter dolorem artuum delibutus; Numquam, inquit, Octavi, collegæ tuo gratiam referes; quod, niſi ſe ſuo more jactaviſſet, hodie te iſtic muſcæ comediſſent. Et *Lactantius* libr. I. Curio Conſul retulit ad Senatum, ut Legati Erythras mitterentur ad carmina Sibyllæ colligenda, & Romam deportanda. Miſſi ſunt P. Gabinius, M'. Otacilius, L. Valerius. Et in libr. de ira Dei, hoc factum eſſe ſcribit Octavio & Curione Coſs. *Fragmenta Capitolina* Conſules edunt CN. OCTAVIUM CN. F. M. N. C. SCRIBONIUM CURIONEM. *Cicero* in Bruto tres C. Curiones Oratores prodit, patrem, filium, & nepotem. Hic eſt filius, qui pater fuit C. Curionis Tribuni pl. Cæſariano civili bello. Cn. Octavium M. F. idem vocat; M. autem Octavium Cn. F. Curio Macedoniam ſortitus eſt.

De re geſta cum Sertorio.

INeunte vere, Metellus & Pompejus è Pyrenæis montibus, Sertorius & Perperna ex Luſitania moventes, ad Sucronem aciem conflixerunt, qua in pugna Metellus Perpernam, Sertorius Pompejum in fugam vertit. Pompejus etiam in femore vulnus accepit. Poſt autem iterum congreſſi ad Seguntiam, Sertorius etiam Pompejum, Metellus Perpernam fudit. Tertio, cum ſe in Metellum Sertorius intuliſſet, interveniente Pompejo, receſſit; ac rurſus in hiberna ſe contulerunt. Hoc pacto *Appianus*. At *Oroſius* ita: Poſt Lauronis excidium, Herculejus cum Metello congreſſus apud Italicam Bœticæ urbem, XX. millia militum perdidit; victuſque in Luſitaniam cum paucis refûgit. Pompejus Segidam nobilem Celtiberiæ urbem cepit. Sertorius cum Pompejo deinde congreſſus, X. millia militum ejus cæcidit; ex alio cornu vincente Pompejo, tantundem pene ipſe amiſit. Et in *Epitoma* XCI. ſic: Q. Metellus pro Cos. L. Herculejum Quæſtorem Sertorii omni cum exercitu cæcidit. Cn. Pompejus adhuc dubio eventu cum Sertorio pugnavit; ita ut ſingula ex

(74) *Hoc eſt*: Anno 20 U. C. 677.
Olymp. CLXXVI. Anno I.
Ante Ær. Chr. 76.
CN. OCTAVIUS. } Coſs.
C. SCRIBONIUS CURIO. }

Ita ex Caſſiodoro, Jul. Obſequ. Cicerone, faſt. Sicul. & Capitol. Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.

ex utraque parte cornua vicerint. Q. Metellus Sertorium & Perpernam cum duobus exercitibus prœlio fudit, cujus victoriæ partem cupiens ferre Pompejus, parum proſpere pugnavit. Obſeſſus deinde Calagurii Sertorius, aſſiduis eruptionibus non leviora damna obſidentibus intulit. At *Plutarchus* hoc anno ita dimicatum ſcribit, Pompejum Sertorianos duces Herennium & Perpernam ad Valentiam viciſſe; eaque victoria elatum, antequam Metellus adveniret, ad Sucronem conſeruiſſe, cum Pompejus Sertorianum cornu funderet, Sertorium, qui Afranio Pompejano duci oppoſitus erat, ad ſuos, qui ab Afranio pellebantur, accurriſſe; ac reſtituto prœlio, Pompejum ipſum ſaucium fugaſſe: Afranio autem cornu, quod Sertorius deſeruerat, in fugam conjiciente, Sertorium victorem revertiſſe, atque Afranianum quoque cornu fudiſſe: cum autem Metellum cum alio exercitu adventare ſentiret, prœlium diremiſſe. In agro etiam Seguntino pugnatum utrimque eſſe acerrime; qua in pugna Memmium quæſtorem Pompeji eſſe occiſum; Metellum prope pulſum, Sertorianum exercitum repuliſſe; Sertorium in montana urbe (Calagurium ei nomen fuit) ſe aſtute obſideri ab hoſtibus paſſum, delectum per amicas Hiſpaniæ urbes habuiſſe. Hæc autem omnia ita perſequitur in epiſtola ad Senatum Pompejus: Quid deinde prœlia aut expeditiones hibernas, oppida exciſa aut recepta enumerem? caſtra hoſtium apud Sucronem capta, & prœlium apud flumen Duriam; & dux hoſtium C. Herennius cum urbe Valentia, & exercitus deleti, ſatis clara vobis ſunt. Et *Cicero* pro Cornelio: Ceterum accuſator fatetur, L. Cornelium in Hiſpania duriſſimo bello cum Q. Metello, cum M. Memmio, & in claſſe & in exercitu fuiſſe: & ut Pompejus in Hiſpaniam venerit, Memmiumque habere quæſtorem cœperit, numquam à Memmio diſceſſiſſe: Carthaginem eſſe profectum: acerrimis illis prœliis & maximis, Sucronenſi & Durienſi, interfuiſſe. De Herculejo à Metello victo ſic *Frontinus* libr II. Metellus Pius in Hiſpania adverſus Herculejum, cum ille oriente protinus die inſtructam aciem vallo ejus admoviſſet, fervidiſſimo tunc tempore anni, intra caſtra ſuos continuit in horam diei ſextam; atque ita fatigatos æſtu, facile integris & recentibus vicit ſuorum viribus. Et cap. III. Metellus in Hiſpania eo prœlio, quo Herculejum devicit, cum comperiſſet cohortes ejus, quæ validiſſimæ vocabantur, in media acie locatas, ipſe mediam ſuorum aciem reduxit; ne ea parte ante cum hoſte confligeret, quam cornibus profligatis medios undique circumveniſſet. Et cap. VII. Q. Sertorius, cum acie decertaret, barbarum, qui ei nuntiaverat Herculejum periiſſe, pugione trajecit.

DE COS. AN. DCLXXVIII. (75)

L. Octavium, C. Cottam Conſules *Caſſiodorus* in hunc annum ſuggerit C. Aurelium, L. Octavium *Obſequens*. L. Octavii, C. Aurelii Conſulum meminit *Plin.* libr. II. cap. XXXV. *Cicero* III. & V. in Verr. L. Octavii & C. Cottæ: C. Cottæ, contra Rullum. In *fragmentis Capitolinis* L. OCTAVIUS CN. F. CN. N. & C. AURELIUS eduntur. Hunc annum tranſcendunt *faſti Siculi*. *Pædianus* tres Cottas fratres Conſulares hoc tempore fuiſſe ſcribit, Cajum, Marcum, & Lucium: C. Cotta ante Tribunatu, poſt civitate pulſus, Sulla victore in urbem redierat. *Cic.* in Bruto. Ex his Conſulibus L. Octavius in Cilicia, quæ ei provincia obtigerat, anno ſequenti moritur. *Plutarchus* in Lucullo. C. Cotta Galliam provinciam ſortitus eſt. *Cic.* in Bruto. Tumultum hoc anno in urbe fuiſſe, declarat concio C. Cottæ Cos. ad Quirites, quæ exſtat ex hiſtoriis *Saluſtii*: in qua hæc verba ſunt: Conſules nos feciſtis Quirites, domi bellique impeditiſſima Rep. Namque Imperatores Hiſpaniæ ſtipendium, milites, arma, frumentum poſcunt, & id res cogit; quoniam defectione ſociorum, & Sertorii per montes fuga, neque manu certare poſſunt, neque utilia parare. Exercitus in Aſia Ciliciaque, ob nimias opes Mithridatis, aluntur. Macedonia plena hoſtibus eſt; nec minus Italiæ maritima & provinciarum, cum interim vectigalia parva, & bellis incerta, vix partem ſumptuum ſuſtinent; ita claſſe, qua commeatus vehebatur, minore, quam antea navigamus. Hæc ſi dolo aut ſocordia noſtra contracta ſunt, agite uti libet, & ita ſupplicium ſumite; ſin fortuna communis aſperior eſt, quare indigna vobis nobiſque incipitis? De legibus à C. Cotta Cos. latis ſic *Pædianus*; C. Cotta Cos. paulum Tribunis non poteſtatis, ſed dignitatis addidit; ideſt, legem tulit, ut Tribunis pl. liceret poſtea alios magiſtratus capere; quod lege Sullæ iis erat ademptum. Item: C. Cotta de legibus ſuis abrogandis retulit ad Senatum. Videntur autem in parvis rebus leges illæ fuiſſe; quoniam neque apud *Saluſtium*, neque apud *Livium*, neque apud *Feneſtellam*, mentio fit legis, præter eam, quam in concione populo magno ſtudio tulit, ut iis, qui Tribuni pl. fuiſſent, alios quoque magiſtratus capere liceret: quod lege dictator Sylla ſuſtulerat, neque hæc abrogata eſt. Item; C. Cotta legem tulit de privatis judiciis, quæ eſt anno poſteriore à fratre ejus M. Cotta abrogata. Et *Cic.* in Verr. L. Octavius, C. Aurelius Coſſ. cum ædes ſacras locaviſſent, neque potuiſſent omnia ſarta tecta exigere; neque ii Prætores, quibus erat negotium datum, C. Sacerdos, M. Cæſius: Senatus conſultum factum eſt, quibus de ſartis tectis cognitum & judicatum non eſſet, uti C. Verres P. Cœlius Prætores cognoſcerent & judicarent.

De re geſta cum Sertorio.

Appianus ſequenti anno (quo Nicomedes Bithyniam Populo Rom. reliquit) Sertorium in ſuos proditionis ſuſpectos ſæviſſe ait: Metellum multas Sertorianas urbes populatum eſſe; Sertorium Palantiam à Pompejo obſeſſam liberaſſe: atque impetu in eos, qui ad Calagurium caſtra habebant, facto, tria millia interfeciſſe. *Plutarchus* autem, cum exercitus ad diem conveniſſet, Sertorium è Calagurio erupiſſe ait; atque Romanos Imperatores, Metellum in Galliam, Pompejum in Vaccæos diſtractis copiis hibernandi cauſa fugaſſe. Itaque

Pom-

(75) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 678.
Olymp. CLXXVI. Anno I.
Ante Ær. Chr. 75.
L. OCTAVIUS. } Coſſ.
C. AURELIUS COTTA,

Ita ex Caſſiodoro, Jul. Obſequ. Plinio, Cicerone, & faſt. Capitol. Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.

Pompeius in epiſtola, quam ad Senatum L. Lucullo Cos. miſit, ait; Gallia ſuperiore anno Metelli exercitum ſtipendio frumentoque aluit. At in *Epitoma* XCIII. ſcriptum eſt, Sertorium ab obſidione Calagurii oppidi depulſos coëgiſſe diverſas regiones petere, Metellum ulteriorem Hiſpaniam, Pompejum Galliam, ubi forte præpoſtera nomina ſunt. M. autem Fontejum hoc tempore per triennium Galliæ ulteriori præfuiſſe, atque ibi rem bene geſſiſſe devictis & multatis hoſtibus, tradit *Cicero* in Fontejana.

DE COS. AN. DCLXXIX. (76)

L. Lucullum, M. Cottam Conſules in hunc annum invenio apud *Caſſiodorum*: Lucullum & Cottam in *faſtis Siculis*; L. Licinium Lucullum, M. Aurelium Cottam apud *Eutropium*, *Appianum* in Mithridatica, *Plutarchum* in Lucullo. Horum mentio eſt apud *Ciceronem* in Verrem, & in *Epitoma* XCIII. & XCIV. L. Lucullus avum habuit L. Lucullum, qui Cos. fuit cum A. Albino; *Cicero* & *Plutarchus* auctores. De hoc ſic *Cicero* in Lucullo; L. Lucullus quæſturæ diuturnum tempus, Murena bellum in Ponto gerente, in Aſiæ pace conſumpſit; deinde ædilis, continuo Prætor, (licebat enim celerius legis præmio) poſt in Africam, inde ad Conſulatum; quem ita geſſit, ut diligentiam admirarentur omnes, ingenium cognoſcerent. His Coſs. Nicomedem Regem Bithyniæ mortuum, Populum Rom. hæredem reliquiſſe; Bithyniam in provinciæ formam redactam eſſe, ſcriptum eſt apud *Eutropium*. Hinc Cottæ Bithynia, Lucullo Cilicia provincia obtigit.

De triumpho P. *Servilii Iſaurici ex Cilicia, & bello Piratico.*

BEllum in Cilicia & Pamphylia his temporibus non contemnendum exortum invenio apud *Oroſium* & *Eutropium*; quod bellum *Piratici* nomine comprehendit *Florus*, ceterum tria bella Piratica geſta ſunt; unum à M. Antonio Prætore, de quo ante dictum eſt; alterum, à P. Servilio; tertium, poſt à Cn. Pompejo. Horum autem originem bellorum his verbis exponit *Florus*; Interim dum Populus Rom. per diverſa terrarum diſtractus eſt, Cilices invaſerant maria, ſublatiſque commerciis, ſic maria bello quaſi tempeſtate præcluſerant, audaciam iis dabat inquieta Mithridatis prœliis Aſia, dum ſub alieni belli tumultu, exterique Regis invidia, impune graſſantur, ac primum duce Iſidoro contenti, proxima mari, Cretam inter atque Cyrenas (Piræum,) & Achajam, ſinum Maliacum, quem à ſpoliis aureum ipſi vocavere, latrocinabantur, miſſus in eos P. Servilius, quamvis leves & fugaces myoparones gravi & martia claſſe turbaret, non incruenta victoria ſuperat, ſed nec mari ſubmoviſſe contentus, validiſſimas urbes eorum, & diutina præda abundantes, Phaſelim & Olympum, evertit, Iſauronque ipſam arcem Ciliciæ; unde conſcius ſibi magni laboris, *Iſaurici* cognomen adamavit. Hæc de cauſis hujus belli. Veniſſe autem Servilium in provinciam vel extremo Conſulatu, vel certe ſequenti poſt Conſulatum anno puto, id quod ex *Suetonii* verbis elici poteſt, qui Cæſarem cum Servilio Iſaurico mereret in Cilicia, Sullæ morte comperta, ſimul ſpe novæ diſſenſionis, quæ per M. Lepidum movebatur, Romam propere rediiſſe ſcribit. Quinquennio autem eum exercitui, ideſt provinciæ præfuiſſe, docet *Cic.* in Frumentaria. Quid quoque horum annorum ab eo geſtum ſit, nemo tradit; neque ex hiſtoricorum verbis elici poteſt. Quæ autem geſſerit, ſummatim omnes, hoc modo: *Oroſius*; P. Servilius ex Conſulatu Ciliciam & Pamphyliam crudeliſſime adortus, dum ſubdere ſtudet, pene delevit Lyciam; & urbes ejus obſeſſas oppreſſaſque cepit, præterea Olympum montem pervagatus, Phaſelim evertit, Corycum diruit; Tauri montis latera in Ciliciam vergentia perſcrutatus, Iſauros bello fractos in deditionem redegit; primuſque Romanorum per Taurum duxit exercitum, ac limitem itineris fecit, triennio emenſo, quo bellum geſtum eſt, Iſaurici nomen aſſumpſit. Eadem fere etiam *Eutropius*. *Epitomæ*; Res à P. Servilio pro Cos. adverſus Cilicias geſtas continet. Item P. Servilius pro Cos. in Cilicia Iſauros domuit, & aliquot urbes piratarum expugnavit. Idem *Strabo* libr. XIV. & *Cicero* in Verrem; Phaſelis illa, quam cepit P. Servilius, non fuerat urbs ante Cilicum atque prædonum; Lycii illam Græci homines incolebant: ſed quod erat ejuſmodi loco, atque ita projecta in altum, ut & exeuntes è Cilicia prædones ſæpe ad eam neceſſario devenirent; & cum ex hiſce ſe locis reciperent, eodem deſerrentur; aſciverunt ſibi illud oppidum piratæ primo commercio, deinde etiam ſocietate. Hac victoria Ciliciæ pars adjuncta eſt Populi Rom. imperio, nam poſt Mithridatico bello tota fere à Pompejo in poteſtatem redacta eſt, ut ſcribit *Appianus* in principio Mithridaticæ. Itaque *Marcellinus* lib. XIV. ſic loquitur; Cilicia & Iſaurica provinciæ, bello quondam piratico catervis mixtæ prædonum, à Servilio Proconſule miſſæ ſub jugum, factæ ſunt vectigales. Et *Juſtinus* lib. XL., Creta Ciliciaque piratico bello perdomitæ, in formam provinciæ rediguntur. Et *Jornandes*; Servilius Proconſul bello piratico obtinuit Pamphyliam, Ciliciam Piſidiamque devicit, fecitque provincias. Et *Rufus*; Pamphyliam, Phrygiam P. Servilius, ad bellum piratarum miſſus, obtinuit. Hæc de re geſta. Triumphi autem ejus hæc adhuc teſtimonia extant. *Rufus*; Cilices & Iſauros, qui ſe piratis & prædonibus junxerant, Servilius pro Cos. ad prædonum bellum miſſus, ſubegit, & viam per Taurum montem primus inſtituit; & de Cilicibus & Iſauris triumphavit, atque Iſauricus cognominatus eſt. *Pædianus* in Verrinas; P. Servilius bellum in Cilicia geſſit; deque ea triumphavit, captis Coryco, Olympho, Phaſelide, trib. magnis ejus terræ urbibus. Et *Cicero* ipſe; P. Servilius quæ ſigna atque ornamenta ex urbe hoſtium, & virtute capta, belli lege atque imperatorio jure ſuſtulit, ea Popolo Rom. apportavit, per triumphum vexit. Item; Unus plures prædonum duces vivos cepit P. Servilius quam omnes antea, quacumque iter fecit, hoc jucundiſſimum ſpectaculum omni-

(76) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 679.
Olymp. CLXXVI. Anno III.
Ante Ær. Chr. 74.
L. LICINIUS LUCULLUS. } Coſs.
M. AURELIUS COTTA. }

lia ex Caſſiodoro, Eutropio, Appiano, Livii Epitoma, faſtis Sicul. Sigonius, Pighius, Almeloveenius, & alii.

omnibus vinctotum captorumque hoſtium præbebat, itaque ipſe triumphus omnium triumphorum gratiſſimus Populo Rom. fuit, atque jucundiſſimus. Et *Valerius* libr. VIII. P. Servilius Conſularis, Cenſorius, triumphalis, majorum ſuorum titulis Iſaurici cognomen adjecit. Et *Claudianus* in primo in *Eutropium*; *Indomitos curru Servilius egit Iſauros*. In hunc autem annum triumphum ejus conjeci; primum, quod *Cicero* in frumentaria inquit, P. Servilium quinqnennium exercitui præfuiſſe; deinde, quod L. Octavius prioris anni Conſul Ciliciam ſortitus eſt, ut hoc anno Servilio decedenti ſuccederet, mortuo autem in provincia Octavio, L. Lucullus Cos. eam obtinuit.

De re geſta cum Sertorio.

PLutarchus Pompejum, cum incommode hibernaret, inopia adactum refert ut ad Senatum ſcriberet, ac ſtipendium, veſtes, & frumenta poſceret: alioquin futurum ut omiſſo periculoſiſſimo bello in Italiam exercitum trajiceret: (exſtat adhuc Pompeji, qua hæc petit, epiſtola; tanquam ex naufragio quodam Hiſtoriarum *Saluſtii* erepta) L. autem Lucullum Conſulem, timentem ne, ſi Pompejus exercitum in Italiam tranſportaret, bellum Mithridaticum, quod ipſe ſibi mandari cupiebat, à populo obtineret, ſumma cum cura omnia quæ poſtulabat, ei mittenda cenſuiſſe. *Appianus* Metellum & Pompejum magno conatu urbes Sertorio amicas invaſiſſe, ac multas expugnaſſe tradit. In *Epitoma*, poſt L. Luculli Cos. res geſtas ita eſt; Res à Pompejo in Hiſpania contra Sertorium geſtas continet. *Strabo* lib. III. Ilerdæ & Ileoſcæ, Ilergetum oppidis, extremas pugnas Sertorium feciſſe; & in Vaſconum urbe Calaguri, & Tarracone, & Hemeroſcopio, cum è Celtiberis expulſus eſſet; auctor eſt.

De bello Mithridatico L. Luculli, & re geſta à Conſulibus.

HOc anno cœptum eſt novum cum Mithridate Ponti Rege bellum. Ejus, quantum ex *Appiani* Mithridatica hiſtoria colligi poteſt; hæc cauſa fuit. Priore anno L. Magius, & L. Fannius, qui transfugæ facti à Mariano exercitu, apud Mithridatem agebant, ab eodem Rege ad Sertorium miſſi ſunt de paciſcenda cum eo adverſus Romanos belli ſocietate. Sertorius pactus, M. Marium ad Regem, ut eo belli duce uteretur, miſit. Mithridates tota æſtate, atque inſequente hieme in copiis contrahendis & claſſe ædificanda conſumptis, ineunte vere in Paphlagoniam, deinde in Bithyniam impetum fecit; quæ provincia erat populi Rom. à Nicomede populo Ro. relicta. Hæc *Appianus*. Nicomedes autem Bithyniam Octavio & Cotta, non (ut ait *Eutropius*) Lucullo & Cotta reliquerat. Id quod *Epitoma* XCIII. confirmare videtur; cujus hæc verba ſunt; Nicomedes Bithyniæ Rex moriens, populum Ro. fecit hæredem: Regnumque ejus in provinciæ formam redactum eſt. Mithridates fœdere cum Sertorio icto, bellum populo Rom. intulit, apparatus deinde Regiarum copiarum pedeſtrium, navaliumque, & occupata Bithynia. Neque vero eodem anno Nicomedes mortuus, Bithynia provincia facta, & à Mithridate occupata eſt. Eadem ſic *Cicero* pro lege Manilia; Mithridates omne reliquum tempus non ad oblivionem veteris belli, ſed ad comparationem novi contulit, qui poſteaquam maximas ædificaſſet ornaſſetque claſſes, Boſporanis finitimis ſuis bellum inferre ſimulaſſet, uſque in Hiſpaniam legatos, & literas miſit ad eos duces, quibuſcum bellum gerebamus. Et pro Murena Mithridates Rex aliquot annis ſumptis ad confirmandas rationes & copias belli, tantum ipſe opibus conatuque invaluit, ut ſe Oceanum cum Ponto, Sertorii copias cum ſuis conjuncturum putaret, ad quod bellum duo Conſules ita miſſi, ut alter Mithridatem perſequeretur, alter Bithyniam tueretur. De legatis L. Magio, & L. Fannio, loquitur etiam *Pædianus* in Vertinas L. Lucullo Cos. citerior Gallia obtigerat, cum autem L. Octavium in Cilicia mortuum eſſe nuntiatum eſſet, Lucullus Ciliciam ac bellum Mithridaticum ſibi decernendum curavit. M. Cottæ claſſis commiſſa, ut ea Propontidem ac Bithyniam tueretur. Irruptione à Mithridate in Bithyniam facta, Cotta Chalcedonem refûgit, quem Rex perſequutus, terra fudit, ac mari claſſe pulcherrima exuit, cum autem Rex ſe ad Cyzicum obſidendam convettiſſet, eo conſilio, ut ea capta totam Aſiam invaderet, L. Lucullus cum maximo exercitu advênit, atque factis ad Cyzicum caſtris, commeatus Mithridati interclusit: equorum ſex millia, captivorum XV., quos Mithridates rerum inopia coactus, in hiberna in Bithyniam remittebat, aſſequutus Mamerco duce partim cepit, partim cæcidit. Eumachum Mithridatis præfectum, Phrygiam incurſantem, Dejotarus Gallogræciæ tetrarches perſequutus cohibuit. Mithridates propter hiemem omni commeatu ad Cyzicum mari prohibebatur. Hæc *Appianus* & *Plutarchus*, quæ in *Epitoma* XCIV. his verbis traduntur; L. Lucullus Cos. adverſus Mithridatem equeſtribus prœliis feliciter pugnavit, & expeditiones aliquot proſperas fecit, poſcenteſque pugnam milites à ſeditione inhibuit. Dejotarus Gallogræciæ tetrarches, præfectos Mithridatis bellum in Phrygia moventes cæcidit. Et Mithridates in epiſtola apud *Saluſtium*, M. Cottam apud Chalcedona terra fudi, mari exui claſſe pulcherrima; apud Cyzicum magno cum exercitu in obſidione moranti frumentum defuit, nullo circum annitente; ſimul hiems mari prohibebat.

DE COS. AN. DCLXXX. (77)

M. Lucullum, C. Caſſium, Conſules auctore *Caſſiodoro* hic annus habuit: Marcellum & Caſſium *Siculis*: quos *Cicero* in Verrem M. Terentium, & C. Caſſium, legemque ab his latam, Terentiam & Caſſiam vocat. Fuit enim, quantum ex *fragmentis Capitolinis* augurari poſſum, M. Licinius Lucullus à M. Terentio Varrone adoptatus, ac propterea M. Terentius *Varro Lucullus* appellatus. L. Lucullum, & M. Lucullum *Cicero* in Lucullo & *Plutarchus* fratres vocant; quos *Eutropius* con-

(77) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 680.
Olymp. CLXXVI. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 73.
M. TERENT. VARRO LUCULLUS. } Coſs.
C. CASSIUS VARUS. }

Ita ex Caſſiodoro, Cicerone, faſt. Sicul. & Capitol. & Grutero pag. 182. num. 2. Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.

A confobrinos nominat. C. Caſſium L. F. M. Terentium M. F. Varronem Lucullum fuiſſe conſtat ex *Capitolino fragmento*. Caſſii cognomen fuiſſe *Varum*, docet plumbeus tubulus Romæ inventus, cum his literis; C. CASSIO VARO. M. LICINIO LUCULLO COS., & quod *Appianus* etiam lib. IV. C. Caſſium Varum Conſularem à Triumviris proſcriptum fuiſſe ſcribit. C. Caſſium, cum Tribunus pl. eſſe non potuiſſet, Conſulem factum ſcribit *Cicero* pro Plancio. Idem in Verrem, C. Caſſium, clariſſimum atque fortiſſimum virum, Conſulem fuiſſe anno primo Præturæ Siculæ Verris ait. Lucullo Macedonia evênit; *Eutropius*: Caſſio Gallia citerior; *Plutarchus* in Craſſo. B Caſſium *Longini* cognomine afficiendum opinor, quod & majores & poſteri ejus tulerunt.

De C. Cotta pro Cos. mortuo.

C. Cottam pro Cos. ex Gallia hoc anno triumphaturum fuiſſe arbitror, niſi ante mortuus eſſet. Hunc enim ſcribit *Cicero* in Bruto ex Conſulatu in Galliam eſſe profectum. Et in Piſonem; Eadem cupiditate vir ſummo ingenio præditus C. Cotta, nullo certo hoſte flagravit; nec triumphavit, quod ei mors triumphum ademit. Quæ verba exponens *Pædianus* ait; Fuit hic C. Cotta orator C ille compar P. Sulpicii, qui eſt in dialogis *Ciceronis* de oratore ſcriptis; qui, cum decretus illi eſſet triumphus, mortuus eſt ante diem triumphi, cum cicatrix vulneris ejus, quod ante plures annos in prœlio acceperat, reſciſſa eſſet repente. Triumphaturum autem fuiſſe eum hoc anno inde apparet, quod ei L. Lucullus in provinciam hoc anno ſucceſſurus erat, niſi eam depoſuiſſet, & Ciliciam ſibi depopoſciſſet.

De bello ſervili Spartaci.

HIs Coſs. (ut ait *Eutropius*) bellum ſervile in Italia ſuſcitatum eſt. LXXIV. enim D gladiatores, ducibus Spartaco & Oenomao & Crixo, effracto Capuæ Lentuli, à quo alebantur, ludo, effugerunt; & per Italiam vagantes, vocitatis ad vexillum ſervis, Veſuvium montem ſedem belli fecerunt. Adverſus hos miſſos ſcribit *Appianus* Varinium Glabrum, & P. Valerium. Vereor autem, ne legendum ſit Clodium Glabrum, & P. Varinum, ſiquidem Clodinm Glabrum nominat etiam *Florus*; & *Plutarchus* Clodium, ac P. Varinium: atque iidem ſunt etiam in *Epitoma* XCV. his verbis: Quatuor & ſeptuaginta gladiatores Capuæ ex ludo Lentuli profugerunt; & congregata ſervorum & ergaſtulorum mnltitudine, * Crixo & Spartaco ducibus bello excitato, Claudium Pulchrum Legatum, & P. Varinium E Prætorem prœlio vicerunt. Eoſdem item prœlio fractos *Appianus* & *Plutarchus* tradiderunt. Hoc *bellum ſervile* vocat *Cicero* pro lege Manilia; itemque *Plutarchus*, *ſervilem tumultum* *Cæſar* libro primo de bello Gallico. Adjicit *Plutarchus*, à nonnullis *Spartacium bellum* appellari.

De re geſta cum Mithridate à L. Lucullo pro Cos.

QUæ geſſerit hoc anno Lucullus, breviter his verbis docet *Eutropius*: Lucullus Mithridatem, dum in obſidione Cyzici moratur, à tergo obſedit, fameque conſumpſit, & multis prœliis vicit; poſtremo Byzantium fugavit: navali quoque prœlio duces ejus oppreſſit, ita una hyeme & æſtate à Lucullo centum fere millia hominum ex parte Regis exſtincta ſunt. Hæc ille, ex quibus intelligi poteſt, quæ in Conſulatu ab eo geſta ſunt, per hyemem eſſe geſta; quod etiam *Plutarchus* & *Appianus* ſignificant: cetera hoc anno eum pro Cos. geſſiſſe, de quibus ſic eſt ſcriptum in *Epitoma* XCV., L. Lucullus pro Cos. ad Cyzicum urbem exercitum Mithridatis fame ferroque delevit; pulſumque Bithynia Regem, variis belli ac naufragiorum caſibus fractum, coëgit in Pontum profugere. *Appianus* Mithridatem ab obſidione Cyzici receſſiſſe, atque præmiſſo Lampſacum exercitu, ipſum claſſe in Parum aufugiſſe: exercitum autem ad Aſopum (ad Granicum *Plutarchus*) à Lucullo cæſum: ad Lemnum, claſſem, cui Marius à Sertorio dux ad Mithridatem miſſus, & Alexander & Dionyſius præerant, ab eo depreſſam eſſe: Triarium Luculli legatum Apameam, Barbam Pruſiadem, & Nicæam cepiſſe: Lucullum Regem in Bithyniam perſecutum: Regem inde in Pontum refugientem, amiſſa tempeſtate claſſe, piratico myoparone Sinopen, atque inde Amiſum perveniſſe, atque Tigranis Armenii Regis generi, & Macharis Boſporani filii ſui auxilia imploraſſe. Quo factum eſt, ut Mithridates apud *Salluſtium* ſic loquatur: Simul hyems frumentum mari prohibebat, ita ſine vi hoſtium regredi coactus in patrium Regnum, naufragiis apud Parum & Heracleam militum optimns cum claſſe amiſi. Eadem *Oroſius*. Hanc autem victoriam his verbis expreſſit *Cicero* pro Archia; Cyzicus amiciſſima, Luculli conſilio ex omni impetu regio, ac totius belli ore faucibus erepta eſt, & conſervata. L. Lucullo dimicante prædicabitur, cum interfectis hoſtibus depreſſa hoſtium claſſis, & incredibilis apud Tenedum pugna illa navalis. Et pro lege Manilia: Cyzicus urbs Aſiæ clariſſima nobiſque amiciſſima, obſeſſa à Mithridate maxima multitudine, & oppugnata vehementiſſime, L. Luculli virtute, aſſiduitate, conſilio, ſummis obſidionis periculis liberata eſt ab eodem Imperatore claſſis magna & ornata, quæ ducibus Sertorianis ad Italiam ſtudio inflammato rapiebatur, ſuperata eſt atque depreſſa. Item pro Murena.

De Sertorio interfecto.

HOc anno interfectum eſſe Sertorium exiſtimo. Me, ut ita exiſtimem, verba hæc *Epitomæ* XCVI. adducunt: Sertorius à M'. Antonio, & M. Perperna, & aliis conjuratis, in convivio interfectus eſt, octavo ducatus ſui anno, imperium partium ad * Marcum translatum eſt, quem Cn. Pompejus victum captumque interemit; ac recepit Hiſpanias decimo fere anno, quam cœptum erat bellum. Hæc autem verba ſub Conſulatum L. Gellii, & Cn. Lentuli ſubjecta ſunt, quorum hunc eſſe puto ſenſum: Sertorium

Caſſio

Caſſio & Terentio Coſs. eſſe occiſum ; (qui erat octavus Sertoriani imperii annus, ſi quis à Conſulatu Q. Metelli enumeret) Gellio & Lentulo, Perpernam necatum ; Anſidio & Lentulo, receptas eſſe Hiſpanias, decimo anno quam bellum cœperat. Nam & *Eutropius* octavo Sertorium, & *Oroſius* decimo bellum eſſe confectum ſcribunt. Accedit, quod *Appianus* in Mithridatica meminit Sertorii interfecti, pauln poſtquam L. Lucullus prioris anni Cos. in Aſiam venit. Quinetiam idem, inſequenti poſt res priore anno geſtas anno, ſublatum Sertorium narrat, libro primo Civilis hiſtoriæ: qui idem cum *Plutarcho* eadem de nece Sertorio à ſuis in convivio per dolum illata ſcribit.

DE COS. AN. DCLXXXI. (78)

L. Gellius, Cn. Lentulus Coſs. ſubſequuti ; ut ait *Caſſiodorus*. Eorum meminit *Cicero* in Verrem; & pro Cornelio, cum ait; Naſcitur cauſſa Cornelii ex ea lege, quam L. Gellius, Cn. Cornelius ex Senatus ſententia tulerunt; qua lege videmus eſſe ſancitum, uti cives Rom. ſint ii, quos Cn. Pompejus de conſilii ſententia ſigillatim civitate donarit. Eorundem meminit *Plutarchus* in Craſſo, & ceteri, qui de bello Spartacio ſcripſerunt. Hunc Lentulum (ut puto) intelligit etiam *Saluſtius* lib. IV. Hiſtoriarum apud *Gellium* lib. XVIII. cum ait; At Cn. Lentulus patriciæ gentis, collega ejus cui cognomentum *Clodiano* fuit, perincertum ſtolidior an vanior, legem de pecunia, quam Sulla emptoribus bonorum remiſerat, exigenda, promulgavit. Collegam autem ejus, L. Gellium, de quo locutus erat, intelligit. Itaque hic ex Clodia gente in Lentulorum familiam adoptatus, *Clodianus* vocatus. Quamobrem apud *Ciceronem* libro ſecundo ad Atticum, ubi ait; Lentulus Clodiæ filius, legendum puto, *Clodiani*: alii Cn. Lentulum, Collegam P. Craſſi Conſulis anno DCLVI. *Clodianum* appellant: in quo à *faſtis Capitolinis* etiam me tacente redarguuntur. L. Gellium L. Gellii L. F. L. N. patrem fuiſſe opinor, ejus qui Conſulatum geret anno DCCVII.

De triumpho C. Curionis pro Cos. ex Macedonia.

Eutropius ſcribit Ap. Claudio, qui ex Conſulatu in Macedoniam miſſus erat, atque ibi mortuus erat, C. Curionem ſucceſſiſſe poſt Conſulatum, eumque Dardanos viciſſe, & uſque ad Danubium penetraſſe, & intra triennium confecto bello triumphaſſe. De eodem ſic *Saluſtius* Hiſtor. lib. II. ut eſt apud Nonium; Eodem anno in Macedonia C. Curio, principio veris cum exercitu profectus in Dardaniam, quibus potuit, pecunias coëgit. Et *Oroſius*; Claudii ſucceſſor Scribonius, attentatarum ſuperiore bello gentium vim declinans, in Dardaniam arma convertit, eamque ſuperavit. Et *Florus*; Curio Daciam tenus venit;

A ſed tenebras ſaltuum expavit. Et *Rufus*; Dardanos & Mæſios Curio pro Coſs. ſubegit, & primus Romanorum ducum ad Danubium uſque pervênit. Et in *Epitoma* XCII. Res in Thracia adverſus Dardanos à Curione pro Conſule geſtæ, & XCV. C. Curio pro Cos. Dardanos in Thracia domuit. Qua pœna C. Curio pro Cos. bello Dardanico circa Dyrrachium legionem unam ex quinque ſeditioſam affecerit, exſtat apud *Frontinum* lib. IV. Scribit porro *Cicero* in Piſonem C. Curionem ex Macedonia ante M. Lucullum, poſt Cn. Dolabellam triumphaſſe. Hoc autem anno eum triumphaſſe exiſtimo; primum, quod per triennium rem (*Eutropio* auctore) geſſit: deinde,
B quod hoc demum anno ei M. Lucullus ſucceſſit, cum Macedoniam in Conſulatu priore anno obtinuerit.

De re geſta cum Spartaco, & cum Mithridate.

Hoc anno rem geſtam cum gladiatoribus à Q. Arrio Prætore, & à Conſulibus invenio in *Epitoma* XCVI. ita; Q. Arrius Prætor Crixum fugitivorum ducem cum XX. millibus hominum cæcîdit. Cn. Lentulus Cos. male adverſus Spartacum pugnavit, ab eodem L. Gellius Cos. & Q. Arrius Prætor acie victi ſunt. *Appianus* Crixum refert circa Garganum montem à Conſulibus cum exercitu
C deletum; Spartacum ex Apennino ad Alpes, ab Alpibus in Galliam properantem, ab uno Conſule cohibitum, ab altero fugatum; eoſdem illos converſo impetu ſeparatim viciſſe; ac Romam infeſta ſigna ferentem, cum magna Romanorum clade à Conſulibus retentum, Thurios urbem cepiſſe, ac rurſus cum Romanis congreſſus, victoriam & prædam ingentem retuliſſe. *Plutarchus* Gellium Conſulem feliciter pugnaſſe ſcribit: Spartacum autem, Lentulo Cos. victo ad Alpes feſtinantem, à Caſſio Galliæ citerioris pro Cos. cohibitum eſſe; atque ipſum Caſſium amiſſo exercitu vix incolumem effugiſſe. Itaque in *Epitoma* eadem hæc verba ſunt; C. Caſſius pro Cos. Cn. Man-
D lius Prætor, male adverſus Spartacum pugnaverunt. *Florus* in Apennino Lentuli exercitum cæſum, apud Mutinam C. Caſſii caſtra delata tradit. Eodem anno Lucullus Mithridatem in Pontum perſequutus, Amiſum & Eupatoriam urbes Ponticas obſidione cinxit; atque altero exercitu Themiſcyram ad Thermodontem fluvium ſitam oppugnavit, Mithridate Cabiris, quo ſe receperat, hiemante, atque inde commeatum ſuppeditante. Hæc *Appianus*. *Plutarchus* item eum Amiſum diu obſediſſe, ac lentam obſidionem de induſtria protraxiſſe refert. Hinc illa *Ciceronis* pro Archia; Populus Romanus aperuit Lucullo imperante Pontum, & Regiis quondam opibus,
E & natura regionis vallatum.

DE COS. AN. DCLXXXII. (79)

Cn. Aufidium, P. Lentulum Coſs. prodit in hunc annum *Caſſiodorus*: Lentulum &

(78) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 681.
Olymp. CLXXVII. Anno I.
Ante Ær. Chr. 72.
L. GELLIUS POPLICOLA. }
CN. CORNELIUS LENTULUS CLODIANUS. } Coſs.
Ita ex Caſſiodoro, Plutarcho, Oroſio, Eutropio, Floro, Saluſtio Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.

(79) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 682.
Olymp. CLXXVII. Anno II.
Ante Ær. Chr. 71.
CN. AUFIDIUS ORESTES. }
P. CORNELIUS LENTULUS SURA. } Coſs.
Ita ex Caſſiodoro, Plutarcho, Eutropio, faſt. Sicul. &c. Sigonius, Pighius, Almelov. & alii.

& Oreſtem *faſti Siculi*: Cornelium Lentulum, Cn. Aufidium Oreſtem *Eutropius*. Cn. Aufidium Oreſtem, cum Tribunus pl. eſſe non potuiſſet, Conſulem factum ſcribit *Cicero* pro Plancio. De eodem ſic pro domo; Cn. Aufidius Oreſtem adoptavit. Eſt autem hic P. Lentulus *Sura* is, qui poſt Conſularis, & Prætor II. ſtrangulatus eſt Conſule Cicerone, quod cum Catilina conjuraverat, cujus avus fuit P. Lentulus princeps Senatus, ut ait *Cicero* pro domo, & in Catilinam; & *Pædianus*.

De triumpho M. Terentii Luculli pro Cos. ex Macedonia.

CUrioni in Macedoniam ſucceſſiſſe M. Lucullum opinatur *Pædianus*: eum certe poſt C. Curionem ibi rem bene geſſiſſe, ac reverſum domum triumphaſſe, plures auctores ſunt: ex quibus *Florus*, poſtquam Curionis meminit, ita; Lucullus ad terminum gentium Tanaim lacumque Mæotim pervenit, neque aliter cruentiſſimi hoſtium quam ſuis moribus domiti; quippe in captivos igne ferroque ſævitum eſt. Rurſus autem ſic; M. Lucullus per Thraciam cum Beſſis primus pugnavit; ipſum caput gentium vicit. Thraces enim montanos ſubegit; & Eumolpidam, quæ nunc Philippopolis dicitur; Olympiadam, quæ modo Adrianopolis nominatur, in ditionem noſtram redegit; Cabylen cepit, ſupra Pontum poſitas civitates occupavit; Apolloniam, Galatiam, Parthenopolim, Tomos, ad Danubium uſque perveniens Romanus, Scythis arma monſtravit. *Eutropius* vero hoc modo; M. Lucullus, qui Macedoniam adminiſtrabat, Beſſis primus Romanorum intulit bellum, atque eos ingenti prœlio in Æmo monte ſuperavit, oppidum Uſcadamam, quod Beſſi habitabant, eodem die quo aggreſſus eſt, vicit: Cabylen cepit; Iſtrum uſque ad Danubium penetravit, expugnavit etiam gentes quæ Rhodopæis montibus circumfuſæ ſunt: inde multas ſupra Pontum poſitas civitates aggreſſus eſt: illic Apolloniam evertit, Calatim, Parthenopolim, Tomos, Iſtrum, Buciam omnem cepit, belloque confecto, Romam rediens triumphavit. Et *Oroſius*; M. Lucullus, qui Curioni in Macedonia ſucceſſerat, totam Beſſorum gentem bello appetitam in deditionem accepit. *Appianus* etiam in Illyrica ejuſdem victoriæ meminit. *Euſebius* porro de Beſſis, capta Cabyle & Tomis, & ceteris vicinis urbibus triumphaſſe eum ſcribit: *Cicero* in Piſonem, inter eos enumerat, qui paucis ante annis ex Macedonia triumpharint. *Pædianus* in II. Verr. hunc item triumphalem appellat. Puto autem eum hoc anno triumphaſſe, quod poſt M. Craſſi Prætores rem cum Spartaco geſtam, ita ſcriptum eſt; M. Lucullus pro Cos. Thracas ſubegit, & quod *Appianus* libro I. ait, Spartacum cum Craſſo manum conſeruiſſe, ubi audivit Lucullum Brunduſium acceſſiſſe, à victoria Macedonica revertentem, quamquam is locus mendoſe legitur ita; ἀπὸ τῆς ἐπὶ Μιθριδάτῃ νίκης ἐπανιόντα, ideſt, *à victoria Mithridatica*, mendoſe autem; quia ne multis quidem poſt annis, nedum hoc anno, L. Lucullus à bello Mithridatico revertit.

De ovatione M. Craſſi pro pr. & bello Spartacio confecto.

RE male à Conſularibus & Prætoribus priore anno cum Spartaco geſta, bellum M. Craſſo Prætori mandatum eſt. Is primus cum parte fugitivorum, quæ ex Gallis Germaniſque conſtabat, feliciter pugnavit, cæſis inimicorum XXXV. millibus, & duce eorum Granico, cum Spartaco deinde pugnavit, cæſis cum ipſo XL. millibus. Adjicit *Plutarchus*, quinque millia, quæ ex pugna Craſſi evaſerant, à Cn. Pompejo ab Hiſpanienſi bello revertenti oppreſſa. Itaque hujus belli confecti gloriam *Cicero* tribuit Craſſo & Pompejo in Verrem; & pro lege Manilia, cum ait; Gladiatorum bello tetro & periculoſo cum premeretur Italia, à Pompejo abſente auxilium expetivit. Id bellum extenuatione Pompeji attenuatum atque imminutum eſt, adventu ſublatum & ſepultum. Athenæus Spartacum in acie contra Craſſum cecidiſſe ſcribit lib. VI. *Appianus* rem omnem à Craſſo ſex menſibus confectam tradit. Hac de cauſſa Craſſo permiſſum *Plutarchus* ait, ut urbem ovans iniret; quod de ſervis ſubactis indignum eſſe putarent triumphare. De Craſſo autem ovante ſic *Gellius* lib. V. Myrteam coronam M. Craſſus, cum bello fugitivorum confecto ovans iniret, inſolenter aſpernatus eſt: Senatuſque conſultum faciendum per gratiam curavit, ut lauro, non myrto coronaretur. Et *Plin.* lib. XV. Myrtea ovantium fuit corona; excepto M. Craſſo, qui de fugitivis & Spartaco laurea coronatus inceſſit. Et *Claudianus* in *Eutropium*; *illuſtrat ſervilis laurea Craſſum*. Et *Cicero* in Piſonem; Craſſe pudet me tui, quid eſt quod confecto formidoloſiſſimo bello, coronam illam lauream tibi tantopere decerni volueris à Senatu? Craſſum item hoc anno triumphaſſe ſcribit *Euſebius*.

De triumphis Q. Metelli pro Cos. & Cn. Pompeji pro Cos. & bello Sertoriano confecto.

BIennio ante (ut dixi) Sertorio interfecto, imperium ſibi interfector ejus Perperna vindicavit, quo priore anno à Pompejo acie victo, capto, & occiſo, bellum hoc demum anno, qui eſt fere hujuſce belli decimus confectum, & receptæ Hiſpaniæ ſunt. Qua de re ſic *Oroſius*; civitatibus cunctis ultro ac ſine mora in deditionem receptis duæ tantum reſtiterunt, Auxima & Calagurum, quarum Auximam Pompejus evertit; Calagurum Afranius jugi obſidione confectam, cæde incendioque delevit. Et *Florus*; In fidem Romanam venere urbes, Oſca, Terme, Tutia, Valentia, Auxima; & in fame nonnihil experta Calaguris. De Calaguritanis autem obſeſſis ſic *Valerius*; Calaguritani, quo perſeverantius interempti Sertorii cineribus, obſidionem Cn. Pompeji fruſtrantes, fidem præſtarent; quia nullum jam aliud in urbe eorum ſupererat animal, uxores ſuas natoſque ad uſum nefariæ dapis verterunt, & cadaverum reliquias ſalierunt. Hoc bellum, etſi cum Romanis Imperatoribus geſtum eſt; tamen, quia cum Hiſpanis militibus pugnatum eſt, externum potius, ut ait *Florus*, quam civile eſt habitum, & de eo triumphi acti duo ſunt, quorum auctores ſunt *Plutarchus*, *Appianus*, *Vellejus*, *Eutropius*, *Florus*: ex quibus *Vellejus* in hæc verba loquitur; Metellus & Pompejus ex Hiſpaniis triumpharunt; ſed Pompejus hoc quoque triumpho adhuc eques Romanus, ante diem quam Conſulatum iniret, curru urbem invectus eſt. *Eutropius* autem ita; Uno tempore multi ſimul triumphi fuerunt; Metelli ex Hiſpania, Pompeji ſecundus ex Hiſpania. Unde etiam *Lucanus* lib. VII.

Qualis

Qualis erat populi facies clamorque faventis, A
Olim cum juvenis, primique ætate triumphi,
Poſt domitas gentes quas torrens ambit Iberus,
Et quæcunque fugax Sertorius impulit arma,
Veſpere pacato, pura venerabilis æque
Quam currus ornante toga plaudente Senatu,
Sedit adhuc Romanus eques.

Et *Plin.* lib. VII. Pompejus ad Solis occaſum tranſgreſſus, excitatis in Pyrenæo trophæis, oppida DCCCLXVI. ab Alpibus ad fines Hiſpaniæ ulterioris in ditionem redacta, victoriæ ſuæ adſcripſit, & majore animo Sertorium tacuit; belloque * ſervili; quod omnia externa conciebat, exſtincto, iterum triumphales currus eques Rom. induxit; toties Imperator antequam miles. Idem alii. B

De re à L. Lucullo geſta cum Mithridate.

HIs Coſ. (quantum ex *Epitoma* XCVII. duci poſſum ad ſuſpicandum) L. Lucullus in Ponto adverſus Mithridatem feliciter pugnavit, cæſis hoſtium amplius LX. millibus, qua de re ſic ipſe Mithridates agit in epiſtola ad Arſacem apud *Saluſtium*: Reſtituto deinde apud Cabira exercitu, & variis inter me atque Lucullum prœliis, inopia rurſus ambos inceſſit. Ineunte enim vere (ut ait *Plutarchus*, atque *Appianus*) Lucullus, Murena ad Amiſum obſidendam relicto, Cabira adverſus Mithridatem contendit; qui XC. millibus C peditum, equitum IV. millibus contractis, bellum reparaverat, ibi equeſtri prœlio in montibus parum proſpere geſto, cum vitatis hoſtibus caſtra in plana detuliſſet, à Mithridate iterum ad montes compulſus eſt. Mithridates autem, cum eum non acie, ſed fame ſuperare ſtatuiſſet, quem à re frumentaria valde laborare compererat, magnam equitatus ſui partem in inſidiis, ut commeatum, qui Lucullo duris ſubvectionibus ex Cappadocia deferebatur, interciperet, collocavit, qui iniquo loco Romanos adortus, totus pene deletus eſt, quo nuncio Rex perculſus, quod Lucullum, victoria ſuorum cognita, protinus in ſe irruptionem facturum timeret, ſubita ex Ponto fuga in Ar- D meniam ad Tigranem Regem contendit, qui idem in poteſtatem veniſſet; niſi equites, quos ad inſequendum eum Lucullus immiſerat, contemptis Imperatoris ſui edictis, præda Regia in itinere colligenda occupati, Regem ipſum è manibus emiſiſſent. Hoc autem eleganter his verbis expreſſit *Cicero* pro lege Manilia; Mithridates è Regno fugiens, maximam vim auri atque argenti, pulcherrimamque rerum omnium in Ponto reliquit, hæc dum noſtri colligunt omnia diligentius, Rex ipſe è manibus effugit, hunc in illo timore & fuga Tigranes Rex Armenius excepit. *Eutropius* XXX. millibus lectiſſimis Regis à quinque millibus Romanorum ad Cabira cæſis Regem inde fugiſſe E ſcribit.

DE COS. AN. DCLXXXIII. (80)

INde M. Craſſum, Cn. Pompejum Conſules edunt *Caſſiodorus*, *Plutarchus*, *Appianus*, *Siculi faſti*. Magnum & Divitem eorum cognomina fuiſſe ſatis conſtat. *Cicero* lib. II. ad Atticum; Quanto in odio noſter amicus Magnus? cujus cognomen una cum Craſſi Divitis cognomine conſeneſcit. Et in lib. de off. Craſſus non tam cognomine Dives, quam copiis. Cn. Pompeji Magni, & M. Licinii Craſſi primum Conſulum, meminit *Pædianus* in Divinationem, & *Saluſtius* in Catilinam. Craſſum opera Pompeji Conſulatum adeptum *Plutarchus*; eundem Prætorium, Pompejum ne quæſtorium quidem annos XXXIV. natum, Conſulatum cepiſſe, *Appianus* auctor eſt. Qua de re ſic ſcriptum eſt in *Epitoma* XCVII. M. Craſſus & Cn. Pompejus Conſules facti; ut Craſſus ex prætura, ſic Pompejus antequam quæſturam gereret, ex equite Romano; Tribuniciam poteſtatem reſtituerunt. Eſt autem natus Cæpione & Serrano Coſ. mortuus Julio & Servilio; auctor *Vellejus*. Itaque de eo *Cicero* merito ſic loquitur pro lege Manilia; Quid tam ſingulare, quam ut ex S. C. legibus ſolutus, Conſul ante fieret, quam ullum alium magiſtratum per leges capere licuiſſet? Idem juravit ſe ex Conſulatu in nullam provinciam iturum; idque ſervavit. *Vellejus*. Provinciam ab eo repudiatam tradit *Zonaras*.

De Cenſoribus, & Luſtro LXVII.

HOc anno Cenſura, quæ per multos annos fuerat intermiſſa, relata eſt. Hoc exſtat apud *Pædianum* in divinationem his verbis; Cenſorium nomen triſte ſeverumque Populus Rom. ſic oderat, ut intermiſſum eſſet per plurimos annos; quos nunc orator, propter infamiam corruptorum judicum, dicit plebem ipſam, quæ ante recuſabat, expoſcere. Videntur autem intermiſſi fuiſſe Cenſores poſt annum DCLXVII. quo Philippus & Perperna Cenſuram geſſerunt. Cenſores autem his Coſ. edit *Plutarchus* Gellium & Lentulum, de quibus ſic ſcriptum video in *Epitoma* XCVIII. Cn. Lentulus & L. Gellius Cenſores, aſperam Cenſuram egerunt, quatuor & ſexaginta Senatu motis; à quibus Luſtrum conditum eſt, cenſa ſunt civium capita CCCCL. millia. Cn. item Lentulum Cenſorem nominat *Cicero* in Verrem, in ea oratione quam his Coſ. dixit. Quinetiam *Pædianus* adjicit, multitudinem conveniſſe hoc anno Romæ, ut cenſeretur apud Cenſores Gellium & Lentulum, qui tum erant. *Plutarchus* item, hos Cenſores equitum centurias recognoviſſe, tum in Pompejo, tum in Apophthegmatis refert: L. Gellium omnibus honoribus ad Cenſuram uſque perfunctum, *Valerius* lib. V. cap. IX. Horum etiam Cenſorum meminerunt *Cicero* in Cluentiana, & *Pædianus* in orationem in toga, à quibus lectum Senatus Principem Q. Catulum *Dio* oſtendit; qui lib. XXXVI. Acilio & Piſone Coſ. in lege Gabinia diſſuadenda Catulum ait fuiſſe, τὸν πρῶτον τῆς βουλῆς.

De re geſta à L. Lucullo pro Coſ. cum Mithridate, & à L. Metello Prætore cum piratis.

MIthridate ex Ponto pulſo, præfecti ejus ſeſe Luculli arbitrio permiſerunt. Ponticas urbes, Amaſtrim Heracleam, Sinopen, Amiſum, Lucullus in poteſtatem redegit; Macha-

(80) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 683.
Olymp. CLXXVII. Anno III.
Ante Ær. Chr. 70.
M. LICINIUS CRASSUS DIVES. } Coſ.
CN. POMPEJUS MAGNUS. }

Ita ex Caſſiodoro, Plutarcho, Appiano, Cicerone, & faſt. Sicul. Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.

charem Mithridatis filium, Boſpori Regem, in amicitiam recepit. Hæc *Appianus* & *Plutarchus*. Quæ niſi in hunc annum geſta conjiciamus, profecto quid hoc anno geſſerit Lucullus, non inveniemus; neque enim ille niſi ſequenti anno in Armenia cum Tigrane congreſſus eſt. Eſt autem veriſimile, fugiente ex Ponto Rege, diu in Regno ejus Romanum Imperatorem moratum, ad civitates in fidem accipiendas, reſtituendas, & ordinandas; quarum nonnullæ etiam diuturna poſt fugatum Regem obſidione in poteſtatem veniſſe feruntur, accedit, quod his rebus in Ponto geſtis, in Aſiam tranſgreſſus, tributa Sullana exegit; ac, quaſi bello recte confecto, ludos atque ſacrificia fecit, quæ omnia in unum conferri annum neſcio ut facile poſſint, ſed hæc alii judicarint. Eodem anno L. Metellus Prætor (ut eſt in *Epitoma* XCVIII.) in Sicilia adverſum piratas proſpere rem geſſit, qua de re ſic etiam *Oroſius*; Metellus Prætor Siciliæ, cum fœdiſſima illa C. Verris Prætura Siciliam afflictam inveniſſet, maxime Pergamenone archipirata nefariis prædis & cædibus dilacerante, qui, pulſa claſſe Romanorum, Syracuſanorum portum obtinuerat, mox eum navali, terreſtrique prœlio comminutum, Sicilia decedere compulit.

DE COS. AN. DCXXCIV. (81)

INde Conſules Q. Metellus, Q. Hortenſius: teſtis cum *faſtis Siculis Caſſiodorus*. *Pædianus* Q. Metellum Creticum cum Q. Hortenſio oratore Conſulem comparat; itemque *Joſephus* Antiquitatum libro XIV. Q. Hortenſium L. F. *Cicero* vocat in Bruto: Q. Metellum L. Metelli Dalmatici filium eſſe reor. Cum Conſules provincias ſortirentur, Q. Hortenſio Creta, ac bellum cum Cretenſibus gerendum obtigit, qui urbe, ac foro, in quo dominabatur, delectatus, Metello exercitum ac provinciam conceſſit, auctor *Xiphilinus*. Hic *Cicero* in Verrem: Quid agis Hortenſi? Conſul es deſignatus, provinciam ſortitus es.

De triumpho M. Piſonis pro Cos. ex Hiſpania.

M. Pupium Piſonem, eum, qui biennio poſt Ciceronem Conſulem Conſul fuit, Q. Metello Cretico, & Q. Hortenſio Coſs. ex Hiſpania triumphaſſe ſcripſi; *Cicerone* ipſo, & *Pædiano* diligentiſſimo ejus interprete, auctoribus, ex oratione Piſoniana. Idem *Cicero* in Flacciana, L. Flaccum M. Piſonii in Hiſpania quæſtorem fuiſſe ſcribit. Quod cum ita ſit, non eſt dubium, quin hic Piſo eam provinciam in Conſulatu Craſſi & Pompeji ex Prætura obtinuerit, ex qua priore anno Metellus & Pompejus victores deceſſiſſent.

De re geſta à L. Lucullo cum Mithridate.

HIs Conſulibus, quod ex *Epitoma* XCVIII. colligitur, L. Lucullus in Armenia Mithridatem & Tigranem, & immenſas utriuſque Regis copias, pluribus prœliis fudit. Lucullum refert cum *Appiano Plutarchus*, in Tigranem Regem, à quo Mithridates exceptus fuerat, caſtra moviſſe; ac primum Mithrobarzanem Tigranis præfectum in fugam conjeciſſe; deinde cum ingentibus Tigranis copiis prid. Non. Octobris acie conflixiſſe, atque Regem prœlio victum fudiſſe. Adjicit ad hæc in hunc annum *Dio* lib. XXXV. (neque enim pugnæ ipſius memoria apud eum exſtat) Reges, quamquam prœlio victi, bellum repararunt, miſſis cum ad alios finitimos, tum præſertim ad Arſacem Parthorum Regem legatis, quibus eos ad belli ſocietatem adverſus Romanos invitabant. Lucullus, quia Tigranem fugientem non eſt inſequutus, ſuſpectus fuit, ne conſulto bellum duceret. Itaque, ut ei finirent Imperium, Romæ Aſiam Prætoribus, Ciliciam Conſuli decreverunt. Idem Tigranocertam, urbem Armeniæ nobiliſſimam & maximam, cepit; atque magnam partem Armeniæ in ditionem redegit, cum Arſaces ad amicitiam à Regibus & à Lucullo vocatus eſſet, pacta cum Lucullo ſocietate, neutrum tamen auxilio juvit. Hæc his Conſulibus geſta *Dio* tradit.

DE COS. AN. DCXXCV. (82)

INde Conſules L. Metellus, Q. Marcius, auctor *Caſſiodorus*, & *Dio*. Horum etiam ita meminit *Pædianus* in Piſonianam: L. Cæcilio, Q. Marcio Coſs. S. C. collegia ſublata ſunt, quæ adverſus Remp. videbantur eſſe. L. Metellus frater Q. Metelli Cretici, Prætor fuit Siciliæ Conſule Pompejo; auctore *Pædiano*. Hunc ſcribit *Dio* mortuum Magiſtratus initio, qui autem in ejus locum ſuffectus fuit, eum, antequam iniret, obiiſſe; ac propterea neminem ſubrogari placuiſſe; Q. Marcium ſolum Magiſtratum geſſiſſe, quem *Regis* cognomine afficit *Saluſtius*. Itaque in *faſtis Siculis* eſt, Rex & Metellus. Regi Cilicia provincia decreta eſt.

De re geſta à L. Lucullo cum Mithridate.

HOc anno Lucullus jam media æſtate (neque enim ante propter frigoris magnitudinem potuit) motis caſtris, agros hoſtium populatus eſt: ut ea re, ſi poſſet, Reges ad pugnam eliceret, quod ubi ſe fruſtra facere ſenſit, hoſtes ipſos adortus, cum iis ſæpe, ſed dubio eventu, conflixit. Inde ad Niſibim urbem maximam atque opulentiſſimam oppugnandam converſus, eam vi atque operibus tandem expugnavit. Interea Reges in Armenias ambo ſuas cum exercitu invaſerunt; ita ut Tigranes L. Fannium, antequam Luculli auxilium veniret, obſederit; Mithridates M. Fabio victo magnam partem ejus regionis nec opinato adventu ſuo receperit. Fabium autem Cabiris, quò confugerat, incluſum atque obſeſſum, Triarius Luculli item legatus conſervavit; qui cum ex Aſia ad Lucul-

(81) *Hoc eſt:* Anno ab U. C. 684.
Olymp. CLXXVII. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 69.
Q. HORTENSIUS.) Coſs.
Q. CAECILIUS METELLUS CRETICUS.)
Ita ex Caſſiodoro, Pædiano, Joſepho Hebr. faſt Sicul. &c. Sigonius, Pighius, Almelov. & alii.

(82) *Hoc eſt:* Anno ab U. C. 685.
Olymp. LXXVIII. Anno I.
Ante Aer. Chr. 68.
L. CAECILIUS METELLUS, in Magiſtratu mortuus.) Coſs.
Q. MARCIUS REX.)
Ita ex Caſſiodoro, Dione Caſſio, Pædiano, & faſt. Sicul. Sigonius, Pighius, Almelov. & alii.

A cullum pergeret, his rebus cognitis, copiis raptim, quot potuit, comparatis, Mithridatem, ubi in conſpectu ejus venit, exterruit; atque uſque ad Commagenos inſequutus, acie devicit. Hæc in hunc annum geſta refert *Dio*, *Plutarchus*, & *Appianus*.

De bello Cretico.

CReta Inſula bellum R. hoc tempore paſſa eſt, cauſſam hujus belli prætulit populus R. quod Mithridati Regi priore bello aſſuiſſet; ut ait *Florus*. Primus per hæc tempora contra Cretenſes rem geſſit M. Antonius, M. Antonii Triumviri pater; cum ei C. Cotta B Conſule maritima ora cuſtodienda decreta eſſet, ſic enim ſcribit in Verrem *Pædianus*: M. Antonius gratia Cottæ Conſulis, & Cethegi factione, in Senatu curationem infinitam nactus oræ maritimæ, Siciliam & provincias omnes depopulatus eſt; & ad extremum inferens Cretenſibus bellum, morbo periit. Et in Divinationem: Quidam Antonius curator tuendæ totius oræ maritimæ, qua Romanum erat imperium, non ſolum ipſe nequam, verum etiam comitibus peſſimis, rem inauditam invaſit; & indicto Cretenſibus bello, male re geſta, ibidem periit, antequam Pompejus contra piratas miſſus eſſet. *Vellejus* item M. Antonio ante Pompejum pene totius Orbis imperium C eſſe delatum ſcribit. Quantum autem ex *Epitoma* XCVII. intelligi poteſt, M. Antonius anno ante Pompejum & Craſſum mortuus eſt, in ea enim ſic ſcriptum eſt: M. Antonius Prætor bellum adverſus Cretenſes parum proſpere geſtum morte ſua finivit. Eundem *Florus* turpiſſime victum; *Plutarchus Cretici* cognomine (hac, ut opinor, de cauſſa) affectum tradit. *Eutropius* Creticum bellum coortum bello Mithridatico reviviſcente, quod Rex recedente Lucullo inſtauravit, refert; & ad id miſſum Metellum, ingentibus prœliis intra triennium omnem provinciam ſubegiſſe, & *Creticum* inde appellatum eſſe, & ex Inſula triumphaſſe. Rerum ab eo geſtarum hoc anD no memoria periit. Hoc tantum eſt in *Epitoma* XCIX., Q. Metellus pro Cos. bello ſibi adverſus Cretenſes mandato, Cydoniam urbem obſedit. Hinc Mithridates in epiſtola, quam ad Arſacem priore anno miſit, ait; Cretenſes impugnati ſemel jam, neque finem niſi excidio habituri.

DE COS. AN. DCXXCVI. (83)

INde C. Piſo, M'. Galbrio Conſules apud *Caſſiodorum* & *faſtos Siculos*; Manius Acilius, C. Piſo apud *Dionem* ſubſequuntur. C. Piſonis & M'. Acilii Glabrionis Conſularium meminit *Cicero* lib. XII. ad Att. C. Piſonis E Conſulis, & *legis Calpurniæ* de ambitu ab eo latæ *Pædianus* in Cornelianam, & in toga. Glabrionis pater M'. Acilius legem tulit de pecuniis repetundis ſeveriſſimam, auctore *Pædiano*. Ipſe Prætor fuit Pompejo Conſule; eoque judicium exercente, *Cicero* C. Verrem Prætorium accuſavit. C. Piſo Galliam Narbonenſem obtinuit, auctore *Dione*; (unde à *Cicerone* in primo epiſtolarum ad Atticum, Pacificator Allobrogum dicitur) M'. Glabrio Bithyniam una cum bello Mithridatico. *Dio* lib. XXXV., *Plutarchus* in Pompejo, *Cicero* pro lege Manilia, unde *Saluſtius* libro V. Hiſtoriarum dixit (quod exſtat apud *Priſcianum* lib. VIII.) Legiones Valerianæ, comperto, lege Gabinia Bithyniam & Pontum Conſuli datam.

De bello piratico Cn. Pompeji Magni.

CUm piratarum opes nec M. Antonius pater, nec P. Servilius, qui ambo de iis triumpharunt; nec deinde M. Antonius filius, qui curator oræ maritimæ periit; nec L. Metellus, qui Prætor Siciliæ adverſus eos proſpere in Conſulatu Pompeji pugnavit, frangere potuiſſent; verum jam omnia maria, oræ maritimæ, inſulæ, portus, latrociniis eorum infeſta eſſent; cum claſſis Ro. niſi hieme tranſmittere tuto poſſet; commeatus intercluſi, Prætores ipſi Romani à prædonibus capti fuiſſent; eſſetque id bellum populo Romano non ſolum calamitoſum, ſed etiam turpe: cum A. Gabinius Trib. pl. his Coſs. legem ad populum tulit, Roſcio ac Trebellio collegis, ac Q. Catulo ſummo Senatore adverſantibus, qua imperium Cn. Pompejo extra ordinem adverſus piratas cum legatis XV. tradidit, ita ut maria, inſulas, oras maritimas, exercitus, claſſes populi R. quotquot eſſent, in poteſtate haberet, auctor *Dio*, *Plutarchus Appianus*, *Epitomæ*. Unde poſt reditum in Senatu dixit *Cicero*. A. Gabinius in Tribunatu pl. niſi rogationem de piratico bello tuliſſet, profecto & egeſtate & improbitate coactus, piraticam ipſe feciſſet. Igitur ad tantum bellum profectus Pompejus, rem per legatos quindecim proſpere geſſit. *Cicero* pro lege Manilia, hoc bellum extrema hieme apparatum, ineunte vere ſuſceptum, media æſtate confectum ſcribit: Pompejum autem, ut à Brunduſio profectus ſit, undequinquageſimo die totam ad imperium populi R. Ciliciam adjunxiſſe; omnes, qui ubique prædones fuerunt, partim cepiſſe & interfeciſſe, partim in deditionem accepiſſe. In *Epitoma* XCIX. ſcriptum eſt, Cn. Pompejum, lege ad populum lata perſequi piratas juſſum, qui commercium annonæ intercluſerant, intra XL. diem toto mari eos expuliſſe; belloque cum iis in Cilicia confecto, acceptis in deditionem piratis agros, urbes dediſſe. Idem eſt apud *Plutarchum* & *Appianum*. *Dio* pleroſque eodemmet anno ſublatos ſcribit; & Pompejum in maritima Ciliciæ ora urbem Solos à Tigrane Rege deletam reſtituiſſe, ac Pompejopolim appellaſſe. Hoc *bellum maritimum & piraticum Saluſtius* & *Cicero* nominant.

De re geſta à L. Lucullo pro Cos. cum Mithridate, & à Q. Metello cum Cretenſibus.

HIc eſt ſeptimus Lucullani imperii annus, tot enim eum bellaſſe teſtatur *Vellejus*. De quo anno ſic *Dio*: Inſequenti anno Mithridates,

(83) *Hoc eſt:* Anno ab U. C. 686.
Olymp. CLXXVIII. Anno II.
Ante Ær. Chr. 67.
C. CALPURNIUS PISO. } Coſs.
M'. ACILIUS GLABRIO. }

Ita ex Caſſiodoro, Dione Caſſio, Cicerone, faſt. Sicul. &c. Sigonius, Pighius, Mediob. Almeloveníus, & alii.

Numiſmata de Cn. Pompejo, ejuſque bello Piratico, quod geſſit hoc anno vide apud C. Mediobarb. ad hunc annum.

dates, cum ad Gaziurſa adverſus Triarium caſtra haberet, neque eum, id quod ante Luculli adventum cupiebat; ad certamen attrahere poſſet, ſtatuit quoſdam ad Dadaſa oppidum, quò prædam omnem Romani contulerant, oppugnandum mittere; ut ea ratione Triarium ad ſuorum defenſionem properantem prœlio provocaret, id quod evênit; nam ut ille Dadaſa obſideri audivit, militum ſuorum pugnam poſcentium vocibus victus, cum eo vel invitus pergeret, in itinere à Mithridate cum omnibus pene copiis eſt deletus, majorque accepta clades fuiſſet, ni Rex à proditore quodam amico, ſimulato colloquio, vulneratus fuiſſet. Interea vero cum Lucullus adveniſſet, iſque Mithridatem facile opprimere poſſe, ſi in eum perrexiſſet, videretur, ab exercitu ſuo relictus, nihil profecit, fuerunt autem legiones, quæ primum ſub Valerio Flacco, poſt ſub Flavio Fimbria meruerunt; quæ à P. Clodio ſollicitatæ, cum ſtipendia ſua ſe confeciſſe dicerent, Imperatorem ſequi noluerunt; præſertim vero ubi Acilium Glabrionem Conſulem ſucceſſorem Lucullo Roma miſſum adeſſe acceperunt. Lucullus, cum militum ſuorum ſeditione, tum quod ne à Marcio quidem, qui Ciliciæ præerat, auxilium impetraret, valde anxius, Mithridate relicto, retro ſe in Tigranem convertit; ratus, ſi eum imparatum ac feſſum ex via adortus viciſſet, milites aliquanto quieturos, quod ne ei quidem proceſſit; nam exercitus cum quouſque in Cappadociam iter erat, ſequutus, nulla voce miſſa converſus reliquit. Interea vero Mithridates Regnum ſuum recuperavit, ac Cappadociam incurſionibus vexavit, cum neque Lucullus præſente Acilio, neque Acilius opem ferret: qui cum antea Lucullo victoriæ gloriam eripere maturaſſet, tum vero, ut cladem acceptam audivit, in Bithynia moratus, ad exercitum non venit. Eadem *Appianus* & *Plutarchus*, de quibus ſic *Cicero* pro lege Manilia: Mithridates cum ſe in Regnum recepiſſet ſuum, non fuit eo contentus, quod ei præter ſpem acciderat, ut illam, poſteaquam pulſus erat, terram umquam attingeret: ſed in exercitum Romanum, clarum atque victorem, impetum fecit; & tantam ei cladem attulit, ut eam ad aures L. Luculli non ex prœlio nuntius, ſed ex ſermone rumor afferret. Hic in ipſo illo malo graviſſimaque belli offenſione L. Lucullus, qui tamen aliqua ex parte iis incommodis mederi fortaſſe potuiſſet, populi R. juſſu coactus, quod imperii diuturnitati modum ſtatuendum veteri exemplo putaverunt, partem militum, qui jam confectis ſtipendiis erant, dimiſit, partem Glabrioni tradidit. Eodem anno bellum Creticum à Q. Metello profligatum ſcribit *Dio*. Res autem tota ut geſta ſit, apud eum intercidit, apud *Florum* autem ita ſcriptum eſt; Metellus totam inſulam igni ferroque vaſtavit; Cnoſſum, Eleutheram, & Cydoniam cepit, adeoque ſæve in captivos conſulebatur, ut veneno ſe plerique conficerent, alii deditionem ſuam ad Pompejum abſentem mitterent, & cum ille res in Aſia gerens, eò quoque præfectum miſiſſet Octavium, in illa provincia irriſus fuit: eoque infeſtius Metellus in hoſtes jus victoris exercuit; victiſque Laſthene & Panare Cydoniæ ducibus; victor rediit; nec quidquam amplius tamen de tam famoſa victoria, quam *Cretici* cognomen reportavit. *Plutarchus* Cretam, poſt Ciliciam, alteram ſcribit fuiſſe prædonum arcem; eaque de re Pompejum piratas multos in Cretam eſſe perſequutum; & L. Octavium, legatum eò miſſum, à Metello ita irriſum, ut eo etiam præſente, urbes, quarum deditionem poſcebat, per vim ceperit. *Xiphilinus*, Creticum bellum ſibi Pompejum depopoſciſſe, quod lege Gabinia omnes inſulæ ſub ſuo imperio eſſent, ſcribit. Apud *Dionem* autem hæc ſunt: Metellus Cretam exſcindere ante adventum Pompeji feſtinavit. Octavius enim ſine exercitu miſſus, nihil agebat; quippe qui non ad bellum gerendum, ſed ad civitates in deditionem accipiendas eſſet miſſus. Cornelius etiam Siſenna legatus Græciæ præfectus, in Cretam venit, ac fruſtra Metellum, ut ab oppidis abſtineret, admonuit. Nam Metellus Eleutheram per proditionem; Lappam, quæ ab Octavio tenebatur, per vim cepit; ac Cilicas, qui cum Octavio erant, cæcidit, quibus ut opem ferret Octavius, Siſennæ, qui jam mortuus erat, exercitu uſus eſt, deinde Hierapydnam cepit; atque totam inſulam ſub imperium ſuum ſubjunxit; quæ antea libera fuerat. Panarem autem & Laſthenem captos in triumpho ducere nequivit, quod Pompejus eos Metello per Tribunum pl. quendam abſtulerit; quippe qui ſe ſuo, non Metelli arbitrio tradidiſſent. In *Epitoma* etiam XCIX. ita eſt; Q. Metellus pro Cos. Gnoſon, & Lyctum, & Cydoniam, & alias plurimas civitates expugnavit. Præterea res geſtas à Q. Metello adverſus Cretenſes, & epiſtolas Metelli & Cn. Pompeji invicem miſſas continet, queritur Metellus gloriam rerum à ſe geſtarum, à Pompejo ſublatam præteriri, qui in Cretam miſerit legatum ſuum ad accipiendas urbium deditiones: Pompejus rationem reddit, hoc ſe facere debuiſſe. Et ſub Conſulatum Lepidi ac Tulli hæc; Q. Metellus perdomitis Cretenſibus, liberæ in id tempus inſulæ leges dedit. Significat autem ſequenti anno legatos X. ad conſtituendam provinciam eſſe miſſos. Unde *Vellejus* ait: Creta Metelli ductu longiſſimæ libertatis fine multata eſt. Et *Rufus*: Creta per Metellum Conſulem provincia facta eſt. Et *Juſtin.* lib. XL. Creta & Cilicia bello piratico perdomitæ, in provinciæ formam redactæ.

DE COS. AN. DCXXCVII. (84)

COnſules ſuggerit in hunc annum *Caſſiodorus* Man. Lepidum: (collega autem deſideratur, qui unus eſt in *faſtis Siculis* Volcatius Tullus) *Dio* L. Tullum, Æmilium Lepidum: *Saluſtius* in Catilina, L. Tullum, M'. Lepidum: *Pædianus* in Cornelianam, M'. Lepidum, L. Volcatium: *liber Cuſpinianus* LEPIDUM & TULLUM; item *Cicero* in Catilina: at pro Sylla, L. Volcatium, & Tullum. Idem Lepidum & Volcatium Conſulares nominat libr. XII. ad Atticum; pro Plancio autem, L. Volcatium

(84) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 687.
Olymp. CLXXVIII. Anno III.
Ante Ær. Chr. 66.
M'. AEMILIUS LEPIDUS. } Coſs.
L. VOLCATIUS TULLUS. }

Ita ex Caſſiodoro (qui primum tantum nominat) Dione, Saluſtio, Pædiano, faſt. Sicul. & Cuſpin. Sigonius, Pighius, Almeloven. & alii. Mediobarbus tranſilit hunc, & ſequ. annos uſque ad annum Varronianum 691.

catium offenſiuncula accepta in ædilitate, Conſulem factum ſcribit. His comitiis C. Piſo Cos. M. Palicanum ſuffragiis populi Conſulem creatum renuntiare noluit; quum diceret, non exiſtimare ſe tantis tenebris offuſam eſſe Remp. ut huc indignitatis veniretur, auctor *Valerius* lib. III. cap. VIII.

De conjuratione Cn. Piſonis.

L. Tullio, M'. Lepido Coſs. P. Autronius Pætus, & P. Cornelius Sulla deſignati Coſs. legibus ambitus interrogati, pœnas dederant, paulo poſt, L. Sergius Catilina, pecuniarum repetundarum reus, prohibitus erat petere Conſulatum, quod intra legitimus dies profiteri nequiviſſet. Erat eodem tempore Cn. Piſo adoleſcens nobilis, ſummæ audaciæ, egens, factioſus, cum hoc Catilina & Autronius circiter nonas Decemb. conſilio communicato, parabant in Capitolio K. Jan. L. Torquatum & L. Cottam Conſules interficere; ipſi faſcibus correptis, Piſonem cum exercitu ad obtinendas duas Hiſpanias mittere, ea re patefacta, rurſus in nonas Febr. conſilium cædis tranſtulerunt, jam tum non Conſulibus modo, ſed pleriſque Senatoribus perniciem machinabantur: quod ni Catilina maturaſſet pro curia ſignum ſociis dare, eo die res confecta fuiſſet, quia nondum frequentes armati convenerant, ea res conſilium diremit, poſtea Piſo in citeriorem Hiſpaniam quæſtor pro Prætore miſſus eſt, adnitente Craſſo, qui in provinciam ab equitibus Hiſpanis, quos in exercitu ductabat, iter faciens, occiſus eſt. Hæc *Saluſtius* in Catilinam, *Epitoma* CI. *Suetonius* in Cæſare, *Dio* lib. XXXVI. *Cicero* pro Sylla. Piſonem autem Figulo & Cæſare Coſs. in Hiſpania fuiſſe ait *Saluſtius*: eodem anno mortuum, *Pædianus* in orat. in toga. De hoc Piſone exſtat tale monumentum Romæ in hortis (ut audio) Cardinalis Carpenſis in alta ſemita:

CN. CALPVRNIVS
CN. F. PISO
QVÆSTOR PRO PR. EX S. C.
PROVINCIAM HISPANIAM
CITERIOREM OBTINVIT.

De bello Mithridatico Cn. Pompeji.

Iisdem Coſulibus C. Manilius Trib. pl. iratus optimatibus, quod legem, quam de libertinorum ſuffragiis pridie K. Jan. tulerat, ipſi K. Jan. Tullo & Lepido Conſulibus ineuntibus abrogaſſent, Pompejo abſenti ſe adjunxit; ac colligendæ ejus gratiæ cauſa legem promulgavit, ut Cn. Pompejo (is in Cilicia adhuc erat ad belli maritimi reliquias perſequendas) Bithynia, Phrygia, Lycaonia, Galatia, Cappadocia, Cilicia, Colchis, Armenia minor, præterea omnis ad bellum piraticum apparatus, omnes, quæ ſub Lucullo meruerant copiæ, & bellum contra Mithridatem & Tigranem Reges committerentur. Hanc item legem ab optimatibus oppugnatam, vel quod Pompejum ad Luculli triumphum proficiſci, vel quod uni nimium imperium periculoſe mandari, vel quod Q. Marcium è Cilicia, M'. Acilium è Bithynia ante tempus injuſte revocari cenſerent; populus tamen (etſi jam legatos ad provinciam conſtituendam ex Luculli literis, quaſi debellatum eſſet, paulo ante miſerat) magno conſenſu accepit, annitente maxime Cæſare, & Cicerone Prætore: Cæſare, ut populum ad extraordinaria ſibi quoque mandanda imperia poſt promptiorem haberet; Cicerone, ut intelligerent omnes, maximum ſe momentum ei parti, cui ſe adjunxiſſet, afferre. Nam qui antea optimates tueri ſolitus erat, is nunc ad plebem ſe contulerat, exſtat ejus, qua hanc legem ſuaſit, oratio. Hæc *Plutarchus* in Pompejo, *Dio* lib. XXXVI. *Cicero* pro lege Manilia, *Pædianus* in Cornelianam, *Appianus* in Mithridatica. Cn. igitur Pompejus, accepto ad bellum imperio, ſocietate cum Phraate Parthorum Rege juncta, ubi per legatos ad pacem petendam Mithridatem adducere ſe non poſſe ſenſit, magno apparatu in eum movit. Huic in Galatia Lucullus occurrens, ut recederet, quod bellum confectum eſſe, atque legatos conſtituendæ provinciæ cauſa jamdiu exſpectari diceret, non perſuaſit. Itaque Pompejus, cum, ne quis Lucullo pareret, edixiſſet, Mithridatem primum in Armeniam minorem, in quam ille impetum fecerat; atque inde prœlio equeſtri victum, in Armeniam Tigranis perſequutus; eum nocturna pugna fractum coëgit iterum ad Tigranem confugere, à Tigrane autem non receptus, quod eum auctorem belli fuiſſe objiceret, quod ipſe cum filio ſuo gereret, in Boſporum reverſus, filium Macharem Boſpori Regem Populi Rom. ſocium, dolo interfecit. Tigranis filius, ad Regem Parthorum transfugiens, primum una cum Phraate bello patri illato, uſque ad Artaxata venit, deinde recedente Phraate à Tigrane patre victus, ad Pompejum ſe contulit. Quo terrore compulſus Tigranes, ubi pacem, quam cupiebat, à Pompejo impetrare non potuit, atque ipſum adventantem cum exercitu audivit, ejus poteſtati & urbem Artaxata, & ſemet tradidit. Pompejus Tigrani ſummum honorem habuit, atque Armeniam & theſauros reſtituit: Cappadociæ & Syriæ partem, Phœnicen & Sophenen ademit, & pecuniam ingentem imperavit; filium ejus, qui iis, quæ ipſe ſtatuerat, non ſtabat, in vinculis habitum Romam miſit. Cum autem tripartito exercitu, cui ipſe, Metellus Celer, & L. Valerius Flaccus præerant, hibernaret, Orœſes Albanorum Rex, ut à Tigrane filio gratiam iniret, hiberna ejus aggreſſus, à Celere & Flacco repulſus, à Pompejo fugatus, cum magna ſuorum clade victus eſt, quibuſcum Pompejus tamen, quod hiems ingraveſcebat, petentibus fœdus fecit. Hæc *Dio*, *Appianus*, *Plutarchus*. Itaque in *Epitoma* C. ſic eſt: Cn. Pompejus ad gerendum bellum adverſus Mithridatem profectus, cum Rege Parthorum Phraate amicitiam renovavit, equeſtri prœlio Mithridatem vicit, præterea bellum inter Phraatem Regem Parthorum, & Tigranem Armeniorum; ac deinde inter filium Tigranem patremque geſtum continet. Cn. Pompejus Mithridatem nocturno prœlio victum coëgit Boſporon profugere: Tigranem in deditionem accepit, eique, ademptis Syria, Phœnice, & Cilicia, Regnum Armeniæ reſtituit. Unde in Sextiana inquit *Cicero*; Tigranem Cn. Pompejus cum in ſuis caſtris ſupplicem abjectumque vidiſſet, erexit; atque inſigne Regium, quod ille de ſuo capite abjecerat, repoſuit; & imperatis certis rebus regnare juſſit.

DE COS. AN. DCXXCVIII. (85)

IN hunc annum cum deſignati Conſules P. Autronius Pætus, P. Cornelius Sulla, legibus ambitus interrogati, pœnas dediſſent, in eorum locum ſacti ſunt L. Aurelius Cotta, & L. Manlius Torquatus; auctore *Saluſtio*, *Dione*, & *Pædiano*; qui ita in Cornelianam ait: P. Sylla & P. Autronius Coſs. deſignati cum eſſent, eorum alterum L. Cotta, alterum L. Torquatus ambitus damnarunt, & in eorum locum Conſules creati ſunt. Unde etiam *Cicero* II. de finib. L. Torquatus, adoleſcentulus eripuit P. Syllæ Conſulatum, eumque ad patrem ſuum retulit. Damnatos lege Calpurnia, de ambitu à C. Piſone Cos. paulo ante lata, ſcribit idem cum *Pædiano* in or. in toga. Idem eſt apud *Svetonium* in Cæſare. Priores Coſs. vocat *Dio* P. Pætum, & Cornelium Syllam: *Saluſtius* & *Svetonius* P. Syllam & P. Autronium: (ſic enim ſcribendum, non *Antronium*, ex *lapid. Capit.* apud quos an. DCCXXIV. eſt, L. AUTRONIUS P. F.) *Liber Cuſpinianus* SULLAM & PÆTUM. P. autem Sylla, Ser. F. dicitur à *Saluſtio*; *Dione* vero, filius fratris L. Syllæ dictatoris. Poſteriores Coſs. L. Cottam, & L. Torquatum vocat *Nepos* in vita Attici, *Cicero* contra Rullum: Torquatum & Cottam, in Catilinam, & de divin. itemque *faſti Siculi*: *Index* lib. XXXVI. *Dionis*, L. Aurelium M. F. Cottam, L. Manlium L. F. Hic L. Manlius Torquatus Macedoniam provinciam ſortitus eſt, quod indicat *Cicero*, cum inquit in Piſonem, L. Torquatum, magnis rebus geſtis, ſe Cos. referente, Imperatorem appellatum eſſe. L. Cotta, Pompejo & Craſſo Coſs. Prætor judicia ad equites tranſtulit. *Pædianus*, *Epitoma*. C. Papius Tribunus pl. lege lata peregrinos urbe expulit. *Dio* lib. XXXVIII. *Legis Papiæ* meminit quoque *Cic.* in III. de offic.

De Cenſoribus abdicatis.

CUm quinquennalis Luſtri ratio, tum *Dionis* hiſtoria docet, in hunc annum Cenſores creatos fuiſſe, ſic enim loquitur: Cenſores cum de danda iis, qui trans Padum ſunt civitate inter ſe contenderent, non ſolum nihil aliud egerunt, ſed magiſtratu etiam abdicarunt. Hos autem fuiſſe M. Craſſum, & Q. Catulum, Conſulares viros tradit *Plutarchus* in Craſſo, cum ait: Craſſus Cenſuram otioſam geſſit; neque enim Senatum legit, neque equites inſpexit, nec cenſum civium egit; verum cum à collega Lutatio Catulo de Ægypto Romanis tributaria facienda diſſentiret, ambo ſponte Magiſtratu abierunt. Idem in Politicis, & in Catone minore, & in libro De vitioſa verecundia, Catuli cenſoris meminit; eumque cenſorem Catone quæſtore, Pompejo in Aſia bellum gerente fuiſſe ſcribit.

De re geſta cum Mithridate à Cn. Pompejo pro Cos.

HIs Coſs. Cn. Pompejus Artocem Iberiæ Regem, cum eum ſenſiſſet in ſe moliri bellum, adortus, magno prœlio victum, obſidibus acceptis, cum pace dimiſit: Albanos iterum occurrentes repulit: Phraatem, cujus fines Gabinius ultra Euphratem uſque ad Tigridem populatus erat, amicitiam renovare cupientem aſpernatus, agros Gorduenes, de quibus ipſe cum Tigrane diſceptabat, per Afranium occupatos, Tigrani Regi attribuit. Hæc in hunc annum geſta refert *Dio*, de quibus ita eſt in *Epitoma* Cl. Cn. Pompejus cum Mithridatem perſequeretur, in ultimas ignotaſque gentes penetravit; Iberos, Albanoſque, qui tranſitum non dabant, prœlio vicit. *Appianus*, & *Plutarchus* item.

DE COS. AN. DCXXCIX. (86)

COnſules inſequens annus habnit auctore *Caſſiodoro*, & *Pædiano*, & *Siculis faſtis*, L. Cæſarem, & C. Figulum, quos *Dio* vocat L. Cæſarem, C. Marcium C. F. Figulum. *Cicero* pro Sulla, L. Julium, C. Figulum; itemque *Saluſtius* in Catilina. L. Cæſar, L. Cæſaris filius fuit, ejus, qui Conſulatum geſſit bello Marſico. Itaque *Cicero* in Catilinam avum hujus M. Fulvium Flaccum appellat: pater enim hujus Fulviam Flacci filiam in matrimonio babuit. Hæc hoc de Conſulatu cum ſcriberem, forte intervênit Geminianus Patinus Mutinenſis, præſtans ingenio atque doctrina juvenis, qui data occaſione ſæpe ſe mlratum eſſe dixit, quod alterum hutum Conſulum Marcium quidam *Thermi* cognomine afficerent; cum tamen Thermus non Marciorum eſſet cognomen, ſed Minuciorum; *Figulus* autem etiam in hoc Conſule cognomen celebraretur; nam in prima Epiſtola ad Atticum, ſic *Ciceronem* ſcriptum reliquiſſe; L. Julio Cæſare, C. Marcio Figulo Coſs. filiolo me auctum eſſe ſcito, atque à me quid hac de re ſentirem, requiſivit: quid autem ei cum reſponderim, putavi mihi hoc eodem in loco adſcribendum eſſe; ut qua re illi, eadem ceteris etiam antiquitatis Romanæ ſtudioſis gratum faciam. Reſpondi ergo me putare, non imperite eos feciſſe, qui Thermum alterum cognomen huic Marcio adjeciſſent, eundem enim eſſe Thermum cum Figulo. Itaque *Ciceronem* eadem epiſtola, cum competitores Cæſaris nominaret, Thermum, non Figulum nominaſſe; ſic enim ille ait: De iis, qui nunc petunt, Cæſar certus putatur: Thermus cum Silano contendere exiſtimatur: noſtris rationibus maxime conducere videtur, Thermum fieri cum Cæſare: nemo eſt enim ex iis, qui nunc petunt, qui ſi in noſtrum annum reciderit, firmior candidatus fore videatur: propterea,

(85) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 688.
Olymp. CLXXVIII. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 65.
Cum deſignati hoc anno Conſules fuiſſent P. CORNELIUS SULLA, & PUBL. AUTRONIUS PAETUS, atque hi accuſati fuiſſent de ambitu in eorum locum ſuffecti ſunt:
L. AURELIUS COTTA.
L. MANLIUS TORQUATUS. } Coſs.
Ita ex Saluſtio, Dione, Pædiano, Cornelio Nep. & faſt. Cuſpin. Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii,

(86) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 689.
Olymp. CLXXIX. Anno I.
Ante Ær. Chr. 64.
L. JULIUS CAESAR.
C. MARCIUS FIGULUS. } Coſs.
Ita ex Caſſiodoro, Pædiano, Dione, faſt. Sicul. &c. Sigonius, Pighius, Almclovenius, & alii.
Sigonius, & Pighius C. Marcio addunt & aliud cognomentum Thermi, quod tamen Figuli Sinonymum eſſe putant.

A pterea, quod curator eſt viæ Flaminiæ. In extrema autem epiſtola ſignificat, ſe L. Julio Cæſare, C. Marcio Figulo Coſs. auctum filiolo, cum tamen Figuli petentis ante ne meminerit quidem: hoc autem me tanto vehementius credere, quod in libro vetere, quem identidem citat auctorem *Cuſpinianus*, extrema utriuſque horum Conſulum cognomina ſunt, CÆSAR & THERMUS, quod alias etiam facit, ut, cum duo, aut plura cognomina unius fuerint, ille extremum tantum adhibeat, fortaſſe autem hunc è Thermorum familia in Figulorum per adoptionem tranſiſſe: atque ita utrumque cognomen tuliſſe.

B

De Cenſoribus.

ET in hunc annum cenſores creatos *Dio* oſtendit, cum ait, ne cenſores quidem, qui ſubſequuti ſunt, quidquam in ſequenti anno egiſſe: quod Tribuni pl. interceſſerint, ne Senatum legerent, ne ipſi forte præterirentur; eſt autem conſentaneum, ſi priores cenſores abdicarunt, hoc anno alteros, qui luſtrum facerent, fuiſſe creatos. Hos autem fuiſſe arbitror L. Aurelium Cottam, priore anno Conſulem: & P. Servilium Iſauricum. De Cotta teſtis eſt *Plutarchus*, qui Cottam petente Conſulatum Cicerone cenſuram geſſiſſe ſcribit. Cicero autem petiit hoc anno. Eundem etiam
C L. Cottam cenſorium vocat *Cicero* in orat. pro domo. De Servilio auctor eſt *Valerius*: qui libro VIII. ſcribit; P. Valerium Conſularem, cenſorium, triumphalem, majorum ſuorum titulis *Iſaurici* cognomen adjeciſſe. Quoniam autem illum ante hunc annum cenſuram non geſſiſſe conſtat, propterea collegam L. Cottæ fuiſſe arbitratus ſum. Neque vero ab his luſtrum conditum puto, cum triennio poſt alii cenſores id condiderint, ut tum oſtendam; neque cenſum actum, quod *Cicero*, cum pro Archia poſt Conſulatum diceret, proximos cenſores, qui cenſum egerint, Gellium & Lentulum intelligit, tum cum Archias cum Imperatore L. Lucullo apud exercitum erat.

D

De re geſta à Cn. Pompejo cum Mithridate.

PHraates Rex Parthorum, iratus Pompejo, quod cum ad ſe ſcriberet, non Regem Regum, ut mos erat, appellaſſet, tranſitu Euphratis impedito, ineunte vere in Tigranem Regem una cum Tigranis filio genero ſuo motis caſtris, primo prœlio victus, altero melius pugnavit. Itaque cum Tigranes Pompejum ex Syria advocaret, neque ille venire maturaret, eum ac Romanos per legatos inſolentius accuſavit. Pompejus, maledictis ejus contemptis, nec Tigranem auxilio juvit, nec Phraatem bello perſequutus eſt; quod bellum
E illud ſibi mandatum eſſe negaret, ac Mithridates adhuc in armis eſſet. Hac de cauſa Tigranes eluſus, operam dedit ut cum Phraate in gratiam rediret. *Dio*, *Appianus*, *Plutarchus*.

A

DE COS. AN. DCXC. (87)

COnſules in hunc annum inierunt M. Cicero, C. Antonius, auctor cum *Siculis Caſſiodorus*, *Plinius* lib. VIII. *Saluſtius* in Catilina, *Suetonius* in Auguſto, *Plutarchus* in Cicerone, *Vellejus* lib. II. *Joſephus* antiquitatum lib. XIV. *Dio* M. Tullium M. F. Ciceronem, C. Antonium M. F. edit. Ciceronis patrem avumque prænomine Marci uſos fuiſſe, apparet ex lib. V. epiſtolarum, lib. II. de Oratore, lib. III. de legibus. C. Antonium M. Antonii oratoris filium tradit *Pædianus* in orationem in toga; quo in loco enumerat Ciceronis compe-
B titores; duos patricios, P. Sulpitium Galbam, L. Sergium Catilinam; quatuor plebejos; ex quibus duos nobiles, C. Antonium, L. Caſſium Longinum; duos qui tantum non primi ex familiis ſuis magiſtratum adepti erant, Q. Cornificium, & C. Licinium Sacerdotem; ſolum Ciceronem equeſtri loco natum. Omnes magiſtratus ſe ſuo anno adeptum Cicero gloriatus eſt. Eidem Macedonia obtigit, Antonio Gallia. Macedoniam deinde Antonio collegæ conceſſit Cicero, neque in provinciam profectus eſt ex Conſulatu. Gallia Q. Metello Celeri Prætori mandata eſt; auctor ipſe *Cicero*, *Dio*, & *Plutarchus*. Ambo Tullo & Lepido Prætores fuerant: *Pædianus*. Hoc anno Tri-
C buni pl. C. Antonio Conſule non repugnante, leges aliquot pernicioſas ad perturbandum Reip. ſtatum, promulgarunt; „ Ut agri victoria Pompeji parti, à Xviris, quos pars populi creaſſet, venderentur, atque ea pecunia agri emerentur, quo plebs Romana deduceretur; Ut Campanus ager populo divideretur; Ut proſcriptorum filii, quos Sulla dictator honorum petitione privarat, ad magiſtratus vocarentur; Ut P. Autronius & P. Sulla, damnati ambitus; in Senatum legi, ac magiſtratus capere poſſent. C. etiam Rabirius à T. Labieno Trib. pl. ad populum poſtulatus eſt, quod XXXVI. ante annum in ſeditione L. Saturninum interfeciſſet.
D Quæ leges ne ferrentur, conſilio atque eloquentia Ciceronis Conſulis (auctore *Dione*) perfectum eſt, ut merito *Cicero* ipſe ita in Piſonem glorietur: Ego Kal. Jan. Senatum & bonos omnes, legis agrariæ maximarumque largitionum metu liberavi, ego agrum Campanum, ſi dividi non oportuit, conſervavi; ſi oportuit, melioribus auctoribus reſervavi, ego in C. Rabirio, perduellionis reo, XL. annis ante me Conſulem interpoſitam Senatus auctoritatem ſuſtinui contra invidiam, atque defendi, ego adoleſcentes bonos & fortes, ſed uſos ea conditione fortunæ, ut ſi eſſent magiſtratus adepti, Reip ſtatum convulſuri viderentur, meis inimicitiis, nulla Senatus mala gratia,
E comitiorum ratione privavi.

De re geſta à Cn. Pompejo cum Mithridate.

HIs Coſs. Mithridates tranſitum in Italiam moliens, filios aliquot ac propinquos ſuſpectæ fidei, in Boſporo interfecit. Quo terrore

(87) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 690.
Olymp. CLXXIX. Anno II.
Ante Ær. Chr. 63.
M. TULLIUS CICERO. } Coſs.
C. ANTONIUS. }
Ita ex Caſſiodoro, Plinio, Saluſtio, Svetonio, Plutarcho, Vellejo, faſt. Sicul. &c. Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.
C. Mediobarb. addit C. Antonio cognomentum HYBRIDA ex Plinio. Vide Pighium.
Ab hoc anno Varroniano U. C. 691. C. Mediob. exorditur J. Cæſaris geſta per antiqua Numiſmata.

Digitized by Google

rore compulſus Pharnaces filius ejus, cum ſe à Romanis Regnum conſequuturum ſperaret, patri inſidias fecit, quibus pateſactis damnatus, ope eorum, quos pater ad ſe comprehendendum miſerat, ſigna iu eum intulit; ac regia occupata, ut ſibi veneno mortem conſciſceret, coëgit; ac ſe Pompeji poteſtati permiſit. Pompejus Aretam Arabum Regem, qui Syriam populatus erat, prœlio victum in deditionem accepit, poſt in Palæſtinam profectus, Hyrcanum & Ariſtobulum Judæos fratres inter ſe de Regno contendentes adortus, illum primo congreſſu, hunc acie majore mole ſuperavit; urbem eorum Hieroſolymam cepit; atque Hyrcano Rege conſtituto in Pontum reverſus, urbibus in fidem acceptis, in Aſiam trajecit. Ita *Dio*, *Plutarchus*, *Appianus*, *Joſephus*, alii. In *Epitoma* autem Cl. ita; Præterea fugam Mithridatis per Colchos Heniochoſque, & res ab eo in Boſporo geſtas continet. Cn. Pompejus in provinciæ formam Pontum redegit. Pharnaces filius Mithridatis, bellum patri intulit, ab eo Mithridates obſeſſus in Regia, cum veneno ſumpto parum profeciſſet ad mortem, à milite Gallo nomine * Bitoëto, à quo ut ſe adjuvaret, petierat, interfectus eſt. Cn. Pompejus Judæos ſubegit; fanum eorum (in) Hieroſolyma inviolatum ante id tempus cepit. Hoc bello Bithyniam, Cappadociam, & Ciliciæ partem eam, quæ nondum imperio Romano ſubjecta erat; & Syriæ Phœnicen, ac Cœlen, & Palæſtinam uſque ad Euphratem; & Paphlagoniam, Galatiam, Phrygiam, & finitimam Myſiam; item Lydiam, Cariam, Joniam, & Aſiam, quæ ad Pergamum eſt, atque ipſam Græciam, partim recuperatas eſſe, partim nunc primum in poteſtatem veniſſe Romanorum, tradit *Appianus*; Tigrani porro Armeniam majorem eſſe permiſſam, Pharnaci Mithridatis filio Boſporum, Ariobarzani Cappadociam, Antiocho Commageno Seleuciam, Dejotaro, atque aliis tetrarchis cum Armenia minore Galatiam, Attalo, & Pylæmeni Paphlagoniam, Ariſtarcho Colchidem, Palæſtinam Hyrcano. Præterea vero, cum *Cicero* in oratione de provinciis dicat, Aſiam, quæ antea Romanum imperium terminabat, tribus novis provinciis Pompeji victoria cinctam, Pontum intelligere videtur; quem ille cum Bithynia junctum, unam provinciam, auctore *Strabone*, fecit, quæ etiam Bithyniæ nomine appellata eſt; & Syriam, quam cum Palæſtina in provinciam redactam, rectori delata juriſdictione, refert *Marcellinus* lib. XIV. cui tamen de Palæſtina non aſſentior; quam Hyrcano permiſſam omnes hiſtoriæ loquuntur. *Cicero* eadem in oratione, ſe Conſule referente ait, primum XII. dierum ſupplicationem Cn. Pompejo decretam confectis bellis omnibus maritimis terreſtribuſque, qua de cauſſa hoc etiam anno *ſalutis augurium* factum tradit *Dio*; quod niſi pacato toto imperio fieri ſoleret.

De conjuratione Catilinæ.

EXtremo fere hoc anno conjuratio Catilinæ pateſacta, atque conſilio Ciceronis Conſulis oppreſſa eſt. L. Sergius Catilina, vir patricius, qui triennio ante etiam cum Cn. Pi-

A ſone conjuraverat cum priore & hoc anno repulſam Conſulatus tuliſſet, cum P. Lentulo, & C. Cethego Prætoribus, atque aliis multis, de cæde Conſulum & Senatus, incendiis urbis, & opprimenda Rep. conjuravit, exercitu quoque ad id per C. Manlium in Etruria ad Fæſulas comparato. Re per indices pateſacta, S. C. fit, ut Conſules videant, ne quid detrimenti Reſp. capiat. Præſidiis in urbe diſpoſitis, Q. Marcius Rex Fæſulas; Q. Metellus Creticus in Apuliam circumque ea loca mittuntur; Prætores Q. Pompejus Ruſus, Capuam, Q. Metellus Celer in agrum Picenum: iiſque permiſſum, ut pro periculo exercitum compararent. Cum Catilina ſui purgandi cauſſa, ſicuti
B jurgio laceſſitus foret, in Senatum veniſſet, Ciceronis Conſulis oratione, & Senatorum maledictis exagitatus, domum ſe ex curia proripuit; inde nocte intempeſta cum paucis in Manliana caſtra profectus eſt. Lentulus, Cethegus, ac ceteri, qui ex præcepto Catilinæ in urbe remanſerant, capti, atque indiciis plurimis convicti, S. C. ſupremo ſupplicio afficiuntur. Ciceroni, cujus præcipue induſtria ſalus Reip. parta eſt, magna à bonis civibus laus ac gloria tributa eſt. Hæc *Saluſtius*, *Dio*, *Appianus*, *Plutarchus* latiſſimè.

De triumpho L. Luculli pro Cos. de Mithridate.

C L. Lucullus, magnis rebus in Ponto & in Armenia adverſus Reges Mithridatem & Tigranem geſtis, exercitum M'. Acilio Glabrioni Conſuli ſucceſſori, aut certe ſequenti anno (ut diximus) Pompejo ſibi in Galatia occurrenti tradidit: conſtitutaque per decem legatos provincia (inter quos M. Lucullum fratrem, & L. Murenam fuiſſe; *Cicero* lib. XIII. epiſtolarum ad Atticum ſcriptum reliquit) Romam deceſſit, neque niſi hoc demum anno triumphavit. Hoc ſignificat *Cicero* in Lucullo, cum ſcribit de eo. Quinetiam, cum victor à Mithridatico bello reverti ſſet, inimicorum calumnia, triennio tardius, quam debuerat, triumphavit; nos enim Conſules introduximus
D pene in urbem currum clariſſimi viri. Hic autem fuit C. Memmius; quem refert *Plutarchus* Populum Rom. contra Lucullum incitaſſe, ita ut vix ei triumphum permiſerit. Triumphaſſe etiam eundem, Cicerone Conſule, patet ex oratione pro Muræna; in qua *Cicero* ait, L. Luculli exercitum, qui ad triumphum convenerat, L. Murenæ Conſulatum petenti præſto affuiſſe. Ejuſdem triumphi meminerunt *Eutropius*, *Athenæus* lib VI. & latiſſime omnium *Plutarchus*, qui ei milites à Pompejo dumtaxat mille & ſexcentos ad triumphum relictos ſcribit. *Plinius* etiam lib. XXVIII. cap. V. hunc ſenem triumphalem appellat, & cum libro XXXIV. Apollinem à M. Lucullo ex Apollo-
E nia Ponti urbe XXX. cubitorum, CL. talentis factum, eſſe translatum ait; L. Lucullum qui in Ponto, non Marcum, qui in Macedonia rem geſſit, reponendum opinor.

DE COS. AN. DCXCI. (88)

COnſules ſubſequuti ſunt D. Silanus, L. Murena, auctore cum *Siculis Caſſiodoro* & Salu-

(88) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 691.
Olymp. CLXXIX. Anno III.
Ante Ær. Chr. 62.
D. JUNIUS SILANUS. } Coſs.
L. LICINIUS MURENA. }

Ita ex Caſſiodoro, Saluſtio, Eutropio, & faſt. Sicul. Sigonius, Pighius, & Almelovenius cum aliis.

Saluſtio. *Dio* D. Junium M. F. Silanum, L. Li- A
cinium L. F. Murenam edit: *Eutropius* D. Ju-
nium Silanum, & L. Licinium, D. Junium M.
Silani filium eſſe reor, ejus, qui Conſul fuit
bello Cimbrico. L. Murena L. Murenæ filius
eſt, ejus, qui de Mithridate, pro pr. trium-
phavit; ut ait *Cicero* pro ipſo Murena ambitus
reo. His comitiis repulſam iterum tulit L. Ser-
gius Catilina, cujus dolore ad conjurationem
exarſit; & Ser. Sulpicius Rufus juriſconſultus,
qui poſt Murenam ambitus accuſavit. L. Mu-
rena & Ser. Sulpicius, anno ſuo Prætores una
ſuerunt, ideſt, Cotta & Torquato Coſs. Mu-
rena, jus dixit; Sulpicius, de peculatu cogno-
vit: Murena, ex prætura in Galliam profectus
eſt; Sulpicius, urbe delectatus eſt: *Cicero* pro B
Murena. Hoc anno C. Pontinius, qui, Cos
Cicerone (*Saluſtio* auctore) Prætor fuit, ex
prætura Galliam Narbonenſem ſortitus eſt; ut
poſt in ejus triumpho dicemus. P. Clodius
domi Cæſaris Pont. Max. cum veſte muliebri
deprehenſus, cum ſacra Bonæ deæ à mulieri-
bus fierent, ad quæ marem penetrare nefas erat.
Dio, & *Cicero* lib. I. ad Att.

De L. Catilina victo à C. Antonio pro Conſule; & rebus ab eodem geſtis in Macedonia.

L. Catilina, auditis, quæ Romæ geſta erant,
exercitum paravit. Contra quem cum C. C
Antonius Roma miſſus eſſet, Catilina per mon-
tes aſperos magnis itineribus in agrum Piſto-
rienſem contendit, eo conſilio, uti per trami-
tes profugeret in Galliam tranſalpinam. Quo
cognito, Q. Metellus Celer, qui cum tribus
legionibus in agro Piceno præſidebat, caſtris
motis, ſub ipſis radicibus montium conſedit,
neque Antonius longius aberat. Catilina, ubi
vidit ſe montibus & copiis hoſtium clauſum,
neque præſidii ſpem ullam eſſe, cum Antonio
quamprimum conflixit. Antonius, quod pedi-
bus æger erat, M. Petrejo legato exercitum
permiſit. Catilina in ipſa pugna fortiſſime di-
micans cecidit: C. Antonius abſterſos gladios
in caſtra retulit, & Imperator appellatus eſt. D
Romæ ſupplicatio decreta. *Dio*, *Saluſtius*,
Plutarchus, *Valerius* capite de jure triumphan-
di, *Cicero* pro Sextio. Ceterum cum L. Tor-
quato in Macedonia ex Conſulatu C. Anto
nius ſucceſſiſſet, victo Catilina in provinciam
profectus male rem geſſit. Hoc indicat *Obſe-
quens* cum ait. C. Antonius cum in agro Pi-
ſtorienſi Catilinam deviciſſet, laureatos fa-
ſces in provinciam tulit, ibi à Dardanis op-
preſſus, amiſſo exercitu profugit, apparuit
cum hoſtibus portendiſſe victoriam; cum ad
eos laurum victricem tulerit, quam in Capi-
tolio debuerat deponere. Eundem ſcribit *Dio*
in Conſulatu Cæſaris, cum Dardanos ac fini-
timos eorum populatus eſſet, eorum in ſe E
impetu non exſpectato, fugam cepiſſe, ab
aliis etiam cum equitatu fugatum, pedita-
tum ipſum hoſtibus concidendum reliquiſſe.
Hunc autem per triennium provinciam obti-
nuiſſe arbitror. Nam quamquam *Cicero* ad
Att. lib. primo ſcribit, K. Jan. Piſone & Meſ-
ſalla Coſs. prodromos Pompejanos nunciare,
Pompejum aperte acturum, ut Antonio ſuc-
cedatur: idem tamen Antonium ſe defendiſſe,
ſcribit ad P. Sextium, Antonii tum quæſto-
rem. Antonium (inquit) in Senatu graviſſime
ac diligentiſſime defendi; Senatumque vehe-
menter oratione mea atque auctoritate com-
movi. Accedit, quod Cæſare & Bibulo Coſs.
C. Octavium Auguſti patrem Macedoniæ Præ-
torem invenio apud *Ciceronem* in epiſtolis ad
Q. fratrem (quem etiam ex Prætura Macedo-
niam ſortitum eſſe, atque Beſſis ac Thracibus
magno prœlio fuſis optime ſocios tractaſſe,
narrat in Auguſto *Suetonius*) Gabinio autem
& Piſone, L. Appulejum invenio, cujus quæ-
ſtor Cn. Plancius Ciceronem exſulantem com-
plexus eſt. *Cicero* pro Plancio. Lentulo &
Metello, L. Piſonem ex Conſulatu eam obti-
nuiſſe ſatis conſtat. Poſtremo, quia *Dio* Ci-
ceronem ſcribit Antonium ex provincia re-
verſum, Cæſare & Bibulo defendiſſe, à M.
Cœlio accuſatum, quod ſocius conjurationis
Catilinæ fuiſſet, damnatumque, quod prave
rem in Macedonia adminiſtraſſet. Itaque *Cice-
ro* pro Cœlio ait: M. Cœlius accuſavit C. An-
tonium collegam meum; cui miſero præclari
in Remp. beneficii memoria nihil profuit, no-
cuit opinio maleficii cogitati. Atque hac etiam
de cauſſa in *Epitoma* CIII. ſub Conſulatum
Cæſaris hæc verba ſunt. C. Antonius pro Coſ.
in Thracia parum proſpere rem geſſit: cum
tamen Cæſare Cos. non ipſe in Macedonia,
ſed C. Octavius fuerit.

De Q. Marcio pro Cos. Ciliciæ & rebus ejus.

Q. Marcium ex Conſule in Ciliciam miſ-
ſum, refert *Dio* Menemachum quendam
Mithridatis transfugam recepiſſe; & P. Clo-
dium, qui L. Lucullum reliquerat, claſſi præ-
feciſſe; Lucullo, ab exercitu ſuo deſerto,
opem imploranti denegaſſe, reliquas res ejus
geſtas vetuſtatiſne injuria, an hominum incu-
ria apud *Dionem* abolevit? Hic per annum
provinciæ præfuit, quia Tullo & Lepido Coſs.
Cilicia mandata Pompejo eſt. Ibi vero res
eum magnas geſſiſſe credibile eſt, quod ſcribit
Saluſtius in Catilina; Q. Marcium Regem ad
urbem fuiſſe cum exercitu, Cicerone Conſu-
le, inimicorum invidia impeditum ne trium-
pharet. An vero triumpharit, parum certum
eſt, mortuus eſt enim hoc tempore, unde *Ci-
cero* in Epiſtola ad Att. M. Piſone, M. Meſ-
ſala ſcripta, ait P. Clodium hereditatem Re-
gis devoraſſe. Habebat autem ſororem Clodii
Rex in matrimonio; L. Lucullus alteram. Q.
Metellus Celer tertiam; auctor *Plutarchus*.
Ejuſdem Regis meminit *Saluſtius* Hiſtoriarum
lib. V., ex *Priſciani* lib. XVIII. his verbis: At
Lucilius, audito, Marcium Regem pro Con-
ſule per Lycaoniam cum tribus legionibus in
Ciliciam tendere.

De triumpho Q. Metelli Cretici pro Cos. ex Creta.

DE rebus à Q. Metello pro Cos. in Creta
geſtis, ſatis ante dictum eſt. Ne hic qui-
dem anno ſuo triumphavit. Nam & hic Con-
ſule Cicerone ad urbem cum exercitu fuiſſe
traditur, impeditus paucorum invidia, ne
triumpharet. Triumphaſſe autem eum D. Sila-
no & L. Murena Coſs. ab *Eutropio* proditum eſt.
De quo triumpho ſic *Vellejus*; Metelli & Lu-
culli triumphum Pompejus imminuit. Et ali-
bi: Cn. Pompejus captivos duces, ornamen-
tum triumphi Metelli, ſubduxit, (hi fuerunt
Panares & Laſthenes, auctore *Dione*). Hujus
etiam triumphi veſtigia ſunt in *Capit. trium-
phis*: nam voces illæ, K. Jun. quæ ſunt pro-
xime ante Pompeji triumphum, ad hunc, ut
puto, pertinent.

DE

DE COS. AN. DCXCII. (89)

Caſſiodorus hoc anno Coſs. ſubjicit M. Pupium, M. Valerium: Piſonem & Meſſalam *faſti Siculi*: *Dio* M. Pupium M. F. Piſonem, M. Valerium M. F. Meſſalam Nigrum. Meſſallæ Nigri mentio eſt etiam apud *Pædianum* in oratiune pro Scauro: M. Meſſallæ, & M. Piſonis, apud *Ciceronem* lib. I. ad Att. *Plinium* lib. VII. cap. XXVI., lib. XXXVII. cap. II., lib. VIII. cap. XXVI., *Cæſarem* lib. primo de Gallico bello. M. Piſonem Cn. Pompeji bello Mithridatico legatum ex Aſia à Pompejo ad comitia præmiſſum, ejuſdem opera Conſulatum adeptum; refert *Dio*. De eodem ſic *Pædianus* in Piſonianam; M. Pupius Piſo, fuit eiſdem temporibus, quibus Cicero; ſed tanto ætate major, ut adoleſcentulum Ciceronem pater ad eum deduceret, quod in eo & antiquæ vitæ ſimilitudo, & multæ erant literæ, orator quoque melior, quam frequentior habitus eſt, biennio tamen ſerius, quam Cicero Conſul fuit, triumphavit pro Cos. de Hiſpaniis Q. Hortenſio, Q. Metello Cretico Coſs. ante Ciceronis Conſulatum. Et *Cicero* in Bruto; M. Piſo quidquid habuit, habuit ex diſciplina; maximeque ex omnibus, qui ante fuerunt, Græcis doctrinis eruditus fuit, &c. Eundem M. Piſonem ſcribit pro Plancio in ædilitate præteritum, Conſulem eſſe factum. Et *Velleius*; M. Piſo Conſularis Anniam, quæ Cinnæ uxor fuerat, in Syllæ gratiam dimiſit. Eundem à M. Pupio adoptatum tradit *Cicero* pro domo. De Piſonis provincia ſic *Cicero* primo ad Att. Piſonem Conſulem nulla in re conſiſtere umquam ſum paſſus: deſponſam homini jam Syriam ademi. *Cæſar* lib. I. ſcribit Senatum cenſuiſſe, uti quicumque Galliam provinciam obtineret, quod commodo Reip. facere poſſet, Æduos ceteroſque amicos populi Romani defenderet. Hoc anno C. Cæſar, qui Murena & Silano Coſs. Præturam geſſit, ex Prætura in Hiſpaniam ulteriorem profectus eſt.

De Cenſoribus, & Luſtro LXVIII.

Cenſores in hunc annum *Dio* profitetur, ſcribit enim, Piſone & Meſſalla Coſs. omnes eos, qui Magiſtratus geſſerant, à Cenſoribus etiam ſupra legitimum numerum in Senatum lectus. Idem oſtendit *Cicero* in epiſtola lib. primi ad Atticum, quæ ſcripta eſt his Coſs. Non. Decemb. Metello Celere Cos. deſignato; cum ait; Aſiani, qui de Cenſuribus conduxerunt, queſti ſunt in Senatu, ſe cupiditate prolapſos, nimium magno conduxiſſe; ut induceretur ea locatio, poſtulaverunt. Neque vero Aſiana vectigalia conduci, niſi poſt pacatam à Pompejo Aſiam, potuerunt; id eſt; ab hujus anni Cenſoribus. Idem *Cicero* ſignificat Luſtrum ab his Cenſoribus eſſe factum; ſed ſequentibus Coſs. Nam in epiſtola, quæ proxime ſequitur, data XI. K. Febr. Q. Metello, L. Afranio Coſs. ſic ait; Reviſe nos aliquando, nam ne abſens cenſeare, curabo edicendum & proponendum locis omnibus. Sub Luſtrum autem cenſeri, germani negotiatoris eſt. Cum igitur dubitandum non ſit, quin in hoc anno Cenſores creati fuerint, eſt vero illud accurate quærendum, qui fuerit, neque enim in Cenſorem aut Cenſorium ullum, ex iis, qui ante Conſulatum geſſerint, adhuc incidi. Hi autem creati ſunt ante quinquennium; quod priores Cenſores Luſtrum nullum fecerint.

De triumpho III. Cn. Pompeji Magni pro Cos. de Mithridate, &c.

Quæ geſſerit maritimo ac Mithridatico bello Cn. Pompejus pro Cos. ante demonſtratum eſt. Hic eſt autem annus, quo ipſe bellis omnibus confectis triumphavit, cujus triumphi hæc adhuc in annalibus veteribus teſtimonia leguntur. *Dio*, & *Plutarchus* auctores ſunt, eum petiiſſe, ut priore anno comitia Conſularia differrentur, quo præſens ipſe Piſonem candidatum deducere poſſet. *Cicero* etiam lib. primo ad Att. ſignificat, Piſone & Meſſalla Coſs. Pompejum K. Jan. in exſpectatione fuiſſe. Triumphaſſe autem eundem hoc anno per biduum III., & prid. Octob. proditum eſt in *Capitolinis fragmentis*, atque in iis, quos paulo infra commemorabo, annalibus. Laudant igitur primum illud in Pompejo rerum Ro. ſcriptores, quod victor cum exercitu maximo rediens, ut Brunduſium trajecerit, copias omnes dimiſerit; atque ex tot bellis uno triumpho contentus fuerit; neque ullo ſe, niſi vetere Magni cognomine, ornari noluerit. In Senatu de ſuis rebus diſſerentem eum dixiſſe *Plinius* lib. VII. tradit, ſe Aſiam, quam ultimam provinciam acceperat, patriæ mediam reddidiſſe. Titulum triumphi, totius Mundi prætulit. Quot autem, & quibus ex regionibus nominatim triumpharit, *Plinii* verbis allatis exponam: Pompejus, inquit, honores urbi tribuit in delubro Minervæ, quod ex manubiis dicavit, Cn. Pompejus Magnus Imp. bello XXX. annorum confecto; fuſis, fugatis, occiſis, in deditionem acceptis hominum vicies ſemel centenis LXXXIII., depreſſis aut captis navibus DCCCLXVI., oppidis, caſtellis MDXXXVIII. in fidem acceptis; terris à Mæoti lacu ad Rubrum mare ſubactis, votum merito Minervæ hoc breviarium ejus ab oriente. Triumphi vero, quem duxit a. d. tertium K. Octob. M. Meſſalla, M. Piſone Coſs. præfatio hæc fuit: Cum oram maritimam à prædonibus liberaſſet, & imperium maris populo Romano reſtituiſſet, ex Aſia, Ponto, Armenia, Paphlagonia, Cappadocia, Cilicia, Syria, Scythis, Judæis, Albanis, Iberia, inſula Creta, Baſternis; & ſuper hæc de Regibus Mithridate atque Tigrane triumphavit. Meminit idem hujus quoque triumphi lib. XXXVII. his verbis; Id ut planius noſcatur, verba ex ipſius Pompeji triumphorum actis ſubjiciam. Ergo tertio triumpho, quem de Piratis, Aſia, Ponto, gentibuſque, & Regibus in ſeptimo hujus operis volumine indicatis, M. Piſone, M. Meſſalla Coſs. prid. Kal. Octob. die natalis ſui egit, tranſtulit alveum cum teſſeris luſorium è gemmis duabus, latum pedes tres, longum pedes quatuor. Perſequitur inde multa alia; quæ eadem etiam apud *Plutarchum*, & Appia-

(89) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 692.
Olymp. LXXIX. Anno IV.
Ante Aer. Chr. 61.
M. PUPIUS PISO CALPURNIANUS.)
M. VALERIUS MESSALLA NIGER.) Coſs.

ita ex Caſſiodoro, *Dione*, Cicerone, Pædiano, faſtis Sicul. &c. Sigonius, Pighius, Almeloveenius, & alii.

A *Appianum* fere memorantur. In *Epitoma* au-
tem CIII. ita eſt; Cn. Pompejus de liberis Mi-
thridatis, Tigrane, & Tigranis filio triumpha-
vit; Magnuſque à tota concione conſalutatus
eſt. Et *Valerius* lib. V. Pompejus de Mithri-
date & Tigrane, præterea Regibus & genti-
bus, plurimiſque civitatibus & prædonibus,
unum duxit triumphum. Hinc *Cicero* pro Cor-
nelio; Pompejus tot habet triumphos, quot
ſunt oræ parteſque terrarum. Item; Pompeji
tres triumphi, teſtes ſunt, totum orbem ter-
rarum noſtro imperio teneri. Hoc tempore
Pompejum annos natum XXXIII. multis pla-
cuiſſe; ſe vero XL. probare, ait *Plutarchus*.
Appianus XXX. edit. Eſſe autem XLV. facile
quiſque intelliget, qui à C. Atilio, Q. Servi-
B lio Coſs. quo anno ipſe prid. Kal. Octobr. na-
tus eſt, enumerabit. Itaque merito *Vellejus* ſe
mirari ait, tanti viri eos feſelliſſe quinquen-
nium; cum ab ortu ejus facillima & certiſſi-
ma ſit annorum digeſtio.

DE COS. AN. DCXCIII. (90)

CONſules edit in hunc annum *Caſſiodorus*
cum *Siculis* Q. Metellum, L. Afranium:
item *Obſequens*; item *Cicero* lib. primo Epiſt.
ad Atticum: *Dio* L. Afranium L. F. Q. Cæci-
lium Q. F. Metellum Celerem. *Cicero* tamen
in primo ad Atticum, Afranium vocat Auli
C filium; præſertim cum ait: Magna eſt exſpe-
ctatio comitiorum; in quæ omnibus invitis tru-
dit noſter Magnus Auli filium. Q. Metellus
Celer. Q. F. ſcribitur etiam à *Cicerone* in V.
Epiſtolarum. Uterque horum Pompeji opera
Conſulatum, teſte *Dione*, conſequutus eſt, ejus
enim legati ambo fuerunt in Aſia. Q. Metellus
Celer, Cicerone Coſ. Prætor fuerat, ex præ-
tura autem profectus eſt in Galliam, in qua
bellum ſe gerere pro Coſ. ſcribit lib. V. ad Ci-
ceronem. Itaque *Plinius* lib. II. cap. LXVII.
inquit; *Nepos* tradit, Q. Metello Celeri, L.
Afranii in Conſulatu collegæ, ſed tum Galliæ
Proconſuli, Indos à Rege Suevorum dono da-
tos. De provinciis Coſ. ita *Cicero* in primo ad
D Att. Helvetii ſunt in armis; excurſiones in
provinciam faciunt, ſenatus decrevit, ut Con-
ſules duas Gallias ſortirentur, delectus habe-
retur, vacationes ne valerent, legati cum au-
ctoritate mitterentur, qui adirent Galliæ civi-
tates, darentque operam, ne eæ ſe cum Hel-
vetiis jungerent, legati ſunt; Q. Metellus Cre-
ticus, L. Flaccus, Lentulus Clodiani F.

De triumpho abjecto à C. Cæſare pro Coſ. ex Luſitania.

C. Cæſar, Silano & Murena Coſs. prætura
urbana perfunctus, in Luſitaniam profe-
ctus eſt, atque ut belli gerendi occaſionem
E haberet, incolis ex monte Herminio in cam-
pos deſcendere juſſis, quod diceret eos ea arce
uſos regionem latrocinando vexare, eos man-
data facere recuſantes acie fregit: inde ſubactis
finitimis, qui eundem exitum metuentes, ſe
ad bellum comparaverant, iterum in incolas
Herminii montis, quos ſibi in reditu tetendiſ-
ſe inſidias ſenſerat, converſus, eos ad Ocea-
num uſque perſequutus, in inſula, in quam
trajecerant, prope ad internecionem redegit,
poſtremo Brigantium Galæciæ oppidum evertit.
Quibus rebus geſtis Romam ad comitia, ſuc-
ceſſore non exſpectato, deceſſit; cumque trium-
phare poſſet, maluit Conſulatum depoſito trium-
pho petere, neque enim niſi præſens in urbe
petere Conſulatum lege poterat; nec ſi urbem
privatus iniſſet, ei poſtea triumphare permiſ-
ſum erat. Hæc *Dio*. *Suetonius* autem de eadem
re his verbis: Cæſar ex prætura ulteriorem
ſortitus Hiſpaniam, retinentes creditores inter-
ventu ſponſorum removit; ac neque more,
neque jure, antequam provinciæ ordinarentur,
profectus eſt: incertum metune judicii, quod
privato parabatur; an quo maturius ſociis im-
plorantibus ſubveniret, pacataque provincia,
pari feſtinatione, non exſpectato ſucceſſore,
ad triumphum ſimul Conſulatumque deceſſit,
ſed cum editis jam comitiis ratio ejus haberi
non poſſet; niſi privatus introiiſſet urbem, &
ambienti ut legibus ſolveretur, multi contra-
dicerent, coactus eſt triumphum, ne Conſula-
tu excluderetur, dimittere. Idem tradit *Ap-
pianus* lib. II. *Plutarchus* in Cæſare. *Obſequens*
etiam his Coſs. Luſitanos Gallæcos devictos
notat.

De conſpiratione M. Craſſi, Cn. Pompeji, & C. Cæſaris.

CUm Cn. Pompejus acta ſua à Senatu con-
firmari vellet, ut quæ in Aſia ſingulis Re-
gibus ac gentibus dediſſet, rata eſſent, atque
in ea re L. Lucullum & M. Catonem adver-
ſarios haberet; Cæſarem ac Craſſum ſibi adjun-
xit, Cæſarem ad Conſulatum provehendo,
Craſſum aliis promiſſis onerando. Ita inter tres
civitatis principes coitio facta, eaque jureju-
rando firmata eſt, fore ut nemo nemini in
Rep. adverſaretur, atque alius alium gratia,
auctoritate, atque omni ope, in iis, quæ pe-
tiiſſet, adjuvaret, ſic *Dio*, *Appianus*, *Plutar-
chus*. Hinc etiam *Suetonius* ita: Cæſar omnibus
officiis Pompejum aſſectatus eſt, offenſum pa-
tribus, quod Mithridate Rege victo, cunctan-
tius confirmarentur acta ſua; Pompejoque M.
Craſſum reconciliavit, veterem inimicum ex
Conſulatu, quem ſumma diſcordia ſimul geſ-
ſerant; ac ſocietatem cum utroque iniit, ne
quid ageretur in Rep. quod diſplicuiſſet ulli è
tribus. Juliam in Conſulatu Pompejo dedit;
Calpurniam Piſonis Conſulis futuri ipſe duxit.
Itaque in *Epitoma* CIII. ſcriptum eſt; P. Clo-
dius ad plebem tranſiit. C. Cæſar Luſitanos
ſubegit, eoque Conſulatus candidato, & captan-
te Remp. invadere, conſpiratio inter tres prin-
cipes civitatis facta eſt, Cn. Pompejum, M.
Craſſum, & C. Cæſarem. P. autem Clodium
narrat *Dio*, ut Tribunos pl. ad legem de Tri-
bunatu pl. patriciis mandando ferendam addu-
cere non potuit, patriciatu ſe abdicaſſe, at-
que jura plebis iniſſe; Tribunatum autem pl.
petentem, adverſante Metello Conſule, repul-
ſam tuliſſe; quod diceret, legitimam ejus
adoptionem non fuiſſe; quæ lege tantum cu-
riata lata recte fieri poſſet. Unde etiam *Cicero*
ad Att. primo ait: C. Herennius Tr. pl. ad
plebem traducit P. Clodium. Metellus eſt
Conſul egregius, & nos amat.

DE

(90) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 693.
Olymp. CLXXX. Anno I.
Ante Ær. Chr. 60.

L. AFRANIUS. }
Q. CÆCILIUS METELLUS CELER. } Coſs.
Ita ex Caſſiodoro, Jul. Obſequ. Cicerone, & faſt.
Sicul. Sigonius, Pighius, Almeloven. & alii,

DE COS. AN. DCXCIV. (91)

C. Cæſarem, M. Bibulum in hunc annum Conſules comparant cum *Siculis Caſſiodorus*, *Suetonius*, & *Epitomæ*: C. Julium C. F. Cæſarem, M. Calpurnium *Dio*: C. Julium Cæſarem, Calpurnium Bibulum *Plutarchus*, & *Appianus*, quamquam *Appianus*, ut *Oroſius* & *Eutropius*, L. Bibulum vocat. Cæſaris & Bibulis Coſs. meminit *Cicero* ad Lentulum lib. I. In *fragmentis Capitolinis* eſt, C. JULIUS C. F. C. N. De comitiis, quibus Cæſar petiit, ſic *Suetonius*; E duobus Conſulatus competitoribus, L. Lucejo & M. Bibulo, Lucejum ſibi adjunxit, pactus, ut is, quoniam inferior gratia eſſet, pecuniaque polleret, nummos de ſuo communi nomine per centurias pronuntiaret. Qua re cognita, optimates auctores Bibulo fuerunt tantundem pollicendi. Igitur cum Bibulo Cos. creatus. Et *Cicero* primo ad Atticum; Lucejum ſcito Conſulatum habere in animo petere, duo enim ſoli dicuntur petituri. Cæſar cum eo coire per Arrium cogitat; & Bibulus cum hoc ſe putat per C. Piſonem poſſe conjungi. Hoc anno Cæſar Conſul *legem agrariam* promulgavit, qua agros publicos omnes pauperibus dividebat. Stellatem & Campanum iis, qui tres pluresve liberos haberent; eamque, invito etiam collega atque optimatibus, ad populum tulit. Bibulus obnuncians, ab eo armis foro pulſus, inde domi abditus, nihil aliud, quam per edicta obnunciavit. Cæſar unus omnia, & ad arbitrium adminiſtravit: publicanos remiſſionem petentes, tertia mercedum parte relevavit: M. Catonem, dicendo diem eximentem, in carcerem duci juſſit, acta Pompeji in Aſia confirmavit. Illyrium ac Galliam citeriorem cum tribus legionibus, à populo; ulteriorem cum legione una, in quinquennium à Senatu obtinuit, præterea, Cicerone in judicio Antonii temporum ſtatum deplorante, ea re offenſus, P. Clodium inimicum ejus, fruſtra jampridem à patribus ad plebem tranſire nitentem, eodem die, horaque nona, lege de adoptione ejus lata, traduxit. *Suetonius*, *Appianus*, *Dio*, *Cicero* pro domo, *Plutarchus*, *Vellejus*.

DE COS. AN. DCXCV. (92)

L. Piſonem, A. Gabinium, in hunc annum Coſs. invenio apud *Caſſiodorum*, & in *faſtis Siculis*. L. Calpurnium L. F. Piſonem, A. Gabinium A. F. apud *Dionem*. Horum meminit *Cæſar* libro primo de bello Gallico, *Plutarchus* in Catone minore, *Cicero* in Piſonem, pro Sextio, ubique. Patrem A. Gabinii, A. Gabinium fuiſſe reor eum, qui bello Italico legatus cecidit. *Cæſoninum* Piſoni adjicit cognomen *Cicero*, & *Pædianus*; quod etiam avus ejus tulit; ut apparet ex *Capitolinis tabulis*, in quibus hoc anno eſt, L. CALPURNIUS L. F. L. N. Gabinii competitorem fuiſſe L. Lentulum flaminem Martialem ſcribit *Cicero* in Vatinium. Piſoni lege Clodia Macedonia data eſt, Gabinio Syria; ut ait *Dio*, *Appianus* in Syriaca, *Cicero* ubique. Ceterum Syria, recenti Cn. Pompeji victoria, imperio populi R. acceſſerat, cui ipſe decedens M. Æmilium Scaurum præfecerat, quem in bello pro quæſtore habuerat, is Metello & Afranio Coſs. præfuit: Cæſare autem & Bibulo, L. Marcius Philippus; Gabinio & Piſone, Cn. Lentulus Marcellinus, ambo ex Prætura. Lentulo & Metello Coſs. Gabinius ex Conſulatu in eam profectus eſt. *Appianus* in Syriaca, *Joſephus* libro XIV. Antiquitatum.

De legibus P. Clodii Tr. pl. & M. Cicerone urbe pulſo.

P. Clodius, patricia familia natus, cum ſe adoptandum M. Fontejo homini plebejo, adnitente Cæſare Conſule, dediſſet, in hunc annum Tribunatum plebis cepit; leges aliquot, quibus ſe plebem ſibi maxime conciliaturum arbitratus eſt, tulit: „ unam, ut frumentum populo, quod antea ſemis æris & trientibus in ſingulos modios dabatur, gratis daretur: alteram, ne quis per eos dies, quibus cum populo agi liceret, de cœlo ſervaret; qua rogatione *lex Ælia Fuſia* tollebatur: tertiam; qua non ſolum collegia, quæ Senatus ſuſtulerat, reſtituta ſunt, ſed alia quædam innumerabilia, ex omni fæce urbis atque ſervitio, conſtituta ſunt: quartam, ne quem Cenſores in legendo præterirent; neve qua ignominia afficerent, niſi qui apud eos accuſatus, & utriuſque Cenſoris ſententia damnatus eſſet: item, ut Cyprus inſula in provinciæ formam redigeretur, ac bona Regis Ptolemæi publicarentur; idque negotium M. Catoni viro integerrimo mandaretur. „ His legibus latis, rogationes alias promulgavit; unam, de provinciis Conſulum nominatim, qua Conſules ſibi devinxit; ut Gabinio Syria, Babylon, Perſæ; Piſoni Achaja, Theſſalia, Græcia, Macedonia, omniſque Bœotia committeretur: alteram in eos, qui ſine judicio populi R. civem Romanum necaſſent: qua lege unum Ciceronem, ſibi jampridem inimicum, petebat; qui in Conſulatu ex Senatusconſulto in conjurationis ſocios animadverti juſſerat. Qua lege promulgata, Cicero veſtem, ac cum eo boni omnes mutarunt, Conſules, à Clodio Tribuno in concionem producti, factum Ciceronis improbarunt. Quæ cum Cicero videret, ſeque à M. Craſſo, Cn. Pompejo, C. Cæſare deſertum ſentiret, quamquam à multis defendebatur, ne ſua cauſa civium cædes ulla fieret, circiter K. Apr. urbe ceſſit. Eodemque die rogatio de provinciis Conſulum lata; domus Ciceronis in Palatio à Clodio incenſa, area libertati conſecrata, bona publicata, prædia direpta ſunt, lex de Ciceronis exſilio lata, & ut ei aqua & igni interdiceretur: ne quiſquam tectum intra quingenta millia paſſuum ab Italia præberet: ne quis de eo ad Senatum referret,

(91) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 694.
Olymp. CLXXX. Anno II.
Ante Ær. Chr. 59.
C. JULIUS CÆSAR. } Coſs.
M. CALPURNIUS BIBULUS. }
Ita ex Caſſiodoro, Suetonio, Dione, Plutarcho, Appiano, faſt. Sicul. &c. Sigonius, Pighius, Almeloveniu, & alii.

(92) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 695.
Olymp. CLXXX. Anno III.
Ante Ær. Chr. 58.
L. CALPURNIUS PISO CÆSONINUS. } Coſs.
A. GABINIUS. }
Ita ex Caſſiodoro, Dione, Cæſ. de Bel. Gallico, & faſt. Sicul. Sigonius, Pighius, Mediobarbus, Almeloveniu, & alii.
Vide apud Mediobarbum Numiſmata cuſa pro Cæſaris victoria de Helv. Arioviſto & Germanis.
Hoc anno Jul. Cæſar Helvetios, ac deinde Ariovillum cædit,

A ret, ne decerneret, ne diſputaret, ne loqueretur, ne pedibus iret, ne ſcribendo adeſſet. Cicero in Macedoniam ſe contulit. Poſt Clodius, cum a L. Flavio Prætore petiiſſet, ut Tigranis filium, quem Pompejus apud eum poſuerat, adduci juberet, atque adductum dimiſiſſet, nec repetenti Pompejo reddidiſſet, Pompejum à ſe valde abalienatum, ut de Cicerone revocando cogitaret, impulit, itaque cum hoc anno ab octo Tribunis plebis de reditu ejus promulgatum eſſet; unius tamen Ælii Liguris interceſſione nihil perfici potuit. *Dio*, *Appianus*, *Plutarchus*, *Cicero* pro domo, pro Sextio, ubique.

B *De re geſta à C. Cæſare pro Cos. in Gallia.*

BEllum Gallicum tranſalpinum in Gallia, quod Cæſar per IX. annos geſſit, hoc anno ſuſceptum eſt; non Gallorum magis culpa, quam Cæſaris; qui gloriæ cupidus omnem belli occaſionem arripuit. Helvetii enim, tectis ſuis incenſis atque relictis, cum novas quærerent ſedes, iter facere per provinciam populi Rom., quæ Fabii Allobrogici victoria primum parta, poſt Marii virtute ab impetu Gimbrorum defenſa fuerat, (ea *Narbonenſis Gallia* dicebatur) ſtatuerunt, L. Piſone, A. Gabinio Conſulibus. Cæſar, cum id nuntiatum eſſet, maximis itineribus in Galliam ul- C teriorem contendit; legatis eorum, tranſitum Id. Apr. petentibus, negat ſe more populi Ro. poſſe iter ulli per provinciam dare; & ſi vim facere conentur, prohibiturum oſtendit. Helvetii ea ſpe dejecti, ab Sequanis impetrant, ut per agrum Sequanorum & Æduorum iter in Santonum fines faciant, qui non longe à Toloſatium finibus aberant; quæ civitas erat in provincia. Id cum Cæſar non ſine provinciæ periculo futurum intelligeret, præterea Æduorum, Ambarrorum, Allobrogum precibus, qui ſe ab Helvetiis vexari querebantur, adductus, caſtris motis, eos ad Ararim flumen aſſequutus, pagum Tigurinum omnem concidit. Equitatus deinde Cæſaris, quem, ut D videret quas in partes hoſtes iter facerent, præmiſerat, cupidius noviſſimum eorum agmen aſſequutus, commiſſo prœlio cæſis aliquot fuſus eſt. Poſtremo Cæſar ab Helvetiis prœlio laceſſitus, ſummo certamine eos vicit; atque in deditionem acceptos, domos ſuas, quas incenderant, repetere juſſit. His rebus geſtis Cæſar, precibus Æduorum & Sequanorum permotus, qui ſe ab Arioviſto Germanorum Rege crudeliſſime opprimi quererentur, quod M. Piſone, M. Meſſalla Coſs. Senatusconſultum factum erat, ut qui provinciam Galliam obtineret, Æduos, ceteroſque amicos populi Ro. defenderet, in Arioviſtum exercitum duxit; milites metu tanti hoſtis perterritos, E verbis confirmavit. Ubi per colloquium nihil cum Arioviſto, qui in Galliam deſcenderat, tranſigi potuit, prœlio eum maximo fuſum, uſque ad Rhenum inſequitur. Ita una æſtate duobus bellis confectis, in hiberna in Sequanos exercitum deduxit; hibernis Labienum præpoſuit; ipſe in citeriorem Galliam ad conventus agendos profectus eſt. Hæc *Cæſar* lib. I., *Dio*, *Plutarchus*.

(93) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 696.
Olymp. CLXXX. Anno IV.
Ante Aer. Chr. 57.
P. CORNELIUS LENTULUS SPINTHER. } Coſs.
Q. CÆCILIUS METELLUS. }

DE COS. AN. DCXCVI. (93)

COnſules ſubſequuntur in hunc annum apud *Caſſiodorum*, & in *faſtis Siculis* P. Lentulus, Q. Metellus; apud *Dionem* P. Cornelius P. F. Lentulus Spinther, Q. Cæcilius Q. F. Metellus Nepos. Quorum meminit bis verbis *Valerius* lib. IX., Lentulus & Metellus, in Conſulatu collegæ, ambo in ſcena propter ſimilitudinem hiſtrionum ſpectati ſunt: ſed alter, ex quodam aſſeclarum, cognomen *Spintheris* traxit; alter, niſi *Nepotis* a moribus accepiſſet, *Pamphili* retiarii, cui ſimillimus eſſe ferebatur, habuiſſet. Item *Plinius* lib. VII. cap. II. P. Lentuli Spintheris Cos. meminit *Cicero* in primo epiſtolarum, & in orationibus ſæpiſſime; *Plutarchus* in Cicerone, *Pædianus* in Milonianam: Q. Metelli Nepotis Cos. *Cicero* in V. epiſtolarum. P. Lentulus, ædilis curulis fuit Cicerone Conſule, auctore *Saluſtio*; Prætor ex ratione annali, Afranio & Metello: ex Prætura citeriorem Hiſpaniam obtinuit, Bibulo & Cæſare; quamquam Gabinio etiam & Piſone Coſs. in ea fuiſſe videtur; quod *Cicero* ita ſcribit ad eum lib. I. Memioeram, nobis privatis, uſque ad Cæſarem & Bibulum Conſules, cum ſententiæ noſtræ magnum in Senatu pondus haberent, unum fere ſenſum fuiſſe bonorum omnium, poſtea, cum tu Hiſpaniam citeriorem cum imperio obtineres, neque Reſpubl. Conſules haberet, ſed mercatores provinciarum, &c. Significat enim Gabinium & Piſonem Coſs. *Cæſar* autem libro primo civil. belli ait, eum ſub beneficio provinciam Hiſpaniam ex Prætura obtinuiſſe. Q. Metellus Nepos, Murena & Silano Coſs. Tribunatum plebis; Afranio autem & Metello, Præturam geſſit, teſte *Dione*: ex Prætura autem in provinciam profectus eſt Cæſare Cos. quam rem intelligit *Cicero* lib. II. ad Attic. inquiens; Exſpecto tuas literas, quoniam Nepos proficiſcitur; cuinam auguratus deferatur. Ex Conſulatu autem ille in Ciliciam; hic in Hiſpaniam citeriorem profectus eſt: Lentulus illam per triennium; Nepos hanc per biennium obtinuit: illi Ap. Claudius, huic Cn. Pompejus poſt Conſulatum ambo ſucceſſerunt: ille de provincia poſt triumphavit; hic in provincia obiit.

De Cicerone reſtituto, & aliis urbanis actis.

HOc anno M. Cicero, qui à P. Clodio Tribuno pl. lege tributis comitiis lata priore anno urbe pulſus fuerat, Cn. Pompejo inter alios nitente, & T. Annio Milone Tribuno pl. agente, P. Lentulo Conſule referente, patiente autem collega ejus Q. Metello, lege centuriata, ſextili menſe, maximo Senatus gaudio & univerſæ Italiæ, revocatus eſt. Area domus ejus, Pontificum ſententiis religione liberata; quod Clodii adoptionem contra leges fuiſſe, atque omnia ejus Tribunatus acta irrita eſſe cenſerent. Domus ac villæ, publica pecunia reſtitutæ ſunt. Cum in reditu ejus ſumma annonæ caritas eſſet, S. C. in illius ſententiam factum eſt, ut Cn. Pompejus

Ita ex Caſſiodoro, Dione, Valerio Maximo, faſt. Sicul. &c. Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.
Jul. Cæſar Belgas ſubjicit, ſed Mediobarbus nulla Numiſmata producit.

pejus rei ſrumentariæ per quinquennium præficeretur, cum eodem imperio, quod is ad piraticum bellum habuerat. Cum autem Pompejus legatos quindecim legeret, Ciceronem principem nominavit. Eodem anno T. Milo P. Clodium ædilitatis candidatum, de vi poſtulavit; ac ſæpe manu & ferro cum eo in urbe dimicavit. Ptolemæus Ægypti Rex, conſumpta ingenti pecunia, quam per vim ab Ægyptiis extorſerat, ut ſocius populi Romani appellaretur, à ſuis, qui ſe ad Cyprum à Romanis repetendam, aut amicitiam eis renuntiandam hortabantur; quod eos non audiret, Regno pulſus, Romam venit. Ægyptii, Berenice ſorore ejus ad Regnum evecta, legatos & ipſi Romam miſerunt, qui crimina Regis purgarent: quorum alios ferro Rex ſuſtulit; alios pecunia, ne quid adverſus ſe agerent, corrupit, atque hoc eodem anno extremo Roma diſceſſit: id quod ex Annal. XXII. *Feneſtellæ*, ut ait *Nonius*, intelligi poteſt. Ut Magiſtratum, inquit, inierunt Tribuni, C. Cato, turbulentus adoleſcens & audax, nec imparatus ad dicendum, concionibus aſſiduis invidiam, & Ptolemæo ſimul, qui jam ex urbe profectus erat; & P. Lentulo Conſuli, paranti jam iter, cogitare ſecundo quidem populi rumore cœpit. Hæc ex *Dione*, *Plutarcho*, *Appiano*, orationibus *Ciceronis*, & epiſtolis.

De re geſta in Gallia à C. Cæſare pro Cos.

HOc anno Cæſar, contra Belgas, quos per hiemem inter ſe conjuraſſe contra Romanos acceperat, duxit exercitum, ac primum quidem Belgas cæcidit; deinde Sueſſonibus, Bellovacis, & Ambianis, qui ſe dedebant, in fidem receptis, in Nervios profectus, eorum gentem prope ad internecionem redegit. Qua clade audita, Aduatici, qui auxilio veniebant, ex itinere domum reverſi, ſeſe poteſtati Cæſaris permiſerunt. Eodem tempore à P. Craſſo, quem cum una legione miſerat ad Venetos, Unellos, Oſiſmos, Curioſolitas, Seſuvios, Aulercos, Rhodones, quæ ſunt maritimæ civitates, certior factus eſt Cæſar, omnes eas civitates in deditionem Populi Rom. eſſe redactas. Quibus rebus geſtis exercitu in eas civitates, quæ propinque iis erant locis, ubi bellum geſſerat, in hiberna deducto, in Italiam profectus eſt, ob eaſque res XV. dierum ſupplicatio decreta eſt: quod ante id tempus acciderat nulli. *Cæſar*, *Dio*, *Plutarchus*, *Oroſius*, alii.

DE COS. AN. DCXCVII. (94)

COnſules ſuggerit *Caſſiodorus* Cn. Lentulum, L. Philippum: *faſti Siculi* Marcellum & Philippum: *Dio* Cn. Cornelium P. F. Lentulum Marcellinum, L. Marcium L. F. Philippum. Lentuli & Marcellini Coſs. meminit *Cicero* in epiſtolis ad Lentulum; Marcii Philippi Conſulis, *Plutarchus* in Catone. P. Lentulus, P. Leutuli filius eſt, ejus, qui fuit M. Marcelli filius; ut ait *Cicero* in Bruto. Eſt autem *Marcellinus* appellatus non *Clodianus*; vel, ut intelligerent omnes ex qua Claudiorum familia ortus eſſet; vel, ut ipſe ab altero Lentulo Clodiano tum vivente internoſceretur. L. Philippus, L. Philippi F. eſt, ejus qui Cos. & Cenſor fuit anno DCLXII. & DCLXVII. Idem ſocer M. Catonis fuit, ut ſcribit *Plutarchus* in Catone.

De Ptolemæo Cypri, & Ptolemæo Ægypti Regibus.

M Cato, lege P. Clodii Tribuni pl. priore anno cum poteſtate prætoria in Cyprum profectus, ut Rege Ptolemæo pulſo, inſulam in provinciæ formam redigeret, ac bona ejus publicaret, per Canidium, quem præmiſerat, Regi, qui ſibi vim fieri non eſt paſſus, perſuaſit ut ſponte Cypro cederet. Ejus autem morte percepta, quam Rex veneno hauſto ipſe ſibi Rhodi conſciverat, Byzantinos exſules, quod ei quoque lege mandatum erat, reduxit; ac deinde in Cyprum profectus, inſula conſtituta, Regiam ſuppellectilem omnem, quæ pretioſiſſima erat, Romam his Conſulibus, cum magna Senatus ac magiſtratuum omnium occurrentium voluptate ac plauſu, per Tiberim devexit; qua de cauſa Senatus ei præturam citra comitia decrevit, quem ille honorem repudiavit; ſic enim apud Plutarchum ἐξαίρετον στρατηγίαν interpretor; ſequutus *Valerium*, qui lib. IV. inquit de Catone ita: Campeſtrem experiri temeritatem, quam curiæ beneficio uti, ſatius eſſe duxit. *Dio* quidem ei, ut petere ante legitimum tempus præturam poſſet, eſſe permiſſum ſcribit. Itaque *Marcellinus* hoc factum improbans, ait lib. XIV. Non piget dicere, avide magis Cyprum inſulam Popnlum Rom. invaſiſſe, quam juſte. Ptolemæo enim Rege, fœderato nobis & ſocio, ob ærarii noſtri anguſtias juſſo ſine ulla culpa proſcribi; ideo hauſto veneno voluntaria morte deleto; & tributaria facta eſt, & velnt hoſtiles ejus exuviæ claſſi impoſitæ, in urbem adductæ ſunt per Catonem. Et *Vellejus*: Cyprus Senatus conſulto, miniſterio Catonis, Regis morte, facta provincia eſt. Ptolemæum autem Ægypti Regem, ne ſtatim aut à Pompejo, aut à P. Lentulo Ciliciæ pro Cos. qui ambo Regis reductionem affectabant, reſtitueretur, verſus quidam Sibyllini impediebant; quibus Romani admonebantur, ne Regem Alexandrinum profugum cum exercitu reducerent. Qua re cognita, Ptolemæus reditu deſperato, Epheſum ſe contulit. Eodem anno Clodius ædilis curulis, diem Miloni de vi dixit: quem Pompejus defendit. Cicero, cum in Capitolium comite Milone aſcendiſſet, tabulas, quibus acta P. Clodii Tr. pl. continebantur, ſuſtulit. *Plutarchus* in Catone, *Dio*, *Appianus*.

De re geſta à Cæſare pro Cos. in Gallia.

CUm Cæſar in Illyrico eſſet, Veneti populi præfectos P. Craſſi, qui in Andibus hiemabant, pro datis Cæſari obſidibus retinent. Ea de re Cæſar certior factus, cum in Galliam revertiſſet, Venetos navali prœlio victos in deditionem accepit. Eodem tempore in alia parte, Titurius Sabinus legatus ejus, Unellos; Craſſus Soutiates in Aquitania, atque indo

(94) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 657.
Olymp. CLXXXI. Anno 1.
Ante Tr. Chr. 56.
CN. CORNELIUS LENTULUS MARCELLINUS. } Coſs.
L. MARCIUS PHILIPPUS. }

Ita ex Caſſiodoro, Dione, Cicerone, & faſt. Sicul. Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.
Jul. Cæſar in Gallia Venetos fundit, nec ulla in hanc rem Mediob. profert Numiſmata.

inde omnes fere Aquitaniæ populus, partim vi, partim metu, ut ſe dederent, coëgerunt. *Cæſar* lib. III. & *Dio*. *Plutarchus* adjicit, hoc anno Cæſarem Lucæ hiemaſſe, atque eò colloquendi cauſa Pompejum & Craſſum, Ap. Claudium Sardiniæ Prætorem, Metellum Nepotem Hiſpaniæ Proconſulem, alioſque Senatores multos conveniſſe.

DE COS. AN. DCXCVIII. (95)

CUm C. Catonis Tribuni pl. intercesſionibus comitia tollerentur, Senatus veſtem mutavit. Conſules ex interregno facti ſunt Cn. Pompejus, M. Craſſus iterum; (ut *Plutarchus*, *Dio*, & *Appianus* auctores ſunt) L. Domitius Ahenobarbus, quem Cato ac boni omnes deducebant, foro per vim pulſus: Cato ipſe vulneratus eſt. Hos Conſules *Dio* vocat Cn. Pompejum Cn. F. Magnum II. M. Licinium P. F. Craſſum II. quorum *Pædianus*, *Eutropius*, *faſti Siculi*, & alii etiam meminerunt. M. Cato in petitione præturæ, prælato Vatinio, repulſam tulit. Idem eum legem impediret, qua provinciæ Conſulibus in quinquennium, Pompejo Hiſpaniæ, Craſſo Syria & Parthicum bellum, Cæſari Gallia & Germania in alterum quinquennium dabatur, à C. Trebonio Tribuno pl. legis auctore in vincula ductus eſt. Theatrum Pompejus Conſul dicavit; ludos magnificentiſſimos edidit. L. Piſo reverſus eſt ex Macedonia; Q. Ancharius ex prætura ei ſucceſſit. *Cicero* in Piſoniana, *Pædianus* in argumento ejus.

De rebus à Metello Nepote, A. Gabinio pro Coſ. M. Craſſo, & C. Cæſare geſtis.

Q. Metellus Nepos, qui ex Conſulatu in Hiſpaniam citeriorem miſſus erat, hoc anno (ut ait *Dio*) vario eventu pugnavit. Nam cum quidem populi ſollicitatis Vaccæis defeciſſent, primo quidem à Nepote imparati prœlio victi, poſt eum Cluniam obſidentem in fugam conjecerunt, in altera autem parte fuſi ſunt illi quidem, verum non adeo, ut in ejus poteſtatem venirent; Nepos autem & ipſe libenter quieſceret. Quæ cauſa effecit, ut Pompejo Hiſpaniæ decernerentur: qui tamen Juliæ uxoris amore captus, in provinciam non eſt profectus; ſed eam per legatos Petrejum & Afranium adminiſtravit. A. autem Gabinius, qui Syriæ poſt Conſulatum præerat, Ptolemæum cum exercitu in Regnum, nulla neque Sibyllinorum carminum, neque Senatus habita ratione, unius juſſu Pompeji, reduxit, nam cum primum ægrotaſſet, ubi recreatus eſt, bellum in Parthos paravit, ut Mithridatem Phraate patre mortuo à fratre Orode pulſum reſtitueret. Poſt autem literis à Pompejo acceptis, omiſſo Partho, ac filio Siſenna in Syria relicto, trajecit in Palæſtinam; ac Ariſtobulum novas res molientem comprehendit; tributoque Judæis impoſito, in Ægyptum movit. Archelaum, quem Berenice Regina, interfecto Seleuco, maritum & Regem aſciverat, captum ſtudioſe dimiſit. Victis deinde pedeſtri navalique prœlio Ægyptiis, atque Archelao ipſo occiſo, Ægyptum Ptolemæo conceſſit. Interea Syri, à

A latronibus, abſente Gabinio, vaſtati, legatis Romam miſſis Gabinium ſequenti anno accuſarunt. M. autem Craſſus, provinciæ cupidus, in Conſulatu ipſo paludatus exiit; neque Ateji Capitonis Tribuni pl. obnuntiationibus diriſque commotus, delectu habito in Syriam propere contendit. *Dio*, *Plutarchus*, *Appianus*. Itaque jure *Cicero* ad Atticum ita ſcribit: Craſſum noſtrum minore dignitate ajunt profectum, quam olim æqualem ejus L. Paullum, item Tiberium iterum Conſules. Ea vero, quæ ſequuta eſt, hieme, qui fuit annus Cn. Pompejo, M. Craſſo Coſs. Uſipetes, Germani, Tenchtheri magna cum multitudine Rhenum tranſierunt, non longe à mari, quo Rhenus influit; quod ab B Suevis complures annos exagitati, bello premebantur. Suevorum gens, longe maxima & bellicoſiſſima Germanorum omnium eſt. His de rebus certior Cæſar factus infirmitatem Gallorum veritus, mature ad exercitum proficiſcitur; atque labantibus jam multorum Gallorum animis confirmatis, in eos, qui in Gallia erant, caſtra movet; atque improviſo adortus, funditus delet. Germanico in Gallia bello confecto, Rhenum ſibi tranſeundum eſſe ſtatuit, atque Germanos ipſos, à quibus tam ſæpe Gallia vexata eſſet, in ſua ſibi regione petendos. Ita ponte in flumen facto, in Sicambrorum fines contendit, atque eorum vicis ædificiiſque incenſis, ab Ubiis, ad quorum auxilium venerat, C cognovit Suevos audito ſuo in Germaniam tranſitu, in ſylvas conjuges liberoſque depoſuiſſe; omnes, qui arma ferre poſſent, in unum locum conveniſſe, medium earum regionum, quas Suevi obtinerent; hic Romanum exercitum exſpectare. Quod ubi Cæſar accepit, in Galliam ſe retulit, & pontem reſcidit. Poſt autem eum ſciret, omnibus fere Gallicis bellis à Britanis eſſe hoſtibus Populi Rom. ſubminiſtrata auxilia, Britaniam proficiſci contendit. In eam cum trajeciſſet, facto prœlio, Britanos, ut ſe Cæſari commendarent, impulit. Claſſis ejus, quæ equitatum tranſportabat, ſæviſſima tempeſtate jactata eſt. Qua re Britani elati rurſus arma capiunt; atque cum Cæſare D congreſſi, fuſi fugatique ſunt. Cæſar pacem petentibus dedit; atque obſidibus acceptis, in Galliam rediit. Morini præterea rebellantes victi, Menapii in deditionem accepti ſunt. His rebus geſtis, ex literis Cæſaris dierum XX. ſupplicatio à Senatu decreta eſt. *Cæſar*, *Dio*, *Plutarchus*.

De Cenſoribus.

ANnus, quo Marcellinus & Philippus Conſules fuerunt, legitimus erat creandis cenſoribus, præſertim quinquennio abſoluto: Conſules tamen non eſſe paſſos creari, primum ſubindicant hæc verba *Ciceronis* ex epi- E ſtola ad Att. lib. IV. Metello & Lentulo Coſs. ſcripta: Ego me à Pompejo legari ita ſum paſſus, ut nulla re impedirer, quin, ſi vellem, mihi eſſet integrum, ſi comitia Cenſorum proximi Conſules haberent, petere poſſe: deinde, quod idem in hunc annum Cenſores creatos eſſe oſtendit in altera ejus libri epiſtola, quæ Craſſo & Pompejo Coſs. ſcripta eſt ante diem IV. Kal. Majas; cum ait: Sane ſcire velim,

num

(95) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 698.
Olymp. CLXXXI. Anno II.
Ante Aer. Chr. 55.
CN. POMPEJUS MAGNUS II. } Coſs.
M. LICINIUS CRASSUS II. }

Ita ex Caſſiodoro, Plutarcho, Dione, Appiano, Eutropio, Pædiano, faſt. Sicul. Sigonius, Pighius, Mediobarbus, Almeloveenius, & alii.
Vide apud Mediobarbum Numiſmata de Cn. Pompejo, qui hoc anno Hiſpaniam obtinuit.

num cenſum impediant Tribuni diebus injiciendis, totaque de Cenſura quid agant. Item in ſequenti; Perſcribe ad me quid primus dies, qnid ſecundus; quid Cenſores, quid Appius? Luſtrum autem hoc certe anno conditum non eſt: ſiquidem idem in epiſtola ſcripta Claudio & Domitio Coſs. ita ait. Non enim puto te de Luſtro, quod jam deſperatum eſt, quærere. Quod autem portenti ſimile videtur, ne hoc quidem anno, in tanta harum hiſtoriarum celebritate, qui Cenſores fuerint, traditur. Ego tamen opinor alterum horum fuiſſe M. Valerium Meſſallam, qui Conſul cum M. Piſone fuit: quem *Plinius* lib. VII. cap. XII. & *Valerius* lib. IX. cap. XV. Conſularem & Cenſorium vocant. Et quamquam ſcio M. Meſſallam alterum Cenſorem fuiſſe cum Caſſio Longino anno DXCIX. puto tamen non enm; ſed hunc intelligi à *Plinio* & *Valerio*, uterque enim cum exempla multa proferat eorum, qui oris forma ſimiles exſtiterunt, hunc inter eos nominat, qui ejus prope æquales fuerunt, Pompejum Strabonem, Pompejum Magnum Strabonis filium, Lentulos, Spintherem & Nepotem; M. Meſſallam Conſularem & Cenſorium, C. Curionem patrem. Opinor autem eos propterea Conſularem & Cenſorium adjeciſſe, ut eum diſtinguerent à M. Meſſalla, qui biennio poſt cum Domitio Cos. fuit; nec Cenſor hoc anno eſſe potuit, quia nondum Conſularis erat. Ejuſdem Cenſoris meminit capite de Cenſoria nota poſt Getam Cenſorem, ita; Item M. Valerius Meſſalla Cenſoria nota perſtrictus, Cenſoria poſtmodum poteſtate imperavit. Hoc tempore lege (ut dixi) Clodii debilitata Cenſura erat; quam legem poſt Q. Scipio Cos. abrogavit.

DE COS. AN. DCXCIX. (96)

COnſules ſuggerit in hunc annum *Cæſar*, *Caſſiodorus*, & *Obſequens*, Ap. Claudium, L. Domitium: quos *Siculi faſti* nominant Pulchrum & Ahenobarbum. *Pædianus* in orat. pro Scauro, L. Domitium Ahenobarbum, Ap. Claudium Pulchrum: *Dio* L. Domitium Cn. F. Ahenobarbum, Ap. Claudium Ap. F. Pulchrum. L. Domitii Cn. F. Ahenobarbi meminit quoque *Cœlius* in VIII. epiſtolarum. Hunc annum ab Urbe cond. numerat *Dio* DCC. ſequutus Plinianam (ut puto) ſupputationem. Ap. Claudius, Prætor fuit Lentulo & Metello Coſs. quo anno Cicero reſtitutus eſt: ex prætura autem Sardiniam obtinuit. *Pædianus* auctor; & *Cicero*, & *Plutarchus*. L. Domitius præturam geſſit Gabinio & Piſone Coſs. ut ex *Suetonio* in Cæſare, & *Ciceronis* epiſtolis ad Q. fratrem colligi poteſt: priore autem anno Conſulatus repulſam tulit. Appio Ciliciam obtigiſſe, atque P. Lentulo ſucceſſiſſe, epiſtolæ *Ciceronis* ſatis indicant. Hac etiam de re ſic his Coſs. ſcribit ad Lentulum: Appius in ſermonibus antea dictitabat, poſtea dixit etiam in Senatu palam, ſeſe, ſi licitum eſſet legem curiatam ferre, ſortiturum eſſe cum collega provinciam; ſi curiata lex non eſſet, ſe paraturum cum collega, tibique ſucceſſurum, legem curiatam Conſuli ferre opus eſſe, neceſſe non eſſe, ſe, quoniam ex S. C. provinciam haberet, lege Cornelia imperium habiturum, quoad in urbem introiiſſet. Et ad Att. lib. IV. Appius ſine lege ſuo ſumptu in Ciliciam cogitat. A. Gabinius hoc anno a. d. XII. Kal. Octob. ad urbem acceſſit; IV. Kal. noctu in urbem intravit; ut *Cicero* ſcribit ad Q. Fratrem: damnatus eſt autem, quod contra Senatus & populi judicium Ptolemæum in Regnum reduxiſſet, vel repugnante Pompejo, qui pro Cos. cum imperio rei frumentariæ cauſa ad urbem manebat. Julia Cæſaris filia Pompeji uxor mortua, in campo Martio ſepulta eſt. *Dio*, *Plutarchus*.

De triumpho C. Pontinii pro Cos. de Allobrogibus.

C. Pontinius cum Metello Celere præturam geſſit Cicerone Cos. *Saluſtio* auctore. Ex prætura antem in ulteriorem Galliam miſſus eſt, ut Q. Metellus in citeriorem, atque ibi fuiſſe per biennium videtur; quia *Dio* in rebus exponendis iis, quæ Piſone & Meſſalla Coſs. geſtæ ſunt, rerum à Pontinio in Gallia geſtarum meminit. Bellum autem cum Allobrogibus eum geſſiſſe conjuratione Catilinæ permotis, ſignificat *Cicero* in or. de provinciis Conſularibus ita: C. Pontinius fortiſſimus vir, ortum repente bellum Allobrogum, atque ſcelerata conjuratione Catilinæ excitatum, prœliis fregit, eoſque domuit, qui laceſſiverunt: & ea victoria contentus, Rep. metu liberata quievit. In *Epitoma* etiam CIII. ita eſt; C. Pontinius Prætor Allobroges, qui rebellaverant, ad Solonem domuit. Et *Dio*, Allobrogibus, inquit, Narbonenſem Galliam vaſtantibus, C. Pontinius Galliæ Prætor; legatos adverſus hoſtes immiſit, ipſe caſtri loco idonco communitis, opportunum invadendi hoſtis tempus exſpectabat. Ac Manlius quidem Ventinus Ventiam oppidum ita oppugnavit, ut legatos ad eum de pace miſerint, poſt autem, agreſtium improviſo incurrentium impetu ab oppido repulſus, agrum libere populatus eſt; donec Cotugnatus dux eorum, aliis quibuſdam ex iis, qui ad Iſaram incolunt, auxilio venit: quos, inſidiis citra flumen poſitis, omnes fere palatos perſequutus, ad internecionem redegit. L. antem Marius, & Ser. Galba, trajecto Rhodano, ac vaſtatis Allobrogum agris, cum ad Solonium perveniſſent, hoſtes prœlio ſubegerunt, quin oppidum caperent, Cotugnatus impedimento fuit. His rebus cognitis Pontinius caſtra movit; atque oppido obſidione capto, omnibuſque præter Cotugnatum in poteſtatem redactis, reliqua facilius deinde adminiſtravit. Hæc de re. De triumpho autem, ſatis conſtar, eum his Coſs. triumphaſſe, auctore eodem *Dione*, qui ita ſcribit. Eodem anno triumphavit de Gallis C. Pontinius: qui ad id uſque tempus, nemine triumphum permittente, extra pomœrium manſerat, neque vero tum impetraſſet, niſi Ser. Galba Prætor, qui ſub eo ſtipendia fecerat, clam ante lucem quoſdam in ſuffragium miſiſſet; cum tamen ante primam horam nihil agi cum populo poſſet, propterea Tribuni quidam, qui non affuerant, ei triumphanti negotium, ita ut quidam etiam vulnerarentur, præbuerunt. Hinc *Cicero* in epiſt. ad Att. his Coſs. ſcripta lib. IV. ait; Pon-

(96) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 699.
Olymp. CLXXXI. Anno III.
Ante Ær. Chr. 54.
L. DOMITIUS AHENOBARBUS. } Coſs.
AP. CLAUDIUS PULCHER. }

Ita ex Caſſiodoro, Jul. Obſequ. Pædiano, faſt. Siculis &c. Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.
Jul. Cæſar Britanniæ partem ſubigit, ſed apud Mediob. nulla Numiſmata proferuntur.

Pontinius vult a. d. IV. Non. Nov. trinmphare, huic obviam Cato & Servilius Prætores aperte, & Q. Mucius Trib. pl. negant enim latum de imperio, & eſt latum Hercule inſulſe; ſed erit cum Pontinio Appius Cos. Cato tamen affirmat, ſe vivo illum non triumphare, id ego puto, ut multa ejuſdem, ad nihil recaſurum. Et ad Q. Fratrem lib. III. Pontinio ad triumphum a. d. III. Non. Novemb. volebam adeſſe, etenim erit neſcio quid negotioli; nam Cato & Servilius Prætores, prohibituros ſe minantur, nec quid poſſint, ſcio, ille enim & Appium Conſulem ſecum habebit, & Prætores, & Tribunos pl. ſed minantur tamen, in primiſque ἀπὸ τριῶν Scævola. Et in Piſonem: C. ipſi Pontinio triumphare jam non eſt integrum, religionibus enim ſuſceptis impeditur. Græci hunc modo Πομπτῖνον, modo Πομπῖνον, vocant. Latini nunc *Pomptinum*, nunc *Pontinum*, nunc *Pontinium*, quod magis probo. Apparet autem, poſt Pompejum neminem, niſi hoc anno triumphaſſe Romæ; nam in *Capitolinis* triumphorum *fragmentis* triumpho Pompeji ſubjicitur hic numerus DCXCIX. qui ſequentis proximi eſt triumphi nota.

De re geſta à M. Craſſo, & à C. Cæſare pro Cos.

HIs Conſulibus M. Craſſus, cum jam in Syriam provinciam perveniſſet, atque quieta ibi eſſe omnia offendiſſet, belli gerendi & pecuniæ cumulandæ cupidus, in Parthos, quorum tum Rex erat Orodes, & ipſos paulo ante pacatos, nec quidquam moventes, ſine ulla aut Senatus auctoritate, aut populi juſſu, exercitum duxit; ac trajecto Euphrate, ac pleriſque Meſopotamiæ locis vaſtatis, regionis ejus ſatrapen imparatum adortus, ad Iclinias (id loci nomen eſt) equeſtri prœlio facile vicit; atque eodem impetu cum alias urbes, tum maxime Nicephorium in poteſtatem adduxit, & Zenodotiam militibus diripiendam conceſſit. Locis omnibus, quæ intra Tigrim ſunt, in ditionem redactis, ac præſidiis impoſitis, in Syriam in hiberna receſſit: ac temere Parthis tempus ſe ad bellum comparandi dedit. *Dio*, *Appianus*, *Plutarchus*. Cæſar autem ex Illyrio, quo ad incurſiones Piruſtarum cohibendas iverat, in citeriorem Galliam, atque inde ad exercitum reverſus, Treviros imperio non parentes, ac Germanos Tranſrhenanos ſollicitantes, in fide continuit: comparata claſſe in Britaniam iterum trajecit, cumque ibi proſpere pugnaſſet, maxima hoſtium multitudine deleta, atque aliqua inſulæ parte in poteſtatem adducta, obſidibus acceptis, ac tributis impoſitis, in Galliam in hiberna ſe recepit. Diſpertitis in hiberna cum legionibus legatis, Gallorum aliquot populi duce Ambiorige Eburonum Rege defecerunt; à quibus L. Aurunculejus Cotta & Q. Titurius Sabinus legati circumventi, cum exercitu, cui præerant, cæſi ſunt. Qua illi victoria elati, improviſo ad hiberna Q. Ciceronis, qui in Nerviis erat, advolarunt; ac Ciceronem ipſum undique obſidione cinxerunt, caſtra acerrime ab hoſtibus oppugnata, atque à Romanis defenſa; à Cæſare demum ipſo cum exercitu accurrente, fuſis cæſiſque hoſtibus, liberata ſunt. *Cæſar*, *Dio*, *Plutarchus*.

DE COS. AN. DCC. (97)

IN hunc annum Conſulatum petierunt magna contentione atque ambitu C. Memmius, Cn. Domitius, M. Meſſalla, M. Scaurus; ut ſcribit *Cicero* ad Q. fratrem: facti autem ſunt ex interregno, ſeptimo hujus anni menſe, M. Meſſalla, & Cn. Domitius: qui ne tum quidem creati fuiſſent, niſi Q. Pompejus Rufus Trib. pl. qui interceſſionibus comitia tollebat, ex Senatusconſulto in carcerem conjectus fuiſſet; atque idem ſe de ceteris facturum, qui comitia impediſſent, Senatus oſtendiſſet. Hæc *Dio*. *Appianus* octo menſes Remp. ſine Magiſtratibus fuiſſe; *Plutarchus* in tanto rerum motu legem à Lucilio Tr. pl. promulgatam de dictatore Cn. Pompejo creando, qui Rempublicam conſtitueret, ſcribit; ac *Catone* repugnante nihil effectum. *Dio* non ſolum de dictatore, ſed etiam de Tribunis militum Conſulari poteſtate creandis, mentionem à Tribunis pl. illatam ait: Conſules autem Meſſallam & Calvinum, Pompejo annitente, eſſe creatos, quæ eadem cognomina in *faſtis* etiam *Siculis* prodita ſunt. Cn. Domitius Calvinus, M. F. M. N. in *Capitolinis tabulis* ſcribitur anno DCCVIII., & DCCXVII. M. Meſſallam Cn. Domitii collegam per annos LV. augurem fuiſſe tradit *Macrobius* lib. I.

De re geſta à M. Craſſo, & à C. Cæſare pro Cos.

INſequenti anno, M. Craſſus in Parthos reverſus, contemptis prodigiis Euphratem tranſivit; ac relicto à tergo, qui ſolus & commeatus ſubvehere & ipſum munire poterat, Euphrate, à ſimulato quodam, cui crediderat, transfuga deceptus, in media camporum vaſtitate exercitum ex omni parte petendum hoſti objecit. Itaque cum Carras perveniſſet, à præfectis Regis Surena & Syllace circumventus, omnem pene cum filio P. Craſſo, qui ad eum ex Gallia à Cæſare venerat, exercitum amiſit, cujus reliquiis in collem receptis, evocatus à Surena in colloquium, tamquam de pace acturo, captus, atque, ne vivus in poteſtatem hoſtium perveniret, repugnans, occiſus eſt. Exercitus in Armeniam & Ciliciam, quò quemque fuga rapuit, diſtractus. Caſſius Longinus quæſtor, cum aliqua parte in Syriam incolumis rediit. *Dio*, *Plutarchus*, *Appianus*. Cæſar autem, cum Treviros ceteros Gallos ſollicitare, atque undique bellum parari videret, ex hibernis movens, eos primo concurſu in fugam compulit, ac ponte in Rhenum refecto, in Germanos, quod eos auxilia contra ſe Treviris dediſſe compererat, iterum ducit. Cum autem per Ubios exploratores cognoviſſet, Suevos ſeſe in ſilvas recepiſſe, in Galliam adverſus Ambiorigem Eburonum Regem, adverſus ſe novas res molientem, contendit; atque Eburones ipſos longius perſequutus, late ludit ac diſſipavit. *Cæſar*, *Dio*, *Plutarchus*.

DE

(97) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 700.
Olymp. CLXXXI. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 53.
CN. DOMITIUS CALVINUS. } Coſs.
M. VALERIUS MESSALLA. }

Ita ex Cicerone, Dione, Appiano, Caſſiodoro, & faſt. Sicul. Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.

Jul. Cæſar in Gallia Eburones fundit, & diſſipat, nec ulla proſtant apud Mediobarb. Numiſm.

DE COS. AN. DCCI. (98)

A NE hoc quidem anno K. Jan. Conſules in Republica fueruot, verum ex ioterregno creati ſunt. Petebant autem Coosulatum T. Annius Milo, P. Plautius Hypſæus, & Q. Metellus Scipio: non ſolum largitione palam proſuſa, ſed etiam factionibus armatorum ſuccincti. Cum autem diu tracta comitia Conſularia eſſent, perficique ob eas ipſas perditas candidatorum contentiones oon poſſent, & ob id menſe Januario nulli dum neque Conſules neque Prætores eſſent; ac Milo quamprimum comitia confici, competitores ejus trahi velleot; ideoque Q. Pompejus gener Scipionis, & T. Munatius Plancus Tribuni pl. B referri ad Seoatum de patriciis convocandis, qui interregem proderent, non eſſeot paſſi: Milo Lanuvium, cujus erat dictator, proficiſccos, P. Clodium inimicum ſuum, qui ſuorum adverſariorum petitionem aperte contra ſe adjuvaret, ſibi ultra Bovillas occurreotem occidit, cadaver ejus Romam relatum, in Curia à Sex. Clodio ſcriba crematum eſt; quo incendio Curia flagravit. Domum etiam M. Lepidi interregis Clodiana multitudo oppugnavit; faſces ex lecto Libitinæ raptos attulit ad domum Scipionis & Hypſæi, deinde ad hortos Cn. Pompeji; clamitans eum modo Conſulem, modo dictatorem. Incendio Curiæ C Milo recreatus Romam redierat, petebatque nihilominus Conſulatum, fiebant interea alii ex aliis interreges; qui comitia Conſularia propter eorum candidatorum tumultus, & eaſdem manus armatus, habere non poterant. Itaque primo S. C factum erat, ut interrex & Tribuni pl. & Cn. Pompejus, qui pro Cooſule ad urbem erat, viderent, ne quid detrimenti Reſpublica caperet, delectus autem Pompejus tota Italia haberet, cum ne ita quidem tumultus quieſceret, crebreſceret autem rumor Cn. Pompejum creari dictatorem oportere viſum eſt optimatibus tutius eſſe, eum Conſulem ſine collega creari. Et cum tractata res eſſet in Senatu, facto io M. Bi- D buli ſententiam S. C. Pompejus ab interrege Ser. Sulpicio V. Kalendas Martii, menſe interkalario Conſul creatus eſt: ſtatimque Conſulatum iniit. Ita autem viſum eſt, ut Pompejus dictatoria prope armatus poteſtate, facilius Remp. legibus atque armis conſtitueret, quem honorem, ut ante oemini delatum, ita ipſe libentiſſime accepit, poſt autem, ut vitaret iovidiam, in quinque meoſes extremos Q. Metellum Scipionem ſocerum ſibi collegam ſubrogavit. Hæc *Pædianus* in Milonianam, *Dio*, *Appianus*, *Plutarchus*. In *Epitoma* etiam CVII. ita; P. Clodii à T. Annio Milone caodidato Conſulatus io Appia via ad Bo- E villas occiſi corpus plebs io curia cremavit, cum ſeditiones inter candidatos Conſulatus, Hypſæum, & Scipiooem, & Milonem eſſent, qui armis ac vi contendebaot; ad comprimendas eas Cn. Pompejus legatus à Senatu, Conſul tertium factus eſt abieos, & ſolus; quod nulli alii umquam (contigit.) Hinc in *Siculis faſtis* Pompejo Metellus collega datur. Is autem Q. Cæcilius Q. F. Metellus Pius Scipio io epiſtola *Cœlii* vocatur; & à *Dione* Q. Cæcilius Metellus Scipio Naſicæ F. de quo alio loco diximus. Pompejus Cos. legem tulit, qua ſibi Hiſpaniam provinciam, ut ait *Dio*, io alterum quinquenoium; ut *Plutarchus* in quadriennium prorogavit; item leges de vi & de ambitu acerbiores quam antea, tulit: Tribunis pl. præterea auctor fuit: ut legem promulgareot qua ratio abſentis Cæſaris in petitione Conſulatus haberetur; eaque contradicente M. Catone lata eſt. *Dio* etiam hoc anno ad cohibendum ambitum Senatus conſultum factum per interregnum narrat, ne quis Conſularis aut Prætorius, niſi poſt annos quinque, in proviocias iret: idque poſt etiam auctore ipſo Pompejo Conſule coofirmatum. Scipio collega ejus, ceoſoriam poteſtatem, quam Clodius immiouerat lege, reſtituit.

De re geſta à C. Caſſio Longino quæſtore in Syria, C. Cæſare pro Cos. in Gallia.

C. Caſſius M. Craſſi quæſtor, cum ex clade quæ à Parthis ad Carrhas illata eſt, cum parte exercitus in Syriam ſe recepiſſet iocolumis; hoc (ut opioor) anno Parthorum, qui io Syriam tranſcenderaot, impetum retudit: ſiquidem ſcribit *Dio*, Parthos victoria elatos, non admodum magnis copiis in Syriam, quam oullo teoeri exercitu opinabaotur, tranſiſſe, atque à Caſſio fortiſſime repulſos eſſe. Reliqua enim quæ ab eo de Caſſio narrantur, in ſequentem annum referenda ſunt. At vero Cæſar in Italiam ad conveotus agendos profectus, cognovit de Clodii cæde, de Senatuſque conſulto certior factus, ut omnes Italiæ juniores conjurarent, delectum tota provincia habere inſtituit. His rebus in Galliam perlatis, Galli retineri urbaoo motu Cæſarem, oec io tantis diſſenſionibus ad exercitum venire poſſe rati, qui aote ſe populi Romaoi imperio ſubjectos dolerent, liberius atque audacius de bello inire conſilia incipiunt. Carnutes belli priocipes ſe ſore profeſſi, aliorum auxilia fide ac jurejurando petunt: ac die conſtituta Genabio profecti, cives Romanos, qui negotiandi cauſſa ibi cooſtiterant, interficiunt, qua re Arverni cognita, & ipſi Vercingentorige duce arma capiuot, & Pictones, Pariſios, Cadurcos, Turenos, Aulercos, Lemovicos, Andos, per legatos; Biturges, armis ad belli ſocietatem ſibi adjuoguot. His rebus Cæſari in Italiam nuntiatis, Narbonem iu tranſalpinam Galliam profectus, præſidia in Rutenis provincialibus, Volſcis, Artooicis, Toloſatibus, circumque Narbonem, quæ loca erat hoſtibus finitima, conſtituit, ceteriſque quæ opportuna videbantur, comparatis, oppidum Senonum Vellaunoduoum oppugnatum recepit: Genabum Caroutum in poteſtatem adductum diripit & incendit; atque in Bituriges profectus, Novioduoum & Avaricum diuturna oppugnatione atque difficili cepit, in Arvernos inde

cum

(98) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 701.
Olymp. CLXXXII. Anno I.
Ante Ær. Chr. 52.

CN. POMPEJUS MAGNUS III. primus Conſul ſine Collega uſque ad Calend. Sext.	Coſs.
Q. CÆCILIUS METELLUS PIUS SCIPIO Calend. Sext.	

Ita ex Pædiano, Dione, Appiano, Plutarcho, & Livii Epitoma Sigonius, Pighius, Almelov. & alii.

Jul. Cæſar in Gallia varios populos rebellantes iterum ſubigit, nec ulla Numiſm. apud Mediob.

cum exercitum duxiſſet, ut Gergoviam diu oppugnatam omiſit, ita Alexiam, quod eſt oppidum Mandubiorum, magno apparatu obſeſſam atque circumvallatam, dedito ſibi Vercingentorige Arverno, belli auctore & Imperatore in ditionem ſuam adduxit. Æduos Arvernoſque qui defecerant, in fidem recepit, ipſe legatis in diverſas Galliæ partes in hiberna dimiſſis, Bibracte hiemare conſtituit. Hujus anni rebus cognitis, Romæ dierum viginti ſupplicatio indicitur. *Cæſar*, *Dio*, *Plutarchus*, *Epitomæ*.

DE COS. AN. DCCII. (99)

IN hanc annum creati Conſules ſunt, M. Marcellus, Ser. Sulpicius, auctore *Caſſiodoro*, *Plutarcho*, *Appiano*: quos *faſti Siculi* vocant Rufum & Marcellum: *Dio* Ser. Sulpicium Q. F. Rufum, M. Claudium M. F. Marcellum. Eorum etiam Conſulum meminit *Suetonius* in Cæſare, *Cicero* in epiſtolis; & *Epitoma* CVIII. ita; In petitione Conſulatus M. Cato repulſam tulit, creatis Conſulibus Ser. Sulpicio, & M. Marcello. Hic M. Marcellus C. Marcelli, ejus qui cum Lentulo Conſul fuit, frater germanus fuit, uterque enim M. F. dicitur, & à *Dione*, & à *Capit. auctoribus*. C. autem Marcellus, qui cum Paullo Conſul eſt, quem *Cicero* C. F. appellat, horum eſt frater patruelis; ut ait *Suetonius*. De Ser. Sulpicio Q. F. Lemonia Rufo, *Cicero* in IX. Philippica, hic in Conſulatu Ciceronis repulſam paſſus eſt, prælato ei L. Murena. Hoc anno M. Marcellus Cos. Cæſaris inimicus ad Senatum retulit, ut Cæſari contra legem Pompeji & Craſſi ante tempus ſuccederetur; & ut is exercitum dimitteret; & ne ejus abſentis in petitione Conſulatus ratio haberetur, & ut colonis, quos ille rogatione Vatinia Novocomum deduxiſſet, civitas adimeretur. Quibus rebus Cæſar per Ser. Sulpicium Marcelli collegam, & per Tribunos pl. aliquot ſumma ope obſtitit; atque ſententiis dictis, diſceſſionem faciente Marcello, Senatus in alia omnia fuit. Itaque Cœlius ad Ciceronem ſcribit, perſpecta Cn. Pompeji voluntate (is ad urbem cum imperio erat) in eam partem, ut eum decedere poſt K. Mart. placeret, quæ erant futuræ Paullo & Marcello Coſs. Senatus Conſultum factum eſſe prid. K. Oct. uti L. Paullus, C. Marcellus Conſules cum magiſtratum iniſſent, a. d. IX. K. Mart. quæ in ſuo magiſtratu futuræ eſſent, de Conſularibus provinciis ad Senatum referrent, item Senatus conſultum factum eſſe, ne quis eorum, qui poteſtatem habent intercedendi, impediendi, moram afferret, quo minus de Rep. quamprimum ad Senatum referretur, & Senatus Conſultum fieri poſſet: qui impediſſet, eum Senatum exiſtimare contra Remp. feciſſe; interceſſiſſe huic Senatus conſulto C. Cœlium, L. Vicinium, P. Cornelium, C. Vibium Panſam.

De triumpho P. Lentuli Spintheris, & Ap. Claudii Pulchri ex Cilicia.

P. Lentulus Spinther in Conſulatu Ciliciam ſortitus, eam per triennium obtinuit, ibi

A vero quas res geſſerit, nemo literarum monumentis mandavit. *Cicero* tamen cum bene rem geſſiſſe ſignificat, cum ad eum ita ſcribit: Rem te valde bene geſſiſſe rumor erat, exſpectabantur literæ tuæ. Item: Tua cauſſa te eſſe Imperatorem, provinciamque bene geſtis rebus cum exercitu victore obtinere, ut debeo, lætor. Triumphaſſe etiam eundem indicat lib. V. ad Att. cum ait; Acceperam ſatis celeriter Iconii per publicanorum tabellarios à Lentuli triumpho datas. Ea vero epiſtola quoniam ſcripta eſt idib Febr. Paullo & Marcello Coſs. propterea fit, ut triumphum Lentuli in hunc annum eſſe rejiciendum putem. Iconii enim Sulpicio & Marcello Coſs. fuit. Triumphavit autem
B ſerius Lentulus, quam debuit, inimicorum fortaſſe calumniis, ut alii ante multi, impeditus. Ap. autem Claudius in Ciliciam ex Conſulatu profectus, ex ea, ſuccedente ei Cicerone, hoc anno deceſſit; ut ex epiſtolis ad eum *Ciceronis* apparet. Ne res quidem ejus geſtas quiſquam memoriæ tradidit, otioſum tamen in provincia eum non fuiſſe, & nomen Imperatoris partum, & triumphus, quem poſtulaturus fuit, ſatis indicant. Ubi autem ad urbem venit, accuſatus à P. Dolabella de majeſtate, triumphi poſtulationem, quam in animo habuerat, abjecit, ſic enim ſcribit ad Ciceronem in Ciliciam *Cœlius*; Non dubito quin perlatum ad te ſit, Appium à Dolabella reum factum: ſane quam
C non ea, quam exiſtimaveram, invidia, neque enim ſtulte Appius, qui ſimul atque Dolabella acceſſit ad tribunal introierat in Urbem, triumphique poſtulationem abjecerat; paratiorque viſus eſt, quam putaverat, accuſator. Et *Cicero* ad Appium ex Cilicia: Illud plane moleſte tuli, quod certiſſimum & juſtiſſimum triumphum hoc invidorum conſilio eſſe tibi ereptum videbam.

De re geſta à M. Cicerone pro Cos. in Cilicia.

M. Cicero multi poſt Conſulatum annis, hoc anno III. K. Sext. ex S. C. venit pro Cos. cum imperio in Ciliciam provin-
D ciam, atque Ap. Claudio tum decedenti ſucceſſit. In ea rem ſatis proſpere geſſit, ita ut parto Imperatoris nomine triumphum etiam ſperarit. Res ab eo ibi geſtas nemo fere prodidit. Ipſe tantum ad Catonem ſcribens ita ait: Cum ad Amanum cum exercitu veniſſem, Parthos ab Antiochia receſſiſſe, Bibulum Antiochiæ eſſe cognovi, cumque eo animo veniſſem, ut utrique provinciæ, ſi ita tempus ferret, ſubvenirem; tamen id, quod jam ſtatueram vehementer intereſſe utriuſque provinciæ, pacare Amanum, & perpetuum hoſtem ex eo monte tollere, agere perrexi: cumque me diſcedere ab eo monte ſimulaſſem, & alias partes Ciliciæ petere,
E abeſſemque ab Amano iter unius diei, & caſtra apud Epiphaneam feciſſem, a. d. IV. Id. Oct. cum adveſperaſceret, expedito exercitu ita noctu iter feci, ut a. d. III. Id. Octobr. cum luceſceret, in Amanum aſcenderem, diſtributiſque cohortibus & auxiliis, cum aliis Q. frater legatus mecum ſimul, aliis C. Pontinius legatus, reliquis M. Annejus & L. Tullius legati præeſſent, pleroſque nec opinantes op-

(99) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 702.
Olymp. CLXXXII. Anno II.
Ante Ær. Chr. 51.
SER. SULPICIUS RUFUS. } Coſſ.
M. CLAUDIUS MARCELLUS. }

Ita ex Caſſiodoro, Plutarcho, Appiano, Dione, Suetonio, faſt. Sicul. &c. Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.
Jul. Cæſar in Gallia alios populos rebellantes ſubigit, nec ulla Numiſm. apud Mediobarb.

A oppreſſimus; qui occiſi captique ſunt, interclusi fuga. Eranam, quæ fuit non vici inſtar, ſed urbis, quod erat Amani caput; itemque Sepyram, & Ceminnrim, acriter & diu repugnantibus, Pontinio illam partem Amani tenente ex antelucano tempore uſque ad horam diei decimam, magna multitudine hoſtium occiſa, cepimus; caſtellaque ſex capta, complura incendimus. His rebus ita geſtis, caſtra in radicibus Amani habuimus apud aras Alexandri quatriduum: & in reliquiis Amani delendis, agriſque vaſtandis, quæ pars ejus montis meæ provinciæ eſt, id tempus omne conſumpſimus. Confectis his rebus, ad oppidum Eleutherocilicum Pindeniſſum exercitum adduxi, B quod cum eſſet altiſſimo ac munitiſſimo loco, ab iiſque incoleretur, qui ne Regibus quidem umquam patuiſſent, cum & fugitivos reciperent, & Parthorum eventum acerrime exſpectarent, ad exiſtimationem imperii pertinere arbitratus ſum, comprimere eorum audaciam; quo facilius etiam ceterorum animi, qui alieni eſſent ab imperio noſtro, frangerentur, vallo & foſſa circumdedi; ſex caſtellis, caſtriſque maximis ſepſi: aggere, vineis, turribus oppugnavi: uſuſque tormentis multis, multis ſagittariis, magno labore meo, ſine ulla moleſtia ſumptuve ſociorum, ſeptimo * quinquageſimo die rem confeci; ut omnibus partibus urbis diſturbatis aut incenſis compulſi in poteſtatem meam venirent. C His erant finitimi pari ſcelere & audacia Tibarani. Ab his Pindeniſſo capto obſides accepi; exercitum in hiberna dimiſi. Eadem fere ad Att. lib. V. Saturnalibus mane ſe mihi Pindeniſſæ dediderunt ſeptimo & quinquageſimo die poſtquam oppugnare eos cœpimus. Inde ἐν ἱστορίᾳ ea quæ geſſerit narrat. Tarſum, inquit, veni a. d. III. Non. Octob. inde in Amanum contendi, qui Syriam à Cilicia aquarum divortio dividit; qui mons hoſtium erat plenus ſempiternorum: hìc a. d. III. Id. Octob. magnum numerum hoſtium cæcidimus: caſtella munitiſſima nocturno Pontini adventu, noſtro matutino cepimus, incendimus: imperatores appellati ſumus, caſtra apud Iſſum habuimus. D Ibi dies quinque morati, direpto & vaſtato Amano, inde diſceſſimus. Interim rumore adventus noſtri, & Caſſio, qui Antiochia tenebatur, animus acceſſit, & Parthis timor injectus eſt. Itaque eos cedentes ab oppido Caſſius inſequutus, rem bene geſſit, qua in fuga Oſaces dux Parthorum vulnus accepit; eoque interiit paucis poſt diebus. Venit interim Bibulus, nos Pindeniſſum, quod oppidum munitiſſimum Eleutherocilicum, omnium memoria in armis fuit, cinximus vallo & foſſa, atque oppido potiti ſumus, &c. Idem ſcribit ad Cœlium. Idem ſe Paullo & Marcello Coſs annuo imperio terminato deceſſiſſe III. Kal. Sext. ſcribit ſæpius. E De triumpho autem, quem Lentulo & Marcello Conſulibus acturus erat, ſic lib. VII. ad Att. ſe Pompejum vidiſſe IV. Id. Decembr. de triumpho hortatum eſſe, ne ante in Senatum accederet, quam rem confeciſſet: at ad Tironem ita: Ego ad urbem acceſſi prid. Non. Jan. obviam mihi ſic eſt proditum, ut nihil fieri potuerit honoratius. Item: Nobis inter has turbas Senatus tamen frequens flagitavit triumphum; ſed Lentulus Cos. quo majus ſuum beneficium faceret, ſimulatque expediſſet, quæ eſſent neceſſaria, de Rep. dixit ſe relaturum. At aliter *Plutarchus*: In Senatu cum ei triumphum decernerent, ipſum dixiſſe, ſibi jucundius eſſe ſi Cæſarem triumphantem ſequeretur. Hac certe ille ſpe in urbem non niſi victo Pompejo introivit, ac lictores & faſces laureatos ſemper habuit.

De re à C. Caſſio Quæſtore, & à M. Bibulo pro Cos. geſta in Syria.

M. Bibulus, qui Cæſaris in Conſulatu collega fuit, hoc anno in provinciam Syriam pro Conſule vero aliquanto ſerius, quam in Ciliciam Cicero. Nam ad Atticum loco citato, ubi dixit, ſe poſt diem III. Id. Octob. Amano vaſtato diſceſſiſſe, ita ſubjicit: Interim rumore adventus noſtri, & Caſſio, qui Antiochia tenebatur, animus acceſſit, & Parthis timor injectus eſt. Itaque eos cedentes ab oppido Caſſius inſequutus, rem bene geſſit, qua in fuga magna auctoritate Oſaces dux Parthorum vulnus accepit; eoque interiit paucis poſt diebus. Venit interim Bibulus: in eodem Amano cœpit laureolam in muſtaceo quærere, at ille cohortem primam totam perdidit, & centurionem primipili Aſinim Dentonem, & Sex. Lucilium Tribunum militum. De utroque autem ſic *Dio*; Iterum Parthi Pacori Orodis Regis filii nomine, Oſace quodam duce, ſe in Syriam intulerunt; atque redactis omnibus in poteſtatem locis, uſque ad Antiochiam pervenerunt, à quo oppido Caſſii virtute repulſi, iter ad Antigoniam converterunt; atque in itinere poſitis inſidiis ab eodem circumventi, magnam cladem, Oſace ipſo duce interempto, acceperunt, quo ſublato, Pacorus tota Syria receſſit. Itaque Bibulus, qui Syriæ deinde præfuit, quietam provinciam eam habuit, ac inter Parthos ipſos bellum concitavit. Ornodapanta enim ſatrapen quendam, Orodis Regis inimicum, impulit ut Pacorum filium Regem conſtitueret, ac cum eo bellum adverſus Orodem gereret. Ita bellum Romanorum cum Parthis, quarto, ex quo cœptum erat, anno finem habuit Sulpicio & Marcello Coſs. *Appianus* etiam in Syriaca Parthos, pro Conſule Bibulo, in Syriam irrupiſſe ait. De C. Caſſio ſic *Vellejus*: Reliquias legionum Craſſi C. Caſſius, atrociſſimi mox auctor facinoris, tum quæſtor conſervavit; Syriamque adeo in Populi Romani poteſtate retinuit, ut transgreſſos in eam Parthos felici eventu fugaret ac funderet. *Cæſar* lib. III. Belli civilis, M. Craſſum imp. à Parthis interfectum, M. Bibulum in obſidione habitum ſcribit.

De re geſta à C. Cæſare pro Cos. in Gallia.

CÆſar rebellantes Gallos per hiemem in fide continuit: eodemque tempore Carnutes, à quibus Biturges ſe bello opprimi querebantur, eſt perſequutus: inde Bellovacos, quos Corbeo Bellovaco, & Commio Atrebate exercitum comparare compererat, ut in fines Sueſſionum, qui Rhemis attributi erant, impreſſionem facerent, adortus, equeſtribus prœliis afflictos, Corbeo interfecto ad deditionem compulit. A C. Caninio & C. Fabio legatis, in Pictonibus res bene geſta eſt. Uxellodunum à Drapete & Luterio in Carnutibus occupatum, magnis operibus obſeſſum, atque aquarum copia interclusum, tandem in poteſtatem Cæſaris venit. In Treviris à Labieno bene pugnatum. In Aquitaniam, quam ante per P. Craſſum devicerat, profectus omnes civitates ejus in fidem recepit. Quibus rebus geſtis, dimiſ-

ſis

A ſis in hiberna legatis, ipſe Narbonem contendit, ac paucos dies in provincia moratus, in Belgium ad legiones ſe recepit, ibique hibernavit. *Hirtius*, *Dio*, *Plutarchus*, *Oroſius*.

DE COS. AN. DCCIII. (100)

INde L. Paullus, C. Marcellus Conſules ſubſequuti ſunt; auctore cum *Siculis Caſſiodoro*, *Dione*, *Svetonio*, & *Hirtio* lib. VIII. Horum alter, L. Æmilius M. F. Paullus à *Dione*; alter, C. Claudius C. F. Marcellus à *Cicerone* in epiſtolis nominatur. *Dio* hunc ab aliis ἀνεψιὸν, ab aliis ἀδελφὸν M. Marcelli traditum; *Svetonius* patruelem fuiſſe aperte ſcribit. L. Paullus præ- B turam geſſit Calvino & Meſſalla Coſs. anno antequam Clodius occideretur. Itaque *Cicero* ſic loquitur pro Milone; P. Clodius cum videret ita tracta eſſe comitia anno ſuperiore, ut non multos menſes præturam gerere poſſet, qui L. Paullum collegam effugere vellet, ſubito reliquit annum ſuum, ſeque in annum proximum tranſtulit. Hoc anno veritus Cæſar, ne ſe provincia & exercitu ſpoliatum Conſulatum præſentem petere inimici ſui compellerent, L. Paullum Conſulem, & C. Curionem Tribunum pl. ante actionibus ſuis adverſatum, magna mercede ſibi defenſores paravit. Cum de dimittendis Cæſaris exercitibus referretur, Curio ita aſſenſus eſt, ſi & ceteri quoque (nimi- C rum Pompejum notans, qui poſt Conſulatum ſecundum) in Hiſpania per legatos bellum gerebat, atque hoc etiam anno pro Cos. ad urbem erat ab armis diſcederent, atque exercitus dimitterent. In eam ſententiam ne diſceſſio fieret, Conſules & amici Pompeji impedimento fuerunt, Senatus conſultum fit, ut ad bellum Parthicum legio una à Cn. Pompejo, altera à C. Cæſare mitterentur. Cæſar Cn. Pompejo legionem primam remiſit, quam ab eo ex Pompeji numero acceperat; & ex ſuo numero quintam decimam, atque ita duabus legionibus ſpoliatus eſt, quæ cum ad bellum Parthicum non eſſent neceſſariæ, Cn. Pompejo à Marcello Conſule traditæ ſunt. *Hirtius*, *Dio* D & *Plutarchus*.

De Cenſoribus.

CEnſores in hunc annum refert *Dio* Ap. Claudium, & L. Piſonem Cæſaris ſocerum. Idem ab Ap. Claudio multos Equites & Senatores notatos ſcribit, invito collega: libertinos, atque alios Nobiles multos, atque inter ceteros C. Saluſtium hiſtoricum, Senatu eſſe motos. Unde ſcriptum eſt in declamatione contra *Saluſtium*; Cenſorium illud elogium Ap. Claudii & L. Piſonis, quo uſus eſt quiſque eorum pro lege, palam univerſis recitarem: Ap. Claudii Cenſoris meminit *Cicero* E in epiſtolis ad Appium ipſum hoc anno ex

A Cilicia ſcriptis, item in libro de divinatione primo, ita; Appius Cenſor non ſatis ſcienter P. Atejum notavit, quod ementitum auſpicia ſubſcripſerit. *Cæſar* etiam libro primo de Bello civili, meminit L. Piſonis Cenſoris Lentulo & Marcello Coſs. Adjicit *Dio*, neminem prudentem hoc tempore hunc Magiſtratum affectaſſe, ne aut notandis civibus, in odium: aut notis prætereundis, in populi reprehenſionem incurreret. Cenſum actum inde quis ſuſpicati poterit, quod ſcribit *Plutarchus* ante bellum civile CCCXX. millia civium cenſa cum anno DCCVI., Cæſare cenſum agente, dimidio minus inventa ſint.

B *De re geſta à Cæſare pro Cos. in Gallia.*

CÆſar hoc anno nullum bellum geſſit, verum operam dedit, ne ſub diſceſſu ſuo neceſſitatem ſibi aliquam imponeret belli gerendi. Itaque honorifice civitates appellando, principes maximis præmiis afficiendo, nulla onera nova imponendo, defeſſam tot adverſis prœliis Galliam, conditione parendi meliorem facile in pace continuit. Ipſe hibernis peractis in Italiam profectus eſt, ut municipia & colonias appellaret, quibus M. Antonii quæſtoris ſui commendaret ſacerdotii petitionem, T. Labieno Galliæ Togatæ præfecto, in Treviros ad exercitum rediit, neque aliud C memorabile geſſit. Rufus Gallias & Britanias decimo anno à Cæſare tributarias factas ſcribit. Et *Velleius*, Galliæ ductu auſpiciiſque Cæſaris infractæ, pene idem quod totius Orbis, ignavum conferunt ſtipendium. Et *Svetonius*: Omnem Galliam, quæ à ſaltu Pyrenæo, Alpibuſque, & monte Gebenna, fluminibus Rheno & Rhodano continetur, patetque circuitu ad bis & tricies centum millia paſſuum, præter ſocias ac bene meritas civitates, in provinciæ formam redegit; eique in ſingulos annos ſtipendii nomen impoſuit.

DE COS. AN. DCCIV. (1)

D HIc annus Conſules habuit L. Lentulum, C. Marcellum, auctor *Caſſiodorus*, *Appianus*, *Plutarchus*, *Hirtius*, *Florus*, *Cicero* in epiſtolis. *Dio* hos Conſules vocat L. Cornelium P. F. Lentulum, C. Claudium M. F. Marcellum. In *fragmentis Capitolinis* eſt etiam C. CLAUDIUS M. F. M. N. MARCELLUS. Significat etiam *Hirtius* lib. VIII., Ser. Galbam præteritum his comitiis, cum ait: Inſolenter adverſarii Cæſaris gloriabantur L. Lentulum & C. Marcellum Conſules creatos, qui omnem honorem & dignitatem Cæſaris exſpoliarent; ereptum Ser. Galbæ Conſulatum, cum is multo plus gratia ſuffragiiſque valuiſſet, quod ſibi conjunctus & familiaritate & ne- E ceſſitudine legationis eſſet.

De

(100) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 703.
Olymp. CLXXXII. Anno III.
Ante Ær. Chr. 50.
L. ÆMILIUS PAULLUS. }
C. CLAUDIUS MARCELLUS. } Coſs.
Ita ex Caſſiodoro, Dione, Svetonio, Hirtio, faſt. Sicul. Sigonius, Pighius, Almelov. & alii.

(1) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 704.
Olymp. CLXXXII. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 49.
C. CLAUDIUS MARCELLUS. }
L. CORNELIUS LENTULUS CRUSCELLUS, ſive CRUS. } Coſs.
Ita ex Caſſiodoro, Dione, Appiano, Plutarcho faſt. Capitol. &c. Sigonius, Pighius, Mediob Almelovenius, & alii.
Hoc anno ex civili diſcordia orta inter Cn. Pomp. & Jul. Cæſ. prævalente Cæſarea factione dictus eſt:
C. JULIUS CÆSAR DICTATOR; ſed paulo poſt ejus in Urbem adventum, nempe poſt dies XI. abdicavit ſponte, rem arbitrio ſuo diſpoſuiſſe contentus, nullo Equ. Magiſtro nominato interea dum Dictator fuit.
Vide ad hunc annum Mediob. Numiſmata in hanc rem, & momento eum ſequi Varronianam opinionem.

De bello civili Cæſaris, & C. Cæſare dictatore.

QUod prioribus duobus annis ab adverſariis Cæſaris obtineri non potuit; initio hujus anni perfectum eſt. Etenim in ſententiam Scipionis Metelli Senatusconſultum factum eſt, ut ante certam diem Cæſar exercitum dimitteret; ſi non faceret, eum adverſus Remp. facturum videri, interceſſit M. Antonius, Q. Caſſius Tribuni pl. Itaque de imperio Cæſaris, & de Tribunis pl. intercedentibus graviſſime acerbiſſimique decretum eſt, factum etiam Senatusconſultum eſt ante diem VII. Id. Jan. darent operam Conſules, Prætores, Tribuni pl. quique Conſulares eſſent ad urbem, ne quid Reſp. detrimenti caperet. Profugiunt ſtatim ex urbe Tribuni pl. ſeque ad Cæſarem, qui Ravennæ eo tempore erat, exſpectabatque ſuis poſtulatis reſponſa, conſerunt. Poſt Senatusconſultum fit, uti pecunia Pompejo ex ærario detur; provinciæ Conſulares Syria & Gallia privatis decernuntur; reliquæ, prætoriæ, Scipioni obvênit Syria, L. Domitio Gallia: in reliquas provincias Prætores mittuntur; paludatique votis nuncupatis exeunt: tota Italia delectus habentur, arma imperantur, pecuniæ à municipiis exiguntur. Cæſar, cum inimicorum decretis, tum verbis Antonii & Caſſii incitatus, exercitum ad ſuam dignitatem adverſus inimicos ſuos defendendam hortatus, trajecto Rubicone, Ariminum, quod extra provinciam ejus erat, proficiſcitur. Idem, ubi miſſis ultro citroque de pace legatis, res convenire non potuit, exercitu Piſaurum, Fanum, Anconam occupat; Tignium recipit, & Auximum. Quibus rebus magnus Romæ terror coortus: Roma Conſules atque Optimates omnes profugerunt. Interim Picenum Cæſar percurrit: Aſculum à Lentulo Spinthere deſertum recipit; Corfinii, quod à L. Domitio Ahenobarbo tenebatur, una cum ipſo Domitio, quem tamen dimiſit, potitur. His rebus auditis, Pompejus Luceria proficiſcitur Canuſium, atque inde Brunduſium; Brunduſio autem munito, in Epirum Dyrrhachium, quò Conſules ante trajecerant, cum omnibus copiis, relicta Italia trajicit. Cæſar eum perſecutus, cuſtodibus Brunduſio impoſitis ad urbem redit. Ibi concione advocata, injuriis inimicorum expoſitis, animum ſuum egregium Reip. recuperandæ ac conſervandæ aperit: pecuniaque ex ærario, quamquam L. Metello Tribuno pl. reclamante, extorta, M. Lepido urbi Præfecto, in Hiſpaniam, quæ à legatis Pompeji poſt ſecundum (ut dixi) ejus Conſulatum L. Afranio & M. Petrejo tenebatur, profectus, Maſſiliam, quæ ſibi in itinere portas claudebat, obſedit, ac relictis in obſidione urbis ejus legatis C. Trebonio & D. Bruto, cum in Hiſpaniam perveniſſet, Afranium & Petrejum cum VII. legionibus ad Illerdam in deditionem accepit, atque ambos incolumes dimiſit. Hiſpaniis receptis, Maſſilienſes duobus prœliis navalibus devicti, diuturna obſidione fatigati, poteſtati ſe Cæſaris permiſerunt. Cæſar Maſſiliæ latam

A Romæ de dictatore creando legem, ſeque à M. Lepido Prætore dictatorem dictum cognovit. Placentiæ militibus ſeditionem moventibus cohibitis, Romam venit. Sic *Cæſar* libro primo de bello civili, at *Dio* ita; Cæſare revertente ex Hiſpania, M. Æmilius Lepidus, is, qui poſtea Triumvir factus eſt Prætor populo perſuaſit, ut Cæſarem dictatorem crearet; eumque ſtatim dixit contra leges. Is autem ubi in urbem venit, Magiſtratu inito, exſulibus omnibus redeundi poteſtatem, præterquam Miloni conceſſit: Magiſtratus ſubrogavit, ſacerdotes ſuffecit, Gallis tranſpadanis civitatem dedit, quibus rebus actis, dictatura ſe abdicavit. *Plutarchus* Cæſarem intra XI. B dies dictatura abiiſſe, cum à Senatu dictus eſſet, ait. *Appianus* eum neque à Senatu, neque à Conſule, ſed à ſe ipſo dictatorem factum ſcribit; verum ſive ad levandam invidiam, ſive quod eo Magiſtratu non egeret, per XI. tantum dies eam tenuiſſe. Qua de re ſic ipſe tradit lib. III., Cæſar his rebus, & feriis Latinis, comitiiſque omnibus perficiendis, XI. dies tribuit; dictaturaque ſe abdicat; & ab urbe profectus, Bruoduſium pervênit. Quantum autem ex *Capitolinis fragmentis* intelligi poteſt, creatus eſt ſine Magiſtro eq. quod etiam ante fieri cæptum fuerat. Eodem anno P. Dolabella Cæſaris legatus, à M. Octavio & L. Scribonio Libone Dalmatia pulſus; C. C Antonius ibidem captus eſt. C. Curio Siciliam M. Catone exacto occupavit; cumque in Africam trajeciſſet, ac proſpere adverſus Atium Varum pugnaſſet, à Juba Rege Mauritaniæ Pompejanas partes tuente, cum exercitu cæſus eſt. *Dio*, alii.

DE COS. AN. DCCV. (2)

C*Aſſiodorus* in hunc annum edit Conſules C. Cæſarem II. & P. Servilium; *Dio* C. Julium C. F. Cæſarem II., P. Servilium P. F. Iſauricum. Hi autem creati ſunt dictatore habente comitia Cæſare: ſic enim ipſe lib. III. ſcribit; Dictatore Cæſare habente comitia, D Conſules creantur Julius Cæſar & P. Servilius Iſauricus; is enim erat annus, quo per leges ei Conſulem fieri liceret. Idem ſcribit *Plutarchus*, *Suetonius*, & *Appianus*. Legem autem intelligit eam, qua vetebatur ne quis intra decem annos iterum Conſul fieret. P. Servilius, P. Servilii F. eſt, ejus qui primus Iſaurici cognomen invênit; qui hoc anno Conſulatum Romæ, Cæſare in Macedonia rem gerente, adminiſtravit, ac M. Cœlio Prætori, ſeditiones in urbe novarum ſpe tabularum ſollicitata plebe concitanti, Magiſtratum abrogavit. Is urbe pulſus, Miloni exſuli, qui fugitivorum exercitum contraxerat, ſe conjunxit. Uterque, cum bellum molirentur, in- E terempti ſunt. *Dio*, *Appianus*, alii.

De re geſta à C. Cæſare adverſus Cn. Pompejum.

CN. Pompejus, magnis ex omni Aſia copiis comparatis, Theſſalonicæ hiemavit; ratus, Cæſarem bello Hiſpanienſi diu occupatum, adver-

(2) *Hoc eſt:* Anno ab U. C. 705.
Olymp. CLXXXIII. Anno I.
Ante Aer. Chr. 48.
C. JULIUS CÆSAR II.) Coſs.
P. SERVILIUS VATIA ISAURICUS.)
Ita ex Caſſiodoro, Dione, Plutarcho, Svetonio, Appiano Sigonius, Pighius, Almelovenius, Mediobarbus, & alii.
Hoc anno Jul. Cæſar cum Cn. Pompejo in campis Pharſal. congreſſus eundem vincit.
Vide Mediobarbi Numiſmata ad annum Varronianum U. C. 706.

adverſus ſe hoc anno non eſſe exercitum adducturum. Cæſar autem exitu anni Roma profectus, Brunduſium contendit; cumque Epirum ipſam exiguo ſere inimicorum teneri præſidio accepiſſet, in eam II. non. Jan. trajecit. Eidem, Orico atque Apollonia receptis, Dyrrhachium petenti, ad flumen Apſum Pompejus, improviſo ejus adventu accepto, ex Macedonia occurrit, qui cum ſibi pugnandum eſſe ſtatuiſſet, recenti Antoniani exercitus ad Cæſarem adventu commotus, cum ſe perſequente Cæſare Dyrrhachium recepiſſet, Cæſarem prœlio ita vicit, ut ille ob rei frumentariæ inopiam caſtra inde in Theſſaliam transferre coactus fuerit. Qua de cauſſa Pompejus Imperator appellatus, magno eum animo perſequutus, in Pharſalia è regione ſubſtitit. Ibi ambobus exercitibus extremo congreſſis prœlio, Pompejus maxima accepta clade fugatus, cum ad mare perveniſſet, navim conſcendit; atque in Ægyptum delatus, juſſu Regis Ptolemæi, auctore Theodoto præceptore, & Photino, occiſus eſt ab Achilla in navicula, antequam in terram egrederetur, eodem die, quo de Mithridate & Tigrane Regibus triumpharat. Cornelia uxor, & Sex. Pompejus filius, in Cyprum refugerunt. Cæſar poſt diem tertium inſequutus, cum ei Theodotus caput Pompeji & annulum obtuliſſet, doluit, & illacrymavit. *Appianus*, *Dio*, *Plutarchus*, alii.

De Cæſare Dictatore II. & Conſulibus an. DCCVI. (3)

IN hunc annum C. Cæſarem Dictatorem cum magiſtro equitum M. Antonio creatum invenio, non ſolum in *tabulis Capitolinis*, ſed etiam apud *Dionem* & *Plutarchum*. *Dio* quidem ita ſcribit: Populus Romanus audita Cn. Pompeji cæde, enixe operam dedit, ut Cæſari victori quam honorificentiſſima decreta fierent. Ergo Conſulatum in quinque deinceps annos, dictaturam non in ſex menſes, ut ante, ſed in annum, Tribuniciam poteſtatem in perpetuum ei mandavit. Cæſar autem, quamvis extra Italiam eſſet, dictaturam ſtatim iniit, cum magiſtrum eq. M. Antonium nondum Prætorium ſibi ſubrogaſſet, auguribus negantibus magiſterium equitum, niſi in ſex menſes poſſe mandari. In quo irridendi erant, quod de dictatore contra leges in annum creato nihil dicerent, magiſtrum eq. in annum gerere magiſtratum indigne ferrent. *Plutarchus* autem hoc modo: Cæſar Alexandria recepta, & Pharnace in Ponto ſuperato, in Italiam trajecit; & Romam venit exitu ejus anni, in quem Dictator iterum dictus fuerat; cum numquam antea magiſtratus ille annuus fuiſſet. Itaque apud *Dionem* etiam Cicero objicit Antonio, quod magiſterium equitum in totum annum tenuerit; quod nemo ante fecerat, & ipſe *Cicero* in II. Philippica, M. Antonium ait, Cæſare ignaro, cum ille eſſet Alexandriæ, beneficio amicorum magiſtrum equitum eſſe conſtitutum. Quo autem titulo hanc dictaturam Cæſar ceperit, nemo tradit. Si autem ſequamur laudationem M. Antonii apud *Dionem*, in qua ille dictatorem adverſus hoſtes Cæſarem creatum ait, rei gerendæ cauſſa factum dicemus, verum funebres laudationes, ut inquit *Cicero*, corrupere Romanam hiſtoriam. Ego non alia cauſſa dictaturam invaſiſſe Cæſarem opinor, quam ut ea poteſtate, quæ ſumma erat, omne ad ſe unum jus Reip. traheret, quod ante multorum erat, quod poſteri ejus, ſublato jam à M. Antonio Cos. Dictatoris nomine; *Imperatoris* vocabulo expreſſerunt. Itaque conſtituendæ Reip. & rei gerendæ cauſſa factum notavi, hunc enim titulum ante Sylla, & poſt triumviri dominationi ſuæ prætulerunt, ut ſe Reip. conſtituendæ cauſſa magiſtratum eum ſumpſiſſe dicerent. Ceterum ineunte hoc anno, addit *Dio* fœdum ac miſerabilem prope fuiſſe urbis Romanæ aſpectum, nullis nec Prætoribus nec Conſulibus deſignatis, & quamquam (inquit) M. Antonius magiſter equitum purpurea veſte & ſex lictoribus uſus, ſpeciem quandam libertatis antiquæ reſcrebat: tamen quia præſidiis militum ſeptus, comitiis populi intererat, tyrannidem eam eſſe putabat civitas: cumque ea magiſter eq. faceret, multo graviora dictatorem ipſum eſſe facturum ſuſpicabatur. Paulo poſt profectus ab urbe Antonius, præfectum urbis reliquit L. Cæſarem ſenem; quod numquam ante factum fuerat à magiſtro equitum. Eodem autem hoc anno Conſules fuerunt Q. Fuſius Calenus, & P. Vatinius. Hoc cum ex *Capitolinis tabulis*, tum ex hiſtoria *Dionis* cognoſcitur, apud quem ita ſcriptum eſt; Ægyptus recepta, & Pharnaces victus eſt anno illo, quo Cæſar ipſe vere dictator iterum fuit; Conſules autem exitu anni creati Calenus & Vatinius eſſe dicebantur. Item in indice ita;

C. Julius. C. F. Cæſar. dict. II.
M. Antonius. M.F. Mag. eq. Conſules vero
Q. Fufius. Q. F. Calenus.
P. Vatinius. P. F.

Itaque *Caſſiodorus*, qui dictatorum non meminit, Conſules in hunc annum edit Q. Fufium, P. Vatinium (quamquam non ſine librorum menda) *faſti* autem *Siculi* Calenum & Vatinium. De Vatinio autem Cos. ita ſcribit *Macrobius* lib. II. In Conſulatu Vatinii, quem paucis diebus geſſit, notabilis Ciceronis urbanitas circumferebatur. Magnum oſtentum, inquit, anno Vatinii factum eſt; quod illo Conſule nec ver, nec æſtas, nec autumnus fuit. Querenti deinde Vatinio, quod gravatus eſſet domum ad ſe infirmatum venire, reſpondit; Volui in Conſulatu tuo venire; ſed nox me deprehendit. Hoc autem dictum in C. Caninium aptius cadit; quem poſt in unam noctem Conſulem Cæſar creavit, ut infra dicemus. P. Vatinius ex Conſulatu in Illyricum miſſus eſt à Cæſare, ut poſt in triumpho ejus oſtendemus. L. Trebellius & P. Dolabella Tribuni pl. inter ſe de lege novarum tabularum ferenda in urbe contenderunt. Qua de cauſſa cum plebs tumul-

(3) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 706.
Olymp. CLXXXIII. Anno II.
Ante Ær. Chr. 47.

Audita Romæ Cn. Pompeji cæde P. R. Dictaturam Cæſari in annum dedit, quam Cæſar abſens accepit, & M. Antonium Equitum Magiſtrum dixit in totum annum, cum prius in ſex tantum menſes utraque poteſtas demandaretur, nullis interea Conſulibus electis.

C. JULIUS CÆSAR DICTATOR II.
M. ANTONIUS MAG. EQU.

Cæſar deinde Ægypto in poteſtatem redacto, & victo Pharnace Romam rediit, & reliquis tribus anni menſibus Conſules elegit, qui ſequuntur.

Q. FUFIUS CALENUS. } Coſs.
P. VATINIUS. }

Ita ex Caſſiodoro, Dione, Svetonio, faſt. Capitol. & Sicul. Sigonius, Pighius, Mediobarbus, Almelovenius, & alii.

Numiſmata ad hunc annum ſpectantia habes apud Mediobarb. anno 707. Varron. U. C.

multuaretur, inductis à M. Antonio magiſtro A
eq. in urbem militibus, octingenti è plebe
cæſi ſunt. Cæſar veteranis cum ſeditione miſ-
ſionem poſtulantibus dedit. *Epitomæ*, *Dio*,
alii.

De re geſta à Cæſare in Ægypto, atque in Ponto.

BEllum hoc anno geſſit Cæſar in Ægypto
ad Alexandriam; in quo gerendo novem
(ut ait *Appianus*) menſes conſumpſit. Geſſit
autem id neque loco neque tempore æquo,
ſed hieme ac inops rerum omnium, & impa-
ratus, auctore *Suetonio*; hac occaſione. Quo
tempore ipſe Cn. Pompejum in Ægyptum per- B
ſequutus eſt, Ptolemæus puer cum ſorore
Cleopatra, quam paucis ante menſibus Regno
expulerat, armis decertabat. Cæſar ad ſe per-
tinere exiſtimans, quod Conſul eſſet, de con-
troverſiis regum cognoſcere, ſibi placere dixit,
Ptolemæum & ſororem à bello diſcedere, &
jure potius quam armis apud ſe de controver-
ſiis diſceptare. Itaque Cleopatræ (cujus etiam
amore captum fuiſſe eum ferunt) & Ptolemæo
majori Ægyptum, Arſinoë & Ptolemæo mino-
ribus Cyprum adjudicavit. Photinus autem
Regni pueri procurator, graviter ferens, Cleo-
patram in ſocietatem Ægyptii Regni veniſſe,
per Achillam exercitum in Cæſarem comparat,
qui exiguitate copiarum ejus fretus, Alexan- C
driam adortus, à Cæſare repellitur. Aſinoë,
vacuam Regni poſſeſſionem ſperans, ſe ex Re-
gia ad Achillam trajecit, & una bellum ad-
miniſtrare cœpit. Photinus interea à Cæſare;
Achilla poſt ab Arſinoë, orta inter eos de prin-
cipatu diſcordia, per Ganymedem, ad quem
imperium delatum erat, eſt interfectus. Hoc
bello his Cæſar detrimentis affectus eſt, pri-
mum, aquarum uſu, fiſtulis inciſis, ab hoſti-
bus ſpoliatus eſt, deinde, cum claſſis ejus di-
riperetur, facibus, quibus etiam inſignis illa
Ptolemæi bibliotheca flagravit, hoſtes propul-
ſare coactus eſt, poſt commiſſa ad Phatum pu-
gna, cum quamdam naviculam, ut ſuis opem
ferret, conſcendiſſet, ab hoſtibus oppreſſus, ſe D
è navicula ejecit; ac natans, vix ad ſuos in-
columis rediit. Poſtremo autem, cum Rex Pto-
lemæus ab eo ad Ægyptios ſpe fœderis feriendi
miſſus, apud eos manſiſſet, Cæſar ſummo cum
iis prœlio decertavit, in quo Rex cum magna
Ægyptiorum parte deletus, Arſinoë capta eſt.
Qua victoria parta, Cæſar Cleopatræ, & fratri
ejus minori Ptolemæo, Regnum Ægypti tra-
didit; atque in Pharnacem Boſpori Regem ſe
contulit. Hic enim cum à Pompejo bello Mi-
thridatico Boſpori Cimmerii Rex conſtitutus
eſſet, captato tempore, quo Romani inter ſe
armis contendebant, patrii recuperandi Re-
gni cupidus, Colchida & Armeniam, & Cap-
padociæ, & Ponti partem in poteſtatem E
adduxit; Domitium Calvinum, à Cæſare
ad ejus conatus comprimendos miſſum, pro-
fligavit; atque hac victoria ferox, reliquas
Ponti partes expugnata Amiſo occupavit.
Hinc cum in Boſporum ad domeſticos tu-
multus ſedandos rediret, accepto Cæſaris
in ſe ex Ægypto impetu, ſibi ſubſiſtendum
ratus, cum eo ad * Zeliam congreſſus, uno
prœlio fugatus, cum in Boſporum confuge-
ret, ab Aſſandro Boſporani tumultus auctore
eſt necatus. Quo factum eſt ut merito Cæſar
gloriatus ſit, ſe ita cum Pharnace pugnaſſe,
ut eadem hora venerit, viderit, & vicerit.
Cæſar, *Hirtius*, *Dio*, *Appianus*, *Plutarchus*.

De triumpho M. Æmilii Lepidi pro pr. ex Hiſpania.

HOc anno M. Lepidum ex Hiſpania trium-
phaſſe tradit *Dio* lib. XLIII. his verbis;
Cæſar ubi primum à M. Lepido Prætore di-
ctator dictus eſt, (id autem biennio ante fa-
ctum eſt) ipſum ſtatim poſt Præturam in ci-
teriorem Hiſpaniam miſit, & reverſum trium-
pho ornavit; cum tamen ille non ſolum ne-
minem viciſſet, ſed ne omnino quidem pu-
gnaſſet; hoc titulo, quod rebus à Longino &
Marcello geſtis interfuiſſet. Itaque Lepidus in
triumpho nihil aliud tulit quam pecunias,
quibus ſocios ſpoliarat. Hoc modo extulit
Lepidum Cæſar, eundemque ſibi Conſuli col-
legam, dictatori magiſtrum equitum ſubroga-
vit. De rebus autem à Q. Caſſio Longino &
M. Marcello quæſtore, Cæſare, & Servilio
Coſs. geſtis, idem tradit lib. XLII. Scriptum
eſt etiam in *Epitoma* CXI. ita; Propter Q.
Caſſii (ſic enim legendum, non Catuli) Præ-
toris avaritiam crudelitatemque, Cordubenſes
in Hiſpaniam cum duabus Varianis legionibus à
partibus Cæſaris deſciverunt. Probant etiam
hunc triumphum *Capitolini faſti*; in quibus M.
Lepidum anno DCCX. triumphaſſe II. ex Hi-
ſpania, ſcriptum eſt.

DE COS. AN. DCCVII. (4)

DE Magiſtratibus hujus anni non eadem
ſentiunt ii qui Capitolinos Magiſtratus
digeſſerunt, & qui annales Romanos ſcripſe-
runt. Nam illi Cæſarem dictaturam ſecundam
in annum tantum priorem geſſiſſe putant: hoc
autem anno dumtaxat Conſulatum cum M.
Lepido adminiſtraſſe: hi vero, Cæſarem hoc
anno dictaturam tertiam, & Conſulatum ter-
tium cum M. Lepido geſſiſſe ajunt; ita ut Cæ-
ſar hoc anno III. dictator fuerit, poſtero IV.
tertio V. Ergo omnis in eo quæſtio poſita eſt,
an Cæſar quater an quinquies dictator fuerit.
Verba eorum primum apponam, poſt quid
ipſe ſentiam, adſcribam. *Dio* ita lib. XLIII.
Poſtero vero anno dictaturam quoque una
cum Conſulatu, utrumque tertium geſſit, col-
lega ſibi ſubrogato in utroque Magiſtratu M.
Le-

(4) *Hoc eſt*; Anno ab U. C. 707.
Olymp. CLXXXIII. Anno III.
Ante Ær. Chr. 46.
C. JULIUS CÆSAR III. } Coſs.
M. ÆMILIUS LEPIDUS. }
Ita ex faſtis Capitol. Dione, Svet. &c. Sigonius, Panvinius, Pighius, Almelovenius, & alii. Mediobarbus & Petavius Cæſarem hoc anno iterum Dictatorem faciunt contra cit. Auct., at nos tutius Sigonio & ceteris inhæremus.
Quia verò antecedens annus complebatur circa Cal. Octobris veri, atque ideo Calendæ Januarii hujus anni cadebant circa Calendas ejuſdem Octobris veri, ideo à Calendis Octobris veri cœpit annus hic dictus *confuſionis*, nempe ab U. C. 107. juxta faſtos Capitol. & 108. juxta Varron. comput. Hunc igitur annum Julius Cæſar emendavit, ut docuimus in Differt. de Anno Rom. ad Numam Pompil. additis 90. diebus, ita ut fieret dierum 445. & ſequens annus ab U. C. 708. juxta faſtos Capitol. ſeu 709. juxta Varron. comput. eſſet annus I. Julianæ correctionis. In ea vero noſtra diſſertatione computavimus annos ab U. C. juxta Varronianam ſententiam, quod monuiſſe ſufficiat.

Lepido, & indice libri hoc modo; C. Julius C. F. Cæſar dictator cum M. Æmilio Lepido mag. eq. & Cos. III. cum Æmilio Lepido. Idem ſentire videtur *Suetonius*, cum ſcribit: Cæſar tertium & quartum Conſulatum titulo tenus geſſit, contentus dictaturæ poteſtate cum Conſularibus decretæ: atque utroque anno binos Conſules ſubſtituit ſibi in ternos noviſſimos menſes; ita ut medio tempore comitia nulla habuerit, præter Tribunorum & ædilium plebis; Præfectoſque pro Prætoribus conſtiruerit, qui præſente ſe res urbanas adminiſtrarent. Omnino ergo *Suetonius* cum *Dione* ſentire videtur; præterquam quod in ternos etiam hujus anni noviſſimos menſes, binos Conſules ſibi ſuffeciſſe eum ſcribit; quod nemo prodidit. *Dio* autem adjicit, Conſulem eum non niſi extremo hoc anno cum M. Lepido eſſe creatum. *Hirtius* etiam lib. V. auctor eſt, Cæſarem Africa recepta (recepit autem hoc anno) dictatorem fuiſſe III., deſignatum IV. A *Capitolinis* autem *lapidibus* ſtat etiam vetuſtiſſimus alter lapis, qui quondam Romæ fuit in hortis Colotianis, in quo multi Conſules horum temporum magna diligentia deſcripti ſunt; qui Cæſarem quater tantum dictatorem prodit, & fortaſſe etiam *Plutarchus*, qui inquit: Pharnaces victus eſt exitu ejus anni, quo Cæſar iterum dictator cum M. Antonio fuit; nam inſequentem annum Conſul creatus eſt. Item in Antonio; Cæſar III. Cos. deſignatus, non Antonium, ſed Lepidum collegam ſibi aſcivit. Et *Eutropius*, qui ita loquitur: Cæſar Pharnace victo ſe Romam contulit; & tertio ſe Conſulem fecit cum M. Æmilio Lepido, qui ei magiſter equitum dictatori ante annum fuerat. Ergo res ita habere videtur. Anno DCCIV. pulſo Italia Pompejo, Cæſar dictatura in ſex menſes capta, poſt XI. dies abdicavit, anno DCCV., victo occiſoque Pompejo, quo anno Conſulatum cum Servilio geſſit, decreta eſt ei dictatura altera in annum; quam poſtero anno cum M. Antonio magiſt. equitum geſſit. Eodemque anno, Scipione & Juba in Africa ſuperatis, decreta eſt ei dictatura tertia in X. annos, quam anno DCCVIII. cum M. Æmilio Lepido geſſit. Eodemque anno, victis in Hiſpania Pompeji filiis, dictatura quarta ei in perpetuum mandata eſt; quam geſſit anno DCCIX. cum M. Lepido magiſtro equitum II. M. Lepidus anno DCCIV. Præturam geſſit, *Cæſare*, & *Dione* auctoribus. In *faſtis Siculis* Cæſar cum Lepido Conſules ſuggeruntur. Lapidis *Colotiani* exemplum adamuſſim deſcriptum hoc loco placuit interponere; quod ejus ſæpe teſtimonio ſequentes faſtos confirmaturi ac expleturi ſumus.

C. JVLIVS. CÆSAR IIII. SINE CONLEGA DIC. =
SvF Q. FABIVS. MAXIM. C. TREBONIVS C. F.
SvF C. CANINIVS C. F.
= VLIVS. CÆSAR. DICT. IV. M. ÆMILIVS. M. EQ.
C. IVLIVS CÆSAR. V. M. ANTONIVS. M. F.
SvF. P. CORNELIVS P. F.
C. VIBIVS C. F. PANSA. A. HIRTIVS A. F.
SvF C. IVLIVS. CÆSAR. SvF Q. PEDIVS Q. F.
SvF C. CARRINAS C. F. SvF P. VENTIDIVS P. F.
= EMILIVS. M. ANTONIVS. IMP. CÆSAR IIIVIR. R. P. C.
EX A. D. V. K. DEC. AD PR. K. IAN. SEX.
= MVNATIVS L. F. M. ÆMILIVS M. F.
= ANTONIVS. P. SVLPICIVS CENS. LVST. N. F.
= ANTONIVS P. SERVILIVS P. F.
= N. DOMITIVS M. F. C. ASINIVS CN. F.
= VF. L. CORNELIVS. SVF. P. CANIDIVS P. F.

De re geſta à C. Cæſare Cos. in Africa.

C. Cæſar, Pompejo fugato, Ægypto ſubacta, Pharnace ſuperato, extremo anno, quo dictator iterum fuit, Romam rediit; atque haud ita multo poſt, media hieme IV. K. Jan. contra Scipionem & Jubam Mauritaniæ Regem, in Africam exercitum duxit: in quam poſt pugnam Pharſalicam P. Scipio & M. Cato ſe receperant, atque ibi partes Pompejanas, dum Cæſar in Ægypto moratus eſt, Juba ſocio adjuncto, confirmarant; cum earum imperium ad P. Scipionem delatum, Uticæ autem tutela & cuſtodia M. Catoni mandata eſſet. Ibi Scipio prœliis aliquot ſecundus elatus, collatis ad Tapſum cum Cæſare ſignis, in fugam cum exercitu conjectus; Afranii & Jubæ caſtra eodem impetu victoriæ à Cæſare capta ac direpta ſunt. Inde cum citato curſu Cæſar Uticam contenderet, ut vivum Catonem in poteſtatem adduceret, eum, audita ſuorum clade, ſibi mortem conſciviſſe invênit. Poſt prœlium Petrejus Jubam ſeque ipſum interemit. Scipio in nave circumventus, honeſtæ morti vocem quoque adjecit, quærentibus enim hoſtibus Imperatorem, dixit; Imperator bene ſe habet: atque ſe percuſſum in fluctus intulit. Fauſtus & Afranius, cum in poteſtatem veniſſent, occiſi ſunt. Catonis filio venia data eſt. Cæſar Romam exercitum deportavit, ob has res ei ſupplicatio XL. dierum decreta eſt. *Dio*, *Appianus*, *Hirtius*, alii. Hoc bello Numidia, quæ in poteſtate Regis fuerat, in provinciæ formam redacta eſt, *Hirtio*, *Appiano*, & *Vellejo* auctoribus, quamquam apud *Vellejum* inſignis labes eſt, ſic enim vulgo legitur: Ab eodem facta Numidicus Ciliciam perdomuit viſa viciſſet poſt bellum Antiochinum Cn. Manlius Vulſo Gallogræciam, loquebatur de Cæſare, à quo Gallia provincia facta erat, inde pergit; Ab eodem facta Numidia. Ciliciam perdomuit Iſauricus: & poſt bellum Antiochinum Cn. Manlius Vulſo Gallogræciam, ſic enim hiſtoriæ veritas legendum admonet.

De IV. triumphis C. Cæſaris, Gallico, Alexandrino, Pontico, Africano.

Eodem anno Cæſar Romam ex Africa reverſus, quatuor triumphos in urbem invexit, ut *Dio*, *Appianus*, *Plutarchus*, & *Suetonius* auctores ſunt. Nam *Caſſiodorus* eos in eum annum refert, quo ipſe cum Q. Fabio

bio Conſul fuit. *Suetonius* quater eodem menſe, interjectis diebus: itemque *Dio* & *Appianus* triumphatum referunt. *Florus* autem, cum poſt Hiſpanienſem victoriam, quam Cæſar poſtero anno retulit, horum triumphorum mentionem fecerit, ſatis indicare videtur, hos triumphos non hoc anno, ſed ſequenti fuiſſe actos. Triumphavit autem ex Galliis, ex Ægypto, ex Ponto, ex Africa. De Gallico triumpho ſic *Suetonius*: Primum & excellentiſſimum triumphum egit Gallicum; cujus die Velabrum prætervehens, pene curru excuſſus eſt, axe defracto. Et *Florus*; Primum de Gallia triumphum tranſmiſerat Rhenus & Rhodanus, & ex auro captivus Oceanus. Hoc triumpho narrat *Dio* & *Suetonius* milites Cæſaris inter carmina, qualia currum proſequentes joculariter canunt, etiam id pronuntiaſſe: *Gallias Cæſar ſubegit: Nicomedes Cæſarem. Ecce Cæſar nunc triumphat, qui ſubegit Gallias: Nicomedes non triumphat, qui ſubegit Cæſarem*. Quod iniquo animo à Cæſare latum tradit *Dio*, qui idem Vercingetorigem Gallorum Regem in triumpho ductum, poſt necatum ait: in triumpho autem Ægyptio, graviter animos populi Romani affeciſſe Arſinoën Reginam ductam, quamquam poſt à Cæſare fratrum rogatu dimiſſam: in triumpho Pontico titulum præ ſe tuliſſe, cum his verbis; VENI, VIDI, VICI; cum celeritatem victoriæ notare vellet. Ex Africa autem triumphavit, non ut de victis civibus, quod nemo ante fecerat; ſed tamquam de Juba Rege, quo in triumpho graviter tulit, populus Romanus imagines civium Romanorum, qui victi fuerant, & eorum caſus deſcriptos transferri; ut Catonis, Scipionis, Afranii, & aliorum. Juba Regis filius, is, qui hiſtoriam ſcripſit, captivus in hoc triumpho ductus eſt. Ac reliquos quidem triumphos ex vetere inſtituto egit, ultimo autem die, poſtquam cœnatum eſt, ipſe in ſuum forum calceatus, & variis floribus coronatus venit; atque inde domum, univerſo populo proſequente, & multis elephantis lampadas ferentibus, ſe recepit. Ita *Dio*. Adjicit de horum triumphorum ornatu *Vellejus*; Gallici triumphi apparatum, ex citro; Pontici, ex acantho; Alexandrini, teſtudine; Africi ebore; Hiſpanienſis, argento raſili conſtitiſſe. Idem triumphis actis, magnis populum congiariis affecit; ludos fecit, epulum dedit; gladiatores & naumachiam ludis funebribus Juliæ filiæ edidit; ædem Veneri Genitrici prœlio Pharſalico votam dicavit: forum Julium exſtruxit: judicia equitibus & Senatoribus communicavit; prætoriis provinciis annum, Conſularibus biennium ſtatuit: annum ordinavit: Senatum ſupplevit, patricios adlegit. *Dio*, *Appianus*, *Plutarchus*, *Suetonius*.

De cenſu à C. Cæſare acto.

AFrica à Cæſare ſubacta, ſingulares ei à Senatu honores decretos invenio apud [A] *Dionem*: in primis autem XL. dierum ſupplicationem, triumphos quatuor, dictaturam in decennium: atque ut moribus præfectus eſſet in triennium, eo enim nomine eum potius quam Cenſorem appellandum eſſe putaverunt: quod Cenſoris nomen parum ei decorum eſſe exiſtimarent. Itaque eum hoc anno cenſum egiſſe, ac pro CCCXX. millibus civium, quæ ante civile bellum cenſa eſſent, CL. millia tantum, reliquis bello civili confectis, inveniſſe, cum autem ipſe civium paucitatem ex cenſu cognoſceret, præmia iis, qui liberos multos procreaſſent, propoſuiſſe. Hæc etiam *Appianus* & *Zonaras*. *Suetonius* autem ita: Recenſum populi nec more nec loco ſolito, [B] ſed vicatim per dominos inſularum egit: ac, ne qui novi cœtus recenſionis cauſſa moveri quandoque poſſent, inſtituit quotannis in demortuorum locum ex iis, qui recenſiti non eſſent, ſubſortitio à Prætore fieret. Hujus cenſuræ non meminerunt ii, qui *Capitolinas tabulas* deſcripſerunt; quia extraordinarius hic Cæſaris honos fuit, non enim Cenſor, ſed *Præfectus morum* appellatus eſt; neque duo (ut ante) Cenſores, ſed unus dumtaxat cenſum egit: neque in XVIII. menſes, ſed in tres annos creatus eſt. Hinc *Cicero* etiam in epiſtolis Cæſarem Præfectum moribus appellat.

De Cæſare Dictatore $\overline{III}$., & Conſulibus an. DCCVIII. (5)

[C] CÆſarem dictatorem $\overline{III}$. cum M. Lepido magiſtro eq. in hunc annum reperio prodi ab iis qui *Capitolinas* & *Colotianas tabulas* exararunt, a quibus diſſentit (ut dixi) *Dio*, qui hoc anno Cæſarem dictatorem $\overline{IIII}$. Lepidum magiſtrum equitum $\overline{II}$. tradit: atque ipſum Lepidum in Conſulatu, quem cum Cæſare geſſit, ſe ipſum magiſtrum equitum contra leges renuntiaſſe. Hæc de dictatore. De Conſulibus vero hæc: Exſtat in Indice *Dionis* ſcriptum, in eundem annum Cæſarem dictaturam quartam, & Conſulatum quartum ſine collega geſſiſſe, in ipſius autem hiſtoriæ expo[D]ſitione, comperio Cæſarem quartum Conſulatum ſtatim iniiſſe; neque tamen uſque ad extremum annum geſſiſſe; verum ubi in urbem ex Hiſpania reverterit, abdicaſſe, ac Q. Fabium Maximum, & C. Trebonium ſibi in reliquum anni ſuffeciſſe. *Dionis* autem verba de Cæſare $\overline{IIII}$. Conſule ſolo, non abhorrent ab iis, quæ in *fragmentis Capitolinis* ſcripta ſunt, in quibus apparet Cæſarem $\overline{IIII}$. Conſulem fuiſſe (ut ego interpretatus ſum) ſine collega, nam *faſti Cuſpiniani* cum *Siculis*, CÆSAREM etiam Conſulem $\overline{IIII}$. ſolum produnt. *Appianus* item, & *Plutarchus* meminerunt Cæſaris, qui $\overline{IIII}$. Cos. deſignatus, in Hiſpaniam duxit exercitum. Q. Fabium trimeſtrem Cos. vocat *Sue*[E]*tonius*. Addit præterea *Dio*, Cæſarem, mortuo Q. Fabio Cos. ultimo anni die, in reliquas horas C. Caninium Conſulem declaraſſe. Qua de re ſic *Cicero* ad Curium lib. VII. In campo cum

(5) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 708.
Olymp. CLXXXIII. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 45.
Annus I. Julianæ correctionis biſſextus. Annus verò Julianus 4669.
Hinc incipit Chronologia Blanchini ad Vitas Pontif.
C. JULIUS CÆSAR CONSUL ſolus IV. & DICTATOR III. perpetuus.
Æxtremo ſui Conſulatus anno Jul. Cæſar ſuffecit ſibi Conſules
C. FABIUM MAXIMUM, cui prid. Cal. Jan. mortuo ſuffecit
CANINIUM REBULUM honoris gratia in paucas horas.
C. TREBONIUM.
Cum autem Jul. Cæſar ſimul Dictator eſſet, aſſumpſit
M. ÆMILIUM LEPIDUM MAG. EQU.
Ita ex Dione, faſtis Capitol. & tab. Collotiana Sigonius, Pighius, Mediob. Almelov. & alii.
Vide Numiſmata Mediobarbi.

eum hora ſecunda comitiis quæſtoriis inſtitutis, A
ſella Q. Maximi, quem illi Conſulem eſſe di-
cebant, poſita eſſet, eo mortuo nuntiato ſella
ſublata eſt. Ille autem, qui comitiis tributis
eſſet auſpicatus, centuriata habuit; Conſulem
hora ſeptima renuntiavit, qui uſque ad K. Jan.
eſſet, quæ eſſent futuræ mane poſtridie. Ita
Caninio Conſule ſcito neminem prandiſſe, ni-
hil tamen eo Conſule mali factum eſt, fuit
enim mirifica vigilantia, qui toto ſuo Conſu-
latu ſomnum non viderit. Hinc *Suetonius* dixit:
Prid. K. Jan. repentina Conſulis morte ceſſan-
tem honorem in paucas horas petenti dedit.
Et *Macrobius* lib. II. Caninius Rebilus, qui
uno die (ut *Servius* retulit) Conſul fuit, ro-
ſtra cum aſcendiſſet, pariter honorem iniit B
Conſulatus, & ejeravit, quod Cicero, gau-
dens omni occaſione urbanitatis, increpuit;
λογοθεώρως eſt Caninius Conſul. Deinde; Hoc
conſequutus eſt Rebilus, ut quæreretur qui-
bus Conſulibus Conſul fuerit. Dicere præte-
rea non deſtitit; Vigilantem habemus Conſu-
lem Caninium, qui in Conſulatu ſuo ſomnum
non vidit. Idem lib. VII. Sunt alia ſcommata
minus aſpera; ut *Tullius* in Conſulem, qui
uno tantum die Conſulatum peregit. Solent,
inquit, eſſe flamines diales; modo Conſules
diales habemus. Et in eundem; Vigilantiſſi-
mus eſt Conſul noſter, qui in Conſulatu ſuo
ſomnum non vidit. Eidemque exprobranti
ſibi, quod ad eundem Conſulem non veniſſet; C
Veniebam, inquit; ſed nox me comprehendit.
Et *Plinius* lib. VII. Q. Fabius Max. in Con-
ſulatu ſuo prid. Kal. Jan. mortuus eſt, in cu-
jus locum Rebilus pauciſſimarum horarum
Conſulatum petiit. De Caninio Rebilo idem
Suetonius & *Plutarchus* in Cæſare. C. autem
Trebonius, is eſt, qui anno DCCV. prætor
urbanus cum M. Cœlio Ruſo prætore conten-
dit, quique poſt in Cæſarem conjuravit, quem
Conſularem occiſum eſſe à Dolabella, & à
Cæſare ad Conſulare provectum faſtigium,
ſcribit *Vellejus*.

De honorariis Conſulibus creari cœptis.

EX hoc anno, ut narrat *Dio*, HONORA- D
RII CONSULES creari cœpti ſunt. Nam
Cæſar, cum neque in annum, neque in reli-
quum anni ſpatium Conſulatum geſſiſſet, ſed
vivens, ac nullis legibus atque auſpiciis coa-
ctus abdicaſſet, alium honoris ejus dumtaxat
gratia, ſibi ſubrogavit, quo exemplo multi
alii inſequentibus deinceps annis non in to-
tum annum, præter paucos; ſed alii in plu-
res, alii in pauciores aut menſes aut dies crea-
ti ſunt, ex quibus qui Kal. Jan. inierunt, ii
tantum nomen anno dederunt: reliquorum,
qui in parte anni fuerunt, niſi forte memora-
bile aliquid geſſerunt, vix ulla conſervata
memoria eſt. Itaque eos ſe perſequuturum E
eſſe *Dio* negat, quos nos, quanta maxima di-
ligentia potuimus, conquiſitos afferemus. Hoc
autem inſtitutum auctum eſſe à Triumviris
R. P. C. idem ait L. Marcio, C. Calviſio Coſs.
ut ipſi gratiæ cauſſa multos in eundem annum
Conſules deſignarent, qui in paucos menſes,
aut etiam dies, Magiſtratum gererent: nam
hoc tempore ſuffectos fuiſſe illos, qui iis pla-
cuerunt, qui, ut in totum annum Magiſtra-
tum gererent, deſignati fuerant; poſt vero ne-
minem in totum annum, verum in alias atque
alias anni partes alios atque alios Conſules
fuiſſe deſignatos, qui paucis noti erant, ac pro-
pterea *Minores Conſules* vocabantur. Idem au-
tem in prætoribus etiam & quæſtoribus factum
eſſe: hoc enim ab iis quæſitum, non ut ipſi
domi poteſtatem haberent, ſed ut in faſtis Ma-
giſtratuum legerentur, quo etiam tempore
obſcuriſſimi homines in Senatum lecti ſunt.

De re geſta à Cæſare in Hiſpania cum filiis Cn. Pompeji & triumpho ejus.

BEllum hoc anno à Cæſare geſtum eſt in
Hiſpania cum filiis Cn. Pompeji Magni
acerrimum, qui ibi exercitum maximum re-
paraverant; hac de cauſſa. Milites, qui ſub
Longino Cæſaris legato in Hiſpania merue-
rant, cum imperante illo ſeditionem feciſſent,
ſuccedente ei C. Trebonio quieverunt illi qui-
dem; verum metu Cæſaris, ad Scipionem
clam in Africam de defectione legatis miſſis,
Scipionem, ut in Hiſpaniam Cn. Pompejum
Magni filium mitteret, impulerunt, qui, cum
ad eos contenderet, Gymneſiis ſubactis inſu-
lis, morbo implicitus, in itinere ſubſtitit.
Milites interea comperta Scipionis in Africa
clade, veriti ne ante à Didio profligarentur,
quem cum claſſe adverſus ſe à Cæſare mitti
audierant, quam Pompejus accederet, T.
Quinctio Scapula & Q. Aponio ducibus le-
ctis, Trebonium ejecerunt, atque Bæticam
omnem ad defectionem ſollicitarunt. Interea
Pompejus adveniens, cum ulterioris Hiſpaniæ
potitus eſſet, dum Cæſar muneribus dandis in
Italia detinetur, partim precibus, partim vi
magna comparata manu, provinciam vaſtare
cœpit. Jam enim ad eum Scapula imperium
detulerat; & quicumque olim ſub Afranio ſti-
pendia fecerant, quique ex Africana pugna
profugerant, Sextus frater, Varus, & Labie-
nus, ei ſe adjunxerant. Cum autem crebris
nuntiis in Italiam miſſis civitates inimicæ Pom-
pejo auxilia ſibi poſtularent, C. Cæſar magnis
itineribus in Hiſpaniam cum exercitu ſpatio
dierum XXVII. venit, neque enim Q. Pædius
aut Q. Fabius Max. quos legatos ante exer-
citui præfecerat, jam Pompeji impetum ſuſti-
nere poterant. Varo à Didio ad Crantiam na-
vali prœlio victo, obſidente Ullam Cn. Pom-
pejo, Cæſar advênit. Is adducto ad Cordu-
bam, quæ à Sex. Pompejo tenebatur, exerci-
tu, Cnæum ab Ulla, quam prope ceperat,
avocavit: ipſe Ateguam circumvallatam obſe-
dit, eò Pompejus accurrens, equitatum Cæ-
ſaris circumventum prope concîdit. Ategua
poſt à Cæſare capta eſt a. d. XI. K. Mart. ipſe
Imperator appellatus eſt, deinde Corduba,
poſt Hiſpalis, poſtremo Munda prid. Id. Apri-
lis in poteſtatem Cæſaris pervenerunt, is ul-
timo prœlio ad Mundam deſperatis rebus,
etiam de nece cogitaſſe dicitur. Cn. Pom-
pejus, cum ex prœlio effugiſſet, deprehenſus
ac interfectus eſt. Cæſar univerſa recepta Hi-
ſpania, ac bellis civilibus omnibus confectis,
Romam deceſſit. Hac victoria ei decretæ ſunt
quinquaginta dierum ſupplicationes, atque
triumphus quintus; quo triumpho nihil eſſe
populo Romano potuit gravius, etenim de ci-
vibus actus eſt, non de Hiſpanis. *Dio*, *Ap-
pianus*, *Hirtius*, *Plutarchus*, alii. *Vellejus* re-
verſum Cæſarem ex Hiſpania ait menſe Octo-
bri. Cum autem triumphus Q. Fabii Maximi
hoc anno III. Id. Octobr. poſt Cæſaris trium-
phum actus ſit, facile intelligi poteſt, paulo
ante eum diem Cæſarem triumphaſſe. *Plinius*
lib.

lib. XIV. cap. XV., Cæſar Hiſpanienſi triumpho Chium & Falernum dedit.

De triumphis Q. Maximi Conſulis, Q. Pedii pro Cos. ex Hiſpania.

POſt Cæſarem Q. Maximum de Hiſpania triumphaſſe, docet *Quinctilianus* lib. VI. cum ait; Chryſippus, cum in triumpho Cæſaris eburnea oppida eſſent translata, & poſt dies paucos Fabii Maximi lignea, thecas eſſe oppidorum Cæſaris dixit. Q. Fabium Maximum Conſulem, Q. Pedium pro Cos. de Hiſpania hoc anno; III. Id. Octobris illum, hunc Idib. Decemb. triumphaſſe, ſcriptum eſt in *Capitolinis tabulis*. Hos Cæſar in Hiſpaniam adverſus Pompejum cum exercitus parte præmiſerat, itaque eos *Dio* Prætores, ac Proprætores appellat. Quamquam autem ipſi per ſe rem non bene geſſerunt, tamen eos triumphare Cæſar voluit, ut de civibus Romanis in Hiſpania victis tres triumphi agerentur, in quo maxime populi Ro. animum perculit, ut ait *Dio*: qui idem hos ligneis oppidorum imaginibus riſum moviſſe populo ſcribit. Hinc *Plinius* libro XXXV. cap. IV. Q. Pedium triumphalem & Conſularem vocat, eſt enim poſt Conſul cum C. Cæſare Divi F.

De Cæſare Imperatore appellato, & aliis honoribus ei habitis.

CÆſar victis Pompeji in Hiſpania filiis, atque omnibus civilibus bellis confectis, novos quoſdam ac ſingulares honores ſibi decerni à Senatu paſſus eſt; in primis autem, ut *Pater patriæ* diceretur; *Conſul in decennium*, (quem tamen honorem poſt aſpernatus eſt) *dictator in perpetuum* eſſet; *ſacroſanctus* haberetur; Quinctilis menſis à ſuo nomine *Julius* appellaretur; comitia etiam tributa in poteſtate haberet; in acta ſua Magiſtratus ineuntes jurarent; poſtremo etiam, ut IMPERATOR appellaretur. IMPERATOREM autem intelligi voluerunt, non eum, qui re bene geſta id nominis vel militari ſtudio, vel Senatus auctoritate conſequutus: ſed qui potentiam & auctoritatem in Republica ſummam adeptus eſſet. Quo nomine ipſe primus, ac deinde filii & nepotes ejus S. C. affecti ſunt, quod prænomen appellat *Suetonius*, cum ait: Tiberius prænomen Imperatoris recuſavit. Quo factum eſt, ut qui poſt eum ſummum jus in Rep. obtinuerunt, IMPERATORES appellati ſint. Neque vero priſca illa & militaris Imperatoris appellatio antiquata eſt, ea enim ornabantur, cum rem proſpere in bello geſſiſſent. Itaque notas etiam rei ſæpius bene geſtæ addebant, cum ii., iii., aut iiii. ſe Imperatores ſcriberent: ut apud *Joſephum* lib. XIIII. Antiquitatum; C. Cæſar Imp. iiii., Coſ. v., Dictator perpetuus. Et in antiquo epigrammate, hoc; IMP. CÆSAR DIVI F. AUG. PONT. MAX. COS. XIIII. IMP. XX. TRIB. POT. XXXVII. P. P. itemque in aliis, de quibus poſt dicemus. *Cicero* etiam in Philippicis objecit Antonio, quod aſcribi in faſtis ad Lupercalia juſſerit; C. CÆSARI DICTATORI PERPETUO M. ANTONIUM CONSULEM POPULI JUSSU REGNUM DETULISSE. Quemadmodum autem Cæſari Imperatoris nomine ſummum in Rep. jus & imperium traditum eſt, ſic dictatura eidem, ut ſummam haberet in Rep. auctoritatem, mandata eſt; neque enim aut rei gerendæ, aut ſeditionis ſedandæ, aut comitiorum habendorum, aut ulla alia legitima cauſſa, Dictatorem eum factum accepimus. Ex quo intelligi poteſt, ut altiſſimum auctoritatis in Rep. faſtigium obtineret, eum Dictatorem eſſe creatum, quod ipſi hoc verbo conſtituendæ Reip. voluiſſe exprimere videntur. Itaque ego ſilentibus in tanta re Romanis annalibus, cum ii., & iii., & iiii. Dictatorem conſtituendæ Reip. cauſſa, id eſt, ut ſummo jure, atque maximo in Rep. imperio uteretur, eſſe creatum ſcripſi; nam primam dictaturam comitiorum habendorum cauſſa cepit.

De Cæſare Dictatore iiii., Conſule v., ann. DCCIX. (6) & Magiſtris equitum, & Cos.

D*Io* in hunc annum Cæſarem Dictatorem v. cum M. Æmilio Lepido magiſtro eq. edit: *tabulæ* autem *Capitolinæ* & *Colotianæ* eum Dictatorem iiii. profitentur. De magiſtro eq. ſcribit *Appianus*, Cæſarem ſe cum M. Antonio magiſtro eq. Conſulem renuntiaſſe; ac M. Lepidum, qui Hiſpaniam per legatos adminiſtrabat, pro Antonio ſibi magiſtrum equitum cooptaſſe, *Dio* autem, Cæſarem Conſules in biennium proximum deſignaſſe, & ipſum utroque anno dictaturam fuiſſe geſturum; cumque ille alium quendam magiſtrum equitum dixiſſet, Octavium etiam, quamquam adoleſcentem, dixiſſe: cum autem Antonius toto anno Conſulatum geſturus eſſet, ac ipſe Lepidum Galliæ Narbonenſi & Hiſpaniæ citeriori præfeciſſet, duos pro iis alios ſeorſum utrumque magiſterium equitum gerere voluiſſet. Quibus ex verbis hunc ſenſum elicio; Cæſarem in Antonii locum dixiſſe Magiſtrum eq. M. Lepidum, at vero cum Lepidus in Hiſpaniam & Galliam paludatus exiturus eſſet, tertium quendam magiſtrum eq. atque etiam quartum ſibi cooptaſſe; tertium autem fuiſſe C. Octavium, qui initurus erat, ubi primum Lepidus paludatus exiret; quartum, Cn. Domitium Calvinum, qui cum eſſet in inſequentem annum deſignatus, interfecto Cæſare Dictatore, non iniit. Hujus autem facti hanc cauſſam *Dio* reddit; quod cum Cæſar multis ſe debere ſentiret, his honoribus eorum beneficia compenſare voluerit. Itaque *Appianus* etiam ait: Octavius magiſter equitum factus in annum à Cæſare fuerat; ex quo Cæſar amicos hoc onere afficiens, annuum eum reddiderat. *Pli-*

(6) *Hoc eſt:* Anno ab U. C. 709.
Olymp. CLXXXIV. Anno I.
Ante Ær. Chr. 44.
C. JULIUS CÆSAR V. } Coſs.
M. ANTONIUS. }
Occiſo Idibus Martii Jul. Cæſare, ſuffectus eſt illi
P. CORNELIUS DOLAUELLA.
Eodem ſimul anno:
C. JULIUS CÆSAR DICTATOR IV.
M. ANTONIUS MAG. EQU. diebus paucis, cui ſuffecit
M. ÆMILIUM LEPIDUM diebus paucis, cui ſuffecit
C. OCTAVIUM diebus paucis, cui ſuffecit
CN. DOMITIUM CALVINUM.
Atque ita Cæſar duorum menſium & dimidii ſpatio quatuor habuit Magiſtros Equitum.
Ita ex Dione, Plutarcho, Appiano, faſt. Capitol. & tabula Collotiana Sigonius, Pighius, Almeloveenius, & Mediobarbus, qui tamen facit occiſum Cæſarem Cal. Mart. contra aliorum omnium opinionem.

A *Plinius* lib. VII. Repulſa Auguſti in magiſterio equitum apud avunculum; & contra voluntatem ejus prælatus Lepidas. Quod autem in *fragmentis Capitolinis*, quæ ante divulſa, à me conjuncta ſunt, eſt, PALUDATUS, id eò pertinet, quod ſcribit *Dio*, M. Lepidum tum ad urbem cum exercitu & imperio fuiſſe: erat autem exiturus in Galliam ulteriorem & Hiſpaniam citeriorem; quas ei decedens à bello Hiſpanienſi Cæſar tribuerat, cum ulteriori Hiſpaniæ C. Aſinium Pollionem præfeciſſet. Hæc de Dictatore & magiſtris equitum. De Conſulibus autem hæc accepimus. Cæſarem una cum M. Antonio dictaturam quintam, & Conſulatum quintum geſſiſſe, *Dio*; *Appianus*, B eundem ſe cum M. Antonio Conſulem creaſſe ſcribunt. In hunc item annum Cæſarem $\overline{\text{v}}$. & M. Antoninm prodit cum *faſtis Siculis Caſſiodorus*. Eorum memiuit quoque lib. primo *Macrclius*: Quinctilis (inquit) menſis *Julius* vocatus eſt in honorem Julii Cæſaris dictatoris, legem ſerente M. Antonio M. F. Cos. quod hoc menſe a. d. IV. id. Quinctilis procreatus ſit. In *Capitolinis* præterea & *Colotianis tabulis* ſcriptum eſt, C. Cæſarem $\overline{\text{v}}$. cum M. Antonio M. F. Conſulem fuiſſe; Cæſari autem ſuffectum P. Cornelium P. F. Hic autem fuit P. Cornelius Dolabella; quem etiam Cæſar, ſi vixiſſet, ſibi fuit ſubſtituturus. Hic ad Conſulatum pervênit nondum Prætorius, *Dione*; XXV. annos C natus, *Appiano* auctoribus. Tradit *Plutarchus*, Cæſarem $\overline{\text{v}}$. Conſulem, M. Antonium ſibi collegam cooptaſſe, cum autem ſibi Dolabellam ſufficere vellet, eaque de re ad Senatnm retuliſſet, Antoninm oratione obſtitiſſe: poſt autem, cnm iterum Cæſar renuntiari Dolabellam Conſulem juſſiſſet, obnuntiante Antonio, Cæſarem incœpto deſtitiſſe. Interfecto autem Cæſare, Antonium, ſcribit *Dio*, Dolabellam collegam ſibi adjunxiſſe, veritum, ne ſeditio oriretur, ſi eum repudiaſſet. *Appianus* Dolabellam, qui in reliquum tempus anni, ubi Cæſar in Parthos paludatus exiſſet, Conſul futurus erat, Cæſare occiſo, ſtatim ait iniiſſe. Unde *Vellejus*: Dolabella, cæſo Cæſare, quem ſubſtituturus ſibi D Conſulem Cæſar deſignaverat, faſces atque inſignia corripuit. Dolabellæ Syria, Antonio à Senatu Macedonia, à populo citerior Gallia decreta eſt.

De ovatione C. Cæſaris dict. $\overline{\text{IIII}}$.

C. Cæſarem dictatorem $\overline{\text{IIII}}$. VII. K. Febr. ex monte Albano ovantem urbem iniſſe, invenio ſcriptum in *Capitolinis triumphis*, eumque triumphum ſextum Cæſaris appellari. Hoc eſt autem id de quo ſcribit *Dio*, permiſſum eſſe inter alios honores Cæſari, ut poſt ferias Latinas in urbem ex monte Albano inveheretur; ideſt, ut ipſe ait, ἐκ τοῦ Ἀλβανοῦ ἐς τὴν πόλιν ἐσελαύνειν, unde etiam paulo poſt; ἐσιππεύοντα αὐτὸν ἀπὸ τοῦ Ἀλβανοῦ, βασιλέα αὐτὸν ὠνόμασαν, quo E in loco vereor ne legendum ſit, ἐσιππεύοντα αὐτὸν ἐκ τοῦ Ἀλβανοῦ ut ſit; *Eundem in urbem equo vectum ex Albano, Regem quidam appellarunt*, ſiquidem ita ſcribit *Plutarchus*; καὶ καταβαίνοντος ἐξ Ἄλβης Καίσαρος εἰς τὴν πόλιν, ἐτόλμησαν αὐτὸν ἀσπάσασθαι βασιλέα, ideſt, *Quin etiam Cæſarem ex Alba in urbem deſcendentem, Regem ſalutare auſi ſunt*. Dixi autem ſupra quemadmodum *Equo vehi* uſurpetur à *Dione* pro *Ovantem inire*. Neque vero hic honos idem eſt cum eo, cujus Papirius Maſo auctor fuit, ille enim in monte Albano triumphum agere inſtituit: huic conceſſum, ut feriis Latinis actis, in urbem ovans ex monte Albano iniret, cujus rei vix meminit *Suetonius*, ſic: Cum è ſacrificio Latinarum revertente eo, inter immodicas ac novas populi acclamationes; quidam è turba ſtatuæ ejus coronam lauream candida faſcia præligatam impoſuiſſet, &c.

De C. Cæſare interfecto, & bello civili Antoniano ad Mutinam excitato.

Nihil eſt ut Cæſare, ſic cæde Cæſaris illuſtrius, quo nos eam etiam brevius, ut cetera perſtringemus, qui plura deſiderabit, is *Dionem*, *Appianum*, *Plutarchum*, alioſque, qui hæc plurimis verbis perſequuntur; adire poterit. Singulares igitur Cæſari à Senatu, quos ſupra breviter attigimus, exquiſiti honores; invidiam ei apud cives excitarunt: præterea quod ille Senatum, ſe cum plurimis honorificentiſſimiſque decretis adeuntem; ſedens pro æde Veneris Genitricis excepit; & quod diadema à M. Antonio Conſule collega ſuo inter Lupercos currente, capiti ſuo pro roſtris impoſitum, in ſella repoſuit; & quod Epidio Marullo & Cæſettio Flavo Tribunis plebis, invidiam tamquam Regnum affectanti moventibus, poteſtatem abrogavit; & quod proximo Senatu fama percrebuerat, L. Cottam Quindecimvirum ſententiam dicturum, ut quoniam libris fatalibus contineretur, Parthos niſi à Rege non poſſe vinci, ipſe Rex appellaretur. His de cauſſis conſpiratione in eum facta, cujns principes M. Brutus & C. Caſſius, & ex Cæſaris partibus D. Brutus ac C. Trebonius fuerunt, idibus Mart. in curia Pompeji XXIII. vulneribns occiſus eſt; occupatumque ab interfectoribus ejus Capitolium. Oblivione deinde cædis ejus in ſententiam Ciceronis à Senatu decreta, obſidibus Antonii & Lepidi filiis acceptis, conjurati è Capitolio deſcenderunt. Cæſaris corpus, cum in campum Martium deferretur, à plebe ante Roſtra crematum eſt. Dictatura lege Antonii Conſulis in perpetuum ſublata. C. Amatius, humillimæ ſortis homo, qui ſe C. Marii filium ferebat, cum apud credulam plebem ſeditiones moveret, juſſu Dolabellæ, qui in locum Cæſaris Conſulatum exceperat, interfectus eſt. C. Octavius ſororis Cæſaris nepos, teſtamento heres ex parte dimidia inſtitutus, & in nomen adoptatus, Romam ex Epiro venit, quò illum Cæſar præmiſerat, bellum in Parthos illaturus; ominibuſque proſperis exceptus, ex teſtamento nomen Cæſaris aſſumpſit. In confuſione rerum ac tumultu, M. Lepidus pontificatum maximum in locum Cæſaris intercepit. Senatus Dolabellæ Syriam, Antonio Macedoniam provincias decrevit. Poſt autem cum M. Antonius impotenter dominaretur, legemque de Macedonia provincia permutanda, & Gallia citeriore accipienda, quam à Senatu impetrare non poterat, ad populum per vim tuliſſet, & Octavium quoque, petentem ut ſibi adverſus avunculi percuſſores adeſſet, magnis injuriis affeciſſet. Octavius ſibi & Reip. vires contra eum paraturus, deductos à patre in colonias veteranos excitavit, legiones Martia & quarta, ſigna ab Antonio ad Octavium tranſtulerunt, deinde & complures ſævitia M. Antonii paſſim in caſtris ſuis trucidati, quia ei ſuſpecti erant, ad eundem deſciverunt. D. Brutus, qui provinciam Galliam primum à Cæſare datam, poſt, interfecto eo, à Senatu confirmatam pro Cos. obtinebat, ut

irrumpenti in eam Antonio obſiſteret, Mutinæ cum exercitu ſubſtitit, ſeque ab Antonio ibi circumvallatum obſideri permiſit. *Appianus*, *Dio*, *Plutarchus*, *Epitomæ*, omnes.

DE COS. AN. DCCX. (7)

CAſſiodorus, & cum *Siculis* ceteri, Conſules edunt in hunc annum C. Panſam, A. Hirtium, quos *Dio* vocat C. Vibium Panſam Capronianum, A. Hirtium A. F. id, quod recte factum puto; in libro enim pervetuſto, quem *Cuſpinianus* ſæpe citat auctorem, ita eſt;

C. Julius ========
Cretonianus ========
M. Æmilius II. ========
= Antonius Servilius Iſauricus II.

ex quo apparet, Cretonianum cognomen eſſe Panſæ, forte corruptum, pro Caproniano. Hirtius, unus exſtitit ex filiis proſcriptorum à Sulla, quos Cæſar ad honores evexit; auctore *Dione*. Idem A. Hirtius A. F. dicitur in *tabula Capitolina*: C. Panſa C. F. in *Colotiana*, oſtendit etiam mihi nummos duos argenteos *Paulus Manutius*, qui in hoc literarum genere, ſingulari cum induſtriæ & doctrinæ laude jam per multos annos verſatur; in quorum altero erat; C. VIBIUS C. F. PANSA: in altero; C. VIBIUS C. F. C. N. PANSA. Hunc annum, quo Hirtius & Panſa Conſules fuerunt, vocant *Solinus* & *Rufus* DCCX. ab Urbe condita; in quo cum Capitolina ſumma conſentiunt. Hi Conſules ante à Cæſare deſignati fuerunt, quam interficeretur, tum cum expeditionem in Parthos adornans, in inſequentes plures annos magiſtratus creavit. C. Panſa anno DCCII. Marcello & Sulpicio Coſs. Tribunatum pl. geſſit; quemadmodum ex epiſtola quadam *Cœlii* colligitur.

De Hirtio & Panſa Coſs. ad Mutinam Antoniano bello occiſis.

DUm M. Antonius Brutum Mutinæ obſidebat, K. Jan. Hirtio & Panſa Coſs. in ſententiam Ciceronis S. C. factum eſt, ut C. Cæſar, qui privato conſilio pro Rep. arma contra Antonium ſumſerat, pro Prætore bellum gereret, Senator eſſet, & ſententiam loco Prætorio diceret. D. Bruto, qui Antonio reſtitiſſet; & legionibus, quæ eum reliquiſſent, maxima quoque laus tributa eſt. Cum legati ad Antonium de pace miſſi L. Piſo, L. Philippus, Ser. Sulpicius, re infecta reverſi eſſent, Populus Romanus saga ſumpſit, belloque contra Antonium à Senatu decreto, Hirtius Conſul ad bellum profectus, eumque paucis poſt diebus Panſa conſequutus eſt. Cæſar atque Hirtius, Bononia in poteſtatem redacta, propius admotis caſtris, Brutum de ſuo adventu atque auxilio certiorem fecerunt. Prœliis aliquot ſecundis elatus Antonius, relictis qui Cæſaris & Hirtii caſtra oppugnarent, clam in Panſam advenientem Bononiam verſus XVII. Kal. Maji contendit, ac proſpere cum eo pugnavit. Audita re Hirtius redeunti in ſua caſtra Antonio ſe obtulit, ac fuſis ejus copiis, fortunam utriuſque partis æquavit: ex ea re & Conſules & Cæſar Imperatores tum à Senatu, tum à militibus appellati ſunt; quamvis Panſa male pugnaſſet, Cæſar omnino ne pugnaſſet quidem. Paucis poſt diebus ſummo prœlio dimicatum eſt; in quo fugatus & caſtris atque exercitu exutus Antonius, ad M. Lepidum Proconſulem in Galliam cum paucis profûgit. Hirtius poſt victoriam inimicorum caſtris ſaucius obiit. Panſa paucis poſt diebus Bononiæ item ex vulnere mortuus eſt. Bruto & Mutina obſidione liberatis, ſolus Cæſar incolumis glorioſiſſima victoria potitus eſt. *Dio*, *Appianus*, *Galba* in epiſtolis, alii.

De C. Cæſare Octaviano, & Q. Pedio Coſs. ſuffectis.

C. Octavius, patre natus eſt C. Octavio, viro prætorio, cujus ante meminimus; matre Atia, quæ ex Julia Cæſaris dictatoris ſorore, & M. Atio Balbo genita fuerat. Itaque ipſe, Cæſaris neptis filius; Cæſar ipſe major, ejus avunculus fuit; ut *Suetonius* & *Vellejus* tradunt: adoptatus autem à C. Cæſare, atque heres relictus, C. Julius Cæſar *Octavianus* dictus eſt. Hic, fugato (ut dixi) Antonio, Senatui graviſſime offenſus eſt, cum ſupplicationem LX. dierum, ac triumphum, & bellum contra Antonium Bruto, qui pugnam è mœnibus otioſus ſpectaverat, decerni; ſe autem, qui Remp. liberaſſet, primum omnino præteriri, deinde vero Conſularibus ornamentis affici, & ut prætor fieret ac Conſul ante X. annos, quam per leges liceret, ſibi tantum permitti videret. Itaque cum à Senatu, ut Conſul in locum Conſulum occiſorum fieret, impetrare non potuiſſet, quod precibus nequiret, id ſibi armis tentandum putavit. Reconciliata enim cum M. Antonio, & M. Lepido, qui jam Antonium fugientem receperat, gratia, exercitu Romam adducto, Conſul annus tantum XX. natus creatus, Q. Pedium ſibi collegam ſubrogavit. Hæc *Dio*, & *Appianus*. Quæ eadem elegantiſſime etiam *Suetonius* ita: Cæſar Conſulatum vigeſimo ætatis anno invaſit, admotis hoſtiliter ad Urbem legionibus, miſſiſque qui ſibi exercitus nomine depoſcerent: cum quidem cunctante Senatu, Cornelius centurio princeps legationis, rejecto ſagulo, oſtendens gladii capulum, non dubitaſſet in curia dicere: Hic faciet, ſi vos non feceritis. Et *Vellejus* ſic: Omnia, antequam fugaretur Antonius, honorifice à Senatu in Cæſarem exercitumque ejus decreta ſunt, maxime auctore Cicerone: ſed ut receſſit metus, erupit voluntas, protinuſque Pompejanis partibus rediit animus. D. Bruto, quod alie-

(7) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 710.
Olymp. CLXXXIV. Anno II.
Ante Ær. Chr. 43.

C. VIBIUS PANSA occiſus in Magiſtr. eique ſuffectus
C. *JULIUS CÆSAR OCTAVIUS*, cui abdicanti ſuffectus
C. *CARRINAS*. } Coſs.
A. HIRTIUS, cui occiſo ſuffectus
Q. *PEDIUS*, cui in Magiſtratu mortuo ſuffectus
P. *VENTIDIUS*.

Ita ex Dione, Appiano, Svet. Tacito, faſt. Capitol. tab. Collotiana &c. Sigon. Pigh. Almelov.
Sigonius nihil de C. Carrinate, cum ex tab. Collotiana conſtet hunc Octavio ſuffectum.
Vide Pigh. pag. 472. ad hunc annum, quo durante inſtituti ſunt XV. Cal. Decemb.

M. ÆMILIUS LEPIDUS.
M. ANTONIUS. } III. viri per quinquenniũ.
C. JULIUS CÆSAR OCTAVIUS, qui poſtea AUGUSTUS.

Ita ex Dione, Appiano, Plutarcho &c. Sigonius, Pighius, & alii.

alienn beneficio viveret, decretus triumphus: Panſæ atque Hirtii corpora publica ſepultura honnrata. Cæſaris adeo nulla babita mentio, ut legati, qui ad exercitum ejus miſſi erant, juberentur ſummoto eo milites alloqui, negavere milites ſine Imperatore ſuo ulla ſe audituros mandata. Hoc tempore Cicero Cæſarem laudandum & tollendum cenſebat: cum aliud diceret, aliud intelligeret. Poſt inter Antoninm & Cæſarem concordia compoſita eſt, & affinitas contracta, deſponſa privigna Antonii, Clodia Cæſari, Conſulatumque iniit Cæſar pridie quam viginti annos impleret X. Kal. Octobr. cum collega Q. Pedio, poſt U. C. annis DCCVIII. Diſſentit autem à *Vellejo Dio*, qui ſcribit Auguſtum mortuum eſſe XIV. Kal. Septembr. eodemmet die, quo primum Conſulatum ceperat: itemque ſextilem menſem *Auguſtum* appellatum, quod eo menſe primum Conſulatum inierat: natum autem IX. Kal. Octnbr. Conſule Cicerone, tradit *Svetonius*: ut, ſi pridie quam XX. annos impleret, iniit, X. Kal. Octnbris eum iniiſſe neceſſe ſit. *Tacitus* etiam in libro de Oratnribus, Hirtio & Panſa Coſs. inquit, Divus Auguſtus in locum Panſæ & Hirtii ſe & Q. Pedium Conſules ſuffecit. His comitiis habendis duos Proconſules creatos eſſe à prætore urbano narrat *Dio*: neque enim tam exiguo tempore interreges prodi potuiſſe, abſentibus pleriſque ex iis, qui patricios Magiſtratus gerebat. Idem etiam notat, neminem hac ætate Conſulem ante factum: Cæſarem autem ſe non iterum Conſulem ſcripſiſſe, quamvis Conſularia ante à Senatu ornamenta adeptus eſſet: quod poſt à Severo Imp. factum eſt, qui Plautianum II. Conſulem pronuntiavit, qund eum ante Conſularibus inſignibus affeciſſet. Eſt autem *Conſularibus ornamentis afficere*, perinde in Senatu atque in civitate rationem alicujus habere, atque ſi ille vere Conſul fuiſſet. Q. Pedius is eſt, qui (*Dione* auctore) prætor fuit anno DCCV. biennio autem anre triumphavit, heres à Cæſare relictus ex quadrante, ut apud *Svetonium* ſcriptum eſt.

De IIIviris Reip. conſtituendæ.

CUm Cæſar in Conſulatu nihil alind molíretur, quam ut patris inrerfectores ulciſceretur, Q. Pedium collegam legem ferre juſſit de quæſtione habenda in eos, quorum ille opera occiſus eſſet; poſtulatique ea lege M. Brutus, C. Caſſius, & D. Brutus, abſentes damnati ſunt. Cum M. Antonii opes C. Aſinius Pollio, qui Hiſpaniæ; & L. Munatius Plancus, qui Galliæ præerant, cum ſuis exercitibus adjuncti auxiſſent; & D. Brutus, cui Senatus, ut perſequeretur M. Antonium, mandaverat, relictus à legionibus ſuis profugiſſent, juſſu Antonii, in cujus poteſtatem venerat, à Capeno Sequano ad Aquilejam interemptus eſt. Cæſar cum M. Brutum, qui Macedoniam; & C. Caſſium, qni Syriam ex Senatus conſulto obtinebant, nullo pacto armis ulciſci poſſet, cum M. Antonio & M. Lepido (ut antea dixi) pace facta, poſtquam Conſul creatus eſt, utrumque ex Gallia in Italiam accerſivit. Congreſſi omnes in agro, ut ait *Dio*, Bononienſi; ut *Appianus*, Mutinenſi, Conſultationes ſummas de ordinanda & corrigenda Republ. habuerunt. Itaque ſe triumviros Reip. conſtituendæ cum ſummo imperio in quinquennium renuntiarunt. Lepido Hiſpanias & Narbonenſem Galliam, Antonio reliquas Gallias; Cæſari utramque Libyam una cum Sicilia ac Sardinia provincias diſtribuerunt. Magiſtratus, nec Senatu nec populo conſulto, quibus ipſi voluiſſent, mandari; Lepidum in D. Bruti occiſi locum in ſeqnentem annum Conſulem creari; eumqne Romam ac reliquam Italiam tueri; Antonium & Cæſarem, bello Caſſium & Brutum perſequi; proſcriptionem ac cædem inimicotum civium edi voluerunt. Atque bis conſultationibus perfectis, cum confeſtim omnes Romam veniſſent, ſinguli interjectis diebus Urbem ingreſſi, quæ decreverant, exſequuti ſunt. Sui à quoque inimici, plurimi equites, CXXX. Senatores proſcripti ſunt; inter quos L. Paullus frater M. Lepidi, & L. Cæſar avunculns Antonii, &, qui Cæſarem ſuis ſententiis ornaverat, M. Cicero: cujus occiſi à Popillio legionario milite, cum haberet annos LXIII. caput cum manu dextra in roſtris poſitum eſt. Hæc *Dio*, & *Appianus*, & alii. Quo autem die inierint, & quouſque in hoc honore fuerint, facile intelligi ex *lapide Colotiano* poteſt; in quo ita eſt;

M. ÆMILIVS. M. ANTONIVS. IMP.
CÆSAR. III. VIR. R. P. C. EX
A. D. V. K. DEC. AD
PR. K. IAN. SEX.

ſignificat antem eos V. K. Decemb. iniſſe, ut pr. K. Jan. quinto poſt anno abdicarent, qui dies pridie K. Jan. ſextas ab illo die erat futurus.

Cur Octavius Imp. Cæſar dictus ſit.

C. Octavius, jam inde inrerfecto Cæſare ex Apollonia Romam reverſus, hereditatem Cæſaris, & nomen ejus; ſibi non lege, ſed teſtamento tantum vindicarat. Lex autem adoptionis curiata erat; quæ ne tum ferretur, Antonius Conſul per Tribunos interceſſit, hoc autem anno, ubi Conſulatum inivit, ipſe legem curiatam tulit; atque in nomen patris lege tranſiit. Itaque ab hoc tempore ab omnibus *C. Cæſar*, eſt appellatus, cum ante non ita ab omnibus vocaretur, eodemque etiam tempore *Imp. Cæſarem* dici cœptum puto; primum, quod ita pater ejus ex Senatus conſulto, & filii ejus, & nepotes appellarentur; deinde, quod in Capitolina ejus ovatione triennio poſt ita vocatur; IMP. CÆSAR DIVI F. C. N. Eſt autem intelligendum, tum cum Conſulatum iniit, C. Julium C. F. in *Capitolinis tabulis* ſcribi; quia adhuc lex curiata lata non erat, qua Imperatoris prænomen patrium adipiſceretur, poſt autem lata lege, tum cum triumviratum iniit, hoc prænomen uſurpaſſe, neque enim *Dioni* aſſentior, qui ipſo & Sex. Appulejo Coſs. hoc ipſum ſibi prænomen vindicaſſe ait, niſi ita intelligamus, hoc primum anno, ex lege curiata; eo vero, ex rebus ejus geſtis, & ex S.C. ita vocatum fuiſſe, ut quemadmodum Scipio Æmilianus primum Africani cognomen ab avo hereditarium babuit; poſt Carthagine devicta, ex victoria ſibi comparavit; ſic & ipſe primum à patre, poſt à ſe hoc prænomen acceperit. Idem Cæſar pater *Divus* appellatus eſt, ſiquidem, ut ait *Svetonius*, ludis, quos primo conſecratos ei heres Octavius edebat, ſtella crinita per ſeptem dies continuos fulſit, exoriens circa undecimam horam; creditumque eſt; animam eſſe Cæſaris in cœlum recepti, & hac de cauſſa ſimulacrn ejus in vertice additur ſtella. Lepido autem & Planco

Coſs. divini honores (ut ait *Dio*) Cæſari mortuo à triumviris decreti ſunt; Ne idibus Martiis, qui dies ſolennis erat habendo Senatui, in poſterum Senatus haberetur: Ut curia Pompeja, in qua ipſe occiſus erat, obſtrueretur; Ut ædes ei in foro, ubi crematum ejus corpus erat, conſtrueretur: Ut ſimulacrum ejus ludis Circenſibus cum ſimulacro Veneris circumferretur: Si qua victoria nuntiaretur, ut ſeorſum ei victori & mortuo ſacrificaretur; Ne imago ejus in propinquorum funeribus efferretur: Ut qui in ædem ejus confugiſſet, ab injuria tutus eſſet. Itaque ab illo tempore Octavius ſe *Divi* F. (ut puto) appellavit.

De P. Ventidio & C. Carrinate Coſs. ſuffectis.

CUm Cæſar inito triumviratu, ſponte ſe Conſulatu, cujus cauſſa bellum patriæ intulerat, abdicaſſet, & Q. Pedius collega ejus in magiſtratu mortuus eſſet, placuit triumviris Conſules in reliquum anni ſufficere. Itaque & quendam alium, & P. Ventidium, qui tum præturam gerebat, Conſules ſubrogarunt. Hæc *Dio*. Idem etiam cognoſci poteſt ex *tabula Capitolina*, atque etiam multo apertius ex *Colotiana*, in qua ſuffecti Conſules nominantur C. Carrinas C. F. P. Ventidius P. F. C. Carrinatis meminit *Dio* lib. II. ac patrem ejus à Sylla proſcriptum, ipſum ad magiſtratus ſublatum eſſe, & de Morinis triumphaſſe ait. De P. Ventidio ſic *Vellejus*; Annus DCCIX. vidit Ventidium Conſularem prætextam jungere prætoriæ. Et *Valerius* lib. VI. In Ventidio illud eximium, quod eodem anno Prætor & Conſul factus eſt. Hunc Ventidium Baſſum vocat *Eutropius* & *Gellius*; de quo poſt plura in ejus triumpho, quem primus de Parthis egit, afferemus.

De triumphis L. Munatii Planci pro Cos. M. Lepidi IIIviri R. P. C. pro Cos.

L. Munatium Plancum pro Cos. ex Gallia triumphaſſe hoc anno IV. K. Jan. M. Lepidum IIIvirum R. P. C. pro Cos. ex Hiſpania prid. K. Jan. invenio ſcriptum io *Capitolinis triumphis*. Ac Planci quidem triumphum video comprobari in quodam epigrammate, quod eſſe Cajetæ traditur ab iis, qui librum veterum inſcriptionum confecerunt, id autem eſt ejuſmodi; L. MUNATIUS L. F. L. N. L. PRON. PLANCUS COS. CENS. IMP. $\overline{II}$. VIIVIR EPUL. TRIUMPHAVIT EX RHETIS. ÆDEM SATURNI FECIT DE MANUBIIS. AGROS DIVISIT IN ITALIA BENEVENTI. IN GALLIA COLONIAS DEDUXIT, LUGDUNUM ET RAURICAM. Galliæ autem ulteriori præfuiſſe hoc tempore Plancum cum *Dio* & ceteri tradiderunt; tum etiam ex epiſtolis *Ciceronis* cognoſci facile poteſt. Quinetiam M. Lepidum triumvirum, dum civium proſcriptorum cædes fieret, de Hiſpanis triumphaſſe ſcribit *Appianus*, quem eundem Galliam & Hiſpaniam priore aono à Cæſare obtinuiſſe ante notavimus. Itaque *Dio* tradit, Lepidum, cum Hiſpaniam citeriorem obtineret, Sex.
A Pompejum ut Hiſpania decederet, bonorum paternotum recuperatione induxiſſe; idque fœdus à M. Antonio Conſule comprobatum eſſe. Eundem etiam in Galliæ parte moratum eſſe omnes oſtendunt, qui ſcribunt Antonium Mutina pulſum, ad eum trans Alpes io Galliam confugiſſe; præterea literæ ejus ad Ciceronem è Gallia ſcriptæ. Adjicit *Dio*, Senatum Lepidum & Plancum è Gallia ad opem D. Bruto ferendam evocaſſe: ubi autem accepit, M. Silanum Lepidi præfectum ſubſidio Antonii veniſſe, veritum ne Plancus ſe cum Lepido conjungeret, utrumque in provincia manere juſſiſſe: ac ne quid ſuſpicari poſſent, iis qui ab Allobrogibus Vienna Narbonenſi pulſi fue-
B rant, ut inter Rhodanum & Ararim urbem conderent, negotium dediſſe: eoſque *Lugdunum* condidiſſe. *Vellejus*, Lepidum, decreta ſibi Hiſpania, in Gallia moratum ait. De triumphis autem ab his Coſs. actis, ſic ſcribit: Lepidus triumvir Paullum fratrem proſcripſit. Planco non defuit gratia ad impetrandum, ut frater ejus Plancius Plotius proſcriberetur, eoque inter jocos militares, qui currum Lepidi Plancique ſequuti erant, inter exſecrationem civium uſurpabant hunc verſum; *De Germanis non de Gallis duo triumphant Conſules*. Hæc ille. Conſules autem intelligit deſignatos; alioquin hi triumphi in poſterum annum eſſeot referendi.

C

DE COS. AN. DCCXI. (8)

CAſſiodorus cum *faſtis Siculis* Conſules ſubjicit M. Lepidum, L. Plancum; *Dio* M. Æmilium Lepidum $\overline{II}$. L. Munatium L. F. Plancum. Horum meminit *Svetonius* in Tiberio, cum ait, Tiberium M. Æmilio Lepido $\overline{II}$. Munatio Planco Coſs. poſt bellum Philippenſe eſſe natum. In *lapide Colotiano* eſt, = MUNATIUS L. F. M. ÆMILIUS M. F. In hunc autem etiam annum Conſules jam ante à Cæſare deſignati fuerant, auctore *Dione*, D. Brutus & L. Plancus, verum Bruto priore anno lege Pedia damnato, ac poſt occiſo, & occupata à
D triumviris Rep. placuit M. Lepidum triumvirum, qui ante etiam cum Cæſare $\overline{III}$. Conſule Conſul fuerat, cum Planco, qui & ipſe, ſequutus Antonium, à Rep. deſciverat, Conſulatum adminiſtrare. Ceterum Brutus ipſe à *Plutarcho*, *Appiano*, *Dione*, *Zonara* ALBINUS vocatur; credo quod è Brutis fuerit in Albinos adoptatus, exſtat enim nummus argenteus apud *Lauredanum* talis; A. POSTUMIUS A. F. ALBINUS BRUTI F. COS. DES.

De Cenſoribus.

IN hunc annum Cenſores edit ſcriptor *lapidis Colotiani* = ANTONIUM & P. SULPI-
E CIUM: eoſque Luſtrum nullum feciſſe notat. Ejus me viri auctoritas movit, ut eos Cenſores huic commentario aſcriberem, quamvis ne verbum quidem de iis in annalibus illis invenirem. Ego vero L. Antonium eſſe puto. Nam Marcus hoc anno in Macedonia bellum gerit contra Caſſium; Cajus à Bruto jam interfectus erat; auctore *Dione*. P. autem Sulpicium

(8) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 711.
Olymp. CLXXXIV. Anno III.
Ante Aer. Chr. 42.
L. MUNATIUS PLANCUS. } Coſs.
M. ÆMILIUS LEPIDUS II. }

Ita ex Caſſiodoro, Zonara, Svet. faſt. Sic. tab. Collot. &c. Sigonius, Pighius, Almelovenius, Mediobarbus, & alii.

picium Quirinum eſſe rarus ſum, patrem fortaſſe ejus, qui Conſul eſt an. DCCXLI. In faſtis eus non ſcripſi; quia Lepidum & Plancum Cenſores ab *auctoribus Capitolinis* ſtudioſe poſt præteriri animadverti, quaſi vero, poſtquam Cæſar Cenſoriam poteſtatem ſibi abrogavit, ac Cenſoris nomen reſpuit, cenſura nulla fuerit.

De triumpho P. Vatinii pro Cos. de Illyrico.

P. Vatinius pro Conſule de Illyrico triumphavit hoc anno: ſiquidem triumphus ejus in *Capitolinis tabulis* interjectus eſt inter Lepidi & Antonii triumphos; quorum ille B prid. Kal. Jan. pro Cos. triumphavit priore anno, hic Kal. Jan. poſtero. Triumphi autem hujus mentionem nullam apud quemquam invêni. De rebus autem ab eo in Illyrico geſtis hæc tradita ſunt: P. Vatinius extremo menſe anni DCCVI. Conſul à Cæſare dictatore II. factus, ab eo miſſus eſt in Illyricum cum legionibus; an DCCVII. an DCCVIII. anno, parum conſtat. *Epiſtolæ* quidem exſtant P. Vatinii Imp. ex Illyrico ad Ciceronem ſcriptæ, quibus ſupplicationes ob rem bene geſtam petit: verba ejus hæc ſunt: Cæſar adhuc mihi injuriam facit, de meis ſupplicationibus & rebus geſtis Dalmaticis adhuc non refert, quaſi vero non juſtiſſimi triumphi in Dalmatia res C geſſerim, nam ſi hoc exſpectandum ſit, dum totum bellum conficiam, viginti oppida ſunt Dalmatiæ antiqua; quæ ipſi ſibi aſciverunt, amplius ſexaginta, hæc niſi omnia expugno, ſi mihi ſupplicationes non decernuntur, longe alia conditione ego ſum, ac ceteri Imperatores, ego poſt ſupplicationes mihi decretas in Dalmariam profectus ſum, ſex oppida vi oppugnando cepi, & arcem eorum totam; ex qua me nives, frigora, imbres detruſerunt, indigneque mi Cicero oppidum captum, & bellum jam confectum relinquere ſum coactus. Vale. nnn. Decemb. Narona. *Dio* etiam ſcribit, Vatinium, cum Illyrico præeſſet, Dyrrhachium occupaſſe; atque M. Bruto, qui in Ma- D cedoniam cum imperio venerat, obſtitiſſe: poſtremo autem Vatinianos milites ſe ad Brutum contuliſſe. Itaque *Vellejus* quoque M. Brutum Vatinio legiones extorſiſſe adſcribit. Quibus ex verbis apparet, rem per plures annos à Vatinio eſſe in Illyrico geſtam. Cauſſam etiam, cur Cæſar Vatinium in Illyricum miſerit, narrat in Illyrica *Appianus*, his verbis; Illyrii veriti, ne quid detrimenti à Cæſare, cum in Parthos tenderet, acciperent, legatos ad eum miſerunt, veniam petentes, quod in ejus exercitum deliquiſſent. Cæſar ita ſe illis iguoſcere reſpondit, ſi ipſi tributa & obſides dediſſent, quæ cum illi ſe facturos eſſe affirmarent, Vatinium ejus rei E cauſſa cum tribus legionibus & magno equitatu ad eos miſit. Cum autem, mortuo Cæſare, Vatinio neque obſides, neque tributa darent, Vatinium ipſum, à quo bello oppreſſi fuerant, prœlio victum Dyrrhachium compulerunt. His de rebus hoc anno triumphaſſe eum Imp. Cæſaris gratia exiſtimare licet.

De bello Philippenſi cum M. Bruto & C. Caſſio.

M. Brutus & C. Caſſius Prætores urbani quo anno Cæſarem interfecerunt, cum Antonium Cos. à Rep. defeciſſe animadver- A tiſſent; in ſuas provincias Cretam & Bithyniam exierunt; ut D. Brutus in Galliam citeriorem, C. Trebonius in Aſiam. Cum autem eas provincias ad res magnas gerendas parum momenti habere intelligerent; Brutus in Macedoniam, Caſſius in Syriam contenderunt. Cum C. Antonius poſt Præturam, quam cum Bruto geſſerat, in Macedoniam, Q. Hortenſio Prætore decedente, paulo ante veniſſet, à Bruto, adjunctis ſibi Vatinii, qui Dyrrhachii erat, militibus, Apolloniæ captus eſt. Ita Brutus, tota Epiro ac Macedonia in poteſtatem redactis, à Senatu præeſſe Macedoniæ juſſus eſt. Inde cum in Aſiam contrahendorum auxiliorum cauſſa ſe contuliſſet, Gelii B Poplicolæ inſidias paſſus eſt. C. Antonius, cum ex cuſtodia à quibuſdam Apolloniæ per vim eriperetur, à C. Clodio cuſtode ejus occiſus: Gellius comprehenſus, M. Meſſallæ fratri, Caſſii amico, condonatus eſt. Brutus, cum in Europam trajeceret, Adali agrum populo Ro. ab eo moriente relictum recepit; & Beſſis in Macedoniam irrumpentibus ope reguli Rhaſciporidis victis, Imperatoris nomen ſibi peperit. Caſſius autem, pecuniis in Aſia & equitibus à Trebonio acceptis, atque Aſianis & Cilicibus multis, præſertim Tarcondimoto ſibi adjunctis, cum in Syriam perveniſſet, ſine prœlio omnes populos, atque exercitus Cæcilii Baſſi, & Criſpi, & Murci, C qui ibi ſine Senatus aut populi juſſu bellum inter ſe gerebant, in poteſtatem redegit. Quibus rebus auditis, Senatus ei Syriam & bellum contra Dolabellam decrevit, is enim in Conſulatu Syriam nactus, Trebonium Smyrnæ per cruciatus occiderat, atque hoſtis à populo Ro. judicatus fuerat. Caſſius Dolabellam, qui jam omnem Aſiam victor occupaverat, in urbe Laodicea obſeſſum, ut ſibi manus inferret, coëgit. Poſt autem omnibus rebus in Syria & Cilicia conſtitutis, Smyrnam in Aſiam ad Brutum ad ordinanda belli conſilia contendit, quod adverſus ſe à Triumviris comparari acceperat. Ita Caſſius Rhodiis & Ariobarzane; Brutus, Lyciis & Patareis & D reliquis Aſianis ſubactis, in Macedoniam, ut ibi bellum gererent, trajecerunt. Atque haud ita multo poſt Imp. Cæſar, & M. Antonius Triumviri ſæpius à C. Norbano & Decidio Saxa, quos illi ad hoc bellum in Macedoniam præmiſerant, accerſiti, cum ingenti exercitu advenerunt, atque ad urbem Philippos caſtra è regione hoſtium poſuerunt, ibi pugnatum eſt ſummo prœlio, ſed vario eventu; ita ut Brutus Cæſarem, Antonius Caſſium (uterque eorum dextrum cornu regebat) pepulerint, & caſtra utrimque ab iis qui vicerunt, expugnata ſint. C. Caſſius, cum Brutum, quem in acie cecidiſſe metuebat, cum equitatu redeuntem longe proſpexiſſet, irrumpentes ho- E ſtes eſſe ſuſpicatus, ſibi liberti manu mortem intulit. Poſt paucos dies altero prœlio victus M. Brutus, deſperatis rebus, & ipſe vitam finivit, exorato Stratone fugæ comite, ut ſe gladio transfoderet, quod idem fecerunt principum Romanorum circiter XL. Q. Hortenſius occiſus eſt. His rebus geſtis, Cæſar Hiſpania & Numidia, Antonius Gallia & Africa ſibi ſumpta, Antonius in Aſiam ad cogendas promiſſas militibus pecunias profectus eſt; Cæſar in Italiam revertens, in itinere in morbum incidit. Ob hanc victoriam Romæ in totum fere annum ſupplicationes decretæ ſunt. Hæc *Dio*, *Appianus*, *Plutarchus* in Antonio.

DE

A

DE COS. AN. DCCXII. (9)

COnſules apud *Caſſiodorum* in hunc annum invenio P. Servilium II., L. Antonium: in *Lapide Colotiano* = ANTONIUM, P. SERVILIUM P. F. in *faſtis Siculis* Antonium & Iſauricum: apud *Dionem* L. Antonium M. F. Pietatem, P. Servilium P. F. Iſauricum II. Meminit horum etiam Coſs. *Suetonius*, cum ait, placuiſſe quibuſdam Tiberium Servilii Iſaurici Antoniique Conſulatu genitum. Cum *Dio*, itemque *Euſebius*, P. Servilium Iſauricum biennio ante mortuum eſſe retulerint, intelligendum eſt, patrem hujus Conſulis fuiſſe eum qui Iſaurici cognomen invenit, & Conſul cum Ap. Claudio fuit: hic autem filius, cum Cæſare II. Conſule Conſulatum geſſit. L. Antonius à *Dione* dicitur πίστας; quod eſt Græce εὐσεβὴς; quod Conſul una cum Fulvia Marci fratris uxore Remp. eo animo tractarit, quaſi pro Marco fratre Triumviro laboraret; atque propter pietatem illam cognomen Pietatis invenerit. Per hos annos Q. Salvidienus Ruſus Conſul fuit, ad Conſulatum ab Imp. Cæſare evectus: is enim poſtero anno ab eo Conſularis interfectus dicitur, cum eum inſidias ſibi parare comperiſſet; auctore *Dione*, & *Vellejo*.

De triumpho L. Antonii Coſ. ex Alpibus.

L. Antonium Conſulem K. Jan. triumphaſſe ex Alpibus, ſcriptum eſt in *triumphis Capitolinis*. Idem triumphus tanta diligentia à *Dione* traditus eſt, ut non potuerit accuratius. Scribit enim ita; Cum L. Antonius triumphare cuperet de quibuſdam inalpinis, quaſi eos ſubegiſſet, quamdiu Fulvia reſtitit, nemo aſſenſus eſt; ut vero ipſa placata conceſſit, omnium conſenſu triumphus ei decretus eſt, adeo ut L. Antonius verbo de iis triumpharet, quos ſe deviciſſe prædicaret; (neque enim quidquam triumpho dignum geſſerat; neque omnino imperium in iis locis habuerat) revera autem Fulvia eo honore afficeretur, ac triumpharet. Egit autem triumphum K. Jan. quo die Conſulatum erat initurus; quo facto gloria ſe Mario æquabat, quod eodem die, quo ille ante de Jugurtha, triumpharet: in eo vero etiam ſe illi præferebat, quod ipſe ſponte triumphalem togam poſuiſſet, atque in forenſi ſtola Senatum habuiſſet; ille vero invitus hæc feciſſet; & quod illi corona nulla, ſibi cum aliæ, tum à populo tributim per Fulviam datæ eſſent. Erat autem Fulvia uxor M. Antonii, ſocrus Cæſaris, (nam Clodia ejus filia Cæſari nupſerat) quæ contempto Iſaurico Conſule, cum L. Antonio Conſulatum adminiſtrabat. L. Antonius Pietatis cognomine in *Capitolino triumpho* iccirco affectus non eſt, quod id nondum ferret.

De bello Peruſino L. Antonii Coſ.

HOc anno inter Imp. Cæſarem, & L. Antonium Coſ. Fulviamque ſocrum diſcordia exarſit. Antonius, ſe agrorum parte, quæ ad Marcum fratrem (is, ut dixi, in Aſia erat) pertinebat; Cæſar, exercituum, qui ſibi non traderentur, ſubſidio ſpoliatum querebatur. Itaque, Clodia ab eo adhuc virgine repudiata, res in apertum bellum evaſit. Nam cum Cæſar agros promiſſos in caſtris Philippicis veteranis diviſiſſet, ac ſeditiones exercitus ſui, quas corrupti à Fulvia milites contra ſe concitaverant, cum periculo inhibuiſſet; L. B Antonius Conſul, Fulviæ conſilio uſus, populis iis, quorum agros veteranis ille dederat, ad arma concitatis, bellum movit. Fulvia, Præneſte oppido occupato, omni militari munere atque imperatorio functa eſt. Cum legatis de pace ultro citroque miſſis res convenire non potuiſſet, Cæſar in Nurſinos & Sentinates exercitum induxit: L. Antonius in urbem, M. Lepido, qui cuſtodiæ urbis cum exercitu præerat, fuſo, hoſtiliter irrupit. Cæſar Sentinatibus obſidendis Q. Salvidieno traditis, Romam reverſus, Antonium, quaſi ad bellum aliquod ex S. C. urbe proficiſcentem, atque in Galliam contendentem, in itinere intercepit; atque Peruſiæ in Etruria concluſum C diu obſedit: poſtremoque conatum aliquoties erumpere, & repulſum, coëgit in deditionem venire. Ei venia data eſt, pleriſque Equitum ac Senatorum ad aram Cæſaris (ut fama eſt) immolatis. Peruſia diruta, redactiſque in poteſtatem omnibus diverſæ partis exercitibus, bellum ſine ſanguine Calvino & Pollione Coſs. confectum. *Dio*, *Appianus*, *Suetonius*.

DE COS. AN. DCCXIII. (10)

CAſſiodorus Conſules in hunc annum edit C. Aſinium, Cn. Domitium; *Siculi faſti*, Calvinum & Pollionem; *lapis Colotianus*, CN. DOMITIUM M. F. C. ASINIUM CN. F. D *Dio* Cn. Comitium M. F. Calvinum II., C. Aſinium Pollionem; itemque *Joſephus* Antiquitatum lib. XIV. Aſinius ex *triumpho Capitolino* deſcriptus eſt. Cn. Domitius ex Conſulatu Hiſpaniam obtinuit; auctore *Vellejo*. Exitu autem anni hos Conſules Magiſtratu abdicaſſe ſcribit *Dio*, alioſque Conſules in paucos dies eſſe ſuffectos: quorum unus fuit L. Cornelius Balbus Gaditanus. Itaque in *tabula Colotiana* ſuffecti Conſules notantur; L. CORNELIUS L. F. P. CANIDIUS P. F. De P. Cornelio Balbo ita *Plinius* libro VII. Fuit & Balbus Cornelius major Conſul; ſed accuſatus, atque de jure virgarum in eum judicum in conſilium miſſus; primus externo- E rum, atque etiam in Oceano genitorum, uſus illo honore, quem majores quoque Latio negaverant. Et *Velleius*; Cornelius Balbus excedente humanam fidem temeritate, ingreſſus caſtra

(9) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 712.
Olymp. CLXXXIV. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 41.
L. ANTONIUS M. F. M. N. } Coſs.
P. SERVIL. VATIA ISAURICUS II. }
Ita ex Caſſiodoro, Dione, faſt. Sicul. & tab. Collot. Sigonius, Pighius, Mediobarbus, Almelovenius, & alii.

(10) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 713.
Olymp. CLXXXV. Anno I.
Ante Ær. Chr. 40.
C. ASINIUS POLLIO. } Coſs.
CN. DOMITIUS CALVINUS. }
Extremo hujus anni ſuffecti ſunt
P. *CANIDIUS CRASSUS* Aſinio.
L. *CORNELIUS BALBUS* Domitio.
Ita ex Caſſiodoro, Dione, faſt. Siculis, Joſ. Hebr. & tab. Collot. Sigonius, Pighius, Almelovenius, Mediobarbus, & alii.

caſtra hoſtium, ſæpiuſque cum Lentulo collocutus, Conſule dubitante, quanti ſe venderet, illis incrementis fecit viam, quibus non Hiſpaniæ ſuæ natus, ſed Hiſpanus in triumphum & Pontificatum aſſurgeret, fieretque ex privato Conſularis. Extat pro eodem Balbo de civitate *Ciceronis* Oratio. P. Canidii Craſſi meminit *Dio* libro XLIX.

De Imp. Cæſare, & M. Antonio IIIviris, ovantibus ex pace inter ſe facta.

IN *Capitolinis tabulis* proditum eſt, Imp. Cæſarem ovantem iniſſe, quod cum M. Antonio pacem fecit; & M. Antonium, quod cum Imp. Cæſare. Id autem hoc anno factum ſcribit in hanc ſententiam *Dio*: Cum Imp. Cæſar victoria ad Peruſiam parta Italiam totam partim voluntate, partim vi in poteſtatem redegiſſet, Fulvia ad M. Antonium virum ſuum cum liberis & Julia ejus matre profugit. Is cum in Aſiam ex Ægypto receſſiſſet, verbis uxoris incitatus, Cæſari amicitiam renunciavit; atque haud ita multo poſt, cum in Italiam trajeciſſet, Sipuntem occupavit; & Brunduſium obſeſſum, P. Servilio Rullo Cæſaris duce pulſo, cepit. In tanto rerum & Italiæ motu, Fulvia Antonii uxor Sicyone moritur. Quo nuncio accepto, ambo armis poſitis in gratiam redierunt: Atque Cæſar Sardiniam, Dalmatiam, Hiſpaniam, & Galliam; Antonius reliqua omnia ſupra Jonium mare in Aſia & Europa (excepta Africa, quam Lepidus; & Sicilia, quam Sex. Pompejus tenebant) ſortiti, ambo, quod alter alteri reconciliatus eſſet, cum triumphali veſte in urbem equis invecti ſunt, Octavia etiam Cæſaris ſorore Antonio in matrimonium collocata. Itaque *Suetonius* hoc innuens, recte dixit Cæſarem bis ovantem urbem ingreſſum: poſt Philippenſe, iterum poſt Siculum bellum.

DE COS. AN. DCCXIV. (11)

COnſules ſuggerit *Caſſiodorus* L. Cenſorinum, C. Calviſium; Cenſorinum & Sabinum *faſti Siculi*; *Dio* L. Marcium, C. Sabinum. L. Marcius Cenſorinus ex *triumpho* ejus *Capitolino* deſcriptus eſt: C. Calviſius C. F. Sabinus dicitur à *Dione* in Indice; quamquam Aſinius ibi vulgo per mendam legitur.

De triumphis L. Marcii Cenſorini Cos. ex Macedonia, C. Aſinii Pollionis pro Cos. ex Parthinis.

L. Marcius Cenſorinus in Conſulatu triumphavit ex Macedonia Kal. Jan. ſi *lapidibus Capitolinis* credimus; neque enim ejus triumphi verbum apud annales Romanos invêni. In *iiſdem* etiam *tabulis* ſcriptum eſt, C. Aſinium Pollionem pro Cos. ex Parthinis triumphaſſe, cujus triumphi hæc apud Scriptores rerum Romanarum teſtimonia exſtant: primum *Dio* in exponendis rebus hoc anno geſtis, ita loquitur: Eodem tempore Parthini moverunt: quorum conatus armis compeſcuit Pollio. Et *Horat.* prima Ode lib. II. cum de Dalmatis triumphaſſe ſignificat, cum ita canit;

Et conſulenti Pollio curiæ,
Cui laurus æternos honores
Dalmatico peperit triumpho.

Quem locum exponens Porphyrio, inquit, eum Salona urbe Dalmatiæ capta triumphaſſe. Et *Servius* in expoſitione Pollionis Vergiliani ſcribit, Aſinium Pollionem ductorem Germanici exercitus, cum poſt captas Salonas Dalmatiæ civitatem, primo meruiſſet lauream, poſt etiam Conſulatum adeptus fuiſſet, eodem anno ſuſcepiſſe filium, quem à capta civitate *Salonium* vocarit. Itaque *Florus* etiam ſic ſcripſit: Dalmatas Marcius incenſa urbe Delminio quaſi detruncaverat; poſtea Aſinius Pollio gregibus, armis, agris mulctaverat. De eodem Aſinio ſic *Vellejus* lib. II. Aſinius Pollio cum ſeptem legionibus diu retenta in poteſtate Antonii Venetia, magnis ſpecioſiſque rebus circa Altinum aliaſque regionis ejus urbes editis, Antonium petens, vagum adhuc Domitium digreſſum è Brutianis caſtris poſt cædem ejus, & propriæ claſſis factum ducem, Antonio junxit. Parthinos *Plinius* in Macedonia collocat; *Strabo* libro VII. ſupra Dyrrhacchium & Apolloniam in Epiro. *Stephanus* Parthum oppidum eſſe Illyrici ſcribit; unde cives Parthinos dictos.

DE COS. AN. DCCXV. (12)

COnſules ſubſequuti ſunt Ap. Claudius, C. Norbanus, ut ait *Caſſiodorus*; ut *faſti Siculi*, Cenſorinus & Sabinus; ut *Dio*, Ap. Claudius C. F. Pulcher, C. Norbanus C. F. Flaccus. In *triumpho* etiam *Capitolino* C. Norbanus C. F. Flaccus ſcribitur. His primis Conſulibus duos utriſque aſſuiſſe quæſtores notat *Dio*.

De triumpho P. Ventidii pro Cos. de Parthis.

TRiumphum P. Ventidii de Parthis actum nemo eſt fere, qui non memoriæ prodiderit; quod inſigne ad famam eſſe duxerunt, eum, qui antea in triumpho ductus captivus fuerat, primum de bellicoſiſſima Parthorum gente triumphaſſe. Itaque & in *Capitolinis tabulis* hic triumphus eſt Pollionis triumpho ſubjectus; & de eo *Plinius*, *Dio*, *Gellius*, & *Valerius* tradiderunt. Scribit autem *Dio*, Aſinio & Calvino Coſs. Pacorum Parthorum Regem T. Labieno, qui Pompejanarum partium fuerat, duce, in Syriam irrupiſſe; victoque Decidio Saxa M. Antonii legato, univerſam eam provinciam, & Phœnicen, & Ciliciam, & Palæſtinam occupaſſe, M. ipſo Antonio amore Cleopatræ in Ægypto implicato. Cenſorino vero & Sabino Coſs. P. Ventidium ab Antonio contra Parthos miſſum, eos prœlio victos Syria & Tauro monte, Labieno eorum duce occiſo, expuliſſe, & Paleſtinam recepiſſe: eaſque

(11) *Hoc eſt:* Anno ab U. C. 714.
Olymp. CLXXXV. Anno II.
Ante Ær. Chr. 39.
L. MARCIUS CENSORINUS. } Coſs.
C. CALVISIUS SABINUS. }
Ita ex Caſſiodoro, Dione, faſt. Siculis, & Cuſpin. Sigonius, Pighius, Almelov. Mediob. & alii.

(12) *Hoc eſt:* Anno ab U. C. 715.
Olymp. CLXXXV. Anno III.
Ante Aer. Chr. 38.
APPIUS CLAUDIUS PULCHER. } Coſs.
C. NORBANUS FLACCUS. }
Ita ex Caſſiodoro, Dione, faſt. Sicul. & Cuſpin. Sigonius, Pighius, Mediobarbus, Almelovenius, & alii.
Deſinente cum anno hoc Triumvirûm quinquennio in aliud quinquennium ſe Trimviros renunciant.

A eaſque ob res nullum à Senatu bonorem conſequutum, quod eas non ſuis, ſed Antonii geſſiſſet auſpiciis: Antonio autem ſupplicationes eſſe decretas, ſequenti anno Ventidium Pacorum Regem devictis Parthis interfeciſſe; qui fuit annus Claudio & Norbano Conſulibus; atque triumphum à Senatu impetraſſe. De quo triumpho ſic idem: Rebus à Ventidio geſtis Antonius non modo non lætatus eſt, ſed etiam invidit, atque ei imperium abrogavit; quamvis ipſe ob Ventidianam victoriam ſupplicationes à Senatu & triumphum obtinuiſſet, quæ ei à civibus decreta ſunt, cum propter ejus potentiam, tum quia vere Antonii imperium fuerat, non Ventidii. Ventidio autem eadem decreta ſunt, quod cladem Craſſo à Parthis il- B latam ipſe egregie ultus fuerat; & maxime quod eodem die & clades Craſſi, & victoria Ventidii contigerat. Caſu autem Ventidius ſolus triumphavit, quod Antonius ante triumphum obiit: atque gloriam tum ex his, tum ex ipſius fortunæ inconſtantia ingentem retulit, in triumpho enim Pompeji Sirabonis cum ceteris captivis ductus fuerat; qui primus de Parthis triumphavit. Idem ſcribit *Valerius* lib. VI. Aſculo capto, inquit, Cn. Pompeji Magni pater P. Ventidium ætate puberem in triumpho ſuo populi oculis ſubjecit, hic eſt Ventidius, qui poſtea Romæ de Parthis, & per Parthos de Craſſi manibus in hoſtili ſolo miſerabiliter jacentibus, triumphum duxit. Et *Plinius* C lib. VII. Triumphavit de Parthis ſolus P. Ventidius; ſed idem in trinmpho Aſculano Cn. Pompeji Strabonis puer ductus: quamquam Maſſurius auctor eſt, bis in triumpho ductum. *Gellius* lib. XV. eum Picentem fuiſſe ait genere, & loco humili, & matrem ejus à Pompejo Strabone Pompeji Magni patre, bello ſociali, quo Aſculanos ſubegit, captam cum ipſo eſſe: mox triumphante Pompejo Strabone, eum quoque puerum inter ceteros ante currum Imperatoris ſinu matris vectum eſſe, poſt, cum adoleviſſet, victum ſibi ægre quæſiſſe, eumque ſordide inveniſſe, comparandis mulis & vehiculis magiſtratibus, qui ſortiti provincias forent: præbenda publice conduxiſſe: in iſto D quæſtu notum eſſe cœpiſſe C. Cæſari; & cum eo profectum eſſe in Gallias. tum, quia in ea provincia ſatis naviter verſatus eſſet, & deinceps civili bello mandata ſibi pleraque impigre & ſtrenue feciſſet, non modo in amicitiam Cæſaris, ſed ex ea in ampliſſimum quoque ordinem perveniſſe, mox Tribunum quoque plebis, ac deinde Prætorem creatum, atque in eo tempore judicatum eſſe à Senatu hoſtem cum M. Antonio, poſt vero conjunctis partibus, non priſtinam tantum dignitatem recuperaſſe, ſed etiam pontificatum, ac deinde Conſulatum quoque adeptum eſſe. Eundem Ventidium Baſſum *Suetonius* præpoſitum eſſe à M. Antonio provinciis orientalibus, Parthoſque in Syriam E introrumpentes tribus prœliis fudiſſe ſcribit; eumque primum omnium de Parthis triumphaſſe, & morte obita publico funere elatum eſſe. Idem *Plutarchus* in Antonio, & *Eutropius* libro VII.

DE COS. AN. DCCXVI. (13)

M. Agrippam, L. Caninium Conſules ſuggerit *Caſſiodorus*: Agrippam & Gallum *faſti Siculi*: *Dio* M. Vipſanium L. F. Agrippam, L. Caninium L. F. Gallum. M. Agrippam, & C. Canidium Gallum Conſules edit *Joſephus* libro XV. Antiquitatum, annos XXVII. poſt Ciceronem Conſulem; quo anno capta Hieroſolyma fuerat. Vipſanium item Agrippam vocat *Nepos* in vita Attici. In *Capitolinis lapidibus*, aliiſque veteribus Romæ monumentis, gentile nomen ejns præteritur, ut in fronte templi, quod Pantheon dictum eſt; M. AGRIPPA L. F. COS. TERT. De Agrippa ita *Tacitus* libro primo: Auguſtus M. Agrippam ignobili loco, bonum militia, victoriæ ſocium, geminatis Conſulatibus extulit: poſt etiam mortuo Marcello ſororis filio, generum ſumpſit. Ex *Capitolino* inani *intervallo* inter Agrippam & Gellium, qui ſequitur, Conſulem, apparet deſiderari nomen Conſulis ſuffecti in locum Caninii; de quo nihil mihi compertum eſt, ſuſpicor autem ne ſit T. Statilius Taurus: primum, quia biennio poſt pro Cos. triumphavit ex Africa; deinde, quia anno DCCVII. Conſul eſt iterum, neque quando primum fuerit, exſtat.

De triumviris R. P. C. II.

Dio auctor eſt, hoc anno triumviros R. P. C. Antonium, Lepidum, & Cæſarem, cum quinque anni triumviratus, in quos ſe crearant, abiiſſent, eoſdem ſemet in alterum quinquennium renunciaſſe. Hoc idem ex *Colotiano lapide* colligitur, in quo eſt; priores triumviros ex ante diem quintum K. Dec. ad prid. Kal. Jan. ſex. triumviratum geſſiſſe, pridie autem K. Jan. ſextas ab illo die; intelligimus eſſe ultimum ejus anni diem, quo Claudius & Norbanus Conſules fuerunt. In *Capitolino fragmento* triumviri Claudio & Nnrbano ſnbjecti videntur, quaſi illo anno inierint, verum ego interpretor, conjungendos eſſe triumviros cum anno, quo M. Agrippa Conſulatum gerit; quippe qui illuſtriores ſint ipſis Conſulibus, atque idcirco Conſulibus præponantur, ſic enim poſt etiam Auguſtus cum numero Tribuniciæ poteſtatis, itemque Tiberius, Conſulibus præponuntur, non ſubjiciuntur. Itaque in *lapide* nomina rum triumvirûm, tum Agrippæ, reſpondent ad perpendiculum, nec ullum eorum interius altero eſt. Eos autem K. Jan. iniſſe, quamquam traditum non eſt, puto. Cum Antonii & Cæſaris ſuſpecta alterius alteri fides eſſet, per Octaviam in gratiam redierunt. Cæſar etiam filiam Antyllo Antonii ex Cleopatra filio; Antonius Domitio Cæſaris interfectori, & proſcripto, filiam ex Octavia deſpoponderunt. *Dio*.

De

(13) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 716.
Olymp. CLXXXV. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 37.

M. VIPSANIUS AGRIPPA.
L. CANINIUS GALLUS, cui abdicanti ſuffectus eſt
T. STATILIUS TAURUS ex Pighii optima conjectura. } Coſs.

Ita ex Caſſiodoro, Dione, Cornel. Nep. tabul. Sicul. Sigonius, Pighius, Almeloven. & alii.

M. ÆMILIUS LEPIDUS II.
M. ANTONIUS II.
C. JUL. CÆSAR OCTAVIUS II. } IIIviri.

Ita Pighius & Sigonius ex Dione. Pighius tamen ſub anno anteced.

Sigonius ſub hoc anno hujus novi quinquennii mentionem facit ex tab. Collotiana.

De triumpho à M. Agrippa Coſ. neglecto ex Gallia.

CÆſar, cum pararet bellum in Sex. Pompejum Magni filium, M. Agrippam ex Gallia ulteriore evocavit: eique curam claſſis ædificandæ mandavit, cum eundem, qui Gallos nova molientes devicerat, & ſecundus Romanorum belli cauſſa Rhenum tranſierat, triumphi honore decoraſſet. Is autem cum Conſulatum cum L. Gallo gereret, ſibi triumphandum non eſſe duxit, quod haud decere putaret, ſe, re male adverſus Pompejum à Cæſare ob naufragia geſta, in lætitia eſſe. Hæc B *Dio*. *Appianus* etiam lib. V. Agrippam ex Aquitania inſignem Victoriam retuliſſe, *Oroſius* eundem in Aquitania rem proſpere geſſiſſe, auctores ſunt.

DE COS. AN. DCCXVII. (14)

C*Aſſiodorus* Conſules in hunc annum profitetur L. Gellium, M. Coccejum: Poplicolam & Nervam *faſti Siculi*: *Dio* L. Gellium L. F. Poplicolam, M. Coccejum Nervam. Ex *Capitolinis fragmentis* apparet L. GELLIUM L. F. L. N. eſſe. L. Gellius, frater proditur à *Dione* M. Valerii Meſſallæ, eſt enim is, cui à C M. Bruto venia ante data eſt, ex quo intelligi poteſt, Poplicolam cognomen eſſe adoptionis, non enim Gellii, ſed Valerii, Poplicolæ cognomen tulerunt. Eundem Gellium abdicaſſe, in ejus locum alterum factum eſſe, *eadem fragmenta* docent. Is forte fuit L. Munatius L. F. L. N. Plancus: quem *Plinius* lib. XIII. cap. III bis Conſulem fuiſſe ait, neque quo anno iterum fuerit, reperias, cui conjecturæ *fragmentum* etiam *Capitolinum* aſſentitur, in quo eſt; L= L=. ideſt, L. F. L. N.

De triumpho Cn. Domitii Calvini pro Coſ. ex Hiſpania.

HOc anno Cn. Domitium Calvinum pro D Coſ. ex Hiſpania triumphaſſe, exſtat in *faſtis Capitolinis*, cujus triumphi meminit *Dio* in expoſitione rerum geſtarum Cenſorino & Sabino Coſſ. his verbis: Eodem tempore moverunt etiam Ceretani in Hiſpania; quos Calvinus ſubegit, re primum bene ab ipſo, poſt infeliciter ab ejus legato geſta; qui à barbaris obſeſſus, & à ſuis militibus deſertus eſt. Calvinus autem non ante in hoſtes impreſſionem fecit, quam de militibus ſupplicium ſumpſit, eoſque decimavit, quo facto hoſtes adortus, victoriam reportavit, & triumphum obtinuit; quamquam Hiſpania Cæſari provincia erat decreta, ex arbitrio enim eorum, qui imperium habebant, etiam honores iis, qui ſuis auſpiciis E pugnaſſent, mandabantur. Et *Vellejus*; Eadem tempeſtate Calvinus Domitius, cum ex Conſulatu obtineret Hiſpaniam, graviſſimi comparandique antiquis exempli auctor fuit; quippe

A primipili centurionem nomine Vibullium, ob turpem ex acie fugam fuſte percuſſit.

De bello Siculo Sex. Pompeji, & Imp. Cæſare ovante II.

SEx. Pompejus minor è filiis Cn. Pompeji Magni, bellum Siculum concivit; quod ab Imp. Cæſare geſtum eſt. Is enim anno DCCIX. quo anno C. Cæſar dictator in Hiſpania cum filiis Cn. Pompeji acerrimo bello dimicavit, è Corduba, ubi obſidebatur, elapſus, in Lacedaniam veniens, aliquamdiu latuit, ubi vero Cæſar in Italiam, haud magnis relictis in Bæ- B tica copiis, deceſſit, in Bæticam, confluentibus ad eum omnibus iis, qui ex prœlio incolumes evaſerant, ſe recepit: atque occiſo jam Cæſare, urbes alias, vi alias voluntate ſibi adjunxit, C. Carrinate, ac deinde C. Aſinio Pollione, quos Cæſar in Hiſpaniam miſerat, pulſis. M. deinde Lepidus, qui à Cæſare alteram Hiſpaniam obtinuerat, fœdus cum eo fecit, ut recuperato patrimonio ex Hiſpania recederet: atque id fœdus à M. Antonio Coſ. confirmatum eſt. Tum vero cum M. Bruto Macedoniam, C. Caſſio Syriam & bellum adverſus Dolabellam Senatus decerneret, Sex. Pompejo claſſem commiſit, atque eum in Italiam advocavit. Is, cum jam triumviri dominatentur, C lectis ex Epiro proſcriptis ac fugitivis, cum exercitu diu ſine ulla loci cujuſquam poſſeſſione in mari prædatus, Meſſanam oppidum in Sicilia primum, deinde totam inſulam occupavit: occiſoque A. Pompejo Bithynico Prætore, Q. etiam Salvidienum legatum Cæſaris navali prœlio ſuperavit, tum cum bellum in Brutum & Caſſium à Cæſare & Antonio parabatur, Lepido & Planco Coſſ. Illis autem debellatis, cum maria omnia latrociniis Sextus infeſta redderet, & Sicilia in poteſtatem redacta annonæ ſubvectiones impediret, atque urbem fame per aliquot annos opprimeret, cum eo poſtulatam pacem Cæſar & Antonius fecerunt, ita ut ille Siciliam & Sardiniam & Achajam D in quinquennium haberet, & purgatis maribus, commeatum in urbem mitteret: hæc autem pax facta eſt Marcio & Calviſio Coſſ. eodemque anno cum Sex. Pompejus rurſum latrociniis mare vexaret, nec pacem, quam acceperat, præſtaret, Cæſar neceſſario bello contra eum ſuſcepto, Lepido ex Africa cum legionibus accito, duobus navalibus prœliis dubio eventu Claudio & Norbano Coſſ. pugnavit. Sequens deinceps annus in conficienda claſſe, cui rei M. Agrippa præfectus erat, conſumptus eſt: hoc autem demum anno adverſus Sex. Pompejum vario eventu navalibus certaminibus pugnatum eſt; ita ut duarum claſſium Cæſaris altera, cui Agrippa præerat, vinceret; altera, quam E Cæſar duxerat, deleta, expoſiti in terram milites fere à Pompejo oppreſſi ſint. Victus deinde Pompejus in Siciliam profugit: M. Agrippa roſtrata navali corona à Cæſare donatus eſt; qui honos nemini ante eum habitus erat. Quibus

rebus

(14) *Hoc eſt:* Anno ab U. C. 717.
Olymp. CLXXXVI. Anno I.
Ante Ær. Chr. 36.

L. GELLIUS POPLICOLA, cui abdicanti ſuffectus	Coſſ.
L. MUNATIUS PLANCUS II. ex Panvinii & Pighii conjectura.	
M. COCCEJUS NERVA, cui abdicanti ſuffectus	
P. SULPICIUS QUIRINUS, ex Panvinii & Pighii conjectura.	

Ita ex Caſſiodoro, Dione, faſt. Sicul. &c. Sigonius, (qui tamen nihil de ſuffectis) Pighius, Almelovenius, & alii.

Hoc anno Jul. Cæſ. Octavius abrogat M. Æmilio Lepido Triumviratum.

Vide Panvinium ad annum Varronian. U. C. 718.

rebus Romæ nunciatis, Cæſari magno omnium conſenſu ſtatuæ, currus triumphalis, & ut ovans urbem iniret, & laurea corona perpetuo uteretur, conceſſum eſt. Hæc *Dio*. In *Capitolinis tabulis* ſcriptum eſt etiam Imp. Cæſarem II. IIIvirum, II. ovantem ex Sicilia hoc anno iniiſſe; & apud *Svetonium*, Cæſarem poſt bellum Siculum iterum ovantem eſſe ingreſſum. Sex. Pompejus, cum è Meſſana Corcyram, atque inde in Cephalleniam nullo perſequente veniſſet, in Aſiam àd Antonium ſe contulit: & cum in Lesbo eum rem male adverſus Medos geſſiſſe audiret, ratus ſe Antonii imperium ad ſe facile translaturum, cum bellum compararet, per M. Titium Antonii legatum captus, juſſu ejuſdem, Cornificio & Pompejo Coſs. interſectus eſt. *Dio*, *Epitomæ*, *Appianus*.

De M. Lepido Triumviro II. victo, & coacto abdicare.

IMp. Cæſare hoc anno bellum cum Sex. Pompejo gerente, M. Lepidus Triumvir ex Africa ad ſocietatem belli à Cæſare accerſitus vênit, cum autem Cæſar eo tamquam legato in bello uti vellet, Lepidus ſibi imperii partem depoſceret, ac pacta occulta cum Pompejo eum feciſſe Cæſar comperiſſet, fugato Pompejo, Lepido inde, qui occupata Meſſana Cæſarem in jus vocabat, & Siciliam ſibi vindicabat, bellum intulit, qui victus, atque ab exercitu ſuo relictus, abrogato Triumviratus honore, ſupplex à Cæſare vitam impetravit. *Dio*, *Appianus*, *Vellejus*, itaque *Svetonius* ita: Poſt Pompeji fugam collegarum alterum M. Lepidum, quem ex Africa in auxilium evocarat, ſuperbientem XX. legionum fiducia, ſummaſque ſibi partes terrore ac minis vindicantem, Cæſar ſpoliavit exercitu; ſupplicemque conceſſa vita Circejis in perpetuum relegavit. Idem *Oroſius*.

DE COS. AN. DCCXVIII. (15)

SEx. Pompejum, L. Cornificium Conſules prodit in hunc annum cum *Siculis Caſſiodorus*: L. Cornificium L. F. Sex. Pompejum Sex. F. *Dio*. Hoc anno, ut dixi, Sex. Pompejus Cn. F. occiſus eſt.

DE COS. AN. DCCXIX. (16)

COnſules ſuggerit *Caſſiodorus* L. Scribonium, L. Atratinum; Antonium & Libonem *faſti Siculi*, M. Antonium M:F. II., L. Scribonium L. F. Libonem *Dio*. Adjicit idem, M. Antonium Magiſtratu ſe confeſtim abdicaſſe, ac ſibi L. Sempronium Atratinum ſuffeciſſe: multos autem eſſe, qui propterea non Antonium; ſed Atratinum Conſulem hoc anno profiteantur. Idem etiam poſt alio loco ſcribit, Cæſarem II. Conſulem K. Jan. abdicaſſe; ut

A etiam ante M. Antonius fecerat. L. Sempronius Atratinus deſcriptus eſt ex *triumpho Capitolino* acto anno DCCLXXII. Conſules in parte anni ſuffectos invenio P. Æmilium, C. Memmium. Ita enim eſt in lapide quodam perantiquo, cujus exemplum eſt in *lib. veterum Inſcriptionum*, ubi multi horum annorum Conſules ſunt:

L. SEMPRONIUS. L. SCRIBONIUS
K. JUL. P. AEMILIUS
C. MEMMIUS.
K. NOV. C. HERENNIUS

Meminit item Paulli Æmilii Lepidi Conſulis in parte anni *Dio*; eumque porticum ſuis ſumptibus exædificaſſe ait, & in Conſulatu
B dedicaſſe. Hic poſt in *cenſura Capitolina* L. F. M. N. vocatur.

De triumpho T. Statilii Tauri pro Cos. ex Africa, C. Soſii ex Judæa, C. Norbani ex Hiſpania.

HOc anno T. Statilius Taurus pro Cos. ex Africa triumphavit; ut ſcriptum eſt in *Capitolinis tabulis*. Hic autem Taurus in Africam ab Imp. Cæſare miſſus eſt, poſtquam Lepidum in Sicilia vicit, cujus erat provincia Africa. *Dio* ſiquidem lib. XLIX., Coccejo & Gellio Coſs. Cæſarem utramque Africam virtute Statilii Tauri ſine prœlio obtinuiſſe, &
C *Vellejus*, M. Agrippæ & Statilio Tauro novitatem familiæ haud obſtitiſſe, quo minus ad multiplices Conſulatus triumphoſque, & complura eveherentur ſacerdotia, ſcribunt. Eodem etiam anno C. Soſium ex Judæa triumphaſſe invenio in *tabulis Capitolinis*. De quo ſic *Dio* libro XLIX., M. Antonius in Italiam reverſus, imperium Syriæ & Ciliciæ C. Soſio tradidit. Is Aradios obſeſſos, ac fame & morbo oppreſſos in ditionem redegit; & Antigonum, qui præſidium Romanorum interfecerat, prœlio vicit, ac Hieroſolyma confugientem obſidione in poteſtatem adduxit. Multis igitur detrimentis Judæi Romanos affecerunt; ſed multo plura acceperunt, atque hæc Claudio
D & Norbano Coſs. geſta ſunt. Sequenti vero anno, cum in Syriam revertiſſet Antonius, C. Soſius, ne Antonium ſibi infeſtum re bene gerenda redderet, quievit. Hæc ille. *Joſephus* autem Antiquitatum lib. XV. narrat Hieroſolyma à C. Soſio, M. Agrippa & Canidio Gallo Coſs. capta, annos XXVII. poſtquam à Pompejo in poteſtatem populi Romani redacta fuerant. Hoc eſt autem illud, de quo in *Epitome* CXXVIII. ſcriptum eſt: Judæi à legatis Antonii ſubacti ſunt. Quin etiam C. Norbanum Flaccum hoc anno poſt Soſium ex Hiſpania triumphaſſe, proditum eſt in *Capitolinis triumphis*, de cujus triumpho aut rebus geſtis nemo, quod ſciam, ſcripſit, fuit autem ante
E eum Ap. Claudio Cos.

DE

(15) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 718.
Olymp. CLXXXVI. Anno II.
Ante Ær. Chr. 35.
L. CORNIFICIUS. } Coſs.
SEX. POMPEJUS SEX. F. }
Ita ex Caſſiodoro, Dione, faſt. Sicul. & Cuſpin. Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.

(16) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 719.
Olymp. CLXXXVI. Anno III.
Ante Ær. Chr. 34.
L. SCRIBONIUS LIBO. }
M. ANTONIUS II. cui eodem die }
abdicanti ſuffectus } Coſs.
L. SEMPRONIUS ATRATINUS. }
Cal. Jul. in locum eorum ſuffecti ſunt }
PAULLUS ÆMILIUS LEPIDUS. }
C. MEMMIUS. }
C. HERENNIUS. Cal. Nov. }
Ita ex Caſſiodoro, Dione, faſt. Sicul. lapide antiquo &c. Sigonius, Pighius, Almelovenius, Mediobarbus, & alii.
Herennio Pighius dat prænomen *Marci*, non *Caji*, ut Sigonius. Cui autem C. Herennius fuerit ſuffectus, haud ſatis conſtat.

DE COS. AN. DCCXX. (17)

CAſſiodorus C. Cæſarem, L. Volcatium Conſules ſuggerit; *Dio* Cæſarem $\overline{\text{II}}$., L. Volcatium L. F. Tullum. Qui *Siculos faſtos* digeſſerunt, parum ſcite Cæſarem & Ciceronem in hunc annum edunt. De hoc Cæſaris Conſulatu ſic *Svetonius*; Cæſar ſecundum Conſulatum novem annos poſt primum cepit; quem pauciſſimis horis geſſit. Nam K. Jan. cum mane pro æde Capitolini Jovis paululum curuli ſella præſediſſet, honore abiit, ſuffecto alio. Et *Dio* Cæſar $\overline{\text{II}}$. Conſul cum L. Tullo, abdicavit K. Jan. ut ante fecerat Antonius. Cæſari collega futurus erat Sex. Pompejus Cn. Magni F. ita enim inter eos convenerant, tum cum pacem fecerunt; ut refert libro V. *Appianus*. In locum Cæſaris factum invenio L. Antonium; multoſque alios in parte anni, in *libro veterum Inſcriptionum*, hoc modo;

IMP. CÆSAR $\overline{\text{II}}$. L. VOLCATIUS.
K. JAN. L. ANTONIUS.
K. MAJ. L. FLAVIUS.
K. JUL. M. ATILIUS.
C. FONTEJUS.
K. SEP. L. VINUCIUS.
K. OCTOB. L. LAENONIUS.

Ex bis mendoſe legi L. Antonium, ac L. Antronium Craſſum legendum eſſe opinor, ut ſit is, qui anno DCCXXIIII. pro Cos. ex Africa triumphavit. L. Flavii Conſulis à M. Antonio facti, & abdicati meminit etiam *Dio*; etenim, ut puto, mendoſe eſt apud eum Χλαίνιος, pro Φλαύιος.

DE COS. AN. DCCXXI. (18)

CN. Domitium, C. Soſium Conſules nominat in hunc annum *Caſſiodorus*: Ahenobarbum & Soſium *faſti Siculi*. *Dio* Cn. Domitium Cn. F. Cn. N. Ahenobarbum, C. Soſium C. F. C. N. *Nepos* ſcribit Atticum Cn. Domitio, C. Soſio Coſs. mortuum. Cn. Domitius, Cn. Domitii filius eſt, ejus, qui in Cæſarem conjuravit: C. Soſius, is eſt, qui paulo ante triumphavit; qui in *Capitolino triumpho* T. N. à *Dione* C. N. appellatur. Eſt autem intelligendum, tranſactum eſſe quinquennium, quo

A Cæſar $\overline{\text{II}}$. Triumvir fuit: hoc autem primum anno privatum fuiſſe, tum cum erat deſignatus COS. $\overline{\text{III}}$. Itaque miror Tergeſti lapidem ejuſmodi legi; IMP. CÆSAR COS. DES. TERTIUM, IIIVIR R. P. C. ITERUM, MURUM TURRESQUE FECIT: neque enim dici poteſt, eum ſibi Triumviratum in tertium quinquennium prorogaſſe; quem *Dio* ſcribit, per decem annos tantum adminiſtraſſe. Fortaſſe Conſulem deſignatum $\overline{\text{III}}$. intelligit anno priore, poſtquam ſecundo abierat; nam multis ante annis ſe $\overline{\text{III}}$. cum M. Antonio III. Conſulem deſignaverat; ut ait *Appianus* lib. V. Conſules in parte anni ſuffectos invenio L. Cornelium, & N. Valerium, ſic eſt

B enim in veteribus Inſcriptionibus;

CN. DOMITIUS C. SOSIUS.
K. JUL. L. CORNELIUS.
K. NOV. N. VALERIUS.

DE COS. AN. DCCXXII. (19)

CAſſiodorus C. Cæſarem $\overline{\text{II}}$., M. Meſſallam Conſules in hunc annum profitetur: *faſti Siculi* Octavianum & Corvinum: *Dio* Cæſarem $\overline{\text{III}}$., M. Valerium M. F. Meſſallam Corvinum, & recte: neque enim *Caſſiodorus* rationem habet Conſulatus ejus, quem cum Q. Pedio geſſit; quia ſuffectus fuit. *Dio* autem & *Appianus* auctores ſunt, Cæſarem &

C Antonium ambos $\overline{\text{III}}$. in hunc annum Conſules comparatos fuiſſe, tum cum pace cum Sex. Pompejo facta, Conſules in octo annos inſequentes deſignarunt: verum abrogatum fuiſſe priore anno ei à populo Conſulatum, & bellum una cum Cleopatra indictum, ac pro eo M. Meſſallam Conſulem declaratum. Unde etiam *Svetonius*; Cæſar tertium Conſulatum anno interjecto cepit. Hunc annuum ab eo geſtum tradit & *Dio*, & *Svetonius*. De Meſſalla autem ſic *Dio*; M. Meſſalla, quem proſcripſerat Antonius, non ſolum ſervatus eſt, ſed etiam poſtea Conſul in locum ejus factus eſt. De ſuffectis hoc anno Coſs. ſic in veteribus

D inſcript.

IMP. CÆSAR $\overline{\text{III}}$. M. VALERIUS.
K. MAJ. M. TITIUS.
K. OCTOBR. CN. POMPEJUS.

Antoniani autem Conſulatus mentio eſt in anti-

(17) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 720.
Olymp. CLXXXVI. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 33.
C. JUL. CÆSAR OCTAVIUS II. }
cui ſtatim abdicanti ſuffectus }
P. *AUTRONIUS PÆTUS* ex tab. Capuana apud Pigh. }
L. VOLCATIUS TULLUS. }
His duobus Conſulibus Cal. Maji ſuffecti ſunt } Coſs.
L. FLAVIUS. }
C. FONTEJUS CAPITO. }
Cal. verò Jul. ſuffecti ſunt alii duo, qui ſequuntur }
L. VINUCIUS. Cal. Sept. }
L. LARONIUS. Cal. Oct. }
Ita ex Caſſiodoro, Dione, Svetonio, faſt. Cuſpin. tab. Capuana &c. Sigonius, Pighius, Almelovenius, & alii.
Malè Sigonius addit Autronio prænomen *Lucii*. Vide Pighium.

(18) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 721.
Olymp. CLXXXVII. Anno I.
Ante Aer. Chr. 32.
CN. DOMITIUS AHENOBARBUS. }
C. SOSIUS. Quibus ex tab. Capuana ſuffecti } Coſs.
L. CORNELIUS. Cal. Jul. }
NUM. VALERIUS. Cal. Nov. }

Ita ex Caſſiodoro, Dione, Corn. Nep. & tab. Capuana Sigonius, Pighius, Mediobarbus, Almelovenius, & alii.
Malè tamen Almelovenius dat Valerio prænomen *Marci*, pro *Numerii*, ut Sigonius, & Pighius.

(19) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 722.
Olymp. CLXXXVII. Anno II.
Ante Ær. Chr. 31.
C. JUL. CÆSAR OCTAVIUS, ſive OCTAVIANUS III. }
M. VALERIUS MESSALLA CORVINUS, quibus ſuff. } Coſs.
E *M. TITIUS*. Cal. Maji. }
CN. POMPEJUS. Cal. Oct. }
Ita ex Caſſiodoro, Dione, Svetonio, & lapide antiquo Sigonius, Pighius, Almelovenius, Mediobarbus, & alii.
Hic eſt Annus I. Imperii Rom. ſub Octaviano Aug.
Hoc anno ad Actium commiſſa navali pugna, & victo M. Antonio, ſolus Octavianus Cæſar univerſum Romanum Imperium in ſui poteſtatem recepit, abrogato Triumviratu anno U. C. 717. M. Æmilio Lepido. Pugna hæc commiſſa eſt hoc anno IV. Non. Septemb.
Tillemontius, qui ſequitur Varronianam ab U. C. computationem hoc ipſo anno hæc confirmat nempe anno 31. ante Chriſti vulgarem Æram.

antiquis nummis argenteis ita; M. ANTONIUS AUG. IMP. IV. COS. TERT. IIIVIR. R. P. C.

De bello Actiaco cum M. Antonio, & imperio Rom. ad unum Imp. Cæſarem translato.

ULtimum bellum, quod geſtum eſt cum civibus, geſtum eſt cum M. Antonio, qui Triumvir fuerat R. P. C. quo confecto, (hic enim unus ex civibus arma retinebat) imperium Romanum totum ad Cæſarem, qui poſt *Auguſtus* eſt appellatus, translatum eſt. Inimicitiæ autem inter Cæſarem & Antonium, cœperunt Antonio & Volcatio Coſs. exarſerunt Domitio & Soſio, auctore *Dione*. Antonius crimini dabat Cæſari, quod Lepido Triumviratum abrogaſſet, atque copias ejus, & Sex. Pompeji, quas communes eſſe oportebat, unus ſibi ſumpſiſſet, atque tum illarum, tum quas in Italia, quæ communis erat, conſcripſiſſet, partem repetebat. Cæſar autem Antonio, quod Ægyptum ſine ſorte teneret, & Sex. Pompejum, cui ipſe ſponte ignoviſſet, interfeciſſet, & Artavaſdem Regem Armeniorum dolo captum, in vincula cum magna populi Rom. infamia conjeciſſet; partemque eorum ſpoliorum poſcebat: vitio etiam dabat Cleopatram, & liberos ex ea ſuſceptos, & quæ ei donaſſet: in primis autem quod Cleopatræ filium ex C. Cæſare, Cæſarionem appellaſſet, atque ad Cæſaris genus traduxiſſet. Atque hæc quidem tum per epiſtolas privatim, tum publice in Senatu, Cæſare coram, & Antonio per legatos agente, ultro citroque objecta ſunt; delectibus interea ab utroque, quaſi ad aliud bellum, habitis; quouſque Domitius & Soſius, ambo Antonianarum partium, Conſulatum inierunt. Tum enim, cum K. Jan. Soſius in Senatu multa pro Antonio contra abſentem Cæſarem dixiſſet, Cæſar in urbem reverſus, convocato Senatu, multo pluribus in Antonium, ipſis obmuteſcentibus Conſulibus, peroravit. Quibus acceptis, Antonius remiſſo Octaviæ nuntio, bellum ſuſcepit. Tum Cæſar in Senatu & in concione teſtamenti Antoniani tabulas, quas quidam ab Antonio ad Cæſarem transfugientes, apud Veſtales aſſervari retulerant, recitavit; in quibus Cæſarionem vere Cæſaris ex Cleopatra filium teſtabatur, & filiis ſuis ex Cleopatra natis ingentia munera legabat, ſeque in Ægypto cum Cleopatra ſepeliri jubebat. Quibus rebus indignatus populus Ro. cum etiam graviora alia vera eſſe, quæ ſermonibus celebrabantur, putaret; Antonium victoria parta urbem Cleopatræ per gratiam traditurum, atque imperium Romanum in Ægyptum eſſe translaturum; eò irarum progreſſus eſt, ut Conſulatum ei, quem cum Cæſare geſturus erat, imperium abrogarit, & bellum non verbo, ne eos, qui cum eo erant, à ſe abalienaret, ſed re, verbo autem Cleopatræ, per fetialem indixerit; quod mulier Ægyptia Romanum imperium affectaret. Hæc *Dio*. De iiſdem cauſis ſic etiam ſcriptum eſt in *Epitoma* CXXXI., Antonius Artavaſdem Armeniæ Regem fide data perductum in vincula conjici juſſit; Regnumque Armeniæ filio ſuo ex Cleopatra nato dedit; quam uxoris loco, jampridem captus amore ejus, habere cœperat. Cum autem ob ejuſdem amorem, ex qua filios duos habebat, Philadelphum & Alexandrum, neque in urbem venire vellet, neque finito Triumviratus tempore, imperium deponere; bellumque moliretur, quod urbi Italiæque inferret, ingentibus tam navalibus quam terreſtribus copiis ob hoc contractis, remiſſoque Octaviæ ſorori Cæſaris repudio, Cæſar in Epirum cum exercitu trajecit. Adjicit præterea *Dio*, eodem anno Cæſarem & Antonium copias undique comparaſſe; Cæſarem, ex Italia, Gallia, Hiſpania, Libya, Sardinia, & Sicilia; Antonium; ex Aſia, Thracia, Macedonia, Græcia, Ægypto, Cyrene, Regibus & Dynaſtis omnibus: ſequenti autem anno; Cæſare & Meſſalla Coſs. Antonium & Cleopatram ad Actium Epiri promontorium Cæſari occurriſſe: multis prœliis navalibus à Cæſare proſpere factis, victum tandem Antonium, cum Cleopatra Alexandriam in Ægyptum profugiſſe. Cæſarem victorem Apollini Actio triremes uſque ad decemremes omnes captivas conſecraſſe; ac majori fano conſtructo, ludos Scenicos & Circenſes, ac ſacrum quinquennale, quod *Actium* dictum eſt, inſtituiſſe: atque ubi caſtra habuerat, oppidum *Nicopolim* exædificaſſe; hanc autem navalem pugnam IV. Non. Sept. factam, atque eo die univerſum imperium Rom. ad Cæſarem recidiſſe, itaque ab illo die annorum ejus imperii numerationem duci. Quare recte *Suetonius* ita: Cæſar primum cum M. Antonio Marcoque Lepido, dein tantum cum Antonio per XII. fere annos, noviſſime per IV. & XL. ſolus Remp. tenuit. Et *Tacitus* libro primo: Poſtquam Bruto & Caſſio cæſis nulla jam publica arma, Pompejus apud Siciliam oppreſſus, exutoque Lepido, interfecto Antonio, ne Julianis quidem partibus niſi Cæſar dux reliquus, poſito Triumviri nomine, Conſulem ſe ferens, & ad tuendam plebem Tribunicio jure contentus, munia Senatus, Magiſtratuum, legum, in ſe trahere, nullo adverſante.

DE COS. AN. DCCXXIII. (20)

CAſſiodorus Conſules in hunc annum nominat C. Cæſarem IIII., M. Craſſum: *faſti Siculi* Octavianum & Craſſum: *Dio* Cæſarem IIII., M. Licinium M. F. Craſſum. Addit idem: Cæſar media hieme trajecit in Italiam ex Macedonia: qua ipſe quartum Cos. cum M. Craſſo fuit, hic enim etſi cum Sexto & cum Antonio ſenſerat, tamen tum ne Prætorius quidem Conſulatum geſſit. *Oroſius* item notat, Cæſarem VI. Imp. appellatum, cum M. Licinio Craſſo Cos. fuiſſe. Cum autem *Dio* ſcribat hunc Conſulatum annuum à Cæſare geſtum, miror, cur *Suetonius* nonniſi à VI. ad XI. annuos geſtos tradiderit. Hunc Conſulatum, eodem auctore, Cæſar in Aſia inivit. De Conſulibus ſuffectis M. Licinio ſic in veteribus Inſcriptionibus:

IMP.

(20) *Hoc eſt:* Anno ab U. C. 723.
Olymp. CLXXXVII. Anno III.
Ante Ær. Chr. 30.
C. JUL. CÆSAR OCTAVIANUS IV.)
M. LICINIUS CRASSUS.) Coſs.
Hoc ipſo anno ſuffecti ſunt)
C. ANTISTIUS VETUS. Cal. Jul.)
M. TULLIUS CICERONIS F. Id. Sept.)
L. SÆNIUS SÆVINUS. Cal. Nov.)
Ita ex Caſſiodoro, Dione, faſt. Sicul. Plutarcho, Oroſio &c. Sigonius, Pighius, Almeloveenius, Tillemontius, Mediobarbus, & alii.

IMP. CÆSAR IIII. M. LICINIUS.
K. JUL. C. ANTISTIUS.
ID. SEPT. M. TULLIUS.
K. NOV. L. SÆNIUS.

De M. autem Tullio ſic *Dio* in exponendis hujus anni rebus; Quo tempore nuntiata eſt mors M. Antonii, in parte anni Conſul erat Ciceronis filius. Et *Plinius* lib. XXII., Ipſum Auguſtum cum M. Cicerone filio Conſulem Idibus Septem. Senatus obſidionali donavit. Tradit etiam *Plutarchus* cum *Dione*, paulo poſt debellatum Antonium, Cæſatem Conſulem factum, Ciceronis oratoris filium ſibi collegam cooptaſſe: quo in Magiſtratu Senatum ſtatuas Antonii dejeciſſe, ac decteto, nequis ex gente Antonia Marci prænomine uteretur, ſtatuiſſe Antiſtio, Veteris; Sænio, Sævini cognomen ex *Vellejo* & *Tacito* adjectum eſt.

DE COS. AN. DCCXXIV. (21)

CONſules apud *Caſſiodorum* C. Cæſar IIII., Sex. Appulejus: apud *Dionem* Cæſar V., Sex. Appulejus Sex. F. in *faſtis Siculis* Octavianus & Appulejus: in veteribus Inſcriptionibus, IMP. CÆSAR V. SEX. APPULEJUS. In *Capitolino triumpho*; SEX. APPULEJUS SEX. F. SEX. N. *Suetonius*, Cæſarem quinctum Conſulatum continuaſſe, eumque in Samo iniiſſe: *Dio*, Conſulem Sexto ſuffectum in parte anni Potitum Valerium ſcribunt: qui, ut puto, pater eſt L. Valerii Potiti F. Conſulis anno DCCLVII. Hunc annum vocat *Dio* ab Urbe condita DCCXXV. De Cæſare Cos. V., exſtat epigramma vetus ejuſmodi in Antiquæ urbis epigrammatum libro;

SENATUS POPULUSQUE ROMANUS
IMP. CÆSARI DIVI JULI F. COS. QUINCT.
COS. DESIGN. SEXT. IMP. SEPT.
REPUBLICA COSERVATA.

De III. triumphis Imp. Cæſaris, Dalmatico, Macedonico, Ægyptio; & C. Carrinatis pro Cos. Gallico.

HIs Conſulibus Imp. Cæſarem tres triumphos egiſſe; primo die de Pannoniis, Dalmatis, Japydibus, Gallis; eodemque die C. Carrinatem pro Cos. de Morinis; altero die ex Macedonia, tertio ex Ægypto de Cleopatra, auctor eſt *Dio*. Unde etiam *Suetonius*; Curules triumphos egit tres, Dalmaticum, Actiacum, Alexandrinum. Et *Macrobius*; Cæſar Sextili menſe triumphavit, ter, & idcirco menſis ille poſt dictus eſt *Auguſtus*. *Oroſius* autem imperite, qui ſcripſit Cæſare & Sex. Apulejo Coſs. Cæſarem ab Oriente redeuntem, VIII. id. Jan. urbem triplici triumpho ingreſſum eſſe, ſiquidem ſcriptum eſt apud *Dionem*, æſtate ea, qua Potitus Valerius Conſul in locum Sex. Apuleji in parte anni fuit, Cæſarem in Italiam trajeciſſe, & triumphaſſe. De his triumphis ſic in VIII. Virgilius;

At Cæſar triplici invectus Romana triumpho
Mœnia, dIs Italis votum immortale ſacrabat.

Quæ verba exponens *Servius* ait; Tres Auguſtus triumphos egit, nam primo die triumphavit exercitus, qui Antonium; ſecundo, qui Dalmatas vicerat; tertio, ipſe cum Alexandrino ingreſſus triumpho eſt. At in *Epitomis*, primum ex Illyrico, alterum ex Actiaca victoria, tertium de Cleopatra actum, ſcriptum eſt. Et *Dio*, ut dixi, primo die Dalmaticum actum & Gallicum tradit. Verba ejus hæc ſunt: Cæſar primo die de Pannoniis, Dalmatis, Japudibus, & Gallis quibuſdam triumphavit. Nam C. Carrinas Morinos, & alios quoſdam, qui una deſecerant, ſubegerat; & Suevos, qui magna multitudine Rhenum tranſierant, repulerat, ac propterea & ille triumphavit; quamvis pater ejus à Sulla proſcriptus, atque ipſe una cum aliis ſuffragiorum ratione privatus eſſet. Triumphavit vero etiam Cæſar; quoniam victoria ad Imperatorem cujus auſpiciis parta eſt, refertur. Atque hi primo die triumphi acti ſunt. *Appianus* etiam de Illyriis à Cæſare triumphatum ſcribit. Hæc de triumpho. De victoria vero ſic *Dio*: Cæſar Pompejo & Cornificio Coſs. cum Sex. Pompejus ab Antonio occiſus eſſet, quem ipſe priore anno ſugarat, venit in Siciliam, ut ad Africam ordinandam trajiceret: verum tempeſtate detentus, conſumpto tempore non trajecit. Etenim Salaſſi, Tauriſci, Liburni, Japudeſque, cum & ante moviſſent, & tributa dare recuſaſſent, abſente Cæſare defecerunt, propterea Cæſar adducto adverſus eos exercitu, Salaſſos & Japudas in poteſtatem redegit, quibus rebus geſtis, in Pannonios movit, non quod illi quidquam in ſe deliquiſſent, ſed ut milites in opere haberet, & exercitum alienis ſumptibus aleret: eorumque gente ſubacta, atque iis præfecto Fuſio Gemino, Romam decedens, triumphum ſibi decretum à Senatu in aliud tempus diſtulit. Cum autem in Britanniam trajicere cuperet, ac propterea poſt hiemem, qua M. Antonius II. cum Libone Conſul fuit, in Galliam veniſſet, quidam è populis, quos ante devicerat, una cum Dalmatis rebellarunt: ac Pannonios quidem Fuſius; Dalmatas primum Agrippa, poſt etiam ipſe Cæſar, qui & eo bello vulneratus eſt; Salaſſos, Meſſalla Corvinus; alios Statilius Taurus perdomuit. Unde *Suetonius*: Dalmaticum bellum Cæſar adoleſcens adhuc per ſe geſſit; quo etiam vulnera excepit. Item: Domuit partim ductu, partim auſpiciis ſuis Cantabriam, Aquitaniam, Pannoniam, Dalmatiam, cum Illyrico omni: item Rhetiam, & Vindelicos, & Salaſſos gentes Alpinas coërcuit. Hæc de primo triumpho. Secundo autem die navalem ad Actium pugnam in triumpho translatam narrat *Dio*: (de qua ante dictum à nobis eſt) neque vero de Antonio & civibus R. ſed de Cleopatra triumphum actum. Tertio, de Ægypto capta triumphatum: qua de re nunc dicendum eſt. Cæſare & Meſſalla Coſs. quo anno Cæſar Antonium & Cleopatram ad Actium navali prœlio vicit, cum eos in Ægyptum profugientes aliis perſequendos mandaſſet, ipſe in Italiam ad res ordinandas, ne qui motus exorirentur in urbe, revertit; ac poſt XXX. die, cum in Græciam ad bellum tra-

(21) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 724.
Olymp. CLXXXVII. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 29.

C. CÆSAR OCTAVIANUS V. SEX. APPULEJUS, cui Cal. Julii ſuffectus *POTITUS VALERIUS MESSALLA.*	Coſs.

Ita ex Caſſiodoro, Dione, faſt. Sicul. Sigonius, Pighius, Mediobarbus, Tillemontius, Almelovenius, & alii.

Cal. Jol. ſuffectum Potitum Valeriom Pighius refert ex conjectura, non ex aliquo documento.

Hoc anno Cæſ. Oct. Imperatoris titulum aſſumit. Tillemont. in Aug. vita. Qui ſicut & Mediobarbus ſequitur Varronianam computationem.

trajeciſſet, poſtero anno ambos Alexandriæ obſedit. Antonius in ultima rerum deſperatione, ubi res cum Cæſare convenire non potuit, falſo rumore occiſæ Cleopatræ perculſus, ſe interemit. Cæſar Alexandriam in poteſtatem una cum Cleopatra redegit: quæ ne arbitrio victoris in triumpho duceretur, ipſa ſibi admotis aſpidibus, quamquam à Cæſare cuſtodita, mortem intulit. Cæſar Ægypto in provinciæ formam redacta, atque ei Cornelio Gallo præfecto, in Aſiam per Syriam venit; atque ibi hiemavit, æſtate autem ſequente in Italiam decedens, urbem cum tribus his triumphis ingreſſus eſt, quorum extremo Cleopatra ipſa mortua translata eſt; in quo illud etiam contra vetus inſtitutum à Cæſare factum refert *Dio*, ut Conſul collega, & alii magiſtratus, ac Senatus omnis currum ſequeretur Cæſaris, cum ante alii præcedere, alii ſubſequi currum ſolerent.

De triumpho L. Autronii pro Cos. ex Africa.

L. Autronium L. F. Craſſum pro Cos. XVII. K. Sept. triumphaſſe ex Africa, reperio in *Capitolinis tabulis*, ex quo intelligi poteſt, eum hoc anno, ideſt DCCXXIV. ab Urbe condita, poſt Imp. Cæſarem eodem menſe triumphaſſe, nam M. Craſſus, cujus triumphus ſubjicitur; anno DCCXXV. triumphavit IV. non. Julias, hoc dico, quia in *Capitolinis tabulis* annus hujus triumphi deletus eſt. De quo triumpho, aut de rebus ab Autronio geſtis, nihil comperi. Hic autem poſt Statilium Taurum fortaſſe rem geſſit, neque enim poſt M. Lepidum à Cæſare victum Africa quieviſſe videtur; quod inſequentes victoriæ demonſtrabunt.

De Cenſoribus, & Luſtro.

Dio in hunc annum Cenſores conjicit Imp. Cæſarem, & M. Agrippam. *Suetonius* item ait, Cæſarem Cenſores longo intervallo creari deſitos creaſſe. Adjicit *Dio*, Senatum lectum, multoſque, qui per bella civilia temere in Senatum venerant, Senatu motos, ex quibus quinquaginta ultro ceſſiſſe, centum quadraginta ab ipſo motos, ex Senatoribus inter Conſulares retuliſſe C. Cluvium & C. Furnium, qui, cum ante Conſules deſignati fuiſſent, magiſtratum gerere, aliis locum occupantibus, non potuiſſent; ſequenti autem anno cenſum egiſſe, principem Senatus legiſſe. Itaque *Euſebius* etiam ſexto decimo demum anno, poſtquam Cæſar Conſul fuerat, cenſum actum notat. Cenſu acto Luſtrum conditum eſt LXX.

DE COS. AN. DCCXXV. (22)

Caſſiodorus in hunc ann. Coſs. nominat Cæſarem v. M. Agrippam ii. *Oroſius* cum *Siculis faſtis* Cæſarem vi. Agrippam ii. *Dio* Cæſarem vi. M. Vipſanium Agrippam iii. eſt tamen legendum ii. ut ſit ſequenti anno iii. hoc indicat inſcriptio templi quod ipſe fecit, & Pantheon nominavit: M. AGRIPPA L. F. TERT. COS. FECIT, hoc enim templum *Dio* completum ſcribit biennio poſtquam Conſul fuit cum Cæſare vii. quo anno ipſe tertium, non quartum Conſulatum geſſit, alioquin in fronte templi inſcripſiſſet; Quartum Cos. Nam ſi hoc anno tertium Conſul fuit, fruſtra ſecundum, quo anno fuerit, quæremus.

De triumpho M. Licinii Craſſi pro Cos. ex Træcia & Getis.

M. Licinium Craſſum pro Cos. hoc anno ex Træcia & Geteis triumphaſſe tradunt *Capitolinorum triumphorum auctores*. Qua de re ſic *Dio*; Bellum, inquit, erat inter Suevos & Dacos; quorum illi Galli, hi Scythæ ſunt; illi trans Rhenum, hi circa Danubium incolunt; quorum alii Myſi, alii Daci nominati ſunt. Sive igitur Getæ quidam ſint, ſive Thraces ex Dacio genere, eo quod olim Rhodopen habitavit; hi Daci cum prioribus ante temporibus, legatis ad Imp. Cæſarem miſſis, nihil ab eo ex iis, quæ petiſſent, impetraſſent, ad Antonium ſe contulerunt. M. autem Craſſus Cos. in Macedoniam & Græciam miſſus, Dacis & Baſtarnis bellum intulit. Baſtarnæ vero Scythæ eſſe putantur; qui, cum Danubium tranſiſſent, Myſiam invaſerunt, poſt autem Triballos & Dardanos Myſiæ finitimos adorti ſunt, ſine ullo tamen Romanorum detrimento. At poſteaquam ſuperato monte Æmo in Thraciam Dentheletarum Romanis fœderatam irruperant, Craſſus ſubveniens Thracibus, eos è regione expulit; ac fugientes perſecutus, Segetica in poteſtatem redacta, ac in Myſiam impetu facto, tum agrum eorum vaſtavit, tum etiam oppidum munitum obſidione cepit. Baſtarnæ cum Craſſum Myſis victis in ſe exercitum adducere viderent, legatos ad eum miſerunt, per quos ſe ab omni culpa Romani belli removerent. Craſſus nihilo minus in eos irruptione facta Baſtarnas cæcidit, ac Regem eorum Deldonem interfecit, Jovi Feretrio ſpolia opima relaturus, ſi ipſe ſuis auſpiciis, non Cæſaris, rem geſſiſſet; paucos, qui oppidum munitum occupaverant, Rholo quodam Getarum Rege, in poteſtatem adduxit: Myſis iterum victis; & Baſtarnis, qui Dentheletas vexaverant, pulſis, Thracas, qui ſibi ex Myſia per Thraciam redeunti moleſti fuerant, ſubegit. Accerſitus autem à Rholo Rege Getarum ad Dapygem aliorum Getarum Regem, cui inimicus erat, opprimendum, eum debellavit ac interfecit; eodemque belli impetu Getas etiam alios, qui nihil ad Dapygem pertinebant, devicit. Ob hæc ſcribit *Dio*, non ſolum Craſſo, ſed etiam Cæſari ſupplicationes & triumphum eſſe decretum; Craſſum vero nomen Imperatoris repudiaſſe, Cæſarem uſurpaſſe. In *Epitome* etiam CXXXV. mentio fit belli à M. Craſſo adverſus Baſtarnas, Myſos & Thracas, & alias gentes geſti; & apud *Florum* capite de bellis adverſus gentes exteras.

DE

(22) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 725.
Olymp. CLXXXVIII. Anno I.
Ante Ær. Chr. 28.
IMP. C. JUL. CÆS. OCTAVIANUS VI. } Coſs.
M. VIPSANIUS AGRIPPA II. }

Ita ex Caſſiodoro, Oroſio, Dione, faſt. Sicul. Sigonius, Pighius, Almelovenius, Mediobarbus, Tillemontius, & alii.

DE COS. AN. DCCXXVI. (23)

INde C. Cæſarem VI. M. Agrippam III. Conſules prodit *Caſſiodorus*: Cæſarem VII. Agrippam IIII. *Dio*, quid de utroque numero ſentiam, ex iis, quæ ante dixi, apparet, in *faſtis* certe *Siculis* eſt, Octavianus VII. & Agrippa III.

Quo modo Imp. Cæſar Divi F. imperium confirmaverit & ordinaverit, & de titulis, quibus legitima Imperatoris potentia ſignificatur.

HOc anno imperium Imp. Cæſaris, quod ipſe ſibi uni vindicavit quo die M. Antonium ad Actium (ut ante dixi) ſuperavit, confirmatum eſt, ſiquidem poſt Actiacam victoriam per ann. XL. ſolus Remp. obtinuit, quam antea per annos XII. cum M. Antonio & M. Lepido triumviris obtinuerat. Eſt autem confirmatum hoc modo. Cæſar biennio ante, poſtquam tres illos nobiliſſimos triumphos cum maximo omnium civium plauſu & lætitia egit, cum pacaſſe totum fere terrarum Orbem videretur, ita ut propterea Janum tertiùm clauderet, atque ſalutisaugurium faceret; quæ niſi quieto toto imperio fieri aſſueverant; conſilium de Rep. reddenda, & imperio deponendo habuit. Itaque ſuadente maxime M. Agrippa, Mæcenate vero diſſuadente, Mæcenatis ſententiam ſequutus, animum ad imperium lege firmandum adjecit. Primum autem cenſum egit; ratus eum ad Remp ordinandam futurum aptiſſimum. Deinde, ne quis Senator ſe inſciente extra Italiam eſſet, edixit; atque omnes ſe civium ad Antonium ſcriptas literas cremaſſe profeſſus eſt; ne quis Senator ex iis, qui Antonii partes ſequuti fuerant, quaſi ſibi propterea ſuſpectus, novi aliquid in Rep. moliretur. In ſexto deinde Conſulatu, Agrippæ collegæ, ex antiquo more, prout cecidit, faſces dedit, Senatus principem legit; populum muneribus & ludis delinitum frumento, Senatores pecunia juvit; ærarium publicum pecunia privata ſuſtentavit; nomina eorum, qui ærario deberent, publicis incenſis tabulis, delevit, cumque multa bellis & ſeditionibus civilibus, & maxime Lepido & Antonio dominantibus, contra jus & leges conſtituta eſſent, ea omnia uno edicto ſuſtulit, cum terminum earum legum Conſulatum ſuum ſextum ſtatuiſſet. Quibus de rebus cum maximam ſibi apud omnes gratiam peperiſſet, voluit magnitudinem etiam aliam animi demonſtrare, ut ea re coleretur magis, & volentibus civibus imperium ſtabiliret. Paratis enim ex Senatoribus iis, quorum ſibi maxime ſpectata & nota fides erat, Senatu frequentiſſimo, oratione ad tempus accommodata, ſe imperio abdicare, idque Senatui & populo tradere dixit. Tum Senatores, alii, quod fidem verbis ejus non haberent; alii, quod graviora damna ex populari ſtatu extimeſcerent; alii, quod ejus animi offenſionem, ſi aliter facerent, metuerent, precibus petentes, coëgerunt ut imperium ipſe unus retineret; ac S. C. ſatellitibus & cuſtodibus ejus A ſtipendium duplicarunt, ut diligentius ejus vita cuſtodiretur; perinde atque ſi vere abire imperio voluiſſet. Cum hoc modo Senatus & populi voluntate opes imperii ſtabiliſſet, ut ipſe popularis videretur, totius imperii curam ſibi depopoſcit, provinciarum adminiſtrarionem cum Senatu & populo communicavit. Nam Senatui populoque Africam, Numidiam, Aſiam, Græciam, Epirum, Dalmatiam, Macedoniam, Siciliam, Cretam cum Cyrene, Bithyniam, Pontum, Sardiniam, & Bæticam, quæ pacatiores erant, tradidit: ſibi vero ſumpſit reliquam Hiſpaniam & Tarraconenſem, & Luſitaniam; & Galliam omnem, Narbonenſem, Lugdunenſem, Aquitanicam, Celticam; & eorum coloB nias, ut Germaniam; Cœlen Syriam, Phœnicen, Ciliciam, Cyprum, & Ægyptum, poſt autem Cyprum & Galliam Narbonenſem populo dedit; ab eo vero Dalmatiam accepit, quæ permutatio in aliis poſt etiam gentibus facta eſt. His rebus actis, ut omnem de ſe monarchiæ ſuſpicionem eximeret, poteſtatem rerum, quæ ſibi conceſſæ erant, in decennium ſumpſit, hoc enim ſpatio ſe Remp. conſtituturum affirmavit; addens, ſe, ſi citius res compoſuiſſet, citius etiam imperium redditurum. Decennio tranſacto, tum in quinquennium, ac deinde in alterum quinquennium: poſt in decennium; poſtremo in tertium etiam decennium & petiit, & impetravit, ita ut ſucceſſioC ne decenniorum perpetuo imperium adminiſtraverit. Quo factum eſt, ut reliqui Imperatores, quamquam non in certum tempus, ſed in omnem vitam deſignarentur, tamen *decimo quoque anno* feſtos agerent dies; quaſi tum imperium renovarent. Cæſari autem cum alii honores multi habiti, tum cum imperio abdicavit; tum ut laurus ante Regiam ejus, & ſuper eam corona quercea ſtatueretur; tamquam ei, qui & hoſtes viciſſet, & cives conſervaſſet; ut Regia ejus *Palatium* vocaretur, quod in Palatio habitaret; & *Prætorium* haberet: (itaque etiam ſi Imperator in alia regione habitat, tamen regia ejus Palatium dicitur) ut *Auguſtus* nominaretur, nam cum eum vellent ſingulari D aliquo nomine ornare, atque alii alia afferrent, Cæſar in primis ſe Romulum dici cupiebat, ne vero eo ſorte nomine in Regni ſuſpicionem incideret, Auguſtum ſe dici paſſus eſt; quaſi qui major eſſet homine, omnia enim, quæ maximo honore digna ac ſacra ſunt, *auguſta* dicuntur. Ita *Dio*. Adjicit *Cenſorinus*; Ante diem XVI. K. Febr. Julius Cæſar Divi F. *Imp. Auguſtus* ſententia Munatii Planci à Senatu ceteriſque civibus dictus eſt, ſe ſeptimum, & M. Vipſanio Agrippa Coſs. *Ovidius* vero Faſtorum primo, idibus Januar. hoc factum ſcribit, his verſibus:

Idibus in magni cuſtos Jovis æde ſacerdos
Semimaris flammis viſcera libat ovis:
E *Redditaque eſt omnis populo provincia noſtro,*
Et tuus Auguſto nomine dictus avus.

Et paulo infra:

Sacra vocant Auguſta patres; auguſta vocantur
Templa, ſacerdotum rite dicata manu
Hujus & augurium dependet origine verbi,
Et quodcumque ſua Juppiter auget ope.

Sve-

(23) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 726.
Olymp. CLXXXVIII. Anno II.
Ante Ær. Chr. 27.
IMP. C. JUL. CÆSAR OCTAVIANUS AUGUSTUS VII. } Coſs.
M. VIPSANIUS AGRIPPA III. }

Ita ex Caſſiodoro, Dione, faſt. Sicul. Cenſor. &c. Sigonius, Pighius, Mediobarbus, Tillemontius, Almelovenius, & alii.
Hoc anno Jul. Cæſar Octavianus Auguſti titulo decoratus eſt.
Mediobarbus differt hunc titulum ad annum 750. U. C.

[A] *Suetonius* autem; Poſtea *C. Cæſaris*, & deinde *Auguſti* cognomen aſſumpſit; alterum, teſtamento majoris avunculi; alterum, Munatii Planci ſententia; cum quibuſdam cenſentibus Romulum appellari oportere, quaſi & ipſum conditorem Urbis, prævaluiſſet ut Auguſtus potius vocaretur, non tantum novo, ſed etiam ampliore cognomine; quod loca quoque religioſa, & in quibus augurato quid conſecratur, *auguſta* dicantur, ab auctu, vel ab avium geſtu guſtuve; ſicut etiam *Ennius* docet, ſcribens, *Auguſto augurio poſtquam inclyta condita Roma eſt.* Et *Eutropius*; Cæſar cum ex Oriente victor reverſus eſſet, tum primum *Auguſtus*, eo quod Remp. auxerat, conſalutatus eſt: atque ex eo [B] tempore ſummam rerum poteſtatem, quam Græci μοναρχίαν vocant, adeptus eſt. Hunc igitur in modum cum & Senatus & populi poteſtas ad Auguſtum recidiſſet, ab eo certiſſimæ monarchiæ initia ducta ſunt, quod ipſum monarchæ nomen adeo grave Populi Romani auribus accidit, ut eos ne Dictatores quidem appellare voluerit. Omnino autem in regum imperio ſunt, cum omnis Reſpubl. in eorum poteſtate poſita ſit, fiunt enim omnia ad arbitrium & præſcriptum Imperatoris. Ut autem non ex imperio, ſed ex legibus hæc facere videantur, omnia nomina, quæ in libera civitate florebant, præterquam Dictatoris, ipſi ſibi aſciverunt. Etenim ipſi ſæpe [C] Conſules fiunt; & *Proconſules*, ubi extra pomœrium exercitus educendus fuerit, nominantur. *Imperatoris* autem nomen omnino non ii tantum, qui rem bene geſſerunt, ſed omnes etiam alii, ad ſummam in Republ. potentiam ſignificandam, pro dictatoris & Regis appellatione uſurparunt. Regis enim & dictatoris nomina non ferunt, poſtquam ſemel ex Republ. illud Bruti, hoc Antonii Conſulum lege ſublata ſunt: auctoritatem tamen eorum Imperatoris nomine explerunt, his enim nominibus poteſtatem ſibi aſſumunt delectus habendi, pecunias cogendi, bella ſuſcipiendi, pacem faciendi, urbano & peregrino exercitui perpetuo & ubique imperandi; ita ut etiam intra [D] pomœrium à Senatore & Equite pœnas repetere poſſint, ac denique cetera munera, quæ Conſules, ceterique liberæ civitatis Magiſtratus obire poterant, ſibi arrogant, ex cenſura autem vitas & mores civium inquirunt; cenſum agunt: atque alios in Equitum & Senatorum ordinem referunt, alios pro arbitrio eximunt. Cumque omnibus ſacerdotiis initiati ſint, atque aliis pleraque eorum tribuant, ipſique uni ſint è Pontificibus, ſive duo ſive tres ii fuerint, eo nomine rerum omnium ſacrarum poteſtatem adepti ſunt. Poſtremo poteſtas tribunicia, quam ii, qui quondam admodum floruerunt, obtinuerunt, eis permittit, res, quæ ab aliis fiant, niſi eas probaverint, abrogare: atque ipſos à contumelia pro[E]hibet; & ſi verbo, nedum re violati eſſe viſi fuerint, ut ab eo, à quo injuriam acceperint, impune indicta cauſſa pœnas repetere poſſint, neque enim ipſi tribunatum capere dignum cenſent, cum in patriciorum numerum omnes relati ſint; verum poteſtatem tribuniciam, quanta unquam fuit, ſumunt; & ex ea an[A]nos imperii ſui numerant; quaſi eam ſingulis annis cum perpetuis tribunis capiant, atque hæc quidem ex liberæ civitatis inſtitutis ſumpſerunt. Illud vero ſingulare & ante nemini decretum ſibi vindicant, quod ipſi ſe legibus omnibus ſolutos eſſe volunt. Ita regiam poteſtatem habent, regii nominis odio exempto. Nam *Cæſaris* & *Auguſti* appellatio nullam eis propriam addit poteſtatem, illud enim, generis ſucceſſionem; hoc, dignitatis ſplendorem indicat. *Patris* autem cognomen, fortaſſe poteſtatem illis in cives dat eam, quam patres in liberos habent, non tamen initio id hac de cauſſa decretum eſt; verum ut admonerentur, ut eos, quibus præeſſent, tamquam filios ama[B]rent, & ut ipſi à civibus patrum loco colerentur. Atque hoc quidem modo Romanorum Reſpubl. à populo ad unum translata eſt. Hæc *Dio*. Quando autem tribuniciam poteſtatem Auguſtus ceperit, quando Pont. Max. factus ſit, (hæc enim in titulis ejus continentur) poſt ſuo loco exponam, neque enim ipſe ſatis mirari poſſum cur, ſi tribunicia poteſtate anni imperii notarentur, aut non hoc primum anno eam ceperit. Eadem de re ſic *Appianus* in procœmio hiſtoriarum: Eos, inquit, in quorum poteſtate tota Reſpubl. eſt, *Imperatores* appellant, non Reges; vetuito jurejurando deterriti. Imperatores vero vocant; quæ fuit appellatio egregiorum in Republica ducum; [C] cum tamen facta eorum omnia Regum fuerint.

De triumpho M. Valerii Meſſalæ Corvini pro Cos. ex Gallia.

QUi *Capitolinos triumphos* digeſſerunt, hoc anno M. Valerium Meſſallam Corvinum ex Gallia triumphaſſe tradiderunt. Salaſſos alioſque, qui eum cis nova moliebantur, à Meſſalla Corvino ſcribit *Dio*. Antonio & Libone Coſs. tum cum Imp. Cæſar bellum Dalmaticum gerebat. Eidemque propterea triumphum Auguſtum de Gallis victis conceſſiſſe, *Appianus* lib. IV. ſcriptum reliquit. [D] De hoc triumpho loquitur *Tibullus* elegia VII. ita:

Hunc cecinere diem Parcæ, fatalia nentes
Stamina, non ulli diſſoluenda deo:
Hunc fore Aquitanas poſſet qui fundere gentes,
Quem tremeret forti milite victus Atax.
Evenere: novos pubes Romana triumphos
Vidit, & evinctos brachia capta duces.
At te victrices lauros Meſſalla gerentem
Portabat niveis currus eburnus equis.
Non ſine me eſt tibi partus honos, tua bella; *Pyrene*
Teſtis, & Oceani litora Santonici.
Teſtis Arar, Rhodanuſq; celer, magnuſq; Garumna,
Carnoti & flavi, cærula lympha Liger.

[E]

DE COS. AN. DCCXXVII. (24)

COnſules *Caſſiodorus* ſuggerit Cæſarem Auguſtum VII., T. Statilium: *faſti Siculi* Octavianum VIII., & Taurum: *Dio* Cæſarem Auguſtum VIII., Statilium Taurum II. Statilium Taurum ante dixi videri anno DCCVI. in parte anni primum Conſulem fuiſſe. Nam etiam

(24) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 727.
Olymp. CLXXXVIII. Anno III.
Ante Ær. Chr. 26.
IMP. C. JUL. CÆSAR OCTAVIANUS AUGUSTUS VIII. } Coſs.
T. STATILIUS TAURUS II. }
Ita ex Caſſiodoro, Dione, faſt. Sicul. & Capitol. Sigonius, Pighius, Mediobarbus, Tillemontius, Almeloveniius, & alii.

etiam *Suetonius* bis Conſulem eum fuiſſe ſcri- A
bit in Nerone ita ; Nero duxit uxorem Stati-
liam Meſſallinam, Tauri bis Conſulis ac trium-
phalis abneptem . Idem *Suetonius* auctor eſt
Auguſtum VIII. Conſulatum iniiſſe Tarracone.
T. Statilii Conſulis II., mentio eſt in *Capito-
lino fragmento*. Hoc anno M. Agrippa *ſepta in
campo Martio* dedicavit. Cornelius Gallus ab
Auguſto relegatus , cum eſſet Ægypti Præfe-
ctus. Polemo Rex Ponti in amicitiam accep-
tus. *Dio*.

De triumpho Sex. Appuleji ex Hiſpania. B

SEx. Appulejus pro Cos. hoc anno ex Hi-
ſpania triumphavit; auctoribus *Capitolinis
triumphis* , cujus de rebus aut triumpho nihil
in annalibus comperi.

DE COS. AN. DCCXXVIII. (25)

DEinceps Cæſarem Auguſtum VIII., M. Si-
lanum, *Caſſiodorus* Conſules ſubjicit: *Dio*
& *faſti Siculi* Auguſtum IX., M. Silanum :
fragmentum Capitolinum Imp. Cæſarem Augu-
ſtum VIIII., M. Junium Silanum. Et hic Con-
ſulatus ab Auguſto Tarracone initus, auctore C
Suetonio. Hoc anno , Amynta Rege mortuo ,
Galatia cum Lycaonia provincia facta eſt :
oppida Pamphyliæ , quæ Amyntæ attributa
ante fuerant, libertate donata ſunt. Jubæ pars
Getuliæ pro paterno Regno permiſſa. *Dio* ,
Rufus.

De triumphis aliquot ab Auguſto repudiatis.

EOdem anno Terrentium Varronem rem
beue cum Salaſſis geſſiſſe , atque tributo
eis impoſito *Auguſtam* etiam *Prætoriam* mili-
tibus Romanis conſtituiſſe; C. Antiſtium, T. D
Cariſium cum Cantabris & Aſturibus Cæſare
ipſo Tarracone ægrotante proſpere pugnaſſe;
Auguſtam Emeritam oppidum in Luſitania Au-
guſti juſſu emeritis militibus condidiſſe ; M,
Vinicium Gallos quoſdam , qui Romanos ne-
gotiatores crudeliter vexarant, ſubegiſſe, *Dio*
ſcribit : cumque his de rebus triumphus Au-
guſto decerneretur , ipſum Imperatoris nomi-
ne ſumpto, triumphare noluiſſe; ac cum per-
miſſum ei eſſet , ut primo quoque anni die
corona & veſte triumphali uteretur , ipſum
templum Jani , quod horum bellorum cauſſa
aperuerat , iterum clauſiſſe. Salaſſos item à
Varrone Prætore acie victos , ac ſub haſta
venditos ; Auguſtam urbem , tribus millibus
Romanorum eò deductis , ubi caſtra Varro
habuerat, ab Auguſto conditam, *Strabo* ſcrip-
tum reliquit libro IV.

DE COS. AN. DCCXXIX. (26)

CÆſarem Auguſtum IX., C. Norbanum
Conſules ſuggerit in hunc annum *Caſſio-
dorus*; Auguſtum X., & Flaccum, *faſti Siculi*:
Auguſtum X., C. Norbanum Flaccum , *Dio*,
& *Capitolinum fragmentum*. Norbanum C. Nor-
bani Conſulis filium puto, neque enim iterati
honoris notam habet. Tiberins, quæſtor; Mar-
cellus, ædilis creatus eſt ante tempus. Canta-
bri & Aſtures , diſceſſu Auguſti rebellantes,
à L. Æmilio perdomiti ſunt. Ælius Gallus,
primus Romanorum in Arabiam Felicem exer-
citum parum ſecunda ſortuna adduxit. *Dio*.

DE COS. AN. DCCXXX. (27)

CÆſarem Auguſtum X., Cn. Piſonem Con-
ſules *Caſſiodorus*: Auguſtum XI., & Piſo-
nem, *faſti Siculi*: Auguſtum XI. , Cn. Calpur-
nium Cn. F. Piſonem, *Dio* ſubjicit. Ex *frag-
mento* autem *Capitolino* apparet , Auguſtum
XI., A. Terentium Varronem Murenam, una
iniiſſe : Murenam in Magiſtratu mortuum; in
ejus locum factum eſſe Cn. Calpurnium Piſo-
nem ; & Auguſtum abdicaſſe. Qua de re ſic
Dio: Auguſtus in Albanum profectus, Conſu-
latu abdicavit. Nam cum & ipſe, ex quo Reſp.
conſtituta eſt, & multi alii annuos Magiſtratus
geſſiſſent, ab eo ſibi in poſterum abſtinendum eſſe
ſtatuit ; ut Conſulatus pateret quamplurimis ,
idque extra urbem fecit, ne impediretur : &
in ſui locum ſubſtituit L. Seſtium, qui Bruti
ſtudioſiſſimus fuerat, atque de ejus etiam tum
laudibus ſcribebat. In *fragmento altero lapidis
Colotiani* eſt hujus Conſulis mentio ; ubi L.
SESTIUS P. F. appellatur ; ut in *fragmento
Capitolino* VIBI N. *Vibum* autem eſſe Seſtiorum
cognomen , apparet ex P. Seſtio Q. F. Vibi
N. Conſule anno CCCI. in *tabulis Capitolinis*.
Fragmentum autem *Colotianum* eſt hoc;

SuF.

(25) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 728.
Olymp. CLXXXVIII. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 25.
IMP. C. JUL. CÆSAR OCTAVIANUS AUGUSTUS IX. } Coſs.
M. JUNIUS SILANUS. }
Ita ex Caſſiodoro, Dione, faſt. Capitol. & Sicul. Sigonius, Pighius, Mediobarbus, Tillemontius, Almelovenius, & alii. E

(26) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 729.
Olymp. CLXXXIX. Anno I.
Ante Ær. Chr. 24.
IMP. C. JUL. CÆSAR OCTAVIANUS AUGUSTUS X. } Coſs.
C. NORBANUS FLACCUS. }
Ita ex Caſſiodoro, Dione, faſt. Capitol. & Sicul. Sigonius, Pighius, Mediobarbus, Tillemontius, Almelovenius, & alii.

(27) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 730.
Olymp. CLXXXIX. Anno II.
Ante Ær. Chr. 23.
IMP. C. JUL. CÆSAR OCTAVIANUS AUGUSTUS XI. cui abdicanti ſuffectus eſt }
L. SESTIUS. } Coſs.
A. TERENTIUS VARRO MURENA, cui in Magiſtr. mortuo ſuffectus }
CN. CALPURNIUS PISO. }
Ita ex Caſſiodoro, Dione, faſt. Capitol. & Sicul. & lap. Collot. Sigonius, Pighius, Mediobarbus, Tillemontius, Almelovenius, & alii.
Octavianus Auguſtus Tribunus Pleb. in perpetuum hoc anno electus eſt, ut docet Tillemontius, & Mediobarbus cum Pighio.
Sigonius tamen hanc ei dignitatem in annum ſequentem differt.

	SvF. L. SESTIVS. P. F.	
	M. CLAVDIVS M. F.	L. AR=
L.	MVNATIVS. PAVL. ÆMILIVS	==
	Q. ÆMILIVS LEPID.	M. LO==
	M. APPVLEIVS SEX. F.	P. SI=
	C. SEMTIVS SATVRN.	Q. LV=
	SvF. M. VINVCIVS P. F.	
	P. CORNELIVS P. F.	CN. C=
	C. FVRNIVS C. F.	C. IV=
CL.	L. DOMITIVS CN. F.	P. CO=
		SvF. L. TA=
	M. DRVSVS. L. F.	L. ==
	M. LICINIVS. M. F. .	===
	TI. CLAVDIVS. TI. F.	===
	M. VALERIVS. M. F:	===
	SvF. C. VALGIVS C. F. / C. CANINIVS.	

Hic eſt L. Seſtius cujus mentio cum Bruto in nummis argenteis invenitur, ita; L. SESTI PRO Q. Q. CÆPIO BRVTVS PRO COS. Eodem anno difficili & perículoſo morbo Auguſtus oppreſſus, ab Antonio Muſa ſanatus eſt Marcellus ſororis filius mortuus, magnifice ab eo ſepultus eſt. *Dio*.

DE COS. AN. DCCXXXI. (28)

COnſules ut ait *Caſſiodorus*, hic annus habuit M. Marcellum, L. Arruntium; ut *Dio*, M. Claudium M. F. Marcellum Æſerninum, L. Arruntium L. F. In *lapide Colotiano* hi Coſs. ita deſcripti ſunt; M. CLAUDIUS M. F. L. AR=== In *Capitolino* L. ARRUNTIUS L. F. L. N. M. Claudius M. F. M. N. Marcellus dicitur in monumento ludorum quinctorum ſæcularium; de quo poſt dicam. Ex his inrelligi poteſt, in *faſtis Siculis* parum ſcite Conſules ſuggeri Octavianum XII., & Arruntium. Hoc anno Fannii Cæpionis & Varronis Murenæ conjuratio in Auguſtum patefacta; ædes Jovis Tonantis dicata eſt. *Dio*.

De Auguſto Dictaturam renuente, Tribuniciam poteſtatem ſumente.

IN *Capitolinis tabulis* Conſuli L. Arruntio ſuperpoſitum fragmentum eſt ejuſmodi, = LATUS E. ABDICAVIT TR. Quod ego ita interpretatus ſum, ut ſcripſerim, Imp. Cæſarem, poſtquam dictator appellatus eſt, abdicaſſe, ac tribuniciam poteſtatem primum ſibi ſumpſiſſe. De dictatura ejus ſic ſcribit *Dio*; M. Claudio, L. Arruntio Coſs. fame ac peſtilentia opptreſſa urbe atque Italia, Populus Romanus nulla alia de cauſſa hæc mala incidiſſe ratus, quam quod Auguſtus Conſulatum non gereret, dictatorem ipſum dicere voluit: itaque cum Senatum in Curia concluſiſſet, id ipſum decernere coëgerunt, minis adjectis, ſe, niſi id decerneret, eum in Curia crematurum. Poſt hæc autem XXIV. faſcibus arreptis

A in medium progreſſi ſunt, petentes ab eo, ut ſe dictatorem dici, ac rei frumentariæ, ut quondam Pompejus, præfici pateretur, ille autem procurationem frumentariam ſuſcepit neceſſario; dictaturam vero veſte à pectore reſciſſa repudiavit; & cum plus quam dictator in Rep. poſſet, ſapienter dictatoris invidiam declinavit. Hanc autem etiam rem intellexit *Suetonius*, cum ait; Dictaturam magna vi offerente populo, genu nixus, dejecta ab humeris toga, nudo pectore deprecatus eſt. Et *Vellejus*; Dictaturam, quam pertinaciter ei populus deferebat, tam conſtanter repulit. De tribunicia autem poteſtate Auguſti, *Dio* duo-

B bus in locis agit; primum in tertio, deinde in quarto Auguſti Conſulatu exponendo, atque ibi quidem hoc modo; Alexandria recepta, Senatus Cæſari tribuniciam poteſtatem conceſſit: & ut iis qui nomen ejus imploraſſent, tam extra pomœrium quam intra uſque ad mille paſſus auxilio eſſe poſſet: quod nulli Tribuno ante licuerat. Eſt tamen intelligendum, quamquam tum decreta ei poteſtas tribunicia fuit, non tamen eam aut accepiſſe, aut acceptam retinuiſſe. Hoc apparet, primum ex eo quod in Conſulatu undecimo ei delatam etiam *Dio* ſcribit; deinde, quod ante hunc annum nulla ejus mentio eſt in Conſulibus Ca-

C pitolinis: tum, quod niſi per XXXVI. aut XXXVII. annos eam geſſiſſe traditus ſit; qui numerus quadrat, ſi ab hoc aut à priore anno, non autem à quarto ejus Conſulatus exordiamur. Sic autem in Conſulatu undecimo ſcribit *Dio*; Senatus humanitate Auguſti permotus, quod L. Sextium Bruti amicum in ſui locum ſuffeciſſet, ut is Tribunus pl. eſſet in perpetuum, ſtatuit: eidemque poteſtatem, quotieſcumque Senatus haberetur, de quacumque re vellet, etiamſi Conſul non eſſet, referendi dedit: & Proconſulare imperium in perpetuum conceſſit; ita ut neque intra pomœrium ingrediens deponeret, neque egrediens

D reſumeret; & ut in provinciis plus ipſe quam ſinguli qui iis præeſſent, poſſet. Ex quo tempore

(28) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 731.
Olymp. CLXXXIX. Anno III.
Ante Ær. Chr. 22.
M. CLAUDIUS MARCELLUS ÆSERNINUS. } Coſs.
L. ARRUNTIUS. }
Ita ex Caſſiodoro, Dione, faſt. Capitol. & lap. Colloc. Sigonius, Pighius, Mediobarbus, Tillemontius, Almelovenius, & alii.
Hoc ipſo anno dictus eſt:
IMP. C. JUL. CÆSAR OCTAVIANUS AUG. DICTATOR, & CENS. ſupranumerarius perpetuus.
Quem utrumque honorem potius aſſumere noluit, quam depoſuerit.
Ita ex Capitol. tab. Dione, Sigonius, Tillemontius, & alii.
Mediobarbus hunc etiam honorem ei differt in annum ſequentem. Pighius in antecedentem huic, ſed fallitur, nam Cæſ. Oct. fuit anteced. anno Conſul, nec fuit eo Conſul, quo factus Dictator, ut docet Sigonius.
Hoc anno Oct. Aug. donat P. R. Narbonenſem Provinciam, & Inſulam Cypri. Tillem.

pore & ipſe & ſequentes Imperatores lege A
quadam cum aliis rebus tum tribunicia pote-
ſtate uſi ſunt, nomen enim ipſum Tribunorum
neque Auguſtus, neque alius quiſquam Impe-
rator uſurpavit. Hæc *Dio*; qui idem ſentire
videtur, quamquam ante etiam perpetua tri-
bunicia poteſtas Auguſto decreta erat, non
ea tamen niſi hoc tempore ipſum uſum eſſe.
Hoc poſito, tum nova exiſtit quæſtio; à quo
anno ea repetenda ſit; an à priore anno, quo
ei delata eſt; an ab hoc, quo eam delatam
primum uſurpavit. *Tacitus* priorem ſententiam
tuetur, qui Auguſtum per XXXVII. annos
eam continuaſſe ſcribit; poſteriorem *Capitolini
auctores*, ex quibus Auguſtum, quo anno mor-
tuus eſt, tribuniciæ poteſtatis XXXVI. eſſe B
probatur. Quæ eadem quæſtio poſt in tribu-
nicia Tiberii poteſtate oritur.

De Cenſura ab Auguſto repudiata, & Lepido ac Planco Cenſoribus.

EOdem anno Auguſtus Cenſuram, quam
ſibi populus in perpetuum mandare cu-
piebat, repudiavit; ac ſtatim alios Cenſores
Paullum Æmilium Lepidum, & L. Munatium
Plancum creavit; hunc quidem, Planci pro-
ſcripti fratrem; illum vero, etiam proſcrip-
tum, qui ultimi privati Cenſuram obtinue-
runt, quod etiam prodigio confirmatum eſt;
Tribunal enim eorum, aſcendentibus ipſis, C
repente collapſum ac diſſipatum eſt. Itaque
poſt nulli alii Cenſores iis ſimiles comparati
ſunt. Tum autem Auguſtus multa munera
quæ ad eos pertinebant, obiit. Hæc *Dio*. De
his etiam Cenſoribus ſic *Vellejus*; Planci &
Lepidi Cenſura inter diſcordiam acta, neque
ipſis honori, neque Reipublicæ uſui fuit; cum
alteri vis Cenſoris, alteri vita deeſſet. Horum
etiam meminit *Svetonius*: D. (inquit) Clau-
dius geſſit Cenſuram, intermiſſam diu poſt
Paullum Plancumque Cenſores. Et in Nero-
ne; Domitius L. Plancum Cenſorem ſibi via
decedere ædilis coëgit. *Valerius* etiam libro
VI. cap. VIII. Planci Cenſorii & Conſularis
meminit. Hos demum etiam Cenſores edit D
fragmentum Capitolinum, ubi mentio eſt ==
Æmilii L. F. M. N. Lepidi: & *Colotianum*,
in quo ita eſt:

M. CLAUDIUS M. F. L. AR==
L. MUNATIUS. PAUL. AEMILIUS.

DE COS. AN. DCCXXXII. (29)

IN hunc annum Conſules prodit *Caſſiodorus*
cum *Siculis faſtis*, M. Lollium, Q. Lepi-
dum; *lapis Colotianus*, Q. ÆMILIUM LEPID.
M. LO==. In ponte etiam Fabricio Romæ
tale eſt epigramma:

L. FABRICIUS C. F. CUR. VIAR.
FACIUNDUM CURAVIT.
Q. LEPIDUS M. F. M. LOLLIUS
M. F. PROBAVERUNT.

Hos intellexit quoque *Horatius* libro primo
Epiſtolarum, cum dixit; *Collegam Lepidum
quo duxit Lollius anno*, de quibus ſic *Dio*;
Cum Auguſtus in Sicilia eſſet, populus Rom.
in comitiis Conſularibus ſeditionem excitavit.
Nam M. Lollius ſolus inivit, quod locus alter
Auguſto ſervabatur: Auguſto vero Conſulatum
recuſante, Q. Lepidus & L. Silvanus, ſumma
contentione petentes, ita omnia perturbarunt,
ut Auguſtus à prudentioribus accerſeretur.
Q. Lepidus creatus eſt. Hoc anno Auguſtus
Juliam filiam M. Agrippæ collocavit.

De triumpho L. Sempronii Atratini ex Africa.

POſt victum M. Lepidum, cujus in trium-
viratu Africa provincia fuerat, numquam
quieviſſe Africa videtur. Hoc indicant trium-
phi, quos ex ea provincia auſpiciis Auguſti
egit primum Statilius Taurus, deinde L. Au-
tronius Pætus; poſtremo hoc etiam anno L.
Sempronius Atratinus, quos triumphos omnes
nobis *Capitolini ſcriptores* tradiderunt, ſilenti-
bus in tantis bellis annalibus Romanis, neque
enim de hoc triumpho quidquam, ut ne de
illis quidem, comperi.

DE COS. AN. DCCXXXIII. (30)

COnſules in hunc annum ſubſequuntur apud
Caſſiodorum M. Appulejus, P. Silius:
apud *Dionem* M. Appulejus Sex. F. P. Silius
P. F. Nerva: in *fragmento lapidis Colotiani*,
M. APPULEJUS SEX. F. P. SI===: in
faſtis Siculis Appulejus & Nerva.

DE COS. AN. DCCXXXIV. (31)

COnſules deinceps edit *Caſſiodorus* C. Sen-
tium, P Lucretium: *faſti Siculi* Saturni-
num & Lucretium: *Dio* C. Sentium C. F. Sa-
turninum, Q. Lucretium Q. F. Viſpillonem:
fra-

(29) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 732.
Olymp. CLXXXIX. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 21.
Q. ÆMILIUS LEPIDUS. } Coſs.
M. LOLLIUS. }
Ita ex Caſſiodoro, Dione, Horatio, faſt. Sicul. & lap. Collot. Sigonius, Pighius, Mediobarbus, Tillemontius, Almelovenius, & alii. E
Auguſtus M. Agrippam vocat ex Oriente, eique curam Urbis demandat, dum ipſe in Græciam proficiſcitur. Tillem.

(30) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 733.
Olymp. CXC. Anno I.
Ante Ær. Chr. 20.
M. APPULEJUS. } Coſs.
P. SILIUS NERVA. }
Ita ex Caſſiodoro, Dione, faſt. Sicul. & lap. Collotiano Sigonius, Pighius, Mediobarbus, Tillemontius, Almelovenius, & alii.
Jul. Cæſ. Oct. Aug. recipit Captivos & Spolia à Parthis, qui Craſſum & Antonium vicerunt.
Ita ex Uſſerio, & Bucherio Tillemontius, & Mediobarbus ex Svetonio, & Patino.

(31) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 734.
Olymp. CXC. Anno II.
Ante Ær. Chr. 19.
C. SENTIUS SATURNINUS. }
Q. LUCRETIUS VESPILLO. }
Cal. Jul. ſuffecti ſunt } Coſs.
M. VINUCIUS. }
VIPSANIUS AGRIPPA IV. }
Ita ex Caſſiodoro (qui mendoſè L. Lucretium pro Q. Lucretio nominat, ſicuti etiam Tillemontius) Dione, faſt. Sicul. & lap. Collotiano Sigonius, Pighius, Almelovenius, Mediob. &c.
Viſpillo ſcribit Sigon. *Veſpello* Almel. *Viſpalio* Tillem. *Veſpillo* Pighius & Mediob. *Vipſalio* Blanchinus.
His Coſs. M. Agrippa in Urbem ducit Aquam Virginem. Ita Atratinus.
Cæſar Octav. Præfectus moribus, in quinquennium. Conſul in perpetuum ſupranumerarius, & Cenſor à populo eligitur. Ita Sigonius ex Dione, & Svetonio.
Virgilius hoc anno moritur.

fragmentum Colotianum C. SENTIUM SATURNINUM, Q. LU===. Hotum meminit etiam *Euſebius* in temporibus, cum ait: Sentio Saturnino, Lucretio Cinna Conſulibus, Virgilius poëta mortuus eſt. C. Sentium C. F. C. N. Saturninum invenio ſcribi monumento antiquo de quinctis ludis ſæcularibus; quod infra aſcribam. De hujus anni Conſulatu ita *Dio*: Conſul erat C. Sentius: quia vero collega ei dandus erat, atque Auguſtus Conſulatus locum alterum, qui ei reſervabatur, repudiabat, coorta ſeditio eſt; donec Auguſtus alterum ex legatis Q. Lucretium, quem Senatus ad ſe ſeditionis ſedandæ cauſſa miſerat, quamquam olim proſcriptum, Conſulem declaravit. Et *Vellejus* libro II. Præclarum excellentis viri factum, C. Sentii Saturnini Conſulis, ne fraudetur memoria, aberat in ordinandis Aſiæ Orientiſque rebus Cæſar, tum Sentius forte & ſolus, & abſente Cæſare Conſul, cum alia priſca ſeveritate, ſummaque conſtantia, vetere Conſulum more ac ſeveritate geſſiſſet, protraxiſſet publicanorum fraudes, puniſſet avaritiam, regeſſiſſet in ærarium pecunias publicas, tum in comitiis habendis præcipuum egit Conſulem, nam & quæſturam petentes, quos indignos judicavit, profiteri vetuit; & cum id facturos ſe perſeverarent, Conſularem, ſi in campum deſcendiſſent, vindictam minatus eſt; & Egnatium florentem favore publico, ſperanteinque, ut præturam ædilitati, ita Conſulatum præturæ ſe juncturum, profiteri vetuit, & cum id non obtinuiſſet, juravit, etiam ſi factus Conſul eſſet ſuffragiis populi, tamen ſe eum non renunciaturum. Suffectum Conſulem Sentio Saturnino in *fragmento Colotiano* invenio M. VINUCIUM. Collegam Vinucio addit *Vellejus* M. Agrippam, cum ait: Subinde bellum Pannonicum, quod inchoatum Agrippa Marcoque Vinucio avo tuo Conſulibus, magnum atroxque, & perquam vicinum imminebat Italiæ, per Neronem geſtum eſt. Agrippæ notam quarti Conſulatus adjeci.

De triumpho L. Cornelii Balbi pro Cos. ex Africa.

L. Atratino ſucceſſiſſe L. Cornelius Balbus in Africa videtur, & magnis in ea provincia rebus geſtis triumphaſſe, in hunc enim annum Africanum ejus triumphum *Capitolini ſcriptores* conjiciunt. De quo triumpho ſcribit *Solinus* ita: Garamantas Cornelius Balbus ſubegit; & primus ex hac victoria triumphavit, primus ſane de externis; utpote qui Gadibus genitus, acceſſit ad gloriam nominis triumphalis. Et *Plinius* lib. V. Matelgæ oppidum Garamantum, itemque Debris, clariſſimumque oppidum Garama caput Garamantum, omnia armis R. ſuperata, & à Cornelio Balbo triumphata, unius omnium externo curru, & Quiritium jure dotato, quippe Gadibus nato civitas Romana cum Balbo majore patruo data eſt, & hoc mirum, ſupradicta oppida ab eo capta auctores noſtros prodidiſſe, ipſum in triumpho præter Cydamam & Garamam, omnium aliarum gentium urbiumque nomina ac ſimulacra duxiſſe, quæ iere hoc ordine: (numerat deinde ſingula oppida) Ad Garamantas iter inexplicabile adhuc fuit, latronibus gentis ejus puteos; qui ſunt non alte fodiendi, (ſi locorum notitia adſit) arenis operientibus. Balbi Gaditani, viri triumphalis, meminit item *Strabo* lib. III. Hunc etiam triumphum intellexit *Dio*, cum ſcripſit, M Agrippam hoc anno de Cantabris rebellantibus victis triumphum ſibi à Senatu ex Auguſti voluntate decretum agere noluiſſe; cum tamen quidam alii, qui latrones comprehendiſſent, aut civitates ſeditionem moventes pacaſſent, triumphos & cuperent & agerent. Patruus hujus fuit L. Cornelius Balbus Conſul cum P. Canidio Craſſo, anno DCCXIII.

De Cenſoria poteſtate Auguſto decreta.

Auguſtus hoc anno *Præfectus moribus* à populo creatus eſt in quinquennium; ac Cenſoriam poteſtatem in idem tempus recepit; Conſularem in perpetuum; ita ut ſemper & ubique duodecim faſces ei præferrentur, ac inter Conſules aſſideret. Senatum ſequenti anno duabus lectionibus ad ſexcentos redegit, de ambitu damnatos, magiſtratibus in quinque annos prohibuit. Qui ſine uxoribus eſſent, iis multam indixit: qui uxores ducerent, ac filios alerent, ſumma præmia propoſuit; ac libertinas etiam ſine probro duci poſſe conſtituit. Hæc *Dio*. Hinc *Suetonius*: Recepit & morum legumque regimen æque perpetuum: quo jure, quamquam ſine Cenſuræ honore, cenſum tamen populi ter egit; primum ac tertium cum collega, medium ſolus, Senatorum affluentem numerum deformi & incondita turba, (erant enim ſuper mille, & quidam indigniſſimi, & poſt necem Cæſaris per gratiam & præmium allecti; quos *abortivos* vulgus vocabat) ad modum priſtinum & ſplendorem redegit duabus lectionibus; prima, ipſorum arbitratu, quo vir virum legit; ſecunda, ſuo & Agrippæ.

DE COS. AN. DCCXXXV. (32)

Conſules inde Cn. & P. Lentuli, auctore cum *faſtis Siculis Caſſiodoro*: quos vocat Cn. Cornelium L. F. Lentulum, P. Cornelium P. F. Lentulum Marcellinum *Dio*: P. CORNELIUM P. F. CN. C= *fragmentum Colotianum*. Hoc anno M. Agrippa L. F. Tribunitiam poteſtatem ab Imp. Cæſare Auguſto in quinquennium accepit. *Dio*,

DE COS. AN. DCCXXXVI. (33)

C. Furnius, C. Silanus, deinceps ſequuntur Conſules apud *Caſſiodorum*: C. Furnius C. F.

(32) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 735.
Olymp. CXC. Anno III.
Ante Ær. Chr. 18.
P. CORNELIUS LENTULUS MARCELLINUS. } Coſs.
CN. CORNEL. LENTULUS AUGUR. }
Ita ex Caſſiodoro, Dione, faſt. Sicul. Sigonius, Pighius, Mediobarbus, Tillemontius, Almelovenius, & alii.
Blanchinus addit Lentulo Auguris cognomen.
Hoc anno M. Licinius Craſſus Meldonem Baſtarnarum Regem interimit, & ſpoliat. Ex Dione.

(33) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 736.
Olymp. CXC. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 17.
C. FURNIUS. } Coſs.
C. JUNIUS SILANUS. }
Ita ex Caſſiodoro, Dione, Cenſorino, & lap. Collot. Sigonius, Pighius, Mediobarbus, Tillemontius, Almelovenius, & alii.
Jul. Cæſar Octav. adoptat Cajum & Lucium M. Vipſ. Agrippæ, & Juliæ filios, qui poſtea Cæſares appellati ſunt: Julia erat Auguſti filia. Ita Tillem.

C. F. C. Junius C. F. Silanus apud *Dionem*, in *fragmento* autem *Colotiano* : C. FURNIUS C. F. C. JU = =. C. Furnio & C. Junio Silano Coſs. ludos ſæculares quinctos factos eſſe ab Auguſto, tradit *Cenſorinus*, & *Dio* : quorum ludorum tale exſtat in Capitolio monumentum : A

LUDI SÆCULARES QUINCT.

IMP. CÆSARE DIVI F.	AUGUSTO
C. SENTIO. C. F. C. N.	SATURNINO
M. CLAUDIO M. F. M. N.	MARCELLO
M. FUFIO M. F.	STRIGONE.
D. LÆLIO D. F. D. N.	BALBO.

DE COS. AN. DCCXXXVII. (34)

L. Domitium, P. Scipionem Coſs. *Caſſiodorus* suggerit : Ahenobarbum & Cornelium *faſti Siculi*: L. Domitium Cn. F. Cn. N. Ahenobarbum, P. Cornelium P. F. P. N. Scipionem *Dio*: L. DOMITIUM CN. F. P. CO = = *fragmentum Colotianum* : ſuffectum L. TA = =, quem ego interpretatus ſum eſſe L. Tarium Rufum, de quo *Plinius* libro XVIII. L. Tarius Rufus, infima natalium humilitate, Conſulatum militari induſtria meritus, antiquæ alias parſimoniæ, circiter millies ſeſtert. liberalitate divi Auguſti congeſtum, uſque ad detractionem hæredis exhauſit, agros in Piceno coëmendo colendoque. His Conſulibus *ſolenne quinquennale* actum ſcribit *Dio* ob imperium Auguſti, Agrippa uno ex quindecimviris curante. B C

DE COS. AN. DCCXXXVIII. (35)

DEinde M. Druſum, L. Piſonem Conſules nominat *Caſſiodorus*; Libonem & Piſonem *faſti Siculi*; M. Livium L. F. Druſum Libonem, L. Calpurnium L. F. Piſonem *Dio* : M. DRUSUM L. F. L. = = *fragmentum Colotianum*.

DE COS. AN. DCCXXXIX. (36)

CN. Lentulum, M. Craſſum inſequens annus Conſules, habuit, auctore cum *Siculis Caſſiodoro*, quos *Dio* vocat M. Licinium M. F. Craſſum, Cn. Cornelium Cn. F. Lentulum : *fragmentum* autem *Colotianum*, M. LICINIUM M. F. = = = Hic M. Craſſus, filius eſt M. Craſſi qui cum Auguſto IIII. Conſule fuit. Cn. Lentulus Getulis victis poſt *Getulicus* appellatus. D

De triumphis intermiſſis ; triumphalibus ornamentis inſtitutis.

HOc annno Boſporanos, qui Aſandro mortuo à Scribonio qnodam ſollicitati fuerant, ſubactos ab Agrippa tradit *Dio* : eidemque propterea ſupplicationes Romæ eſſe atque triumphum decretum, quem tamen ab ipſo non eſſe actum ; quia de rebus geſtis nihil ad Senatum ſcripſerat. Ex quo tempore, inquit, reliqui exemplum ejus quaſi legem quandam ſequuti, neque publice literas miſerunt, neque triumphum obtinuerunt, ac propterea nemini alii pari dignitate triumphus in poſterum, ſed triumphalia tantum ornamenta decreta ſunt.

DE COS. AN. DCCXL. (37)

TI. Nero, P. Quinctilius, Conſules hoc anno fuerunt apud *Caſſiodorum* : Nero & Varus in *faſtis Siculis* : quos *Dio* nominat Ti. Claudium Ti. F. Neronem, P. Quinctilium Sex. F. Varum : *fragmentum Colotianum* TI. CLAUDIUM TI. F. = = Tiberium primum Conſulatum paucis diebus geſſiſſe, auctor *Suetonius*. Hic eſt enim Ti. Nero Auguſti privignus, qui mortuo Auguſto Romanum obtinuit imperium, cum ante ab eo fuiſſet adoptatus.

De Auguſto Pontifice Maximo.

MOrtuo M. Lepido Pont. Maximo, Auguſtus in ejus locum Pont. Maximus factus eſt : cum Senatus Pontificatum ei decreto ſancire vellet, ipſe Curia egreſſus renuit ; neque domum aliquam publicam accepit, ſed partem ſuæ publicavit, neceſſe enim erat Pontificem Maximum in publico habitare ; domum vero Regis ſacrorum, Veſtalibus virginibus elargitus eſt. Hæc *Dio*; apud *Suetonium* autem hæc : Pontificatum Maximum, quem neque vivo Lepido auferre ſuſtinuerat, mortuo demum ſuſcepit, at apud *Ovidium* libro III. Faſtorum ſcriptum eſt, pridie Non. Mart. creatum eſſe, his verſibus:

Sextus ubi Oceano clivoſum ſcandit olympum.
Phœbus, =

Ca-

(34) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 737.
Olymp. CXCI. Anno I.
Ante Ær. Chr. 16.

L. DOMITIUS AHENOBARBUS. }
P. CORNELIUS SCIPIO, cui ſuffectus } Coſs.
L. TARIUS RUFUS. }

Ita ex Caſſiodoro, Dione, faſt. Sicul. & lap. Collot. Sigonius, Pighius, Mediobarbus, Tillemontius, Almelovenius, & alii.

His Conſulibus Auguſtus in Galliam proficiſcitur ad ſedandos tumultus. E

(35) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 738.
Olymp. CXCI. Anno II.
Ante Ær. Chr. 15.

M. LIVIUS DRUSUS LIBO. }
L. CALPURNIUS PISO. } Coſs.

Ita ex Caſſiodoro, Dione, faſt. Sicul. & lap. Collot. Sigonius, Pighius, Mediobarbus, Tillemontius, Almelovenius, & alii.

Mediobarbus addit Piſono cognomen *Cenſorini*, nec docet unde hoc hauſerit.

His Coſs. P. Silius Proconſul, & L. Aſinius Proconſul ttiumphant ille ex Alp. gent. hic ex Sauromatis. Blanchinus ex Lydiat.

(36) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 739.
Olymp. CXCI. Anno III.
Ante Aer. Chr. 14.

M. LICINIUS CRASSUS. }
CN. CORNELIUS LENTULUS. } Coſs.

Ita ex Caſſiodoro, Dione, faſt. Sicul. & lap. Collot. Sigonius, Pighius, Mediobarbus, Tillemontius, Almelovenius, & alii.

Diverſus hic Lentulus eſt ab eo, qui Conſul fuit anno U. C. 735. Ille eſt L. F. hic Cn. F.

His Conſulibus omnes Alpinæ gentes domitæ ſunt, & tropheum in alpibus erectum. Blanchinus ex Plinio lib. 3. cap. 20.

(37) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 740.
Olymp. CXCI. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 13.

TIB. CLAUDIUS NERO. }
P. QUINCTILIUS VARUS. } Coſs.

Ita ex Caſſiodoro, Dione, faſt. Sicul. & lap. Collot. Sigonius, Pighius, Mediobarbus, Tillemontius, Almelovenius, & alii.

Hic ille eſt Tiberius, qui poſtea in Imperio Auguſto ſucceſſor fuit.

Mortuo M. Lepido Pont. Max. Octav. Aug. P. M. electus eſt, & plurimos divinationum libros combuſſit, nempe 2000. exceptis Sibillinis. Ita ex Sveton. Tillemontius.

Mortuo Lepido Octav. Auguſtus Pontifex Maximus electus eſt M. Agrippa Trib poteſt. in quinquennium accipit. Blanchinus ex Dione.

A *Cæſaris innumeris, quos maluit ipſe mereri,*
Acceſſit titulis Pontificalis honor.

Hoc eoim ſignificat; ad ceteros Cæſaris titulos, abhinc etiam Poot. Maximum cœptum vocari.

DE COS. AN. DCCXLI. (38)

M. Meſſallam, P. Sulpicium Conſules ſuggerit *Caſſiodorus*; Meſſallam & Quirinum *faſti Siculi*; M. Valerium M. F. Meſſallam Barbatum, P. Sulpicium P. F. Quirinum *Dio*, de quibus *Svetonius* ita in Claudio: Claudius Valeriam Meſſallinam, Barbati Meſſallæ conſobrini ſui filiam, in matrimonium duxit. Et
B *Tacitus* libro III. Nihil ad veterem & patriciam Sulpiciorum familiam Quirinus pertinuit, ortus apud municipium Laouvium. His Conſulibus alios ſuffectos indicat *lapis Colotianus*, in quo eſt ita:

M. VALERIUS M. F. ==
SvF. C. VALGIUS. C. F.
C. CANINIUS.

In *faſtis* etiam *Cuſpiniani*, quorum initio hujus commentarii memini, ita hi Conſules ſuis cognominibus efferuntur:

MESSALA	QUIRINO.
REBILO	SATURNINO. N. N.
MAXIMO	TUBERONE.

Ex quo apparet Rebilum & Saturninum Canioii & Valgii cognomina eſſe, ex *fragmento*
C autem *Capitolino*, quod huic loco eſt interſerendum, patet, Æmilianum Valerii, Ruſum, Valgii, Rebilum Caninii fuiſſe cognomina; atque ut Valerio Ruſum; ſic Ruſo Rebilum eſſe ſubrogatum. Rebili & Saturoini io *faſtis Siculis* etiam exſtat mentio. Hoc anno Auguſtum iterum in quinque annos Præfectum moribus fuiſſe, eamque poteſtatem per intervalla temporum, ut etiam imperium, accepiſſe; M. Agrippam diem obiiſſe refert *Dio*.

De triumphalibus ornamentis Tiberii.

MOrtuo M. Agrippa Pannonii rebellarunt, ſubactique ſunt à Tiberio, qui poſt
D Agrippam ab Auguſto adoptatus erat: cumque Senatus Tiberio propterea triumphum decreviſſet, Auguſtus, ne eum ageret, obſtitit; triumphalia vero ei ornamenta, ut ait *Dio*, coocesſit. Unde *Svetonius* ita: Tiberius primus (ut quidam putant) triumphalibus ornamentis boooratus eſt; novo oec antea cuiquam tributo genere bonoris. *Dio* tamen Agrippam primum boc honore affectum, auctor eſt.

DE COS. AN. DCCXLII. (39)

PAullum Fabium, Q. Ælium Conſules prodit in hunc annum *Caſſiodorus*: Paullum Fabium Q. F. Maximum, Q. Ælium Q. F. Tuberonem *Dio*: MAXIMUM & TUBERONEM *liber Cuſpinianus*. Q. Ælii Tuberonis, P. Fabii Maximi Conſulum, ſæpe meminit *Frontinus* de aquæductibus, & *Plin.* lib. VIII. cap. VII. Q. Tuberone, Fabio Maximo, theatrum Marcelli dedicatum ſcribit.

De triumphalibus ornamentis Druſo, Tiberio II. & L. Piſoni decretis.

DRuſus, Meſſalla & Sulpicio Coſs. Sicambros & ſocios eorum, abſente Auguſto, rebellantes ſubegit; Gallos Rhenum traoſeuntes cæcidit; Uſipetarum agrum vaſtavit; Friſiis ad amicitiam Populi Romani traductis, Romam deceſſit: ac quamquam Prætoriis ornamentis præditus erat, præturam tamen Fabio & Ælio Coosulibus iniit, inde ad bellum reverſus, Uſipetas debellavit; atque in Sicambrorum regiooem irruptionem fecit: magniſque aliis rebus geſtis, triumphalibus ornamentis decoratus eſt; & ut ovans Urbem iniret, atque acta prætura cum Proconſulari poteſtate eſſet, obtinuit. Imperatoris nomen, quo à militibus affectus erat, Auguſtus non permiſit. Tiberius autem Dalmatas ſe abſente rurſus arma moventes, itemque Paononios, in poteſtatem redegit; ac propterea eoſdem honores, quos Druſus, adeptus eſt. Druſum, ne ovans ioiret, mors prohibuit: Tiberius biennio poſt inivit. Eodem tempore Bulogeſes Thrax Beſſus, ſociis quibuſdam aliis adjunctis, defectione facta, Rhaſcyporim Cottys filium victum interfecit, & patruum ejus Rhymetalcen in Cherroneſum exercitu exutum compulit. Cum igitur hæc ille faceret, ac Sialetæ Macedooiam populationibus incurſarent; L. Piſo ex Pampbylia, cui præerat, caſtris motis, io Beſſorum regionem venit; ac cladem ab iis acceptam, iogenti victoria ſublevavit: ob quam ei ſupplicationes & triumphalia ornamenta decreta ſuot. Hæc *Dio*. De hac re ſic *Velleius*: Dum ea, quæ prædiximus, in Panoooia Germaniaque geruntur, atrox in Thracia bellum ortum, omnibus ejus gentis natiooibus in arma accenſis, excellens L. Piſonis virtus compreſſit, quippe legatus Cæſaris, triennio cum his bellum geſſit; genteſque ferociſſimas, plurimo cum earum excidio, ounc acie, nunc expuguationibus in priſtinum pacis redegit modum. De eodem P. Piſone in *Epitomis* ſcriptum eſt, & apud *Florum*. DE

(38) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 741.
Olymp. CXCII. Anno I.
Ante Ær. Chr. 12.

E M. VALERIUS MESSALLA BARBATUS ÆMILIANUS, cui mortuo in Magiſtr. ſuff. }
C. *VALGIUS RUFUS*, cui abdicanti ſuffect. } Coſs.
C. *CANINIUS REBILUS*, mortuus in Magiſtr. }
P. SULPICIUS QUIRINUS. }

Ita ex Caſſiodoro, Dione, faſt. Sicul. & lap. Collot. Sigonius, Pighius, Mediobarbus, Tillemontius, Almeloveenius, & alii.

Blanchinus addit Meſſallæ cognomen *Corvini*, & cetera omittit. Addit etiam Valgio cognomen *Candir*, & ſilet *Ruſi*. Druſus Sicambros domat.

Mortuo hoc anno M. Vipſanio Agrippa, quem adjutorem in Imperio habebat Octavianus Auguſtus, hic aſſumit in adjumentum Imperii Tib. Claudium Neronem. Ita ex Dione Tillemontius.

Mortuo Agrippa Auguſtus mittit Tiberium in Dalmatas, & Pannoniæ populos.

Herodes Rex Romam pergit, & in itinere adeſt Ludis Olympicis in Elide. Noriſius Cen. Piſ.

(39) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 742.
Olymp. CXCII. Anno II.
Ante Ær. Chr. 11.

Q. ÆLIUS TUBERO. }
PAULLUS FABIUS MAXIMUS. } Coſs.

Ita ex Caſſiodoro, Dione, Frontino, Plin. faſt. Cuſpin. Sigonius, Pighius, Mediobarbus, Tillemontius, Almelovenius, & alii.

Tiberius Dalmatas, & Pannonias ſubigit. Druſus Friſios. Blanchinus ex Dione & Paterculo.

Herodes Rex Auguſtum apud Aquilejam inviſit. Accuſat filios, ſed ab Auguſto conciliatur cum ipſis, & in Palæſtina redit. Ita Blanchinus ex Noriſio.

A

DE COS. AN. DCCXLIII. (40)

Conſules Julium Antonium Africanum, & Fabium, edit in hunc annum *Caſſiodorus*: Julium Antonium Africanum, Q. Fabium Q. F. Maximum *Dio*: AFRICANUM & MAXIMUM *faſti Siculi* & *Cuſpiniani*. Miror autem legi apud *Suetonium* in Claudio, Julium Antonium, Fabium Africanum Conſules; cum *Africanus* cognomen ſit Antonii: quem triumviri Antonii filium prodit *Suetonius* in libro de grammaſicis; & *Dio* Julum Antonii filium nominat. Ad hunc ſcribit *Horatius* ita:

Pindarum quiſquis ſtudet æmulari,
Jule, ceratis ope Dædalea
Nititur pennis & poſt;
B *Tendit, Antoni, quoties in altos*
Nubium tractus.

DE COS. AN. DCCXLIV. (41)

INde Druſus Nero, L. Quinctius Conſules apud *Caſſiodorum*: Nero Claudius Ti. F Druſus, T. Quinctius T. F. Criſpinus, apud *Dionem*: DRUSUS & CRISPINUS in *faſtis Cuſpiniani* & *Siculis*. Hic Druſus, Ti. Neronis frater, Auguſti privignus fuit, quem Conſulem in Germaniam mortuum, atque ipſum cum filiis *Germanicum* appellatum, invenio apud *Dionem*: quod cognomen ei primum Senatum à provincia impoſuiſſe ait *Eutropius*. Unde *Vellejus*: Druſum Conſulem agentem annos XXX. mors rapuit. *Liviana hiſtoria* hujus Druſi morte expletur, ſic eſt enim in *Epitoma* ultima: Bellum adverſus Germanorum trans Rhenum civitates geſtum à Druſo refertur, ipſe ex fractura, equo ſuper crus (ejus) collapſo, XXX. die quam id accidit, mortuus eſt, corpus à Nerone fratre, qui nuntio valetudinis ejus evocatus raptim accurrerat, Romam perveſtum, & in C. Julii tumulo conditum, laudatus eſt à Cæſare Auguſto vitrico, & ſupremis illius funeribus plures honores additi.

C

De Tiberio ovante ex Dalmatia.

QUemadmodum bellum cum Dalmatis & Pannoniis geſſerit Tiberius Nero Druſi frater, atque propterea ut ovans urbem iniret obtinuerit, ante diximus; hoc igitur demum anno ovans urbem ingreſſus eſt, antequam Druſus obiret, auctor *Dio*, unde *Velleius* etiam inquit: Dalmaticæ & Pannonicæ victoriæ compos Nero, ovans triumphavit. Idem honos Druſo parabatur, niſi ante diem deceſſiſſet, eodem *Dione* teſte.

DE COS. AN. DCCXLV. (42)

C. Marcium, C. Aſinium Conſules ſuggerit in hunc annum *Caſſiodorus*: Cenſorinum & Gallum *faſti Siculi*: C. Marcium Cenſorinum, C. Aſinium C. F. Gallum *Dio*. Horum etiam meminit *Cenſorinus* de die natali, cum ait: Menſis qui Sextilis fuerat, C. Marcio Cenſorino, C. Aſinio Gallo Coſs. in Auguſti honorem dictus eſt *Auguſtus* anno Auguſtio XX. *Auguſtium* autem *annum* appellat, poſtquam Cæſar Auguſtus appellatus eſt. Idem ſcribit etiam *Dio*. Cur autem hoc factum ſit, cauſſam affert, quod eo menſe Cæſar primum Conſulatum cepit, & multa magnaque prælia proſpere fecit. *Macrobius*, quia Auguſtus tres hoc menſe triumphos egit, hunc hoc nomine affeciſſe putat. Mentio eſt eorundem Conſulum etiam apud *Plinium* libro XXXIII., cap. X. & in Epigrammate antiquo in libro Epigrammatum ita; C. ASINIUS C. F. GALLUS. C. MARCIUS L. F. L. N. CENSORINUS. COS. EX S. C. Auguſtus in alios X. annos Reipubl. conſtituendæ poteſtatem accepit. *Dio*.

DE COS. AN. DCCXLVI. (43)

TI. Neronem, Cn. Piſonem Conſules ſuggerit hoc anno cum *Siculis Caſſiodorus*: Ti. Claudium Ti. F. Neronem II. Cn. Calpurnium C. F. Piſonem II. *Dio*. Claudii Neronis II. & Calpurnii Piſonis Conſulum, meminit etiam

D

(40) *Hoc eſt:* Anno ab U. C. 743.
Olymp. CXCII. Anno III.
Ante Ær. Chr. 10.
JULIUS ANTONIUS AFRICANUS. } Coſs.
Q. FABIUS MAXIMUS. }
Ita ex Caſſiodoro, Dione, faſt. Sicul. & Cuſpin. Sigonius, Pighius, Almelovenius &c. Mediobarbus, & Tillemontius *Africani* cognomen auferunt Jul. Antonio, & dant illud Fabio Maximo ſequuti Suetonium, cum cæteri Scriptores antiqui pro nobis ſtent.
Claudius Imp. naſcitur ex Suetonio. Auguſtus Obeliſcum dedicat Soli, ut ex Lap. ad portam Flaminiam.

(41) *Hoc eſt:* Anno ab U. C. 744.
Olymp. CXCII. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 9.
E
NERO CLAUDIUS DRUSUS mortuus in Magiſtr. } Coſs.
T. QUINCTIUS CRISPINUS. }
Ita ex Caſſiodoro, Dione, faſt. Sicul. & Cuſpin. Sigonius, Pighius, Mediobarbus, Tillemontius, Almelovenius, & alii.
His Coſs. Octav. Auguſtus dicitur Pont. Max. Imp. XIII. Conſul XI. Trib. poteſt. XV. ex Grutero fol. LXI. num. I.
Druſi Corpus Romam defertur, & cum honore laudatus tumulatur.

(42) *Hoc eſt:* Anno ab U. C. 745.
Olymp. CXCIII. Anno I.
Ante Ær. Chr. 8.
C. MARCIUS CENSORINUS. } Coſs.
C. ASINIUS GALLUS. }
Ita ex Caſſiodoro, Dione, faſt. Sicul. & Cuſpin. Sigonius, Pighius, Mediobarbus, Tillemontius, Almelovenius, & alii.
Hoc anno, præter ea, quæ bene ſcribit Sigonius, Octav. Auguſtus iterum correxit annum juxta C. Jul. Cæſaris correctionem aliquantulum corruptam, ut monuimus in Diſſert. de Anno Romanorum ad Numam Pomp. Ita etiam Tillemontius & Blanchinus confirmant, præteriti enim erant ab anno I. Julianæ correctionis anni integri 36.
Hoc anno clauſum Jani Templum ab Octav. Auguſto in duodecim proximos futuros annos exiſtimat Tillemontius in Aug. Vita art. X.
Hoc anno Luſtrum conditum, & cenſita 4000000. Civium Rom. Ita Blanch. ex lap. Ancyr. & Grutero.
Hoc anno menſi ſextili Auguſti nomen datum afferunt in honorem Octav. Auguſti Sigonius, Pighius, Petavius, & alii ex Cenſorino, Dione, & Macrobio.

(43) *Hoc eſt:* Anno ab U. C. 746.
Olymp. CXCIII. Anno II.
Ante Ær. Chr. 7.
TIBERIUS CLAUDIUS NERO II. } Coſs.
CN. CALPURNIUS PISO II. }
Ita ex Caſſiodoro, Dione, faſt. Sicul. & Cuſpin. Sigonius, Pighius, Mediobarbus, Tillemontius, Almelovenius, & alii.
Addidimus Piſoni num. II. ex Dione, quem ſequitur etiam Tillemontius cum Blanchino.
Arcus triumphalis erigitur Auguſto in Norico. Ita Blanch. ex Plin. lib. 3. cap. 2.

etiam *Dionyſius* libro primo: atque hunc annum vocat DCCXLV. Olympiadem CXCIII. Tiberium ſecundum Conſulatum geſſiſſe tribus menſibus ſcribit *Suetonius*.

De triumpho II. Ti. Neronis Cos. II. ex Germania.

PRiore anno Auguſtus, accepto in alterum decennium imperio, adverſus Gallos exercitum duxit; atque ipſe quidem in provincia manſit, Tiberius vero trajecto Rheno barbaros ad conditiones compulit: quibus repudiatis, magnis eos cladibus, quamquam non incruenta victoria, confecit. Auguſtus, cum Tiberium & ſemet nomine Imperatoris ornaſſet, Tiberium iterum Conſulem deſignavit; ac litteras eum ad Senatum ex more vetuſto mittere, atque antequam magiſtratum iniret, de rebus à ſe geſtis in Senatu diſſerere, ac triumphare voluit: ipſe triumphum abjecit. Itaque Tiberius Senatu in ædem Octaviam, quæ extra pomœrium erat, vocato, K. Jan., quibus cum Cn. Piſone Conſulatum initurus erat, triumphavit. Hæc *Dio*. De eadem autem re ſic *Vellejus*: Tiberius in Germania poſt mortem Druſi fratris rem bene geſſit. Itaque ei alter triumphus cum altero Conſulatu mandatus eſt. Et *Suetonius*: Tiberius Rhetico & Vindelico bello gentes Alpinas; Pannonico, Breucos & Dalmatas ſubegit; Germanico, XC. millia dedititiorum trajecit in Galliam, juxtaque ripam Rheni ſedibus aſſignatis collocavit, quas ob res & ovans & curru urbem ingreſſus eſt, primus novo genere honoris decoratus. Hæc ille. Ovantem autem iniſſe intelligit ex Pannonico bello biennio ante; curru, hoc anno ex Germanico: primum autem intelligit, ex iis, qui ab Auguſto honoribus affecti ſunt; nam florente Rep. multi & ovantes & curru urbem invecti ſunt. Propter hanc victoriam hoc elogium Auguſto dicatum eſt ſequenti anno, de quo *Plinius* lib. III. cap. II. IMP. CÆSARI D. F. AUGUSTO PONT. MAX. IMP. XIIII. TRIBUNIC. POTEST. XVIII. S.P.Q.R. QUOD EJUS DUCTU AUSPICIISQUE GENTES ALPINÆ OMNES, QUÆ A MARI SUPERO AD INFERUM PERTINEBANT, SUB IMPERIUM POPULI R. SUNT REDACTÆ.

DE COS. AN. DCCXLVII. (44)

D. Lælium, C. Antiſtium Conſules edit in hunc annum *Caſſiodorus*: Balbum & Veterem *faſti Siculi*: D. Lælium D. F. Balbum, C. Antiſtium C. F. Veterem *Dio*. D. LÆLIUS D. F. D. N. BALBUS vocatur in *Capitolino* ſæcularium ludorum *monumento*. *Vellejus* C. Cæſarem quæſtorem fuiſſe Antiſtio Veteri avo hujus Conſulis ſcribit.

De

(44) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 747.
Olymp. CXCIII. Anno III.
Ante Ær. Chr. 6.

D. LÆLIUS BALBUS.
C. ANTISTIUS VETUS, quibus ſuffecti Cal. Jul. juxta Panvinium } Coſſ.
L. MANLIUS
Q. NONIUS ASPRENAS.

Ita ex Caſſiodoro, Dione, faſt Sicul. & Capitol. Sigonius, Pighius, Mediobarbus, Tillemontius, Almelovenius, & alii.

De ſuffectis nihil Sigonius, Mediobarbus, & Tillem. Almelovenius Panvinium ſequitur, ſed Pighius citat quidem Panvinium, ſed non confirmat. Nititur Panv. duabus Inſcriptionibus.

Hoc anno Octav. Auguſtus Tiberium Tribunum Plebis conſtituit in quinquennium.

Hoc anno Jani Templum tertiò clauſum eſt per tres annos. Ita Noriſ. Cen. Piſ.

Hoc anno Chriſtum natum volunt atque hiſce Conſulibus M. Antonius Capellus. Joannes Keplerus, Henſchenius, Antonius Pagius, Bollandus, Harduinus, Schelestratus &c. neque aliter ipſi ſentimus, ita ut vera Nativitas Chriſti Æræ Dionyſianæ principium integro quinquennio præceſſerit, ut & ſentit Blanchinus, quamvis hic ſub ſequentis anni Conſulibus veram Chriſti Nativitatem transferat, ſicut & in annum ceteris poſteriorem initium Æræ Dionyſianæ principium transfert, ut videbimus ad ſequentem annum.

Hoc anno credimus factam à P. Sulpicio Quirinio (qui & Cyrinus aliquos Scriptores omnes, atque apud Lucam cap. 2.) primam in Palæſtina deſcriptionem ex celeberrimis Numiſmatis a Noriſio, è Nicolao Toinardo obſervatis, ex quibus conſtat hoc anno remotum fuiſſe a Syriæ Præfectura C. Sentium Saturninum, atque ejus loco miſſum P. Quinctilium Varum, ut docet Antonius Pagius in Chronologico apparatu ad Annales Baronii num. 136. Cum enim Tertullianus hanc Syriæ, & Palæſtinæ deſcriptionem tribuat Sentio Saturnino (quam D. Lucas tribuit P. Sulpicio Quirinio) lib. 4. contra Marcionem cap. 19. neceſſe eſt dicere hanc deſcriptionem cœptam quidem a Sentio Saturnino, ſed abſolutam hoc anno exeunte, vel ineunte ſequenti anno à P. Sulpicio Quirinio, qui ſuam in Palæſtina deſcriptionem peregit independenter à P. Quintilio Varo Syriæ novo Præſide. Nec obſtat quod Cyrinus hoc eſt P. Sulpicius Quirinius vocetur Syriæ Præſes à Divo Luca, cum alter Syriæ Præſes eſſet, nam & eo tempore quo Sentius Saturninus Syriæ Præſes erat, erant & Pedanius, & Volumnius, qui lato modo Præſides Syriæ vocabantur, quamvis eſſent tantum Procuratores, ac Saturnino ſubordinati. Cum autem tunc Palæſtina nondum eſſet in Provinciam redacta, ſed Herodi Regi ſubjecta eſſet, ideo licet Quirinius non eſſet ſupremus in Syria Præſes, erat tamen ſupremus Præſes in Palæſtina reſpectu cenſus, ſive deſcriptionis, quam ex Auguſti decreto independenter ab Herode, atque a ſupremo Syriæ Præſide peragebat. Vocatur autem a Divo Luca deſcriptio hæc prima, reſpectu alterius deſcriptionis & cenſus peracti ab eodem P. Sulpicio Quirinio anno U. C. 759. Neque aliter ly *prima* intelligi poteſt, quam ratione alterius deſcriptionis ab eodem Quirinio factæ, nam & alia deſcriptio facta fuit anno U. C. 725. Auguſto VI. & Agrippa II. Coſſ. ut conſtat ex lapide Ancyrano. Hæc autem ſecunda univerſi Orbis deſcriptio fieri cepit Romæ ab Auguſto C. Marcio Cenſorino, & C. Aſinio Gallo Coſſ. hoc eſt anno U. C. 745. & perfecta hoc anno in Palæſtina a P. Sulpicio Quirinio, poſtquam hic triumphalia ornamenta retulit ex victoria, quam de Homonadenſibus Ciliciam, & Lycaoniam infeſtantibus reportavit hoc ipſo anno circa ver, vel æſtatem; non verò, ut putat Graveſonius, antequam Quirinius adverſus Homonadenſes bellum ſuſciperet, nam Chriſtus natus non eſſet toto Orbe in pace compoſito. Vide Pagium Apparatus Chron. num. 129.

Adde quod aliquando pro nomine Syriæ intelligebatur tota pene Orientalis pars Romani Imperii. Continebat enim, ut Calmetus docet in ſuo Lexico, Meſopotamiam, Chaldæam & Armeniæ partem, præter Syriam propriam, quæ terminabatur Euphrate ad Orientem, & mari Mediterraneo ad Occidentem, Cilicia ad Septentrionem, & Arabia deſerta Phœnicia, & Judæa ad Meridiem. Poterat igitur Quirinius Præſes Syriæ vocari, tamquam unus ex ſupremis Præſidibus Syriæ univerſæ. Syria enim Provincia Romana nihil aliud erat, quam Syria propria. Atque in hoc ſenſu, & non in alio intelligendus eſt Baronius, ubi ait Cajum Cæſarem unum ex Syriæ Proconſulibus fuiſſe, cum eſſet Cajo in univerſis Orientis Regiones imperium Proconſulare demandatum anno U. C. 751.

Acco-

De Tribunicia poteſtate Ti. Neronis.

UT M. Agrippam generum antea Auguſtus honore Tribuniciæ poteſtatis affecit, ſic mortuo (ut diximus) Agrippa Tiberium & privignum & generum ſuum, id autem hoc anno fecit, ut Cajum & Lucium Cæſares, Agrippa ipſo, & Julia, & filia ſua natos, à ſe adoptatos, ac petulaotius ſe, quam par erat, gerentes, modeſtiores redderet. Hoc autem aperte ſcriptum eſt apud *Dionem*; neque obſcure apud *Suetonium*, cujus hæc verba ſunt: Tiberius interpoſito tempore Conſul iterum creatus, etiam Tribuniciam poteſtatem in quinqueonium accepit, quod idem tradit *Vellejus*, hoc modo: Brevi interjecto ſpatio Ti. Nero duobus Conſulatibus, totidemque triumphis actis, Tribuniciæ poteſtatis conſortione æquatus Auguſto.

DE COS. AN. DCCXLVIII. (45)

CAſſiodorus ſubjicit Conſules Auguſtum XI. L. Sullam: Octaviaoum XIII. &, Syllam, *faſti Siculi*: *Dio* Auguſtum XII. collegam autem præterit. Hujus anni ſic meminit *Plinius* libro VII. In actis temporum divi Auguſti invenitur, XII. Conſulatu ejus. Lucioque Sylla collega, ad III. Id. Apr. C. Criſpinum Hilarum ex iogenua plebe Fæſulana cum liberis novem, C

A (quo in numero filiæ duæ fuerunt) nepotibus XXVII. pronepotibus XXIX. neptibus IX. prælata pompa cum omnibus his in Capitolio immolaſſe. Et *Suetonius* : Auguſtus duodecimum Conſulatum poſt undecimum ſeptemdecim annorum intervallo cepit. Item; Auguſtus nullum annuum Conſulatum geſſit præter medios quinque à ſexto ad undecimum. Qui autem in Auguſti locum factus ſit, adhuc non reperi. Exſtat etiam antiquum epigramma de Auguſto ad hunc annum pertinens, id eſt ejuſmodi; IMP. CÆSAR DIVI JULI F. AUGUST. PONT. MAX. COS. XII. TRIB. POT. XIX. IMP. XIIII. RIVOS AQUARUM OMNIUM REFECIT.
B Hoc anno Auguſtus C. Cæſarem virili toga donatum principem juventutis deſignavit. *Zonaras*.

DE COS. AN. DCCXLIX. (46)

C. Calviſius, L. Paſſienus, Conſules ſubſequuntur apud *Caſſiodorum*, qui in indice *Dionis*, librarii culpa; in expoſitione hiſtoriæ auctoris conſilio præteriti ſunt: brevitati enim ſtudens, multorum annorum res geſtas nullis editis Conſulibus memorat. Eorum cognomina ſunt in *faſtis Siculis* Sabinus atque Ruffinus. Hoc anno idem honores L. Cæſari ab Auguſto conceſſi, atque Cajo priore anno
C tributi fuerant. *Zonaras*.

DE

Accedit quoque, quod Divus Lucas Evangelium ſcripſit multo poſt, quam Palæſtina fuit Syriæ Provinciæ addita, quod contigit ſub eodem P. Sulpicio Quirinio Syriæ iterum Præſide anno U. C. 758. Quare hoc anno ipſo, quo fuit Præſes in Palæſtina ratione deſcriptionis faciendæ, potuit à D. Luca nominari Syriæ Præſes, hoc eſt unus ex Syriæ Præſidibus, nam Palæſtina licet hoc anno eſſet ſub Herode, necdum Syriæ Provinciæ adſcripta, erat tamen jamdudum Syriæ adſcripta, cum D. Lucas Evangelium ſcripſit.

Neque mirum videatur adhibitum fuiſſe ad hanc Palæſtinæ deſcriptionem faciendam P. Sulpicium Quirinium Virum Conſularem, ac triumphalibus ornamentis decoratum, nam cum D Palæſtina tunc ſubeſſet Herodi, neceſſe erat virum mittere, qui Herodi par gradu eſſet, & poteſtate, ut independenter ab ipſo Herode deſcriptionem illam ſuſciperet abſque ullo impedimento ab Herode interpoſito.

Ut igitur ſalvâ Tertulliani ſententiâ, qua aſſerit factam hanc in Palæſtina deſcriptionem à Sentio Saturnino, ſalva ſit auctoritas D. Lucæ, qua aſſerit hanc eandem deſcriptionem à Cyrino factam, dicendum eſt cœptam quidem fuiſſe antecedenti anno a Sentio Saturnino, ſed hoc anno exeunte, à Quirinio completam, & Chriſtum Dominum natum eſſe hoc anno exeunte.

(45) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 748.
Olymp. CXCIII. Anno IV.
Ante Aer. Chr. 5.

C. JUL. CÆSAR OCTAVIANUS AUGUSTUS XII.	Coſs.
L. CORNELIUS SULLA.	

E

Ita ex Caſſiodoro, faſt. Sicul. & Cuſpin. Sigonius, Pighius, Mediobarbus, Tillemontius, Almelovenius, & alii.

His Conſulibus natum D. N. J. Chr. recentiores alii, celebrioreſque Chronologi una voce conſentiunt, ut Petavius, Bucherius, Uſſerius, Noriſius, Mediobarbus, Tillemontius, & Blanchinus. Cum tamen extremus hic, omniumque noviſſimus retrahat Conſulatum hunc, atque omnes ſuperiores annos, & ſubſequentes, uſque ad annum 42. Æræ vulgaris Chriſti, in annum proximè antecedentem, atque ideo quinque annos integros ante Chriſti vulgarem Æram velit Chriſtum natum, cum ceteri omnes hic nominati quatuor tantum integros anoos ante ipſam vulgarem Chr. Æram eundem natum adfirment, ut ſuperius vidimus in ejus opinione expendenda. Sed venia digni ſunt, cum Numiſma Vari non obſervarint. Blanchinus vero cum primum annum Æræ vulgaris Chriſti ponat anno poſterius ceteris, nempe in Conſulatu P. Vinucii Nepotis, & P. Alfinii Vari, hinc ille quinque integros interponit annos à vera Chriſti Nativitate ad eam quam Dionyſius Exiguus ſtabilivit, in qua opinione Blanchinus à communiori celebriorum auctorum opinione recedit, nec alia puto ratione hanc ab eo translationem Conſulum factam niſi eo fine, ut duorum Geminorum Conſulatum in annum antecedentem biſſextum transferat, ut eo anno mortuum Chriſtum aſſerat.

Annus hic biſſextilis fuit juxta communem Recentiorum opinionem, ſive Conſulum nomina, ſive annos ante Chriſti vulgarem Æram, ſive annum Olympiacum ſpectes, excepto Blanchino, qui quidem hunc annum biſſextum facit, ſed horum Conſulum nomina retrahit in annum antecedentem non biſſextilem tam apud alios, quàm apud ipſum Blanchinum. Nihil tamen obſtat, quominus Blanchini ſententiam quis ſequatur uſque ad annum 42. Æræ vulgaris Chriſti, ut ad eundem annum, favente Deo, dicturi ſumus. Hæc interim adnotaſſe ſit ſatis.

Notandum hic Pagium, Noriſium, Graveſonium, Tillemontium, & Mediobarbum, ſequi Varronianam annorum ab U. C. computationem, quæ anno integro noſtram prævenit.

(46) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 749.
Olymp. CXCIV. Anno I.
Ante Ær. Chr. 4.

C. CALVISIUS SABINUS.	Coſs.
L. PASSIENUS RUFUS.	

Ita ex Caſſiodoro, faſt. Sicul. & Cuſpin. Sigonius, Pighius, Mediobarbus, Tillemontius, Almelovenius, & alii.

Herodes die 25. Novembris hujus anni moritur, quo anno fuit Eclipſis Lunæ, nempe nocte ſequente diem 12. Martii (ita ex Uſſerio Tillemontius, quod nos ex Petavio & Pagio confirmamus, atque hujus defectionis Lunaris teſtis eſt Joſephus lib. 17. cap. 8. & 11.) Archelaus hoc anno Romam profectus obtinet Tetrarchiam in Judæa.

DE COS. AN. DCCL. (47)

INde Cn. Lentulus, M. Meſſalla Conſules, auctore *Caſſiodoro*: Cn. Cornelius L. F. Lentulus, M. Valerius M. F. Meſſalla, aut Meſſallinus, *Dione*. Idem etiam *Dio* Cn. Cornelium, Cn. Pompeji Magni ex filia nepotem, Auguſto feciſſe inſidias, ac conſilio Liviæ ab Auguſto liberatum, & Conſulem cum Valerio Meſſalla factum, refert, *Vellejus* Meſſallinum Corvini filium vocat. Horum ſic meminit *Svetonius*: Galba natus eſt M. Valerio Meſſallino, Cn. Lentulo Coſs. *Plin.* lib. X. cap. XXII. meminit Meſſallini Cottæ, Meſſallæ oratoris filii; quem lib. XXXII. cap. VI. Conſularem vocat. Hunc annum prætereunt *faſti Siculi*.

DE COS. AN. DCCLI. (48)

AUguſtum XII. M. Plantium Conſules prodit deinceps *Caſſiodorus*; Auguſtum XIII. M. Plautium M. F. Silvanum *Dio*. *Svetonius* porro auctor eſt, Auguſtum, biennio poſt XII. Conſulatum, XIII. cepiſſe. *Tacitus* libro primo addit, numerum Conſulatuum Auguſti Valerium Corvum & C. Marium æquaſſe; quorum ille ſexies, hic ſepties Cos. fuit, ex quo intelligitur, Auguſtum terdecies tantum Conſulem fuiſſe. Extſtat epigramma tale in Antiq. urbis epigrammatis, quod ad hunc Plautium puto pertinere; M. PLAUTIUS M. F. A. N. SILVANUS COS. VIIVIR EPULONUM. HUIC SENATUS TRIUMPHALIA ORNAMENTA DECREVIT OB RES IN ILLYRICO BENE GESTAS. Quia vero *Vellejus* ait Auguſto & Caninio Gallo Coſs. Juliam filiam ab Auguſto in inſulam ob flagitium relegatam annos ante M. Vinucium Cos. XXX., qui fuit Conſul anno ab Urbe condita DCCLXXXII., intelligendum eſt, in Plautii locum C. Caninium Gallum eſſe ſuffectum. In Auguſti locum qui factus ſit, non comperi.

DE COS. AN. DCCLII. (49)

COſſum Lentulum, L. Piſonem Conſules hic annus habuit, ut ait *Caſſiodorus*; Lentulum & Piſonem, ut *Siculi*; Coſſum Cornelium Lentulum, L. Piſonem Augurem, ut vetus *Veronenſis Inſcriptio*: Coſſum Cornelium Cn. F. Lentulum, L. Calpurnium Cn. F. Piſonem, ut *Dio*. De Coſſo ſic *Florus*: Gætulos accolas Syrtium, populus Rom. Coſſo duce compeſcuit: unde illi *Gætulici* cognomen. Et *Vellejus*: Triumphalia ornamenta Paſſienus & Coſſus in Africa meruerunt. Sed Coſſus victoriæ teſtimonium etiam in cognomen filii contulit. Et *Tacitus* libro IV., Cn. Lentulo ſuper Conſulatum, & triumphalia de Gætulis, gloriæ fuit bene tolerata paupertas. Itaque videtur hic etiam Cn. Cornelius Coſſus Lentulus appellatus, quamquam apud *Dionem* filius ejus Coſſus Cornelius Coſſi filius dicitur, ut *Coſſum* pro prænomine tuliſſe videantur. Hoc anno Ti. Nero, expleto tribuniciæ ſuæ poteſtatis quinquennio, privatus Rhodi, quò ſeceſſerat, manſit. *Dio*.

DE COS. AN. DCCLIII. (50)

COnſules inde *Caſſiodorus* prodit Auguſtum XIII. L. Paullum: *faſti Cuſpiniani* cum *Siculis*, CÆSAREM ET PAULLUM: C. Cæſarem Auguſti F. L. Æmilium L. F. Paullum *Dio*, recte; eſt enim hic Cajus Lucii frater, ex Agrippa & Julia Auguſti filia natus, atque ab Auguſto adoptatus. De quibus ſic *Tacitus* libro primo: Auguſtus genitos Agrippa Cajum & Lucium, in familiam Cæſarum induxit; nec

---

(47) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 750.
Olymp. CXCIV. Anno II.
Ante Ær. Chr. 3.
L. CORNELIUS LENTULUS. }
M. VALERIUS MESSALLINUS. } Coſs.

Ita ex Dione, & Lapide antiquo Pighius, Almelovenius, Tillemontius, Mediobarbus (qui addit Meſſallino aliud cognomen *Cotta*) & alii. Sigonius tamen & Petavius ex Caſſiodoro, & Svetonio *Cornelio Lentulo* dant prænomen *Cneus*.

Annus hic à Baronio, & Joſepho Scaligero veræ Chriſti Nativitati adſignatur.

Hoc anno Mediobarbus Octavianum Cæſarem Auguſti titulo decoratum refert, ſed fallitur, ut conſtat ex iis, quæ ad annum U. C. 745.

(48) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 751.
Olymp. CXCIV. Anno III.
Ante Aer. Chr. 2.
C. JUL. CÆSAR OCTAVIANUS AUGUSTUS XIII. cui abdicanti ſuff. }
Q. FABRICIUS. Cal. Sept. ita Lydiat. Ser. Summ. Magiſtr. p. 31. } Coſs.
M. PLAUTIUS SILVANUS, cui abdicanti ſuff. }
C. CANINIUS GALLUS. Cal. Jul. }

Ita ex Caſſiodoro, Dione, Vellejo Paterc. &c. Sigonius, Pighius, Mediobarbus, Tillemontius, Almelovenius, & alii.

(49) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 752.
Olymp. CXCIV. Anno IV.
Ante Ær. Chr. 1.
COSSUS CORNELIUS LENTULUS, poſtea dictus GETULICUS. } Coſs.
L. CALPURNIUS PISO. }

Ita ex Caſſiodoro, Dione, faſt. Siculis, Inſcript. Veron. & Anagniana Sigonius, Pighius, Mediobarbus, Tillemontius, & Almelovenius, qui malè addit Cornelio Lentulo *Iſaurici* cognomentum pro illo *Getulici*.

Hoc anno incipit Æra vulgaris Chriſti, nempe anno exeunte, quam Blanchinus transfert in Conſulatum ſequentis anni contra aliorum opinionem, quamvis cum aliis concors ſit in aſſignando anno Olympiaco, & U. C.

Mediobarbus etiam ſingularis eſt in hoc, quod annum hunc non aſſignat, ut ceteri Scriptores tamquam primum ante Chriſti vulgarem Aeram; ſed incipit numerare primum annum ante Aeram vulgarem ab anno proximè huic antecedenti, relinquens hunc ſine nota, qua vel ſignificet hunc eſſe primum ante eandem communem Aeram, vel primum poſt eandem Aeram, eorum gratia fortaſſe, qui exordiuntur annos Aeræ vulgaris Chriſti ab ejus Incarnatione, licet in aſſignando primo anno vulgaris ejuſdem Aeræ noſtræ incipiat ab anno proximè hunc ſubſequenti, ut ceteri faciunt vel illi ipſi, qui annos numerant à Chriſti Incarnatione, & non ab ejus Nativitate poſt novem menſes Incarnatione ſequuta, ita tamen ut finem anni & principium deſumant à die 25. Martii, qua Chriſtus eſt in utero Virg. incarnatus, ut Romani Pontifices, & Curia Romana conſueverunt.

(50) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 753.
Olymp. CXCV. Anno I.
Æræ Chr. 1.
C. JULIUS CÆSAR M. Agrippæ ex Julia filius, Cæſ. Oct. Aug. adopt. } Coſs.
L. ÆMILIUS PAULLUS. }

Ita ex faſt. Sicul. tab. Anagniana, Tacito, Svetonio &c. Sigonius, Pighius, Mediobarbus, Tillemontius, Almelovenius, & alii.

Hoc anno exeunte alii ponunt Chriſtum natum juxta vulgarem Aeram, ut aſſerit Pighius, & inter recentiores Blanchinus, nempe ſub his Conſulibus, licet concors eat cum aliis circa alia.

Tiberius Nero expleto tribuniciæ poteſtatis quinquennio in Inſula Rhodo vitam privatam agit, quò anno præterito ſeceſſerat.

nec dum poſita puerili prætexta, principes juventutis appellari, deſtinari Conſules ſpecie recuſantis ardentiſſime cupivit. Et *Svetonius*: Auguſtus nepotes ex Agrippa & Julia tres habuit, Cajum, Lucium, & Agrippam. Cajum & Lucium adoptavit domi per aſſem & libram emptos à patre Agrippa; teneroſque adhuc ad curam Reipublicæ admovit; & Conſules deſignatos circum provincias exercituſque dimiſit. Item: Auguſtus tertiumdecimum Conſulatum ultro petiit; ut Cajum & Lucium filios, ampliſſimo præditus Magiſtratu, ſuo quemque tyrocinio deduceret in forum. C. Cæſaris Auguſti F. meminit etiam *Plinius* lib. XII. cap. XIV. Neque vero de Auguſto XIII. Conſule accipiendum eſt; quod eum Conſulatum ante cum Silvano geſſerit.

DE COS. AN. DCCLIV. (51)

CONſules in hunc annum profitetur P. Vinicium, P. Alphenum *Caſſiodorus*: Vinucium & Varum *Siculi*: P. Vinicium (vel Vinucium) M. F. P. Alphenum (vel Alphinium) P. F. Varum *Dio*. P. Vinucio Cos. Tiberium Rhodo reverſum tradit *Vellejus*. Hic M. Vinicii ante Conſulis fuit filius, M. Vinicii poſt Conſulis pater, eodem auctore. *Lapis Colotianus*, ut ante notavi, habet VINUCIUM.

DE COS. AN. DCCLV. (52)

COnſules ſubſequuntur apud *Caſſiodorum* & *faſtos Siculos*, M. Servilius, L. Lamia; apud *Dionem* L. Ælius L. F. Lamia, M. Servilius M. F. Hos Conſules intellexit *Valerius* libro primo, cum ait: Q. Claudiæ ſtatua in veſtibulo templi matris deûm poſita, bis ea æde incendio conſumpta, prius P. Naſica Scipione, & L. Beſtia; item M. Servilio & L. Lamia Coſs. in baſi flammis intacta ſtetit.

DE COS. AN. DCCLVI. (53)

SEx. Ælium, C. Sentium nominat deinceps Conſules *Caſſiodorus*; Sex. Ælium Q. F. Catum, C. Sentium C. F. Saturninum *Dio*. Ælio & Sentio Coſs. V. Kal. Jul. Tiberium adoptatum ab Auguſto tradit *Vellejus*, atque tribuniciam poteſtatem accepiſſe; quam ſcilicet jam per quadriennium intermiſerat. Itaque ſequenti anno tribuniciæ poteſtatis VI. eum ad rationem Capitolinam ſcribimus. Ab his *lex Aelia Sentia* lata eſt. Hunc annum prætereunt *faſti Siculi*. Auguſtus cenſum fecit, Luſtrum omiſit. *Dio*, *Svetonius*.

DE COS. AN. DCCLVII. (54)

DEinceps Cn. Cinnam, L. Valerium Conſules ſubjicit *Caſſiodorus*: Magnum & Valerium *faſti Siculi*: L. Valerium Potiti F. Meſſallam Voluſum, Cn. Cornelium L. F. Cinnam Magnum, *Dio*.

DE COS. AN. DCCLVIII. (55)

INſequens annus M. Lepidum, L. Aruntium Conſules habuit; auctor *Caſſiodorus*: quos Lepidum & Plancum *faſti Siculi*; M. Æmilium L. F. Lepidum, L. Aruntium L. F. vocat *Dio*, qui idem bis Conſulibus Cornelium Coſſum ex Gætulia cognomen & ornamenta triumphalia, C. Sentium ex Germania triumphalia item inſignia retuliſſe auctor eſt.

DE

---

(51) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 754.
Olymp. CXCV. Anno II.
Æræ Chr. 2.

P. VINUCIUS.
P. ALFENIUS VARUS. } Coſs.

Ita ex Caſſiodoro, Dione, faſt. Sicul. & Cuſpin. Sigonius, Pighius, Mediobarbus, Tillemontius, Almelovenius, & alii.

Tiberius ex Inſula Rhodo Romam redit ex Sigonio, Pighio, & Tillemontio.

Hoc anno Blanchinus Aeræ vulgaris noſtræ principium ponit.

(52) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 755.
Olymp. CXCV. Anno III.
Æræ Chr. 3.

L. ÆLIUS LAMIA.
M. SERVILIUS. } Coſs.

Ita ex Caſſiodoro, Dione, faſt. Sicul. Val. Max. &c. Sigonius, Pighius, Mediobarbus, Tillemontius, Almelovenius, & alii.

(53) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 756.
Olymp. CXCV. Anno IV.
Æræ Chr. 4.

SEX. ÆLIUS CATUS.
C. SENTIUS SATURNINUS. } Coſs.

Ita ex Caſſiodoro, Dione, & faſt. Cuſpin. apud quos *Catulus* pro *Cato* legitur, Sigonius, Pighius, Mediobarbus, Tillemontius, Almelovenius, & alii.

Mortuo L. Cæſare anno Chriſti 2. & Cajo Cæſare hoc anno menſe Februarii, quos Cæſar Oct. Auguſtus adoptaverat, idem Octav. Auguſtus adoptat hoc anno die 27. Junii Tiberium, & ſibi aſſociat in Tribunitia poteſtate, eique adoptari facit Germanicum, qui Neronis Druſi filius erat, & ejuſdem Tiberii ex fratre Nepos. Ita Pighius & Tillemontius.

(54) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 757.
Olymp. CXCVI. Anno I.
Æræ Chr. 5.

CN. CORNELIUS CINNA MAGNUS.
L. VALER. MESSALLA VOLUSUS. } Coſs.

Ita ex Caſſiodoro, Dione, faſt. Sicul. & Cuſpin. Sigonius, Pighius, Mediobarbus, Tillemontius, Almelovenius, & alii.

(55) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 758.
Olymp. CXCVI. Anno II.
Æræ Chr. 6.

M. AEMILIUS LEPIDUS.
L. ARRUNTIUS, quibus Cal. Jul. ſuffecti, ut docet Pighius ex Panvin. Marliano, & lap. antiquo
C. *ATEJUS CAPITO*.
C. *VIBIUS POSTUMUS*. } Coſs.

Ita ex Caſſiodoro, Dione, faſt. Sicul. &c. Sigonius, Pighius, Mediobarbus, Tillemontius, Almelovenius, & alii.

Archelaus Judeæ Tetrarcha relegatur ab Auguſto Viennam in Gallia, & Judæa in provinciam redigitur, eique Præſes Coponius præfertur, qui ſuberat Syriæ Proconſuli. Ita Tillemontius ex Joſepho, Dione, Tacito, & Uſſerio.

Judææ Gubernator, ſeu Præſes, ſeu Procurator Cæſareus in Palæſtina reſidebat. Hinc ablatum fuit prorſus ſceptrum de Juda. Tillem.

DE COS. AN. DCCLIX. (56)

Q. Cæcilium, A. Licinium *Caſſiodorus* edit in hunc annum Conſules: Creticum & Nervam *faſti Siculi*: A. Licininm Nervam Silianum, Q. Cæcilium Metellum Creticum *Dio*. A. Licinium Nervam *Silianum*, P. Silii filium fuiſſe tradit *Vellejus*. His ſuffectos Conſules P. Lentulum Cn. F. Scipionem, T. Quinctium Criſpinum Valerianum, docet antiquus lapis Romæ inventus.

DE COS. AN. DCCLX. (57)

M. Furium, Sex. Nonium, in hunc annum creatos Conſules ſcribit *Caſſiodorus*: CAMILLUM & QUINCTILIANUM *faſti Cuſpiniani* cum *Siculis*: M. Furium M. F. Camillum, Sex. Nonium L. F. Quinctilianum, *Dio*: eoſdem Conſules cum dunbus his ſuffectis, L. Apronio, A. Vibio Habito, *Capitolini*: ex quibus etiam apparet, hoc anno Imp. Cæſarem Auguſtum Tribuniciæ poteſtatis XXX. Ti. Cæſarem Auguſti F. Tribuniciæ poteſtatis IX. fuiſſe.

DE COS. AN. DCCLXI. (58)

INde Q. Sulpicius, C. Poppæus creati Conſules, auctore *Caſſiodoro*: quos *Siculi faſti* & *Cuſpiniani* vocant CAMERINUM & SABINUM: Q. Sulpicium Q. F. Camerinum, C. Poppæum Q. F. Sabinum, cum *Dione Capitolinus lapis*. Eoſdem Conſulatum quinquennio geſſiſſe antequam Auguſtus excederet, ſcribit *Suetonius*, quorum etiam ſic meminit *Plinius* lib. VII. cap. XLVIII. Galeria reducta eſt in ſcenam C. Poppæo, Q. Sulpicio Coſſ. ludis

A pro ſalute divi Auguſti votivis, annum centeſimum quartum agens, quæ producta fuerat tyrocinio à M. Pomponio ædili pl. C. Mario, Cn. Carbone Coſſ. ante annos nonaginta unum, quamquam ibi vulgo Cn. Pompejo legitur, non C. Poppæo. Iiſdem Conſulibus ſuffectos eſſe in parte anni M. Papium Mutilum, Q. Poppæum Secundum invenio cum apud *Dionem*, tum in *Capitolinis faſtis*: qui *legem Papiam Poppæam* tulerunt de hereditatibus mulierum; qua *lex Voconia* abrogata eſt. His Coſſ. Germanico Ti. F. Auguſti N. triumphalia ornamenta ab Auguſto ex Dalmatica victoria data; Quinctilium Varum cum legionibus in Germania cæſum, auctor eſt *Dio*.

B

DE COS. AN. DCCLXII. (59)

P. Dolabellam, C. Silanum Conſules in hunc annum invenin apud *Caſſiodorum*: Dolabellam & Silanum in *tabulis Siculis*: P. Cornelium P. F. Dolabellam, C. Junium Silanum, apud *Dionem*. Exſtat etiam in antiq. urbis epigrammatis inſcriptio de his Conſulibus talis; P. CORNELIUS P. F. DOLABELLA. C. JUNIUS C. F. SILANUS, FLAMEN MART. COS. EX S. C. FACIUNDUM CURAVERUNT. IDEMQUE PROBAVERUNT. Eoſdem Conſules cum ſuffecto altero ex K. Jul. Ser. Cornelio Lentulo Maluginenſe flam. diali, C invenio quoque in *Capitolinis tabulis*. Ser. Maluginenſis flaminis dialis meminit item *Tacitus* lib. III.

DE COS. AN. DCCLXIII. (60)

M. Lepidus, T. Statilius, Conſules à *Caſſiodoro* in hunc annum produntur: Lepidus & Taurus à *Siculis faſtis*: M. Æmilius Q. F.

---

(56) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 759.
Olymp. CXCVI. Anno III.
Æræ Chr. 7.

A. LICINIUS NERVA SILIANUS.
Q. CAECILIUS METELLUS CRETICUS SILANUS, quibus Cal. Jul. ſuffecti ſunt — Coſſ.
P. CORNELIUS LENTULUS SCIPIO.
T. QUINCTIUS CRISPINUS VALERIANUS.

Ita ex Caſſiodoro, Dione, faſt. Sicul. & lapide antiquo Sigonius, Pighius, Mediobarbus, Tillemontius, Almelovenius, & alii.

P. Sulpicius Quirinius in Judæa cenſum habet, & deſcribit cujuſque bona. Opponitur illi Judas Galilæus, qui Zelatorem factioni principium dat. Quirinius erat Syriæ Gubernator. Ita Tillemont. Petavius hæc refert ſub anno antecedenti.

Chriſtus annorum duodecim reperitur in Templo.

(57) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 760.
Olymp. CXCVI. Anno IV.
Æræ Chr. 8.

M. FURIUS CAMILLUS.
SEX. NONIUS QUINCTILIANUS, quibus ex Cal. Jul. ſuffecti — Coſſ.
L. APRONIUS.
A. VIBIUS HABITUS.

Ita ex Caſſiodoro, Dione, faſt. Sicul. Capitol. & Cuſpin. Sigonius, Pighius, Mediobarbus, Tillemontius, Almelovenius, & alii.

(58) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 761.
Olymp. CXCVII. Anno I.
Æræ Chr. 9.

C. POPPÆUS SABINUS.
Q. SULPICIUS CAMERINUS, quibus ex Cal. Jul. ſuffecti — Coſſ.
M. PAPIUS MUTILUS.
Q. POPPÆUS SECUNDUS, ſive *SECUNDINUS*, ut legit Lydiat. p. 37.

Ita ex Caſſiodoro, Dione, faſt. Capitol. Sicul. & Cuſpin. Sigonius, Pighius, Mediobarbus, Tillemontius, Almelovenius, & alii.

Ovidius relegatur Tomos in Scythia. Tillemont.

Quintilius Varus cum tribus legionibus Romanis cæditur in Germania. Ita Sigonius ex Dione, & Blanchinus ex Vell. Paterc.

D Hoc anno promulgatur Lex in celibatum. Petav. & Tillemontius.

Tiberius hoc anno Imperii Proconſularis Collega ab Auguſto aſſumitur his Conſulibus. Ita Sigonius docet ad annum U. C. 764.

(59) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 762.
Olymp. CXCVII. Anno II.
Ær. Chr. 10.

P. CORNELIUS DOLABELLA.
C. JUNIUS SILANUS, cui ex Cal. Jul. ſuffect. — Coſſ.
SER. CORNELIUS LENTULUS MALUGINENSIS FL. DIAL.

Ita ex Caſſiodoro, Dione, faſt. Capitol. & Sicul. Sigonius, Pighius, Mediobarbus, Tillemontius, Almelovenius, & alii.

M. Ambivius Coponio ſuccedit in Judææ regimine. Ita Tillemontius.

E Pighius refert Coponio Ambivium, ſive Ambicium ſubſtitutum anno Chr. 8. ſed Tillemontius rectius hoc anno.

Tiberius in Germaniam mittitur.

(60) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 763.
Olymp. CXCVII. Anno III.
Æræ Chr. 11.

M'. ÆMILIUS LEPIDUS, cui abdicanti ſuffectus
L. CASSIUS LONGINUS, ex Cal. Jul. — Coſſ.
T. STATILIUS TAURUS.

Ita ex Caſſiodoro, Dione, faſt. Capitol. & Sicul. Sigonius, Pighius, Mediobarbus, Tillemontius, Almelovenius, & alii.

Pagius ex Noriſio addit Aemillo Lepido prænomen *Manii*, non *Marci*. Scripſimus ergo *M'*.

Tiberius & Germanicus Germaniam late diſcurrunt, & populantur. Petavius & Pighius.

Hoc

Q. F. Lepidus, T. Statilius T. F. Taurus, à *Capitolinis faſtis*, & *Dione*. Lepido præterea ſufficiunt ex K. Jul. Conſulem L. Caſſium L. F. Longinum *Capitolini*.

DE COS. AN. DCCLXIV. (61)

GErmanicum Cæſarem, C. Fontejum *Caſſiodorus* edit hoc anno Conſules: Ti. Cæſarem & Capitonem *faſti Siculi*: Germanicum Cæſarem Ti. F. C. Fontejum C. F. Capitonem *Dio*: eoſdem cum C. Viſellio Varrone ſuffecto *Capitolini* auctores. Germanicus hic, Neronis Druſi filius fuit, fratris Tiberii, ejus, qui in Germania mortuus *Germanici* primus ſibi cognomen peperit; adoptatus à Tiberio, ut ſcribit *Svetonius* his verbis: Tiberius Romam reverſus, Cajo & Lucio intra triennium defunctis, adoptatur ab Auguſto ſimul cum fratre eorum M. Agrippa, coactus ipſe prius Germanicum fratris ſui filium adoptare. Hunc ſcribit *Dio* biennio ante triumphalibus inſignibus decoratum, decretoſque ei honores Prætorios, & ut primus ſecundum Conſulares diceret ſententiam, ac citius quam per leges liceret, petere Conſulatum poſſet: Conſulatum autem cepiſſe antequam Prætor fuiſſet; eumque annuum geſſiſſe, non dignitatis cauſa, ſed quia multi jam id facere cœperant. De eo etiam ſic *Svetonius* in Caligula: Germanicus, Druſi & junioris Antoniæ filius, à Tiberio patruo adoptatus, quæſturam quinquennio ante, quam per leges liceret, & poſt eam Conſulatum ſtatim geſſit: miſſuſque ad exercitum in Germaniam, exceſſu Auguſti nuntiato, legiones Imperatorem Tiberium recuſantes compeſcuit: atque hoſte mox devicto, triumphavit. Triumphaſſe autem eum de Germanis quarto Tiberiani imperii anno, auctor eſt *Oroſius*. De eo talis fertur antiqua inſcriptio:

GERMANICO CÆSARI
TI. F. DIVI AUG. N.
DIVI JULI PRON.
COS.
L. TURPILIUS L. F. GEMINUS.
ÆD. D. S. P.
Item,
GERMANICO CÆSARE COS.
C. FONTEJO CAPITONE
K. JAN.
SEJÆ FORTUNÆ AUG.
SACR.

De triumpho III. Ti. Cæſaris pro Cos. ex Illyrico.

TI. Cæſarem pro Cos. tertium triumphum de Illyriis & Dalmatis egiſſe, quos jam ante etiam perdomuerat, atque de iis ovans urbem ingreſſus fuerat, ſatis conſtat; de hac enim re ſic *Dio*: Æmilio & Aruntio Conſulibus, cum Tiberius iterum in Gallos moviſſet, ac Valerium Meſſalinum eò ex Dalmatia ac Pannonia, quibus ille præerat, evocaſſet, tum Dalmatæ, cum ſe florere maxime juventute animadverterent, duce Batone quodam arma ceperunt: ac Breucis Pannoniis adjunctis, Sirmium, quod à Romanis tenebatur, invaſerunt; neque tamen eo potiri potuerunt, à Cæcina Severo Myſiæ Proconſule, ad eos tumultus ſedandos accurrente, devicti. Interim cum illi refectis copiis oppugnata Salona maritimam omnem oram popularentur, Tiberius, ex Gallia præmiſſo Meſſallino, advênit. Dalmatæ à Meſſallino victi, ſe ad Breucos contulerunt; ac ſummum prœlium detrectantes, populationibus agrorum ſociorum Romanorum prope in conſpectu Tiberii operam dabant. Hinc in Macedoniam irrumpentes, partim à Rhymitalce pulſi ſunt, partim ſumma montium

cum

Hoc anno Blanchinus ex Vellejo Paterculo (cui major in hoc fides adhibenda eſt quam Svetonio, vel Dioni, vel alteri cuiquam antiquo Scriptori, quia non vixit modo Tiberii tempore, ſed ſub ipſo militavit in expeditione Germanica hoc anno facta) aſſerit Tiberium ab Auguſto Proconſularis Imperii Collegam ipſi aſſumptum, atque ideo hinc Epochæ Tiberianæ principium deſumendum oſtendit, ut antiqui SS. Patres exiſtimarunt, non ab Auguſti morte poſt tres annos ſequuta. Diſcordat in hoc tantum à nobis Blanchinus, quod Conſules hujus anni retrahit in annum antecedentem, ut diximus alibi. Ceterum quod Blanchinus hunc ponat annum X. æræ vulgaris noſtræ, cum nos ponamus annum XI. nihil refert, nam idem Blanchinus nobiſcum concordat in aſſignando anno Olympiaco, & Urbis conditæ. Ideo autem diſcordat anno æræ noſtræ, quia hujus æræ noſtræ principium figit anno poſterius noſtro. Vellejus autem Paterculus vult aſſumptum ab Auguſto Tiberium paullo antequam Tiberius rediret ex Germania Romam. Hoc eſt anno currenti, ut credimus circa finem menſis Auguſti, ut Pagius refert, poſt accepta Romæ ab Auguſto felicia de hac Tiberii expeditione nuntia.

Pighius hanc Tiberii aſſumptionem factam vult anno U. C. 765.

Sigonius anno U. C. 761. Petavius anno 765. Varroniano, hoc eſt anno noſtro 764. vel Svetonium, vel Dionem ſequuti, cum aliter conſtet ex Vellejo Paterculo lib. 2. cap. 121., & ex Tacito lib. 1. Annal. qui duo antiqui Scriptores hoc de Tiberio aſſerunt priuſquam Romam reverteretur, hoc eſt V. Cal. Sept. anno II. Germanicæ expeditionis, qui cum hoc anno concurrit. Ita & doctiſſimus Pagius ſentit ad annum Chriſti XI. ſive ad annum Varronianum 764. hoc eſt annum 763. juxta faſtos Capitolinos. Ita & Tillemontius.

Graveſonius vult aſſumptum ab Auguſto in Imperii ſocietatem Tiberium anno Varroniano U. C. 763. hoc eſt anno U. C. 762. juxta faſtos Capitolinos ex Dione Caſſio, ſed adhuc præſtat auctoritas teſtis oculati, qui fuit Vellejus, & Taciti, qui antiquior eſt Dione.

Cum ergo annus verus ætatis Chriſti reſpondens anno Chriſti vulgari XI. ſit annus XVI. annus igitur verus Chriſti decimus ſextus eſt annus primus Imperii Tiberii Cæſaris. Hæc benigne Lector fideliter recordare, ut deinde intelligas quo Chriſtus anno ſit baptizatus, ac deinde poſt aliquot annos crucifixus, ut docebimus ad annum Æræ vulgaris noſtræ XXV. & XXVIII.

(61) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 764.
Olymp. CXCVII. Anno IV.
Aer. Chr. 12.

GERMANICUS CÆSAR Tiberii filius adopt.
C. FONTEJUS CAPITO. cui ſuff.
C. *VISELLIUS VARRO* ex Cal. Jul. } Coſſ.

Ita ex Caſſiodoro, Dione, faſt. Capitol. & Sicul. Sigonius, Pighius, Pagius, Mediobarbus, Tillemontius, Almelovenius, & Blanchinus, qui tamen hos retrahit in annum Æræ vulgaris XI. ſervato cum ceteris anno U. C. & anno Olympico.

Tiberius Nero hoc anno è Germania Romam redit, circa veris initium, & deinde triumphans Urbem ingreditur. Ita Sigonius cum ſupraſcriptis Auctoribus ex Vellejo Paterculo &c.

Annius Rufus ſucceſſor datur M. Ambivio Procuratori Palæſtinæ circa hunc annum, ut putat Blanchinus. Tillemontius hoc differt in ſequentem annum.

Silanus Creticus datur ſucceſſor P. Sulpicius Quirinio Syriæ Præſidi. Ita Pagius ad annum Chr. 14.

cum periſſent, perpetuas inde excurſiones faciebant, cum jam Cæcilius & Licinius Conſulatum gererent. Quæ cum Auguſto nunciata eſſent, veritus ne Tiberius bellum conſulto traheret, Germanicum ad bellum miſit; qui ibi per biennium rem geſſit, cum autem bellum adhuc duraret, Tiberius iterum ab Auguſto cum imperio miſſus, Papio & Poppæo Coſs. illud ſumma virtutis cum gloria confecit, ipſi & Auguſto Imperatoris nomen & triumphus decretus eſt, quem Auguſtus agere noluit; Tiberius, nunciata Variana in Germania clade, in aliud tempus diſtulit. Hæc *Dio*. Hinc *Vellejus* ita: Tiberius in Urbem reverſus, jampridem debitum, ſed continuatione bellorum dilatum, ex Pannoniis Dalmatiſque egit triumphum. Et paulo poſt: Tiberius cum ſeptem triumphos meruerit, tribus contentus fuit. Item *Svetonius*: Tiberius perſeverantiæ grande pretium tulit toto Illyrico, quod intra Italiam, regnumque Noricum, & Thraciam, & Macedoniam, interque Danubium flumen & ſinum maris Adriatici patet, perdomito, & in dicionem redacto, cui amplior gloriæ adhuc ex opportunitate cumulus acceſſit. Nam ſub id fere tempus Quinctilius Varus cum tribus legionibus in Germania periit; nemine dubitante, quin victores Germani juncturi ſe Pannoniis fuerint, niſi debellatum prius Illyricum eſſet. Quas ob res triumphus ei decretus, multi & magni honores. Cenſuerunt etiam quidam ut *Pannonicus*, alii ut *Invictus*, nonnulli ut *Pius* cognominaretur, ſed de cognomine interceſſit Auguſtus; eo contentum repromittens, quod ſe defuncto ſuſcepturus eſſet. Triumphum ipſe diſtulit mœſta civitate clade Variana, nihilo minus urbem prætextatus & laurea coronatus intravit: poſitumque in ſeptis tribunal Senatu aſtante conſcendit, ac medius inter duos Conſules cum Auguſto ſimul ſedit, proximo anno repetita Germania ad res temeritate Variana prolapſas conſtituendas, à Germania in Urbem poſt biennium regreſſus, triumphum, quem diſtulerat, egit, proſequentibus etiam legatis, quibus triumphalia ornamenta impetrarat. Ergo ſi triennio poſt cladem Varianam & triumphum ſibi decretum, triumphavit, profecto hoc anno triumphavit.

DE COS. AN. DCCLXV. (62)

L. Plancum, C. Silium Conſules ſubjicit cum *Siculis Caſſiodorus*; L. Munatium L. F. Plancum, C. Silium C. F. *Dio*. Eoſdem Conſules habent *tabulæ Capitolinæ*, & *Svetonius*, cum ſcripſit, L. Planco & C. Silio Coſs. Auguſtum teſtamentum feciſſe, ante annum & quatuor menſes quam ex vita decederet. His Coſs. rurſus tribuniciam poteſtatem Tiberio datam ab Auguſto; ipſum in quinquennium imperium accepiſſe, ſcribit *Dio*.

DE COS. AN. DCCLXVI. (63)

SEx. Pompejum, Sex. Appulejum Conſules in hunc annum ſubdit *Caſſiodorus*; Sex. Pompejum Sex. F. Sex. Appulejum Sex. F. *Dio*.

(62) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 765.
Olymp. CXCVIII. Anno I.
Ær. Chr. 13.

C. SILIUS. } Coſs.
L. MUNACIUS PLANCUS. }

Ita ex Dione, Caſſiod. Svet. faſt. Capit. & Sicul. Sigonius, Pighius, Pagius, Mediobarbus, Tillemontius, Almelovenius &c.

Confirmatur Tribunitia poteſtas Tiberio. *Tillemontius*. Auguſtus adminiſtrationem Reipublicæ in aliud decennium ſuſcepit. *Petavius* & *Blanchinus*. Hoc autem erat quintum decennium Octaviani Auguſti. Primis autem Imperatoribus (durante adhuc aliqua Reip. ſpecie) moris erat ex decennio in aliud decennium à Senatu & Populo ſupremum Reip. regimen prorogari.

(63) *Hoc eſt*: Anno ab U. C. 766.
Olymp. CXCVIII. Anno II.
Ær. Chr. 14.

SEX. POMPEJUS. } Coſs.
SEX. APPULEJUS. }

Ita ex Caſſiod. Svet. Dione, Tacito, faſt. Sicul. &c. Sigon. Pigh. Mediob. Pagius, Tillemontius, Almelovenius, & alii.

Confirmant Auguſti mortem hoc anno ſequutam cum Sigonio. Petavius, Pighius, Panvinius, Mediobarbus, Tillemontius, Pagius, Blanchinus & alii, ſervata annorum computatione, quam quiſque facit, concordantibus tamen omnibus in aſſignanda Olympiade, ejuſque anno.

Hoc anno fuit Eclipſis totalis Solis ante mortem Auguſti, ut conſtat ex Dione, & tab. Aſtron. Blanchinus.

Fuit & altera Eclipſis Lunæ die 27. Sept. quæ viſa ſedavit tumultuantes ſub Germanico Legiones in Germania. Blanchinus cum Petavio.

A morte Auguſti deſumunt plerique Scriptores initium Imperii Tiberiani, ac maxime illi, qui Chriſti vitam producunt ad annum trigeſimum quintum, trigeſimum ſextum, & trigeſimum ſeptimum, ut videbimus loco ſuo. Interea Sigonius hic ſuis Commentariis in faſtos & triumphos Romanorum finem facit, quos tamen, favente Deo, continuabimus aliorum ope Scriptorum uſque ad annum primum Diocletiani, unde Sigonius deſumit Hiſtoriarum ſuarum initium de Imperio Occidentali. Faxit Deus ut tantum opus feliciter, Deo favente, cœptum, Deo etiam favente, feliciter abſolvemus.

Mirabitur forte aliquis nos inter eos Auctores, quorum ope has ad Sigonium adnotationes addidimus, omiſiſſe Cl. V. Hubertum Goltzium, quem nullo loco citavimus, eum tamen ipſum præ oculis, atque in manibus habuerimus. Sciat ergo Lector nos eo uſos non eſſe, cum eum Panvinio & Sigonio ſemper inhærere viderimus, nec nihil iis addidiſſe ſui præter numiſmata. Varronianam ſequitur ille annorum ab U. C. computationem, ut & de Panvinio oſtendimus ab operis hujus initio. Si qua vero in re (quod perquam raro contingit) à Sigonio, & Panvinio diſcors abit, id notatur à Viro Clariſſimo Andrea Schotto S. J. in fine Tomi I. ejuſdem Goltziani Operis, ubi idem Schottus oſtendit duobus tantum pagellis ea ſingula, in quibus Goltzius à Panvinio, Sigonio, & Pighio, cum quibus eundem Goltzium idem Schottus contulit, procul abit. Addit autem hæc Andreas Schottus loc. cit. *Illud autem monendum Verrii Flacci Faſtorum Capitolinorum nos hic numeros dumtaxat appoſuiſſe cum Car. Sigonio, & Pighio noſtro. Onuphrius enim M. Varronis calculum ſequutus uno anno antevertit*. Ex quibus verbis colligitur etiam Andream Schottum ſequutum eſſe Faſtos Capitolinos, atque à Panvinio & Goltzio, qui calculum Varronianum ſequuntur, in hoc diſceſſiſſe.

Panvinium autem & Goltzium feliciter Romanorum Conſulum faſtis uſque ad Cæſarum ætatem deſcripſiſſe nemo non dubitat, ſi paucula excipias; at in eorum Conſularium faſtorum continuatione ſæpius deceptos id conſtat ex Noriſio tom. II. Edit. Veron. in quo corrigit omnes Panvinii errores quamplurimos, Antonii Pagii gratia, ut videre eſt à pagina 855. uſque ad paginam 1058. Neque indignetur benignus Lector ſi Ruperti cujuſdam verba ad Reineſium ſcripta, ac faſtis Conſularibus Petri Relandi præfixa tranſcribimus hic, ut ſequuntur.

Nactus ſum his diebus primum Inſcriptionum Gruterianarum opus, Di boni! Quam in devia me ra-

puit

Dio. Eorum meminit etiam *Svetonius* in Auguſto. *Tacitus* libro primo. Sextos item duos Conſules in bunc annum *Siculæ tabulæ* profitentur. A

*De Luſtro * LXXI.*

HOc anno Imp. Auguſtus cum Ti. Cæſare cenſum, Luſtrumque ſi ſuperiora ſpectes, LXXI. fecerunt, ſiquidem mortuus eſt Auguſtus XIV. K. Septembris, centum autem ante dies Luſtrum fecerat; ut inquit *Svetonius*, quo Luſtro non ipſe ſolennia vota ſuſcepit, ſed collegam ſuum Tiberium ſuſcipere, Aquilæ prodigio quodam deterritus juſſit; B quin etiam idem primum & medium cenſum ab eo cum collega actum ſcriptum reliquit.

De morte Imp. Cæſaris Auguſti.

HIs Conſulibus Auguſtus conſtanti omnium opinione Nolæ mortuus eſt XIV. K. Septembris, annos natus LXXV., menſes X., dies XXVI: (nam IX. K. Octobris ortus eſt Conſule Cicerone) cum poſt victoriam Actiacam imperaſſet annos XLIV., demptis XIII. diebus. Qua de re ſic *Tacitus*, libro I., Vixdum ingreſſus Illyricum Tiberius properis Liviæ matris literis accitur, neque ſatis compertum eſt, ſpirantem adhuc Auguſtum apud urbem Nolam, an exanimem repererit: acribus namque cuſtodiis domum & vias ſepſerat Livia: lætique interdum nuncii vulgabantur; donec proviſis quæ tempus monebat, ſimul exceſſiſſe Auguſtum, & rerum potiri Neronem, fama eadem tulit. Eadem fere *Dio*.

puit Onuphrius Panvinus, eumque ſecutus Hubertus Goltzius; Auſim dicere plura Conſulum parta corrupta nobis exbibuiſſe (loquor de temporibus Imperatorum) quam reſtituta. Det igitur veniam bonus Lector, ſi Panvinium & Goltzium in poſterum miſſos fecero, ac pro ipſis Almelovenium, Relandum, Tillemontium, Pagium, & Blanchinum (hunc tamen ab anno tantum Aeræ vulgaris noſtræ XLII.) duces aſſumpſero. Quod monuiſſe ſufficiat.

F I N I S.

Digitized by Google

Digitized by Google

Faſtorum Triumphorumque Romanorum poſt Sigonium Continuatio.

Anno ab U. C. 767.
Olymp. CXCVIII. Anno III.
Ær. Chr. 15.
TIBERII AUG. 1. 2.

DRUSUS CÆSAR TIB. F. A. N. } Coſs.
C. NORBANUS FLACCUS. }

Ita ex Caſſiodoro, Tacito Ann. 1. faſt. Sicul. ac Dione Pighius, Petavius, Tillemontius, Mediobarbus, Almelovenius, Pagius, & Blanchinus, quorum ultimus tamen Æræ noſtræ vulgari annum demit, ut ſæpe monuimus, quia ejus initium deſumit integro anno poſterius ceteris. (1)

Anno ab U. C. 768.
Olymp. CXCVIII. Anno IV.
Ær. Chr. 16.
TIBERII AUG. 2. 3.

STATILIUS SISENNA TAURUS. }
L. SCRIBONIUS LIBO, cui ſuffectus Cal Jul. } Coſs.
J. POMPONIUS GRÆCINUS. }

Ita ex Dionis lib. 57. Tacito lib. 2. Annal. Svet. faſtis Siculis, Caſſiodoro, Idatio, & aliis Pighius, Petavius, Tillemontius, Mediobarbus, Pagius, Blanchinus, Almelovenius &c.

De J. Pomponio Græcino, ac de ejus fratre L. Pomponio Flacco, qui Conſul deſignatus erat poſt fratrem ſuum Cal. Jan. proximè futuris, exſtat Ovidii Epiſtola de Ponto miſſa, in qua ſic habes. Lib. IV. Epiſt. IX.

Miſſaque (littera) *Dii faciant auroram occurrat ad illam,*
Bie ſenos faſcee quæ tibi prima dabit.
Ut quoniam ſine me tanges Capitolia Conſul,
Et fiam turbæ pars ego nulla tuæ,
In domini ſubeat partee, & præſtet amici
Officium juſſo littera noſtra die.

Ex quibus conſtat Epiſtolam hanc hoc anno
A fuiſſe ſcriptam, eoque menſe, quo miſſa Tomis perventura eſſet Romam Cal. Jul. quibus Græcinus initurus erat Conſulatum, cum futuris Cal. Jan. initurus Conſulatum eſſet ejus frater Pomponius Flaccus, ut conſtat ex tetraſtico ſequenti ejuſdem Elegiæ.

Altera lætitiæ, nec cedens cauſſa priori,
Succeſſor tanti frater honoris erit.
Nam tibi finitum ſummo, Græcine, Decembri
Imperium Jani ſuſcipit (hoc eſt *ſuſcipiet*) *ille die.*

Ita confirmat & Joannes Maſſonius in vita Ovidii per Conſules deſcripta. Sequitur autem Maſſonius calculum Varronianum. (2)

B

Anno ab U. C. 769.
Olymp. CIC. Anno I.
Ær. Chr. 17.
TIBERII AUG. 3. 4

C. CÆLIUS RUFUS. }
L. POMPONIUS FLACCUS GRÆCINUS. } Coſs.

Ita ex Tacito, & lap. antiquo apud Cuperum Pagius, Blanchinus, Petavius, & Mediobarbus.

Panvinius tamen, Pighius, Tillemontius, &
alii ſcribunt *Cæcilius Rufus*. Panvinius enim
mendum putat in Tacito, quod ſcriptum re-
C periatur *Cælius* pro *Cæcilius*. Pighius ſcribit
Cæcilius, ſed dubitat. Ita ſcribit etiam Almelovenius.

Et ſanè Pighius aſſerit cognomentum Rufi Cæciliæ Genti proprium non videri. In faſt. Cuſpiniani habetur *Falco* pro *Flaccus*, & in Idatio *Craſſus* pro *Flaccus*, ſicuti & in faſtis Siculis; quæ procul dubio menda ſunt, niſi fortaſſe Falco & Craſſus cognomina fuerint Conſulum ſuffectorum, quorum tamen nulla memoria ſupereſt. (3)

Anno

---

(1) Hoc anno à morte Octaviani Auguſti currebat
D annus primus & ſecundus Imperii Tib. Cæſaris. Ejus enim abſolutum imperium cœpit ab Auguſti obitu antecedentis anni, nempe à die XIV. Cal. Sept. anni vulgaris noſtri 14.

Tiberius ſolvit populo Auguſti legata. Ita Pighius, & Tillemontius ex Dione lib. 57. & Tacito lib. 1. Ann.

Julia Auguſti filia Rhegii in Calabria, quò fuerat ab Auguſto tranſlata ex Inſula Pandataria, ſive Palmaria, quo exul miſſa fuerat ob ſua adulteria, annuente Marito ejus Tiberio inopia & fame conficitur circa hujus anni principium, vel finem antecedentis, interempto ſimul Sempronio Graccho ejus adultero. Tacit. Ann. lib. 1. cap. 54. Fuerat in exilium pulſa anno U. C. 751. ut Pighius docet, &
E inedia conſumpta anno U. C. 766. ut ſentit & Tillemontius, quam mortem nos in hunc annum transferimus, quia veriſimilius credimus, ut tantum temporis Tiberio demus, quo potuerit poſt Auguſti mortem diſponere graviora Imperii ſui negotia, quàm domeſtica.

Tiberius hoc ipſo anno VI. Id. Martii Pontifex Maximus proclamatur. Ita Blanchinus ex veteri Calendario, antiqua Inſcript. Floro, & Diario P. Montfauconii pag. 382. Ita & Panvin. ex vet. Inſcript.

A. Vitellius, qui poſtea Imperator fuit, naſcitur hoc anno die 24. Sept. Ita Blanchinus ex Svetonio in Vitellio cap. V.

Germanicus affligit bello Germanos. Agrippina Germanici uxor militum amorem ingentibus

D donis Marito conciliat, ex quibus Ælius Sejanus Tiberii animum in ſuſpicionem adducit. Ita ex Taciti Ann. lib. 1. Tillemontius.

Valerius Gratus Judææ Procurator Annio Rufo ſuccedit. Ita Tillemontius, & Blanchinus, quod Petavius in annum ſequentem differt.

(2) Hoc anno Germanicus Arminium & Cheruſcos acie vincit, ut conſtat ex nummis, quos Mediobarbus in hunc annum producit, atque in hanc rem. Poſt hanc victoriam Tiberius ex invidia Germanicum è Germania Romam revocat. Paret ille libens, & via maritima redieos naufragio malè jactatur. Romam ingreſſus circa hujus anni finem Orienti cum extraordinario imperio præficitur à Tiberio, qui Orientis regna turbari audierat. Parthi enim pulſo Vonone Rege in Armeniam, Ar-
E tabanum ſibi præfecerant, Vonone interim à Tiberio auxilium depoſcente. Ita ex Tacito lib. 2. Annal. cap. 4. Blanchinus, Petavius, Tillemontius, & alii. Germanicus tamen nonniſi ſequenti anno ſuſcepit in partes Orientales expeditionem, ut mox videbimus.

Tiberius hoc anno interdicit ſericæ veſtis, & aureorum vaſorum uſum, & Aſtrologos Urbe pellit. Ita Petavius, & Tillemontius ex Dionis lib. 57.

(3) Hoc anno VII. Cal. Jun. Germanicus Romæ triumphat de Cheruſcis & Cattis, & Angrivariis, & aliis gentibus, quæ Albim colunt. Ita Blanchinus, Pagius, Tillemontius, & Pighius ex Tacito & Strabone, qui rem pulchrè deſcribunt. Vide eorum verba apud Pighium.

Hiſce Conſulibus Ovidius ſcribit ex Ponto ad

Anno ab U. C. 770.
Olymp. CIC. Anno II.
Ær. Chr. 18.

TIBERII AUG. 4. 5.

CL. TIBERIUS NERO AUG. III. cui abdicanti ſuff.
L. SEJUS TUBERO.
GERMANICUS CÆSAR. II. cui ſuffectus
RUBELLIUS BLANDUS.) Coſs.

Ita ex Caſſiodoro, Dione, Tacito, Mariano Scoto &c. Pighius, Petavius, Mediobarbus, Tillemontius, Pagius, Blanchinus &c. Nemo tamen de Rubellio Blando teſtimonium ponit, niſi Almelovenius, qui tamen haud innuit, unde hoc hauſerit. (4)

Anno ab U. C. 771.
Olymp. CIC. Anno III.
Ær. Chr. 19.

TIBERII AUG. 5. 6.

M. JUNIUS SILANUS.
L. NORBAN. FLACCUS BALBUS.) Coſs.

Ita ex Caſſiodoro, Dione, Mariano Scoto, lap. antiq. apud Panvinium, atque apud Gruterum pag. 1041. 14. &c. Pighius, Petavius, Mediobarbus, Tillemontius, Almelovenius, Blanchinus, & Pagius, qui mendosè ſcribit *Julius* pro *Junius*; ſed optimè ex Noriſio expungit ab altero Conſule cognomen *Flaccus*, ei à Pighio ſuperadditum. Malè etiam à Dione, & Caſſiodoro datur Norbano prænomen *Caji*, ut docet Pighius ex lap. antiq. in quo legitur prænomen *Lucii*. (5)

Anno

Germanicum de ejus triumpho, cum tamen hoc ipſo anno concordent omnes in referenda Ovidii morte, quem apud Oppidum Tomos ſepultum refert Marianus Scotus, quod & confirmat Hieronymus in Chronico. Conſtat ex his Ovidium mortuum eſſe intra poſteriores ſex menſes hujus anni, ut videre eſt apud Joannem Maſſonium in Ovidii vita per Conſules deſcripta. Rejectis autem aliorum opinionibus, qui ſepulcrum Ovidii inventum referunt, ſive Sabariæ in ſuperiori Pannonia, ſive in Oppido Tomoſvar, ſive hodie Temeſvaria in inferiori Pannonia ad fines Daciæ (nunc Tranſilvaniæ), ſive alibi, ut refert Jo. Maſſonius, nos Cellarium ſequimur, qui Tomos conſtituit ad ripas maris Euxini cis Danubium, paullo infra ejus oſtia, & aſſerit fuiſſe Metropolim ejus regionis illuſtrem ex Caracallæ numiſmate, quod Cellarius profert. Nec alibi quærendam Urbem hanc conſtat ex illo Ovidii Triſt. lib. III. eleg. IX.

Sed vetus huic (Urbi) *nomen, poſitaq; antiquius urbe*
Conſtat ab Abſyrti cæde fuiſſe loco.
Nam rate, quæ cura pugnacis facta Minervæ
Per non tentatas prima cucurrit aquas,
Impia deſertum fugiens Medea parentem
Dicitur his remos applicuiſſe vadis. &c.
Inde Tomos dictus locus hic: quia fertur in illo
Membra ſoror fratris conſecuiſſe ſui.

Fingit igitur ſuo more Ovidius hæc loca quondam habitaſſe Mileſios Græciæ populos ex Mileto inſula maris Jonii, qui urbem hanc condiderunt dato Urbi nomine, quod prius impoſitum erat loco, atque Urbem vocaverunt *Tomos*, quod idem ſonat ac *ſectio*, ſive *meſſio*. Hoc autem nomen, quod erat antiquius urbe ipſa, impoſitum loco fuerat ab Abſyrti cæde, quem ejus ſoror Medea ſecuit, ut patri Argonautas, atque ipſam perſequenti motas injiceret. Huc igitur appuliſſe Argonautas Cholchide fugientes fingit Ovidius, quod certè non potuiſſet fingere, niſi urbs hæc ſita fuiſſet ad maris Pontici litora. Vide Elegiam.

Tiberius hoc anno Archelaum Cappadociæ Regem Romam vocat, atque apud Senatum accuſat ut rebellem, ejuſque regnum in provinciam redigit, poſito ibi Legato Q. Veranio. Ita Pighius ex Dione lib. 57.

Duodecim Aſiæ urbes (Euſebius tredecim ſcribit) terræmotu nocturno collapſæ ſunt. Pighius & Blanchinus ex Dione, & Euſebio.

M. Furius Proconſul in Africa Numidas, & Muſulanos unico prœlio vincit, & diſſipat. Ita Pighius ex Dione lib. 57. Tacito lib 2. Annal. Vellejo, Svetonio, Eutropio, & aliis.

Romanorum diſceſſu Germani bellum inter ſe movent, Arminio Maroboduum Suevorum Regem oppugnante. Maroboduus in Marcomannos fugiens tranſit, & opem à Romanis petit; quare Tiberius Druſum in Germaniam mittit loco Germanici, qui poſt triumphum in Orientem mittitur. Ita Pighius ex Tacito lib. 2.

Tiberius miſſo in Orientem Germanico mittit in Syriam Præſidem Cn. Calpurnium Piſonem Germanici adverſarium loco Cretici Silani, qui amicus & affinitate conjunctus erat Germanico, eo fine, ut potentiam & gloriam Germanici Calpurnius Piſo compeſceret, impediret, atque ex invidia offuſcaret, quod ita fecit, ut mortem tandem Germanico veneficiis dederit, ut mox dicemus. Pighius, Pagius, Blanchinus, & alii ex Tacito, Svetonio, & Joſ.

Tacfarinas in Africa rebellat, atque à Furio Camillo vincitur. Tacit.

Herodes Antipas Tiberiadem Urbem condit. Tillemont. & Noriſius ex Joſepho.

(4) Mortuo Antiocho Rege Cappadocia & Comagene in provinciam rediguntur à Germanico, atque impoſitus Q. Veranius Cappadociæ Legatus Proquæſtor, & Comagenes Q. Servejus Proprocutator. Ita ex Tacito, Dione, Joſepho &c. Pighius, Blanchinus, & Pagius. Pro *Servejo* Blanchinus ſcribit *Severum*.

Germanicus Cæſar Nicopoli in Achaja Conſulatum init. Petavius & Pighius ex Tacito Annal. lib. 2.

Germanicus Cæſar Regem Armeniæ conſtituit Zenonem Artaxiam Polemonis Regis Ponti filium. Ita Pighius & Tillemontius ex Tacito Annal. lib. 2.

Cn. Calpurnius Piſo in Syriam pervenit, & multa in Germanicum ſtolidè ac petulanter agit, ut Tiberii gratiam capiet, cui inviſum ſciebat Germanicum. Ita Petavius ex Taciti Annal. lib. 2.

(5) Hoc anno VIII. Id. Julii prodit ex mari nova Inſula Thia ex Cycladibus una. Ita Pighius ex Plinio lib. 2. cap. 87 Hæc eſt una inter Inſulas Archipelagi apud Delum, ut refert etiam Tillemontius ex eodem Plinio.

Druſus ſovens in Germania diſcordiam Principum Germanorum utramque partem vincit, ac ſubigit, pulſo Maroboduo Rege è Germania, qui in Italiam veniens permittente Tiberio Ravennæ conſiſtit, atque ibi conſeneſcit. Ita Pighius ex Taciti Annal. 2. ac Dionis lib. 57. & Svetonio.

Germanicus antiquitatum Ægyptiarum ſtudioſus Ægyptum inviſit, ac deinde ex Ægypto in Syriam profectus dolo & veneficiis Cn. Calpurnii Piſonis, & Plancinæ hujus uxoris interimitur. Ita Pighius ex Tacito, Dione, & Joſephi lib. 18. Antiqu. cap. 5. & Svetonio in Tiberii vita.

Arminius Germanicæ libertatis aſſertor occiditur à ſuis. Ita Pighius, Petavius, & Tillemontius ex Taciti Annal. lib. 2.

Actum eſt hoc anno in Senatu Romano de Sectis Ægyptiis, Judaicíſque pellendis ex Urbe, & Italia, & quatuor millia libertini generis, atque hujus ſectæ in Sardiniam tranſlata ſunt. Ceteri Italiâ ex S. C. pulſi. Ita Pighius & Tillemontius ex Tacito Annal. lib. 2. cap. 85. Svet. lib. 3. cap. 36. Dione lib. 54. Joſepho Antiquit. lib. 18. cap. 5.

Joſeph Caiphas obtinet à Valerio Grato in Judæa Pontificatum. Ita Petavius & Blanchinus ex Joſepho lib. 18. cap. 3. Perſeveravit Joſeph Caiphas in Pontificatu annos 17. ſive 18. Ita ex Petavii calculo.

Anno ab U. C. 772.
Olymp. CIC. Anno IV.
Ær. Chr. 20.
TIBERII AUG. 6. 7.

M. VALERIUS MESSALLA.) Coſs.
M. AURELIUS COTTA.)

Ita ex Caſſiodoro, Dione, faſtis Sicul. Tacito, & aliis Pighius, Petavius, Pagius, Tillemontius (qui *Meſſallinus* ſcribit pro Meſſalla) Almelovenius, & alii.

Pagius, Petavius, Blanchinus &c. ſcribunt Meſſala ſimplici l. Pighius, Sigonius, Panvinius ſcribunt duplici ll. ut & nos conſuevimus ſequuti editionem Taciti à Gronovio factam, & admonitionem Cellarii, qui vult ſcribi cum duplici ll. ex lapid. Capitol. Vide Cellarii Orthographiam ad vocem *Meſſalla*. (6)

Anno ab U. C. 773.
Olymp. CC. Anno I.
Ær. Chr. 21.
TIBERII AUG. 7. 8.

CL. TIBERIUS NERO AUGUSTUS IV. cui poſt tres menſes abdicanti ſuffectus eſt) Coſs.
= = = = = = = = = = = =)
DRUSUS CÆSAR TIB. F. II.)

Ita ex Caſſiodoro, Dione, Tacito, Idatio, Mariano Scoto, & faſt. Sicul. Pighius, Petavius, Tillemontius, Pagius, Blanchinus, & alii. (7)

Anno ab U. C. 774.
Olymp. CC. Anno II.
Ær. Chr. 22.
TIBERII AUG. 8. 9.

D. HATERIUS AGRIPPA.)
C. SULPICIUS GALBA, quibus ſuffecti ex Cal. Julii) Coſs.
M. COCCEJUS NERVA,)
C. VIBIUS RUFINUS.)

Ita ex Caſſiodoro, Tacito, Idatio, Mariano Scoto, & faſt. Siculis Pighius, Petavius, Mediobarbus, Tillemontius, Pagius, Blanchinus, Almelovenius, & alii. Corrigendus eſt hic Blanchinus, ſeu potiùs Typographus (cui innumera errata exciderunt in Anaſtaſii Blanchiniana editione), qui ſcribit *Naterius*, pro *Haterius*, & Sulpicio Galbæ dat prænomen *Lucii*, pro *Caji*. De ſuffectis ſolus Pighius, & Almelovenius, ex Panvinii antiquo lapide, atque altero lapide, qui exſtat Romæ, ex quo colligitur etiam, quod poſterioribus ſex menſibus hujus anni Tiberius agebat annum XXIV. Tribun. Poteſtatis. (8)

Anno

(6) Germanici Cæſaris cineres uxor ejus Agrippina Romam deferi, & cum ingenti omnium luctu in Mauſoleo Auguſti deponuntur. Ita ex Taciti Annal. lib. 3. cap. 1. & ſequ. Pighius, nec video quomodo Blanchinos aſſerat ex eodem Taciti lib. 3. corpus Germanici à Cn. Calpurnio Piſone tranſlatum è Syria Romam fuiſſe, contra Tacitum, Pighium, Tillemontium, & alios.
Cn. Calpurnius Piſo paullo poſt Agrippinam è Syria Romam profectus, & cum Uxore Plancina veneficii apud Senatum accuſatus, ſponte ſe interficit. Plancina Liviæ Auguſtæ precibus abſolvitur, ac Tiberius filios Piſonis abſolvit. Ita Pighius ex Taciti Annal. lib. 3. cap. 15. & ſequ. Ita & Petavius & Tillemontius.
Interea Cn. Sentius Saturninus (filius fortaſſe illius, qui Syriæ Præſes fuit anno 2. ante Chr. verā nativitatem, & habuit ſucceſſorem P. Sulpicium Quirinum) Syriæ Prolegatus factus eſt. Ita Blanchinus ex Noriſii Cenotaph. Piſan. Immo nos ea Taciti Annal. lib. 2. cap. 79.
L. Apronius Proconſul in Africa Tacſarinam iterum rebellantem fundit. Ita Pighius ex Dione lib. 57. & Tacito lib. 3. cap. 21.
(7) Hoc anno Tiberii Cæſaris Decennalia incidont, ſumendo principiom ab ejus Imperio Proconſulari, quod incidit anno U. C. 763 Chr 11. Quia verò Tribunitiæ poteſtatis agebat annum XXII. uſque ad V. Cal. Jul. quo incipiebat annus Trib. poteſt. XXIII. occaſione horum Decennalium vel Aquæductum, vel templum aliquod, vel quodcumque aliud ædificium reficiendum curavit, ut conſtat ea antiqua Inſcript. a Pagio ad hunc annum producta. Crit. in Baron. Tom. I.
Tiberius Auguſtus hoc anno circa Veris initium in Campaniam ſe recipit, & Conſulatum dimittit, ſuffecto alio, cujus nomen nondum in lucem venit. Pighius, & Tillemontius ex Taciti lib. 3. cap. 31. Annal. De Conſulatu poſt menſes 3. dimiſſo teſtis eſt etiam Svetonius in Tiberio.
Tacſarinas in Africa novos belli motus exſuſcitat. Alii motus in Thracia, & alii in Gallia apud Treviros Julio Floro, & Julio Sacroviro ducibus concitantur, ſed utrobique confeſtim à Tiberii Legatis comprimuntur. Ita Pighius, Petavius, ac Tillemontius ex Dione lib. 57. & Taciti lib. 3. Annal.
P. Vellejus Paterculus (cujus exſtat Hiſtoria) Legatus in Thracia Cœlaletas, Odryſioſque populabundos coercet, & Rhemetalcem Regem Philippopoli à ſuis obſeſſum liberat. Pighius ex Tacit. Annal. lib. 3.
Valerius Gratus exeunte hoc anno Romam redit poſt annum XI. ſuæ procurationis. Hic inſtituerat in Judæa, ut alternis annis Anna & Caiphas Pontifices eſſent. Blanchinus ex Joſ. Ant. lib. 18. cap. 3.
(8) Tiberius hoc anno juxta Pagiom vicennalia Cæſarei Imperii celebrabat, namque anno ab U. C. 754. Auguſtus Tiberio Cæſareum imperium, & nomen dedit, atque ideo in hujus anni honorem aſſociavit ſibi Druſum in Tribunitia Poteſtate. Ita Pagius. At nos contra Pagium ſentimus, namqoe Tiberius Cæſaris nomen & imperium tunc aſſumpſit, quando Auguſtus ipſum adoptavit, nempe anno U. C. 756. circa Calendas Julias, ut optimè docent Pighius, Petavius, Mediobarbus, & alii ex Vellejo Paterculo, Svetonio, Dione, Zonara, & ant. numiſm.
Decennalium igitor gratia non Vicennalium Tiberius Druſo Tribun. poteſtatem communicavit. Hæc autem Decennalia ea erant, quæ Tiberius ſui Proconſularis Imperii celebrabat cœpta Cal. Julii antecedentis anni, ac terminanda Cal. Julii hujus anni.
Annis autem Decennalibus, Vicennalibus, Quinquennalibus Imperatores Romani ſolebant filios aut Cæſares nuncupare, aut Tribunitia poteſtate condecorare, ut optimè ad hunc annum Pagius monet. Hujuſmodi etiam annis Imperatores aliquo ſingulari Ædificio, vel in Urbe, vel in Provinciis erecto, vel reſtituto memoriam ſui relinquere cupiebant, ut ex nummo Tiberii à Mediobarbo producto ac citato apud Pagiom ſub hoc anno, in quo legitur CIVITATIBUS ASIÆ RESTITUTIS, ut puto, à terræmotu dirutis anno U. C. 769.
Tiberius Auguſtus Romam ex Campania redit, audita Liviæ matris ſuæ ægritudine. Corrigendus videtur hic Petavius qui *Juliam* pro Livia mendosè ſcribit, ſed Livia hæc vocabatur & Julia ab aliis quibuſdam Auctoribus. Supplicationes & Ludi indicti ſunt pro Liviæ ſalute, ac donaria Equeſtri Fortunæ oblata ſunt Antii. Ita Pighius, Petavius, Tillemontius, & alii ex Taciti libro III.
Tacſarinas hoc anno in Africa vincitur, ac diſſipatur à C. Junio Blæſo, cui propterea Tiberius Imperatoris nomen concedit, ultimo ex privatis Civibus, qui hoc nomen obtinuerint. Ita ex Taciti lib. III. cap. 37. Annal. Tillemontius, & Blanchinus.

Anno ab U. C. 775.
Olymp. CC. Anno III.
Ær. Chr. 23.

TIBERII AUG. 9. 10.

C. ASINIUS POLLIO.) Coſs.
C. ANTISTIUS VETUS.)

Ita ex Caſſiodoro, Dione, Tacito, Plinio Hiſt. Idatio, faſt. Siculis, & Inſcript. Gruter. 1041. 15. & Fabretti 627. Pighius, Petavius, Mediobarbus, Pagius, Tillemontius, Blanchinus, qui corrigendus eſt, eo quod dat prænomen *Lucii* Antiſtio Veteri, pro *Caji*, ut alii omnes ex oppoſito ſentiunt.

Panvinius ſuſpicatur ſuffectum C. Antiſtio Veteri L. Marcium, cum ceteri omnes hunc prætermittant, præter Pighium, qui & ipſe non levi conjectura ductus idem ſuſpicatur. (9)

Anno ab U. C. 776.
Olymp. CC. Anno IV.
Ær. Chr. 24.

TIBERII AUG. 10. 11.

SER. CORNELIUS CETHEGUS.) Coſs.
L. VISELLIUS VARRO.)

Ita ex Caſſiodoro, Tacito, Frontino de Aquæduct. Mariano Scoto, faſtis Siculis, & Idatio (qui mendosè ſcribit *Varro*, pro *Varrone*, ut corrigit Sirmundus) Pighius, Petavius, Pagius, Tillemontius, Blanchinus, & alii. (10)

Anno ab U. C. 777.
Olymp. CCI. Anno I.
Ær. Chr. 25.

TIBERII AUG. 11. 12.

M. ASINIUS AGRIPPA.) Coſs.
COSSUS CORNEL. LENTULUS.)

Ita ex Caſſiodoro, Tacito, faſt. Sicul. Idatio (qui dat Lentulo aliud cognomentum *Galva*) & aliis. Pighius, Mediobarbus, Tillemontius, Pagius, Blanchinus, Almelovenius, & alii. Horum etiam Conſulum nomen legitur in lapide antiquo apud Ceretanos, quem etiam lapidem citat hoc loco Blanchinus. Tacitus poſtponit prænomen Coſſi nomini Cornelii, eumque vocat *Cornelius Coſſus*, omiſſo *Lentuli* cognomento, atque in Idatio mendosè legitur *Cornelius Galva*, pro *Cornelius Coſſus*.

Petavius pro *Coſſo Cornelio Lentulo*, ſcribit *Cn. Cornelium Iſauricum*. Quo fundamento non liquet. (11)

Anno

(9) Ælius Sejanus viam ſibi ad Imperium ſternens corrupta Livia Druſi uxore, Druſum Tiberii filium veneno tollit, & Agrippinam Germanici viduam Tiberio ſuſpectam reddit. Petavius, Pighius, Tillemontius, Blanchinus, & alii ex Taciti Annal. lib. 4.

Tiberii tyrannicum Imperium magis magiſque recrudeſcit poſt mortem Druſi, ex maligna inſinuatione Sejani, qui non ampliùs Druſum timens, cui ſuam potentiam odioſam ſciebat, alios omnes, quos adverſarios ſibi eſſe vel fore ſuſpicabatur, favore Tiberii abuſus, de medio tollebat. Ita Tillemontius ex Taciti Annal. lib. 4. cap. 1. 6. & 7. & Dionis lib. 57.

Tiberius Roma, ac deinde ab Italia univerſa Hiſtriones proſcribit. Ita ex Suetonio, Tacito, ac Dione Tillemontius, & Pighius.

Tiberius interfici jubet Artificem, qui vitrum infrangibile, ac molle reddebat. Tillemontius ex Dionis lib. 57. & Plinio lib. 36. cap. 16.

Tiberius filiis deſtitutus poſt mortem Druſi, commendat Senatui Druſum alterum, & Neronem (non illum qui Imperator fuit) Germanici filios. Ita Pighius ex Taciti Annal. lib. 4. Dione lib 57. Oroſio lib 7.

L. Pomponius Flaccus (iuminis Pontificibus Anna & Caipha alternis annis ſibi ſuccedentibus) Syriæ Præſes imponitur, ibique moritur poſt annos XI. Galba & Sulla Conſulibus. Ita ex Noriſii Cenotaph. Piſanis Diſſ. II. cap. 16. paragr. 13. pag. 521. Edition. Veron.

Notandum tamen, quod L. Pomponius Flaccus hanc à Tiberio Syriæ Præfecturam obtinuit antecedenti anno non hoc (ut putat Blanchinus) ut bene Noriſius notat, qui ſequitur calculum Varronianum, Blanchinus vero Capitolinum. Iniit ergo Pomponius Præfecturam hoc anno, quam obtinuit anno antecedenti.

(10) Tacfarinas Auctor turbarum in Africa à Proconſule Africæ P. Dolabella acie victus cadit, & moritur, & huic tandem bello finis imponitur adjuvante Proconſulem Ptolæmeo Mauritaniæ Rege Jubæ filio. Sed Dolabellæ, a Tiberio negata ſunt ornamenta triumphalia ex inſtigatione Sejani, ne C. Junius Blæſus (cui ſucceſſerat Dolabella in Africæ Proconſulatu) Sejani Avunculus inferior videretur ſuo ſucceſſore. Ita Pighius, Petavius, Tillemontius, Blanchinus, & alii ex Taciti Annal. lib. 4. cap. 24. 25. & 26.

Decennalia Tiberii à morte Auguſti celebrantur hoc anno à Cal. Jul neque Tiberio prorogatur à Senatu Imperium in aliud decennium, ut moris erat, quia Imperium non aſſumpſit in tempus determinatum. Ita Pighius, & Tillemontius ex Dione Caſſio libro 57. in fine.

Ruſtici hoc anno in Italia tumultum cient, ſed citò citiùs opprimuntur, & caſtigantur. Ita Tillemontius ex Taciti Annal. lib. 4. cap. 27.

Hoc anno Valerio Grato Judææ Procuratori ſucceſſor deſignatur Pontius Pilatus. Ita Blanchinus & Noriſ. Cenot. Piſanis Differt. 2. cap. 16 paragr. 12.

(11) Cremutius Cordus nobilis Hiſtoricus læſæ majeſtatis poſtulatus, quod M. Brutum, & C. Caſſium Julii Cæſaris interfectores laudaſſet, & Caſſium Romanorum (qui verè Romani erant) ultimum dixiſſet, egreſſus è Senatu vitam inedia potius voluntaria, quam nece violenta conſumere ſibi maluit. Ita Pighius & Tillemontius aliique ex Taciti lib. 4. Annal. cap. 34. & ſequ. & ex Seneca de Conſolat. ad Marcium.

Quindecennalia hoc anno Proconſularis Imperii Tiberii Cæſaris cœpta a Cal. Jul. hujus anni, atque Calendis Julii ſequentis anni abſolvenda, teſtantur multa apud Tacitum lib. 4. quamvis Tacitus nihil de quindecennalibus loquatur. Miſſi autem ſunt Legati ex Hiſpania, ut Senatus Tiberio, ejuſque matri Liviæ templum exſtrueret; aliique Legati miſſi a Lacedemoniis, & Meſſenis de Jure templi Dianæ Limenetidis, & à Segeſtinis de æde Veneris reſtauranda. Quæ legationes pro religione annis quinquennalibus, decennalibus, quindecennalibus &c. deſtinatis Romam mitti conſueverant. Ita Pagius Crit. in Baron. ad hunc annum ex Taciti Annal. lib. 4.

Cyzicenis libertas auferrur (quam ſibi fide & conſtantia erga Romanos in Mithridatico bello meruerant) eum accuſati fuerint apud Tiberium, quod neſcio quas cærimonias ab Auguſto inſtitutas minime ſervaverint, atque in Romanos Cives violenter ſe geſſerint. Ita Pighius ex Taciti lib. 4. Annal.

C. Poppæus Sabinus Thraces rebellantes domat, & ſubigit. Ita Pighius ex Taciti Annal. lib. 4. & Dione lib. 57. in fine. Petavius hoc differt in ſequentem annum.

Ælius Sejanus hoc anno poſtulat ſibi à Tiberio in uxorem Liviam, ſive Livillam Druſi viduam, ſed repulſam à Tiberio refert. Ita Blanchinus ex Tacit. Annal. lib. 4. cap. 39.

Pontius Pilatus hoc anno ineunte iniit in Judæa officium Procuratoris, ad quod anno antecedenti fuerat deſignatus, Valerio Grato Romam redeunte. Cum autem V. Cal. Septembris hujus anni incipiat annus decimusquintus Proconſularis Imperii Tiberii Cæſaris, ut docet Pagius ad annum Chr. XI. & eum annus hic XXV. Æræ vulgaris Chriſti ſit verè annus trigeſimus currens ejuſdem Chriſti, ut computare licet ea anno 6. ante Æram vulgarem Chriſti, D. Lælio Balbo, & C. Antiſtio

Anno ab U. C. 778.
Olymp. CCI. Anno II.
Ær. Chr. 26.
TIBERII AUG. 12. 13.

C. CALVISIUS SABINUS.
CN. CORNELIUS LENTULUS GETULICUS, quibus ſuffecti à Cal. Jul.
Q. MARCIUS BAREA.
T. RUSTIUS NUMMIUS GALLUS. } Coſſ.

Ita ex Caſſiodoro, Idatio, Mariano Scoto, faſt. Siculis &c. Pighius, Petavius, Mediobarbus, Tillemontius, Pagius, Almelovenius, & Blanchinus, qui horum Conſulum nomina colligit ex Lapide Vejentano apud Card. Albanum. Nomina Conſulum ſuffectorum de[illegible]mus Panvinio, qui ea ex lapidibus antiq[illegible]s collegit, ut apud ipſum videre eſt, eaque ad-

A mittit & Pighius cum Almelovenio, qui citat etiam Gruter. inſcript. ad pag. 107. num. 8. & ad pag. 235. num. 10. (12)

Anno ab U. C. 779.
Olymp. CCI. Anno III.
Ær. Chr. 27.
TIBERII AUG. 13. 14.

M. LICINIUS CRASSUS.
L. CALPURNIUS PISO. } Coſſ.

Ita ex Caſſiodoro, Tacito, Mariano Scoto, Idatio, faſtis Siculis, tab. ahenea Muſ. Maſcardi Veronæ, & alia marmorea apud Sponium, citata à Blanchino, & Reineſii inſcript. 101. VII. num. 2. Pighius, Petavius, Tillemontius,
B Mediobarbus, Almelovenius, Pagius, Blanchinus, & alii. (13)

Anno

ſtio Veteri Conſulibus, quo Chriſtus verè natus eſt; ideo bene huic anno applicari poteſt, ut facimus cum Blanchino, illud D. Lucæ cap. 3.

Anno XV Imperii Tiberii Cæſaris procurante Pontio Pilato Judæam, Tetrarcha autem Galilææ Herode, Philippo autem fratre ejus Tetrarcha Iturææ, & Trachonitidis regionis & Lyſania Abilinæ Tetrarcha, ſub Principibus Sacerdotum Anna, & Caipha, factum eſt verbum Domini ad Joannem. Joannes ergo Baptiſta ſuam cœpit prædicationem circa autumnum hujus anni, quo cœptus erat annus XV. Proconſularis Imperii Tiberii Cæſaris, & Chriſtus erat quaſi triginta annorum, quippe qui trigeſimum complebat annum die 25. proximi futuri Decembris.

Cum igitur ſexto anno exeunte ante vulgarem Æram Chriſti neceſſe ſit ponere veram Chriſti nativitatem, ut oſtendimus ad eundem ſextum annum, itaut Chriſti vera Nativitas anteceſſerit XXIII. menſes Herodis mortem; mortuus enim eſt Herodes circa XXV. Novembris anni IV. ante Chriſti vulgarem Æram, ut Pagius, Scheleſtratius, Noriſius, & alii oſtendunt ex Joſepho contra Petavium (qui mortuum putat hoc anno circa Paſcha) ideo bene hoc anno Pagius, & Blanchinus referunt Pilatum Judææ Procuratorem fuiſſe impoſitum, cum hoc anno cœperit circa finem menſis Auguſti annus XV. Imperii Proconſularis Tiberii Cæſaris.

Cum vero Imperium Tiberii Cæſaris habeat duplicem Epocham, unam nempe à morte Octaviani Auguſti, quæ contigit XIV. Cal. Sept. anno XIV. *Æræ* vulgaris Chriſti: alteram verò à tempore, quo Tiberius aſſumptus eſt ab Auguſto in collegam Imperii, quod contigit anno Æræ vulgaris noſtræ XI. circa finem Auguſti menſis, quam Epocham ſequuntur plerique Scriptores Orientales, & maxime Clemens Alexandrinus, ideo neceſſe eſt D. Lucam numeraſſe Tiberiani annos Imperii ab hac Epocha, & non ab illa, namque aliter Chriſtus vel natus eſſet poſt Herodis mortem, quod hæreticum eſſet aſſerere, vel quando baptizatus fuit, fuiſſet annorum 32., vel 33., quod à Lucæ Evangelio diſſonat. Videbimus reliqua ſuper hac re ad annum 28. Æræ vulgaris noſtræ.

(12) Hoc anno Tiberius Auguſtus iterum in Campaniam ſecedit non amplius reverſurus, ſpecie dicandi templi Jovi Capuæ, & Nolæ Auguſto. Ita Pagius, Tillemontius, Blanchinus, Petavius, & alii ex Tacit. Annal. lib. IV. cap. 53.

Hoc anno die VI. Januarii baptizatus eſt Chriſtus à Joanne, cum eſſet Chriſtus *incipiens quaſi annorum triginta*, hoc eſt annorum triginta circumcirca, illa enim particula *quaſi* idem hoc loco ſignificat, ac *circumcirca*. Dicimus igitur Chriſtum baptizatum fuiſſe ineunte anno XXXI. ætatis ſuæ; compleverat enim trigeſimum ætatis annum die 25. Decembris antecedentis anni. Dicitur autem à D. Luca, *erat Chriſtus incipiens*, quia a ſuo baptiſmo ſuam cœpit prædicationem Evangelicam: Quod autem ly *quaſi* idem ſignificet ac *circumcirca*; habemus evidentiſſimum teſtimonium ex duobus Evangeliſtis Mattheo, & Marco. Matthæus enim cap. 15. num. 38. ait de Chriſto, quando ſeptem panibus ſatiavit turbas: *Erant autem, qui manducaverant, quatuor millia hominum extra parvulos, ac mulieres.* Marcus autem cap. 8. num. 9. referens illud ipſum miraculum ait: *erant autem, qui manducaverant, quaſi quatuor millia*; perinde ac ſi minor numerus eſſet, quàm quatuor millium, cum tamen conſtet ex Mattheo majorem numerum fuiſſe quàm quatuor millium, cum excipiat parvulos ac mulieres; ex quo vides illam particulam
C *quaſi* nihil aliud ſignificare, quam *circumcirca*, cum etiam majorem numerum quàm quatuor millium comprehendere poſſit, licet in ſenſu noſtro Italico minorem numerum comprehendere videatur. Poſt baptiſmum Chriſtus hoc anno jejunavit quadraginta dies; quos puto incidiſſe in menſem Januarii, & Februarii. Poſt jejunium adſcivit ſtatim ſibi diſcipulos, non omnes tamen eodem tempore, ſed omnes hoc anno. Hoc etiam anno in Cana Galilææ nuptiis celebratis Chriſtus interfuit. Digreſſus inde Jeſus Capharnaum, atque ibi moratus non multis diebus, perrexit in Jeruſalem, ubi celebravit Paſcha. Ita Joannes cap. 2. Ex quo conſtat primum hoc Paſcha celebraſſe poſt ſuum baptiſma. Joannes hoc anno in carcerem conjectus eſt, ut Petavius conjicit. Cetera Chriſti geſta hoc anno, & ſequenti habentur apud Petavium de doctr. temporum lib. XII.
D cap. XVIII. Nos ea tantum attingemus, quæ ad rem noſtram, & tempus faciunt. Hoc anno fuit Paſcha die 19. Aprilis, in quem diem cadebat luna 14. hoc eſt primum plenilunium poſt Æquinoctium vernum, quod Chriſti tempore cadebat ſemper in diem 22. Martii, & horas ſex, ut docet Pater Ricciolius Chronol. reform. tom. I. pag. 90. (ubi tabula) & pag. 94. Canone XV. Aureus numerus ejus anni erat 8., ex quo cognita Epacta, ut docuimus in diſſert. de Anno Romanorum, & cognito Æquinoctio verno cognovimus Paſcha hujus anni, quod Eccleſiæ Romanæ more cadebat in diem Dominicam 21. Aprilis, ut docet P. Ricciolius loco citato pag. 75. Jejunium vero dierum 40. ſervatum a Jeſu fuiſſe poſt ſuum baptiſmum conſtat ex Evangelio Matthei cap. 4. Marci cap. 1. Lucæ cap. 4. poſt quod jejunium
E ſecuta eſt vocatio prima diſcipulorum Andreæ, Petri, & Philippi. Cum ergo Chriſtus baptizatus fuerit à Joanne die VI. Januarii ex traditione antiqua Eccleſiæ, quam ſequuti ſunt omnes antiqui Patres, ac ſtatim ductus fuerit à ſpiritu in deſertum, ubi jejunavit 40. dies, ut docet Lucas cap. 4. & alii Evangeliſtæ ſuperius citati, ideo egreſſum de deſerto Jeſum credimus circa diem XIX. Februarii ſubſequentis, ex quo colligimus toto temporis ſpatio à die XX. Februarii ad diem XIX. Aprilis, hoc eſt dierum 58. potuiſſe Chriſtum ea omnia feciſſe, quæ refert Joannes facta a Jeſu inter ſuum baptiſma, & proximum Paſcha ſine ulla incredibilitate. De ſecundo Chriſti Paſchate ſuo loco videbimus.

(13) Tiberius Capreas pergit. Ita ex Taciti Annal. lib. 4. Pighius, & Petavius.

Anno ab U. C. 780.
Olymp. CCI. Anno IV.
Ær. Chr. 28.
TIBERII AUG. 14. 15.
PONTIFICATUS PETRI 1.

AP. JUNIUS SILANUS. } Coſs.
SILIUS NERVA.

A

Ita ex Caſſiodoro, Solino, Plinio, Tacito, Idatio, faſtis Sicul., & Anonymo Noriſiano, Pighius, Petavius, Mediobarbus, Pagius, Tillemontius, Almelovenius, & alii. (14)

Anno

Sejanus hoc anno imponit excubias Agrippinæ Germanici viduæ, & Neroni ejus filio. Non eſt hic ille Nero, qui poſtea Imperator fuit. Neque vero Sejanus per hujuſmodi excubias Agrippinæ, ac Neroni libertatem abſtulit, ſed ſatis illi fuit explorare per hujuſmodi excubias, ſingula eorum facta, dicta, greſſuſque omnes. Ita ex Taciti Annal. lib. 4. cap. 67. Tillemontius.

B

Fidenis labitur, mediis ludis, Amphitheatrum male ſubſtructum, & obterit viginti millia hominum, triginta millibus aliis male habitis. Ita Blanchinus, Petavius, Tillemontius, & alii ex Taciti Annal. lib. 4 cap. 7. Svetonio, & Oroſio, qui idem referunt.

Pontius Pilatus hoc anno apud Pighium, & Petavium Judææ Procurator imponitur, quod falſum probat Noriſius, & Pagius. Vide Pagium in Crit. Baronii ad annum U. C. 778. Varronianum, hoc eſt 777. Capitolinom. Ita dicendum de Chriſti baptiſmate, quod Petavius in ſubſequentem annum differt.

Hoc anno per nos, & Blanchinum, Chriſtus celebravit ſecundum Paſcha à ſuo baptiſmare. Meminit ſecundi hujus Paſcharis Joannes cap. 6. num. 4. poſt miraculum, quo Jeſus quinque panibus, & duobus piſcibus ſatiavit quaſi quinque millia hominum, ſive, ut Lucas, & Mattheus, abſolutè quinque millia. Hoc igitur anno Jeſus, hoc grande miraculum fecit, cum eſſet prope jam Paſcha, cui an interfuerit Jeroſolymis ex Evangelio non liquet, nam poſt miraculum fugit in montem, ne facerent eum Regem, tum ex monte perrexit Capharnaum. Paſcha hujus anni incidebat in diem 7. Aprilis, qua die currebat Luna XIV. civilis feria II. quare juxta Romanam Eccleſiam debebat celebrari Paſcha die Dominica ſubſequenti, quæ cadebat in diem XIII. Aprilis.

C

(14) His Conſulibus Aelius Sejanus Titium Sabinum in carcerem conjicit, & jugulari jubet, quia Germanici amicus erat, atque hoc prima die Januarii. Ita Pighius, Petavius, Tillemontius, & alii ex Dione, & Taciti Annal. lib 4. cap. 70.

D

Julia Auguſti Neptis, erat enim filia M. Vipſanii Agrippæ ex altera Julia (quæ poſt Agrippam nupſit Tiberio Auguſto) Auguſti filia, in exilio moritur. Impudica & ipſa ſicuti & ejus mater. Pighius ex Tacito lib. 4. Annal. cap. 71.

Agrippinam Germanici filiam Cn. Domitio Ahenobarbo Tiberius uxorem jungit, è quibus natus eſt poſtea Nero Imperator hominum nequiſſimus. Ita Pighius, & Tillemontius ex Taciti Annal. lib. 4. cap. 75.

Friſii hoc anno rebellant propter exactionum acerbitatem, & L. Apronium arma contra ipſos moventem acie victum fundunt. Ita Pighius, Petavius, & Tillemontius ex Taciti Annal. lib. 4. cap. 71. & 74.

E

Hoc anno, Æræ Dionyſianæ 28. anno vero Capitolino ab U. C. 780. Olymp. CCI. anno IV. mortuum eſſe Chriſtum credimus cum Blanchino, qui, ut omnia quadrent antiquiorum ſcriptorum traditioni, retrahit in hunc annum Conſulatum ſequentis anni, quo Conſules fuerunt duo Gemini, quod unum tamen admittere non audemus ex defectu veterum monumentorum, quæ Blanchinus ipſe producere fruſtra contendit.

Certe Victorius Aquitanus ab hoc anno non ſine conſilio Epocham ſuam quingentorum, & triginta duorum annorum inchoat, & quia idem Victorius in Conſulatu duorum Geminorum vult mortuum eſſe Chriſtum, retrahit & ipſe fortaſſe in hunc annum Conſulatum duorum Geminorum, ut Pagius ad hunc annum demonſtrat in Critica ad Baronium.

Tria Paſchata Chriſtum celebraſſe a ſuo baptiſmate conſtat evidenter ex Evangelica hiſtoria, ut vidimus duobus annis proxime hunc antecedentibus. Cum autem hoc anno, quo tertium, & ultimum Paſcha cum ſuis diſcipulis celebravit, eadem nocte captus fuerit à Judæis, & ſequenti die cruci confixus, hinc deducimus Chriſtum vixiſſe triginta duos annos, ac menſes tres, itaut à ſua conceptione ad mortem ſuam vixerit triginta tres annos plenos juxta antiquam traditionem. Plura Paſchata, quam tria Chriſtum celebraſſe, ut vult Petavius cum aliquibus aliis, non reſultat ex Evangelio niſi per conjecturas ingenioſiores, quam credibiles, ut videre eſt apud ipſum Petavium de Doctrina Temporum lib. XII cap 18. Ceterum hoc anno, & non alio mortuum eſſe Chriſtum, niſi ejus vitam producamus ad plures annos, quam triginta tres, contra Veterum traditionem, reſultat ex Paſchate, quod hoc anno contigit die 26. Martii, ut docet ipſe Blanchinus ex tabulis Aſtronomicis Domini de la Hire, & ut notavimus in principio hujus operis, quando expendimus aliorum Auctorum opiniones diverſas circa annos U. C., & circa annum quo primi Conſules in Romana Republica conſtituti ſunt. Quod autem Paſcha hoc anno incideret in diem 26. Martii, conſtat etiam ex calculo noſtro communi, quo utimur ad cognoſcendam ætatem Lunæ quacumque propoſita anni die. Ac primo, ut oſtendimus ad annum 26. Æræ vulgaris Chriſti, Æquinoctium vernum eo tempore, quo Chriſtus vixit, cadebat in diem 22. Martii, ut conſtat ex tabula XIV. P. Riccioli producta in ſua Chronol. reform. tom 1. pag 90. Aureus numerus hujus anni erat ex Petavio numerus 10., cui ex tabula Riccioli reſpondet Epacta 16. Quæramus nunc quota dies Lunæ inciderit in diem 22. Martii hoc modo: colligantur in unam ſummam numeri 22. & 16. & efficient ſummam 38. addatur numerus menſis primi, qui eſt Martius, nempe unitas, & fiet 39. Quia verò annus hic apud omnes Auctores biſſextus erat, & addita fuit una dies Februario, ideo pro hac die ſuperaddita, addatur ſummæ 39. altera unitas, & fiet numerus 40. ſubtrahatur numerus tricenarius, hoc eſt numerus 30., & remanebit numerus 10. Ergo die 22. Martii hujus anni currebat decima dies Lunæ. Ergo die 26. Martii currebat Luna XIV. Paſchalis. Quia verò hoc anno biſſextili cycli ſolaris characteres duo occurrebant, nempe DC. ideo dies Dominica proxima poſt diem 26. Martii cadebat in diem 28. Martii. Ergo Luna XIV. hoc anno cadebat in diem Veneris, quo mortuum eſſe Chriſtum dicimus, itaut veſpere antecedenti comederit Paſcha cum azimis una cum ſuis diſcipulis, nempe veſpere diei 25. Martii, quo veſpere apud Hebræos incipiebat dies ſubſequens, atque inde verificatur quòd Chriſtus mortuus ſit die VIII. Cal. Aprilis, ſecundum quod hac die cœperit poſt cœnam pati, incipiente jam apud Hebræos Luna XIV. ſeu die 26. Martii, ſeu die VII. Calendas Aprilis, quo mortuus eſt. Dies enim qua Chriſtus eſt paſſus, & mortuus participabat ex die VIII. Calendas Apriles, & die VII. Cal. Apriles; atque hinc fit, ut ſalva traditione SS. Patrum, aliorumque Scriptorum veterum, Chriſtus dicatur paſſus, & mortuus die VIII Cal. Apriles, quod nunquam continget poſt plures, & plures annos præter hunc, nec antea contigit ante hunc, nec alio quoquam anno, qui fuerit vero proximior.

Quod autem Chriſtus comederit ultimum Paſcha cum diſcipulis ineunte Luna XIV. cum illud tantum exeunte eadem Luna comedi apud Hebræos conſueverit, id nihil refert, namque præterquamquod Petavius, Blanchinus, Calmetus, Lamy, & alii ita ſentiunt (licet à nobis in anno diſcordent) cum non eſſet apud Judæos perfecta cognitio rerum Aſtronomicarum,

Anno ab U. C. 781.
Olymp. CCII. Anno I.
Ær. Chr. 29.
TIBERII AUG. 15. 16.
PONT. PETRI 1. 2.

L. RUBELLIUS GEMINUS.)
C. FUFIUS GEMINUS, quibus)
ſuffecti ex Cal. Jul.)
Q. POMPONIUS SECUNDUS.)
M. SANQUINIUS MAXIMUS, ſive) Coſs.
melius ex Noriſio Epiſt. Conſ. ad)
Ant. Pagium pag. 861. tom. 2.)
edit. Veron.)
A. PLAUTIUS.)
L. NONIUS ASPRENAS.)

B Ita ex Caſſiodoro, Tacito, faſtis Siculis, & Anonymi Noriſiani, & Mariano Scoto, Pi-
A ghius, Petavius, Mediobarbus, Noriſius, Tillemontius, Pagius, Almelovenius, & Blanchinus. Noriſius ſcribi vult Fufius, non Fuſius, ut alii plerique.

De Pomponio Secundo, & Sanquinio Maximo Panvinius, & Pighius ex Dione lib. 56. De Plautio, & Nonio Aſprenate vide Noriſium loc. cit.

Norifius loco citato vult Rubellium Geminum prænomen habuiſſe Lucii, non Caji, ex antiq. inſcript. contra Baronium, Pighium, Almelovenium, & alios, qui Rubellio dant Caji prænomen. Blanchinus tamen ex lapide in Muſæo. Card. Gualt. ex aliis lapidibus antiquis dat utrique Conſuli prænomen Caji, ſed
B vereor ne ſit error Typographi. (15)

Anno

rum, poterant alii comedere Paſcha ineunte Luna XIV. alii exeunte, cum dies comedendi Paſcha eſset dies civilis, non aſtronomica Vide Petavii Ration. temp. P. II. lib. IV. cap. IV. Neque propterea dicendom eſt, quod Chriſtus non comederit Azima, quia, ut docet P. Calmetus, Luna XIII. deſtruebatur ab Hebræis omne fermentatum, ita ut veſpere hujus diei Lunaris XIII. nihil prorſus fermenti ſupereſſet, quare Chriſtus ineunte jam Luna XIV. comedit Azima. Adde confuſum fuiſse apud Hebræos annum illum, quo Chriſtus mortuus eſt, ut docet Petavius in ſuo Rationario temporum P. II. lib. IV. cap. IV. ex Divo Epipha-
C nio. Hoc anno igitur Chriſtum dicimus eſse mortuum die quidem apud nos 26. Martii, ſed cœpiſse pati exeunte die 25. quæ ſecundum Judæos participabat ex die 26. ſecundum ſui extremam partem.

Neque dicendum alio anno paſſum eſse Chriſtum, quia apud Judæos nulla eſset Aſtronomiæ cognitio, quia poterant quidem aberrare una vel altera die in Paſchate celebrando, ſed non eſt credibile ita ſtolidos fuiſse, ut proximos æquinoctio dies non agnoſcerent, & in Lunæ ætate cognoſcenda plures quam duos dies aberrarent. Nullus autem annus hoc veritati proximior aſſignari poteſt, nullaque dies veræ proximior, qua celebrari Paſcha debuerit, præter hanc, niſi vita Chriſti producatur ultra menſuram veri, & contra antiquam Patrum traditionem.

Quod ſi Blanchinus ſolidiori aliquo fundamento
D nixus oſtendiſset Conſulatum duorum Geminorum, qui contigit ſequenti anno, retrahendum, ut ipſe facit, in annum hunc, nulla ſuperfuiſset inpoſterum controverſia, circa annum, ac diem, quo Chriſtus paſsus, & mortuus eſt, namque hoc anno, atque hac die, firmiſſime credendum eſset Chriſtum Paſcha ultimum celebraſse, atque in Cruce confixum fuiſse, quatenus omnia, & ſingula quadrarent antiquæ Patrum traditioni, quod adnotaſse ſufficiat.

Verum ſi levem liceat, atque ineptam producere conjecturam noſtram, ſolidiorum argumentorum defectu, unde orta ſit vetus illa traditio, quod Chriſtus paſsus ſit in duorum Geminorum Conſulatu, inde ortam putamus, quod Conſules futuri anni deſignabantur aliquando ſub anni antecedentis initium, ut
E conſtat ex Ovidii carmine lib IV. de Ponto Ep. IX., quo abſens gratulatur Conſulem deſignatum ex Cal. Julii, Julium Pomponium Græcinum, cum quo etiam gratulatur ſimul Conſulem deſignatum Calendis Januarii ſequentis anni, ejuſdem Græcini germanum fratrem L. Pomponium Flaccum, cum nondum Jul. Pomponius Græcinus Conſulatum iniſset, ut poſtea iniit, anno 16. Aeræ vulgaris Chriſti. Ex quo vides Ovidii Epiſtolam ſcriptam fuiſse initio ejuſdem anni, & miſsam ex Ponto Romam, itaut Romam pervenire poſset eodem tempore, quo parabantur feſta publica ob proximum Julii Pomponii Græcini Conſulatum, atque ideo futuri anni Conſules deſignatos aliquando fuiſse ſub anni antecedentis initium, ut habemus & alia exempla, de quibus infra. Mortuus igitur Chriſtus eſt duobus Geminis Conſulibus deſignatis, atque hinc orta traditio videtur, quod pro Conſulibus deſignatis, dictum fuerit proceſsu temporis, Chriſtum mortuum Conſulibus duobus Geminis, à quo Conſulatu, ut inſigniori, propter idem Conſulum Cognomen, & non ab alio minus memorabili deſumpta eſt Epocha Chriſti vulgaris. Hæc otii gratia dicta ſunto.

Hoc anno, quo Chriſtus mortuus eſt, à die Pentecoſtes, nempe à die 16. Maji, cœpit Pontificatus Petri, tamquam Chriſti Vicarii in terris.

(15) Hoc anno mortua eſt Livia Auguſta Tiberii mater. Ita Pighius, Petavius, Tillemontius,
C Blanchinus (qui Juliam vocat) & alii ex Dione lib. 58.

Agrippina Germanici vidua Neronis mater, & Druſi, apud Senatum accuſatur, damnaturque cum filiis, atque ab Urbe proſcribitur. Ita ex Taciti Annal. lib. 5. & Svetonio lib. 3. cap. 36.

Cn Lentulus Getulicus accipit in decennium Proconſulatum in Germania. Ita Tillemontius ex Dionis libro 59.

Hoc anno 29. Aeræ Chriſtianæ Scriptores omnes, excepto, ut ſæpe dixi, Franciſco Blanchino, & fortaſse etiam Victorio Aquitano, ut conſtat ex Pagii Critica in Baronium ad annum Chriſti Aeræ vulgaris noſtræ 28. Scriptores inquam omnes, quos ego pene innumeros vidi, conſtituunt duorum Geminorum Conſulatum, & tamen eorum nonnulli, mortuum Chriſtum hoc anno faciunt, ut Anony-
D mus Noriſianus, Tertullianus, Auguſtinus, Lactantius, Jo. Chriſoſtomus, Severus Sulpicius, atque inter recentiores Cl. Vir P. Graveſonius de Myſt. & Annis Chriſti Diſsert. XV. paragrapho 2. pag. 353. ſecundæ edit. Rom., ubi aſserit pro ſua concluſione primò *Chriſtum mortuum fuiſſe anno ætatis ſuæ trigeſimo tertio ineunte*. In quo concordat quoque Blanchinus, & nos hoc ultro admittimus. Graveſonius tamen, qui Chriſtum natum facit quatuor tantum annos ante Aeram Chriſti communem neceſſariò hoc putat anno paſſum, ut verificetur Chriſtum eſse mortuum ætatis ſuæ anno 33. ineunte. Sed nos qui integro quinquennio ante Chriſti vulgarem Aeram natum facimus, mortuum etiam facimus anno antecedenti, in quem Blanchinus transfert Conſulatum duorum Geminorum.

E Secundò aſserit mortuum Chriſtum eſse *anno XIX. Imperii Proconſularis Tiberii*. Nos autem dicimus mortuum eſse anno XVIII. ejuſdem Imperii, quia cum credamus Imperium Proconſulare Tiberii cœptum circa finem Auguſti anni vulgaris Chriſti XI., ideo annus XV. ejuſdem Imperii cœpit circa finem Auguſti anni vulgaris Chriſti XXV., quare anno Aeræ vulgaris Chriſti XXVIII. cadebat annus XVIII. Proconſularis Imperii Tiberii Cæſaris, quo Chriſtum in Cruce confixum credimus, ſequuti Vellejum Paterculum in aſſignando anno XI. Aeræ vulgaris Chriſti pro anno primo ejuſdem Proconſularis Imperii, ubi econtra P. Graveſonius anno X. Aeræ vulgaris Chriſti adfigit annum primum ejuſdem Proconſularis Imperii, ac deinde poſt annum integrum, & aliquot menſes retardat Chriſti baptiſmum.

Ter-

Anno ab U. C. 782.
Olymp. CCII. Anno II.
Ær. Chr. 30.
TIBERII AUG. 16. 17.
PONT. PETRI 2. 3.

L. CASSIUS LONGINUS.
M. VINICIUS QUARTINUS, quibus ſuffecti Cal. Julii. } Coſs.
C. CASSIUS LONGINUS.
L. NÆVIUS SURDINUS.

Ita Pighius, Petavius, Tillemontius, Mediobarbus, Pagius, Almelovenius, Blanchinus, & alii ex Caſſiodoro, Pomponio, Idatio, faſtis
A Siculis, & Anonymi Noriſiani, Inſcript. Gruteri pag. 1087. lapide Nolano, & Sponii Miſcellaneis eruditis, & Epiſt. Conſul. Noriſii, apud quem Conſulum ſuffectorum pag. 861. editionis Veron. memoriam videre eſt, ſicuti etiam apud Sponium pag. 80. Alii tamen *Vinucium*, non *Vinicium* vocant. Pighius nihil meminit de ſuffectis, & falſo ponit pro Conſule ordinario *C. Caſſium Longinum* ſuffectum loco *L. Caſſii Longini Conſulis ordinarii*, & male reprehendit in hoc Caſſiodorum, & Marianum Scotum, in quo ipſe potius reprehendendus videtur. (16)

Anno

B Tertiò aſſerit mortuum Chriſtum eſſe *anno Juliano 74.*, *Periodi Julianæ 4742. anno primo Olymp. CCII. hebdomadum Danielis 486. Aeræ vulgaris 29. Conſulibus Rubellio Gemino, & Fuſio Gemino.* Quibus annorum ſummis ſingulis nos annum demimus, exceptis Danielis hebdomadis, quarum incertus eſt primus annus, ut docet Cl. Vir Bernardus Lamy Apparat. Chronol. parte 2. cap. 4. in principio, & ſeq., neque hic opus eſt earum exordium quærere, cum ſit à noſtro propoſito alienum. Bene igitur Graveſonius ſuam diſponit Chronologiam annorum Chriſti, ejuſque mortis, hanc ducens juxta veterum PP. traditionem ad Conſulatum duorum Geminorum, qui per ipſum, & per alios omnes Chronologos (excepto Blanchino) adfigitur anno 29. Aeræ vulgaris Chriſti. Verum ſi Graveſonius hanc tenet opinionem, neceſſe eſt ut antiquæ PP traditioni opponatur, qui
C mortuum Chriſtum faciunt VIII Cal. Aprilis, namque anno 29. Aeræ vulgaris Chriſti Luna XIV. Paſchalis cadebat quidem hoc anno in diem Veneris, at ſimul in diem 15. Aprilis, ac dies Dominica cadebat in diem 17. ejuſdem menſis, atque ideo omnino diſcordat à veterum PP. traditione, quæ Chriſtum mortuum ponit VIII. Cal. Aprilis, ſeu die 25. Martii: ut ipſe docet Graveſonius tom I. pag. 356. de Myſteriis, & Annis Chriſti. Hæc enim ſunt ejus verba. *Omnes Patres mox à me laudati* (ſunt autem Tertullianus, Lactantius, Severus Sulpicius, Auguſtinus, Hieronymus, Victor Aquitanus, faſti ſub nomine Idatii à Sirmondo, & Labbæo editi, antiquiſſimus Catalogus Summorum Pontificum ſcriptus tempore Liberii Papæ, atque innumera martyrologia) *tradunt Chriſtum mortuum fuiſſe VIII. Cal. Aprelis, ideſt die 25. Martii.*
D *Teſtatur etiam Henſchenius ſe præter multa martyrologia typis edita, vidiſſe viginti manuſcripta martyrologia in variis Europæ Archivis aſſervata, quæ mortem Chriſti aſſignant diei 25. Martii.* Quomodo igitur Graveſonius tueri poterit ſuam ſententiam, cum paullo poſt hæc verba eos reprehendat, qui, ut facit P. Lamy, producunt Chriſti mortem ad diem tertiam Aprilis, *quod* (inquit Graveſonius) *adverſatur perpetuæ, ſibique ſemper conſtanti traditioni Eccleſiæ, quæ mortem Chriſti aſſignat diei 25. Martii?* &c. Huic certè objectioni adhuc reſpondere debet doctiſſimus Graveſonius, cujus ceteroquin doctrinam admiramur, & veneramur, niſi fortaſſe reſpondeat Aſtronomicis calculis attendendum non eſſe, cum nulla tunc eſſet illorum perfecta cognitio. Sed hoc faveret etiam ſententiæ illorum, qui producentes Chri-
E ſti mortem ad diem tertiam Aprilis, meritò à Graveſonio reprehenduntur. Hæc non impugnandi gratia, ſed diſcendi ſint dicta.

(16) C. Caſſius Longinus ſuffectus celeberrimus fuit Juriſconſultus. Ita Tillemontius ex Taciti Annal. lib. VI. cap. 49.

Aelius Sejanus à Senatu Romano ſummis honoribus decoratur, ſtatuiſque pene infinitis ipſi erectis Tiberio Auguſto æquatur. Conſulatus in quinquennium ei defertur. Thenſæ, ſacrificia, & alii honores decernuntur, jamque ejus magnitudo ſuſpecta Tiberio evadit, qui omnia, quaſi probans, diſſimulat, atque in annum futurum Conſulem deſignat, curarum ſuarum participem dicens, atque ad Senatum litteris commendans, ut eum ſecurius deinde evertat. Ita Pighius, & Tillemontius ex Dione, ac Suetonio.

B Romani demunt hoc anno Judæis poteſtatem damnandi reos ad mortem, Tillemontius ex Caſaubono exercit. 15. in Baronium §. 71.

Tiberius ad menſam ſuam recipit Aſinium Gallum, quem eodem tempore idem Tiberius apud Senatum accuſat, ac de ejus morte agit. Tillemontius ex Tacito Annal. lib. 6. cap. 23. 25., & ſequentibus. Aſinius Gallus erat Aſinii Poll. viri ſub Auguſto conſpicui filius, eratque conjux Vipſaniæ Agrippinæ M. Agrippæ filiæ, quam Tiberius repudiaverat, ut Juliam Auguſti filiam duceret. Vide Tillemontium in vita Tiberii ad hunc annum artic. 28.

Tiberius Imperii ſui Cæſarei Triecnnalia celebrat apud Pagium in Critic. ad Baron. ſub hoc anno. Ita idem Pagius ex marmore Puteolano, in quo viſuntur quindecim Statuæ repræſentantes quindecim Urbes Aſiæ à Ti-
C berio reſtauratas, ut putat Pagius ex Bulifono, qui librum de illo marmore edidit. *Hanc autem* (ait Pagius) *conjecturam certam exiſtimo, licet enim Aſiæ Urbes jamdiu à Tiberio reſtitutæ eſſent, uſus tamen ferebat, ut annis decennalibus, & id genus feſtis deſtinatis, præcedentium annorum victoriæ, magnificæ in populum largitiones, aliaque id genus, rurſus nummis, & inſcriptionibus inſculperentur.* Inſcriptionem videre eſt apud Pagium ad hunc annum. Quod autem Tribunitiæ poteſtatis Tiberii hic annus XXXII. inchoaretur, ut habet Lapis Puteolanus, conſtat ex hoc, quod anno 6. ante Chriſti vulgarem Aeram accepit Tiberius Tribunitiam poteſtatem in quinquennium, quo jamdudum elapſo iterum accepit Tiberius eandem Trib. pot. in decennium anno Æræ vulgaris poſt Chriſtum natum 4. Abſoluto hoc decennio, prorogataque hac poteſtate in aliud decennium uſque ad hunc annum, ac numeratis annis 5. primi quinquennii, & iterum annis 27. ab anno quarto incluſive Æræ vulgaris noſtræ ad hunc, inveniemus annos XXXII.
D Tribunitiæ poteſtatis. Quomodo autem Tiberius hoc anno Tricennalia Cæſarei Imperii celebrarit, id neque Pagius, nec Mediobarbus, nec Blanchinus, nec alter auctor oſtendit. Cum enim Cæſareum Tiberii Imperium cœperit anno 4. Æræ vulgaris noſtræ, quo Tiberius fuit ab Auguſto adoptatus, ideo annus hic erat 26., & 27. Cæſarei ejus Imperii, nam adoptatus fuit die 27. Junii anni ab U. C. 756., nec Tricennalia celebrare poterat ante annum U. C. 786. Quod ſi dicatur Pagium intellexiſſe de aliqua alia Epocha unde ſumat initium Cæſarei ejus Imperii, hanc Pagius certè non innuit, nec poterat nobis eam innuere, nam Tiberius anno primo Æræ vulgaris noſtræ, à
E quo Pagius videtur ordiri annos Cæſarei ejus Imperii, adhuc Rhodi verſabatur, nec ante Cæſar vocatus eſt, quàm anno 4. ejuſdem Aeræ Chriſti vulgaris, quo ab Auguſto adoptatus in filium, adſcriptus eſt etiam in Cæſaream familiam, nec antea Cæſar dictus eſt, ut conſtat ex Mediobarbi numiſmatis, in quibus ante hunc annum non legitur Tiberii nomen cum Cæſaris cognomento. Cæſaris autem cognomen, erat nomen familiæ, non dignitatis uſque ad Neronis mortem, ut Pagius ipſe docet Crit. in Baronium tom. I. ad annum 15. Aeræ noſtræ vulgaris num. II., & ad annum 69. num. IV.

Quatuor autem Epochæ occurrunt in Tiberii actis. Prima annorum Cæſarei Imperii, à quo nempe ab Auguſto Tiberius in familiam Cæſaream adoptatus fuit, atque in Imperii ſocieta-

cietatem; quod contigit anno IV. Æræ Chriſti communis V. Cal. Jul. Secunda annorum Tribunitiæ poteſtatis, quæ cœpit anno 6. ante Chriſti communem Æram, & deſiit anno primo ante eandem communem Æram Chriſti, tum de novo cœpit anno IV. die V. Cal. Jul. Æræ noſtræ vulgaris poſt Chriſtum natum, nec amplius intermiſſa à Tiberio fuit. Tertia Epocha annorum Proconſularis Imperii Tiberii initium ſumit etiam juxta Pagium, & Blanchinum ab anno XI. Æræ noſtræ vulgaris die A V. Cal. Sept. Quarta eſt annorum Auguſtalis Imperii, quæ exordium ſumit ab anno XIV. Æræ noſtræ vulgaris die 19. menſis Auguſti à morte Auguſti. Confer has omnes Epochas cum Epocha Æræ vulgaris Chriſti, nec ullam invenies convenire cum anno Chriſti XXX. ita ut huic anno reſpondeat annus quinquennalis, aut decennalis, aut quindecennalis, aut vicennalis, aut tricennalis Epochæ ullius ex quatuor ſuperius dictis. Vide laterculum, quem ſubjicimus ad rem clarius exponendam:

Concordia annorum ab U. C. juxta Faſtos Capitolinos, & annorum Æræ vulgaris Chriſti cum quatuor Epochis Tiberii Imp. Aug.

Anni Capitolini ab U. C.	Anni Æræ vulgaris Chriſti ante & poſt Chr. Nativ.	Anni Tribunitiæ Poteſt. Tiberii à die V. Kalend. Julii.	Anni Cæſarei Imp. Tiberii Cæſaris à die V. Kal. Julii.	Anni Proconſularis Imperii Tiberii Cæſaris à die V. Kalend. Sept.	Anni Auguſtalis Imperii Tiberii Cæſaris à die XIV. Kal. Sept.
747	6 —	1			
748	5	2			
749	4	3			
750	3	4			
751	2	5			
752	1	Quinquennalia			
753	1	hic non notantur,			
754	2	quia celebrari			
755	3	non ſueverant.			
756	4 —	6 —	1		
757	5	6. 7	1. 2		
758	6	7. 8	2. 3		
759	7	8. 9	3. 4		
760	8	9. 10	4. 5		
761	9	10. 11	5. 6 quinquen.		
762	10	11. 12	6. 7		
763	11 —	12. 13 —	7. 8 —	1	
764	12	13. 14	8. 9	1. 2	
765	13	14. 15	9. 10	2. 3	
766	14 —	15. 16 —	10. 11 quinquen.	3. 4 —	1
767	15	16. 17	11. 12	4. 5	1. 2
768	16	17. 18	12. 13	5. 6 quinquen.	2. 3
769	17	18. 19	13. 14	6. 7	3. 4
770	18	19. 20	14. 15	7. 8	4. 5
771	19	20. 21	15. 16 quinquen.	8. 9	5. 6 quinquen.
772	20	21. 22	16. 17	9. 10	6. 7
773	21	22. 23	17. 18	10. 11 quinquen.	7. 8
774	22	23. 24	18. 19	11. 12	8. 9
775	23	24. 25	19. 20	12. 13	9. 10
776	24	25. 26	20. 21 quinquen.	13. 14	10. 11 quinquen.
777	25	26. 27	21. 22	14. 15	11. 12
778	26	27. 28	22. 23	15. 16 quinquen.	12. 13
779	27	28. 29	23. 24	16. 17	13. 14
780	28	29. 30	24. 25	17. 18	14. 15
781	29	30. 31	25. 26 quinquen.	18. 19	15. 16 quinquen.
782	30	31. 32	26. 27	19. 20	16. 17
783	31	32. 33	27. 28	20. 21 quinquen.	17. 18
784	32	33. 34	28. 29	21. 22	18. 19
785	33	34. 35	29. 30	22. 23	19. 20
786	34	35. 36	30. 31 quinquen.	23. 24	20. 21 quinquen.
787	35	36. 37	31. 32	24. 25	21. 22
788	36	37. 38	32. 33	25. 26 quinquen.	22. 23
789	37 hoc anno XVII. Kal. Apr. Moritur Tib.	39. Moritur.	33. Mnritur.	27. Moritur.	23. Moritur.

Ex hoc laterculo vides quam confuſa fuerint ab Antonio Pagio Quinquennalia, Decennalia, Quindecennalia, Vicennalia, &c. Imperii Cæſarei Tiberii Cæſaris, cum cetera congruant ſuis annis. Qua autem ratione ita confuſa fuerint, cum in ceteris Tiberii Epochis bene ordinata ſint, nec Pagius docet, nec aliud dicere poſſumus, niſi quod ea Tiberius vel ante tempus anticipaverit, vel poſt ſtatum tempus B celebrare diſtulerit, ob ſuos Conſulatus, in quos ea tranſtulerit, vel ob aliud quidpiam, quod ariolari non vacat: Vidimus libellum de Votis Decennalibus à Noriſio ſcriptum, & alios plures Auctores, nec ullum lumen accepimus. Immo Noriſius Auguſti ac Tiberii ætate docet Quinquennalia, Decennalia, Vicennalia &c. celebrata ſemper exeunte ultimo eorum anno, & vota concepta pro ſubſequenti-

Anno ab U. C. 783.
Olymp. CCII. Anno III.
Ær. Chr. 31.
TIBERII AUG. 17. 18.
PONT. PETRI 3. 4.

TIBERIUS CÆSAR AUG. V. } Coſs.
L. ÆLIUS SEJANUS. }

Ita ex Caſſiodoro, Svetonio, Tacito, Dione, faſtis Siculis, & Lapide Nolano apud Gruterum Pighius, Petavius, Mediobarbus, Tillemontius, Pagius, Almelovenius, Blanchinus, & alii. Pighius vult Tiberio Cæſari alium ſuffectum Cal. Maji, nam uſque tantum ad hanc diem Conſulatum geſſit, ut conſtat ex Svetonio. Vult igitur Pighius ſuffectos in locum Tiberii, & Sejani Cal. Maji C. Memmium Regulum, & Fulcinium Trionem, ut colligit ex fragmento Taciti, & Dione. Norisius

A tamen aliter ſentit, namque apud ipſum leguntur ſuffecti VII. Idus Maji, non Calendis, neque Idibus.

FAUSTUS CORNELIUS SULLA.
SEXTEIDIUS CATULLINUS.

Quorum uni Cal. Julii ſuffectus eſt.

L. FULCINIUS TRIO.

Qui cum faveret partibus Sejani, abdicante altero ex primis duobus ſuffectis, accepit à Tiberio Cal. Octobris Collegam

P. MEMMIUM REGULUM.

Qui Sejani adverſarius erat, ut eo Tiberius uteretur ad evertendum Sejanum ipſum. Ita Noriſius ex lapide Nolano, in quo ſcripta ſunt Conſulum nomina, & ſuffectorum, excepto
B Sejani nomine, quod eraſum fuit de faſtis. Vide Noriſium Tom. II. in epiſt. Conſul. pag. 862., & 863. edit. Veron. (17)

Anno

bus; quæ contra Pagium faciunt, ea extra præſcriptum tempus vel ante vel poſt transferentem.

Quid igitur? Dicendum eſt Tiberium nulla celebraſſe quinquennalia, decennalia cujuſcumque Epochæ ad ipſum pertinentis ante Auguſti mortem. Auguſto deinde mortuo cœpit Tiberius celebrare ſua quinquennalia Proconſularis Imperii, ut Pagius docet anno XVI. Æræ Chriſti vulgaris, quippe hoc anno complebatur primum ejus quinquennium. Ita & anno XXI. quo terminabatur aliud quinquennium, decennalia celebravit ſui Proconſularis Imperii, atque ita anno 26., & 31., nec ulla confuſio annorum fuit. Quinquennalia vero Auguſtalis Imperii Tiberius celebravit anno XIX. Æræ Chriſti communis, & recte, nam hoc anno circa finem Auguſti menſis primum ejus quinquennium complebatur. Anno tamen XXIV. Æræ Chriſti vulgaris, alia memorat Pagius à Tiberio quinquennalia celebrata, cum hoc anno ſecundum Auguſtalis Imperii quinquennium complectur; atque hæc quinquennalia à Tiberio celebrata fuiſſe conjici poteſt ex nummo aureo apud Mediobarbum ad hunc annum producto. Anno pariter Æræ vulgaris noſtræ XXIX. bene Pagius quindecennalia ſui Auguſtalis Imperii à Tiberio celebrata refert, namque hoc anno complebatur vere tertium ejus quinquennium. Ita, & bene notat Pagius anno Æræ vulgaris noſtræ 34. vicennalia ejuſdem Auguſtalis Imperii incidiſſe, & ſic deinceps recto ſemper ordine. Rurſus idem Pagius ad annum Æræ vulgaris Chr. XVIII. vult à Tiberio celebrata quindecennalia ſui Cæſarei Imperii, cum ſimul Conſul eſſet: ita ejuſdem Imperii vult vicennalia celebrata anno Chriſti 22. Ita vult quinta quinquennalia ejuſdem Imperii celebrata anno Chr. vulgari 26. Item vult tricennalia ejuſdem Imperii celebrata anno Chr. 30., etiamſi quinquennium plenum non interfuerit, numiſmata ſequutus, quæ profert Mediobarbus, cum tamen ex iſtis nummis non reſultet niſi per levem conjecturam, quibus applicanda quinquennalibus, decennalibus, vicennalibuſque Tiberii ſint. Vide laterculum ſupra deſcriptum, & cetera intelliges.

(17) Sejanus ad ſummos honores à Tiberio Auguſto provectus, ac deinde apud Senatum à Tiberio per litteras accuſatus, atque ejus litteris à P. Memmio in Senatu (Sejano præſente) recitatis die 18. Octobris, è Senatu in carcerem trahitur, ac Senatus decreto eadem die capite mulctatur. Ejus cadaver per triduum ludibrio habitum, per ſcalas Gemonias unco tractum in Tiberim fuit, ac Tiberii gratia in omnes ejus domeſticos, & amicos (una ſuperſtite Apicata Sejani uxore, quam Sejanus repudiaverat) acerba inquiſitione habita ex S. C. animadverſum eſt, Sejani filia à Carnifice conſtuprari juſſa. Ita Pighius ex Tacito, & Dione.

Hoc anno Tiberius debuit celebrare vicennalia Proconſularis Imperii, ut notat Pagius ex nummo apud Mediobarbum. Vide Pagium ad hunc annum.

Tiberius hoc anno morte afficit Neronem Germanici filium circa menſem Julii, & ponit ſub excubiis Druſum Neronis fratrem Germanici filium, quem deinde fame conſumpſit. Neronem in Inſula Pontia inedia conficit. Druſum Romæ in ſecreta parte palatii captivum tenet. Interim apud Cycladas Inſulas falſus Druſus exortus eſt, tamquam è cuſtodia elapſus, & novos belli motus in Achajæ, & Aſiæ finibus excitat, ſed à Poppæo Sabino compreſſi confeſtim ſunt, ac triennio poſt falſus hic Druſus denuo per Græciam viſus eſt. Ita Pighius, ac Tillemontius ex Tacito, Svetonio, ac Dione lib. 58.

C Apicata olim Sejani uxor, audita Druſi captivitate à Livilla Druſi uxore, quam Sejanus in Apicatæ locum ſibi in conjugem accipere contendebat, ac viſis filiis ſuis, quos è Sejano pepererat, ludibrio habitis, & morte affectis, ſe ipſam, à nemine damnata, interficit. Ita Tillemontius ex Tacito, Dione, ac Svetonio.

Hoc anno (nempe Olymp. CCII. anno III. ab U C. 783.) Blanchinus D. Pauli converſionem factam refert ex Actis Apoſt. cap. 9. ac deinde ejus prædicationem in Sinagogis, & migrationem ejus in Arabiam, ex qua denuo redit Damaſcum: ex epiſt. ad Galatas.

Chriſtus Dominus (juxta Petavium) hoc anno cruci affixus fuit, die 23. Martii, die Veneris, Luna XV. populari, cum pridie legitimum Paſcha una cum ſuis diſcipulis celebraſſet. Reſurrexit die 25. Martii feria prima. Aſcendit in Cœlum die 3. Maji. Miſit è Cœlo Spiritum Sanctum die 13. Maji. Paullo poſt occiditur Stephanus &c. Ita Petavius qui propterea mortuum facit Chriſtum anno trigeſimo quinto à ſua incarnatione completo. D Luna XIV. eo anno accidit die 25. Martii, ſed propter Lunaris Cycli labem (ait Petavius) triduo antevertit. Ita hucuſque Petavius, ſed non videtur potuiſſe Paſchalis Luna triduo anteverti, ut putat ipſe ſine aliquo fundamento, quia nimium ſenſibilis eſt aſpectus Lunæ ante dies tres quam plenilunium fiat; quare non eſt credibile Judæos prævenire auſos eſſe triduo plenilunium contra expreſſum legis præceptum. Vide Petavii Rationarium Temp. P. II. lib. 4. cap. 4. ubi aſſerit etiam Chriſtum Paſchali functum epulo non eſſe eodem die, quo Judæi quamplures, atque ipſi Sacerdotes functi ſunt, quod & nos admittimus ex Joanne cap. 18. num. 28.

E Obſtat maxime Petavio id etiam, quod Oroſius ſcribit libro VII. cap. 4., nempe, quod Sejanus obſtiterit Tiberio, ne Chriſtus ab eo inter Deos accenſeretur; ex quo conſtat Chriſtum ante hunc annum paſſum fuiſſe, nam licet Sejanus menſe tantum Octobri accuſatus à Tiberio fuerit, atque a Senatu damnatus, Sejanus tamen ab ejus gratia jam anno antecedenti exciderat, nec Tiberius potuit hæc agere cum Sejano, niſi à menſe Aprili hujus anni uſque ad Octobrem hujuſmet anni, quando Chriſtus hoc anno mortuus eſſet, ut Petavius putat, nec intra ſex menſes videtur ita de Chriſto potuiſſe fama promulgari, ut Tiberius ageret cum Sejano de Chriſto Diis adnumerando, eum vix cœperit menſe Maji prædicatio Apoſtolorum in Judæa, necdum quis ex diſcipulis

Anno ab U. C. 784.
Olymp. CCII. Anno IV.
Ær. Chr. 32.
TIBERII AUG. 18. 19.
PONT. PETRI 4. 5.

CN. DOMITIUS AHENOBARBUS.)
M. FURIUS CAMILLUS SCRIBONIANUS. Camillo in Magiſtratu mortuo ſuffectus eſt) Coſs.
A. VITELLIUS.)

Ita ex Taciti Annal. lib. VI. & Lapide Nolano apud Gruterum, Noriſius, Pagius, Tillemontius, & Blanchinus. Decepti à Panvinio Pighius, Baronius, Petavius, Almelovenius, Mediobarbus, & alii A. Vitellium ſuffectum loco Scriboniani Conſulis ordinarii, Conſulem ordinarium faciunt, ſuffectum vero Vitellio faciunt Scribonianum. Quam longè hi Scriptores à vero aberrent, conſtat ex epiſt. Conſulari Noriſii pag. 864. & ſequ. edit. Veron. Bene Tacitus, Dio, & Marianus Scotus. (18)

Anno ab U. C. 785.
Olymp. CCIII. Anno I.
Ær. Chr. 33.
TIBERII AUG. 19. 20.
PONT. PETRI 5. 6.

SER. SULPICIUS GALBA.)
L. CORNELIUS SULLA FELIX.)
L. SULPICIO GALBÆ, ſuffectus fuit Cal. Jul.) Coſs.
L. SALVIUS OTHO.)

Ita ex Tacito, Dione, atque Inſcript. Gruteriana pag. 1087. Pighius, Petavius, Mediobarbus, Tillemontius, Almelovenius, Pagius, & alii. Malè tamen Almelovenius dat Sulpi-

A cio Galbæ prænomen *Sergii*, ut oſtendit Noriſius in epiſt. Conſul. pag. 866 edition. Veron. Immo Noriſius loco citato vult Galbæ dari prænomen *Luci*, quemadmodum dat & ipſe Blanchinus ex Noriſii loc. cit. Sed Pagius contra ſtat, atque huic libentius inhæremus ex iis, quæ contra Noriſium ſcribit Pagius in Critica ad Baronium ſub initium hujus anni. De ſuffecto Salvio Othone (qui fuit Othonis Imperatoris pater) bene differit Pighius ex Dione ac Svetonio, & videtur ex Pighii conjectura alter ex Cal. Jul. ſuffectus L. Cornelio Sullæ, nempe *Vibius Marſus*; nam decennio poſt, ut moris erat, Proconſul in Syriam miſſus eſt.

B Blanchinus apud quem in tabula gladiatoria legitur L. Sulpicius Galba, non Servius, hanc tabulam ſequitur, & ad nomen *L. Sulpicius Galba* addit, *qui poſtea Sergius*. Quo fundamento, neſcio, nam nec ipſe rationem reddit. Vereor ne ſit error calami, vel Typographi, nempe addere debebat potius hæc verba *qui poſtea Servius*, ut conſtat ex epiſt. Conſulari Noriſii pag. 866. edit. Veron. in qua demonſtrât Sulpicium Galbam habuiſſe prius prænomen *Lucii*, ſed deinde aſſumpſiſſe nomen *Servii*; quo prænomine etiam in hoc Conſulatu vocant eum Tacitus An. lib. 6. ac Dio lib. 58. Hic Ser. Sulpicius Galba Imperator fuit, ut ſuo loco videbimus. L. Salvius Otho fuit C pater Othonis Imperatoris, ut Pighius docet ad hunc annum. Svetonius patrem Sulpicii Galbæ; quem Servium Galbam vocat, Virum Conſularem fuiſſe refert, ſed nondum conſtat quo anno Conſul fuerit. Ex quo conjicimus fuiſſe ſuffectum alteri, non ordinarium. (19)

Anno

---

lis Romam eodem anno, quo Chriſtus mortuus eſt, profectus fuerit, quod ſciamus, ad prædicandam Chriſti doctrinam, & enuntianda ejus miracula, ut patet ex Act. Apoſt. cap. 28. 22., ubi Romæ commorantes Judæi interrogabant Paulum in carcere conſtitutum, quid ſentiret de Secta Chriſtianorum, cum ipſi ſe parum inſtructos profiterentur, niſi quod huic Sectæ ubique contradiceretur, ignari tamen quid ea credendum, & faciendum doceret. Vide Emanuelem Schelestratium Ant. Eccl. Diſcipl. lib. 1. cap. 5. artic. 2. num. 3. & 4.

(18) L. Piſo Præfectus Urbis cœpto anno XX. (ſive anno X. ut alii volunt) ſuæ Præfecturæ moritur. Ita Blanchinus ex Cen. Piſ. Noriſii: Suffectus eſt illi à Tiberio L. Ælius Lamia. Ita Tillemontius ex Taciti An. lib. 6. cap. 10. 11. & Dione.

Otho qui poſtea Imperator Auguſtus fuit, naſcitur die 28. Aprilis. Ita Pighius, & Tillemontius ex Svetonio in Othonis vita cap. 2.

M. Terentius accuſatus, quod amicus Sejani eſſet, veritatem faſſus abſolvitur à Senatu. Ita Tillemontius ex Taciti Annal. lib. 6.

Caſſius Severus Scriptor Satyricus in exilium pulſus, in quo 25. annos detentus eſt, miſerrime hoc anno moritur. Ita Tillemontius ex Taciti Annal. Svetonio, & D. Hieronymo.

Senatus Romanus Tiberii Auguſti acta confirmat, & in eadem jurat, ne malæ voluntatis apud ipſum ſuſpicionem ſubeat. Annonæ penuria pene ad ſeditionem populus veniebat, & plures per dies in theatris à plebe licentius, quam par erat, in Imperatorem plura convitia jactata ſunt. Quibus Tiberio nuntiatis Tiberius ipſe Senatum, & alios Magiſtratus incuſavit, quod petulantiam vulgi non coercerent. Ita Pighius ex Taciti Annal. lib. V. & Dione lib. 58.

Petrus & Joannes Jeroſolymam redeuntes Evangelium prædicant in regione Samaritanorum. Ita Blanchinus ex Actis Apoſt. cap. 8. num. 25.

Huic anno Eminentiſſimus Hiſtoriæ Eccleſ. Princeps Baronius Chriſti mortem adſignat. An in hoc illi præſtanda nec ne fides ſit, ſatis ad annos ſuperius notatos, nempe anno ante Æram Chriſti vulgarem VI. & anno Chriſti XI. XXV. XXVI. XXVIII. & XXIX. compertum fecimus.

(19) Pomponius Flaccus Syriæ Præſes hoc anno ſupremum diem obit, nec ei per annos duos ſucceſſor datur. Ita Pagius ex Tacito & Svetonio, qui in Tiberio cap. 41. affirmat Hiſpaniam & Syriam per aliquot annus ſine Conſularibus Legatis à Tiberio relictas. Noriſius in Epocha Syromacedonum producit nummum Pomp. Flacci cuſum hoc anno paullo ante ejus mortem. Poſt annos autem duos impoſitum videbimus à Tiberio Syriæ Præſidem L. Vitellium; nempe anno vulgaris Æræ noſtræ, ſive anno Chriſti, quod idem eſt, XXXV.

D Tiberius hoc anno ingentem numerum amicorum Sejani interfici jubet, & filiabus Germanici Druſillæ & Juliæ dat maritos: L. Caſſium Longinum primæ, Marcum Vinicium ſecundæ. Ita Pighius & Tillemontius ex Taciti Annal. lib. 6. cap. 15. & 17.

Ælius Lamia Urbis Præfectus hoc anno moritur, eique ſubſtituitur Coſſus. Ita Tillemontius ex Taciti Annal. lib. 6. cap. 27. & Senecæ epiſt. 81., ſed Coſſi tantum cognomen in notitiam venit.

E Sextus Marius Hiſpaniarum ditiſſimus formoſam habens filiam, vim & libidinem Tiberii (qui eum diligebat) metuens, eam in ſecretum ablegavit, quo cognito Tiberius eum inceſti cum filia accuſavit, & à Senatu damnatum Tiberius è rupe Tarpeja dejectum interficit, ut ejus filia & opibus potiatur. Ita Tillemontius ex Tacit. Annal. lib. 6. cap. 19.

M. Aſinius Gallus egeſtate & carcere conſumptus moritur. Oderat illum Tiberius, quia Vipſaniam Agrippinam M. Agrippæ filiam in uxorem duxerat, quam Tiberius repudiaverat. Oderat etiam illum, quia erat Germanici ex ſorore nepos. Tiberius autem odio habebat omnes Germanici amicos, & affines. Ita Pighius & Tillemontius ex Tacit. Annal. lib. 6. cap. 23.

Hoc pariter anno à Tiberio Agrippina Germanici

Anno ab U. C. 786.
Olymp. CCIII. Anno II.
Ær. Chr. 34.
TIBERIUS AUG. 20. 21.
PONT. PETRI 6. 7.

PAULLUS FABIUS PERSICUS. } Coſs.
L. VITELLIUS. }

Ita ex Caſſiodoro, Tacito, Dione, Idatio, faſt. Siculis, & Anonymi Noriſiani Pighius, Petavius, Mediobarbus, Tillemontius, Pagius, Almelovenius, & Blanchinus. Petavius & Almelovenius malè addunt Vitellio cognomen *Nepotis*, ut ſæpius ſuperius dixi, nam *N pos* hoc loco gradum cognationis ſignificat, non cognomen proprium Conſulis, ut Noriſius & Pagius in Baronio reprehendunt, quemadmodum videre eſt Pagium in Critica ad Baronium ſub hoc anno. (20)

---

nici mater, ac Druſus alter Agrippinæ filius ex Germanico, fame conſumpti ſunt; quorum cadavera ſine honore clanculum ſepeliri Tiberius jubet. Ita Tillemontius ex Tacit. Annal. lib. 6. cap. 25., Dione lib. 58., & Suetonio in Tiberio cap. 54.

M. Coccejus Nerva Conſul ſuffectus anno U. C. 773. amicus, & familiaris Tiberii, viſa ejus inconſtantia, & in omnes amicos & hoſtes exercita crudelitate, ſe voluntaria fame confecit. Nerva Imperator fuit hujus nepos Ita Tillemontius ex Tacito Annal. lib. 6. cap. 26., & Dione Caſſio.

Hoc anno tres Viri clariſſimi mortuum Jeſum Chriſtum aſſerunt. Tillemontius, Bernardus Lamy, & Auguſtinus Calmetus: ita ut apud Tillemontium, qui natum Chriſtum facit integro quadriennio ante communem Æram noſtram, eum putes ab Incarnatione ad mortem vixiſſe triginta ſeptem annos. Lamy natum Chriſtum putat (dubitans tamen) anno U. C. 751. Varroniano, quare Chriſtum vixiſſe putat à ſua Incarnatione ad mortem annos 35. Auguſtinus autem Calmetus natum faciens Chriſtum triennio integro ante ejus communem Æram, eum vixiſſe putat ab Incarnatione ad mortem annos 36.

Cum autem hoc anno Paſcha hoc eſt Luna XIV. caderet in diem tertiam Aprilis, quæ erat dies Veneris (nam dies Dominica cadebat in diem 5. Aprilis, ut conſtat ex Tab. Riccioli Chron. Ref. Tom I. pag 75.) ideo ineunte eadem Luna XIV. tres illi Auctores volunt Chriſtum celebraſſe Paſcha cum ſuis Diſcipulis, ac propterea non eodem die, quo Judæi ac Judæorum Sacerdotes, ut & nos, Petavium, & Blanchinum in hoc ſecuti, credidimus. Circa tamen annum & menſem quo Chriſtus paſſus, cum longè nimis recedant a veterum PP. opinione, quod Chriſtus vixerit annos 33. quod mortuus ſit menſe Martii, nempe die 25. Martii, & duobus Geminis Conſulibus, ideo hanc trium horum Scriptorum opinionem rejicimus, ac Lectorem ad ea, quæ ſcripſimus anno Chriſti 28., & 29. remittimus.

(20) Sub his Conſulibus poſt longum Seculorum ambitum avis Phœnix in Ægyptum venit. Ita Pighius ex Taciti Annal. lib. 6. cap. 28. Ita & Petavius.

Cum anno antecedenti M. Coccejus Nerva aquarum curam haberet, ac voluntaria fame ſponte ſe conſumpſiſſet, datus ei ſucceſſor eſt C. Octavius Lænas. Ita Pighius ex Frontino.

Hoc anno natus eſt A. Perſius Flaccus Poeta Satyricus. Ita ex ejus vita, quæ Valerii Probi eſſe creditur. Pighius. Caſſiodorus vult anno ſequenti natum.

Tiberius hoc anno celebravit Vicennalia ſui Auguſtalis Imperii, quæ hoc anno complebat, & Conſules hujus anni vota nuncuparunt Romæ pro tertio ejus decennio. Ita Pighius ex Tacito & Dione. Nec tamen Tiberius Romæ præſens erat, licet quaſi venturus Romam moras in Albano, & Tuſculano traheret: De his Tiberii Vicennalibus meminit & Pagius loc. cit.

Anno ab U. C. 787.
Olymp. CCIII. Anno III.
Ær. Chr. 35.
TIBERII AUG. 21. 22.
PONT. PETRI 7. 8.

C. CESTIUS GALLUS. } Coſs.
M. SERVILIUS NONIANUS. }

Ita ex Caſſiodoro, Tacito, Plinio, faſtis Siculis, & Anonymi Noriſiani, Pighius, Petavius, Tillemontius, Mediobarbus, Pagius, Almelovenius, & Blanchinus.

Pighius, & Almelovenius addunt Ceſtio Gallo aliud cognomem *Camerini*, & M. Servilio Noniano cognomen *Gemini*. Petavius addit M. Servilio cognomen *Rufi*, & ſilet illud *Noniani*. Sed malè omnes ut conſtat ex Noriſii epiſt. Conſ. pag. 873. edit. Veron. Malè etiam Mediobarbus præter cognomen *Noniani* addit M.

Philippus Herodis Antipæ (qui Jo. Baptiſtam capite truncavit) frater, Trachonitidis Tetrarcha moritur, & quia liberos non reliquit, Tiberius hanc regionem Syriæ Provinciæ adſcripſit. Ita Pagius, Petavius, Tillemontius, & alii ex Joſ. Antiquit. lib. 18. cap. 6.

Petrus baptizat hoc anno Centurionem, & Eccleſia Antiochena fundatur, ubi primùm populi ad Chriſtum converſi vocati ſunt Chriſtiani. Ita ex Actis Apoſt. cap. 9. & 10., & ex notis ſuis ad Anaſtaſ. pag. 16. Blanchinus.

Hoc anno Tillemontius vult Pilatum ad Tiberium ſcripſiſſe de vita, miraculis, & morte Chriſti, Tiberiumque reſpondiſſe ne Pilatus affligeret Chriſti aſſeclas; ſed cum in Tillemontii Chronologica Epitome citetur pagina falſa, invenire non potui quonam loco ſuæ Imperialis Hiſtoriæ hoc fuſius exponat, & quos citet Auctores. Auguſtinus Calmetus hoc etiam refert, citatque in ſuo lexico ad vocem *Pilatus*, S. Juſtinum Martyrem, Tertullianum, & Euſebium. Si hæc vera ſunt, hoc anno ad Tiberium miſſas vult à Pilato litteras Tillemontius; quia Chriſti paſſio ac mors fixa fuit à Tillemontio præcedenti anno. Morem autem fuiſſe Calmetus refert apud Romanos, ut omnium judiciorum cauſas & acta ſcriptis tradita mitterentur ad Cæſarem. Nos igitur, qui mortem Chriſti affiximus anno vulgaris Æræ XXVIII. hæc à Pilato ad Tiberium ſcripta probabilius credimus vel anno eodem quo Chriſtus à nobis mortuus creditur, vel ſequenti, hoc eſt vel anno Æræ vulgaris noſtræ vigeſimo octavo, vel vigeſimo nono.

Vota Romæ pro Tiberii altero decennio à ſuffectis Conſulibus facta non ab ordinariis vult Dio Caſſius, & Euſebius. Suffectos autem aſſerunt die 19. Auguſti hujus anni; ſed eorum nomina non enunciant, neque apud Auctores alios recenſentur. Aſſerunt tamen duo ſuperius citati Auctores, eos propterea Conſules accuſatos fuiſſe, ac damnatos. Duos tantum viros illuſtres refert Tacitus hoc anno morte mulctatos nempe Pomponium Labeonem, & Mamercum Æmilium Scaurum, ſed Conſules fuiſſe non dicit. Annal. lib. 6. Cauſſa puto non alia illi Coſs. damnati ſunt, niſi quia cum Tiberius non in decennium (ut Auguſtus) ſed in perpetuum ſe Imperii adminiſtrationem aſſumpſiſſe præſumeret, nec è Senatus Romani voluntate, ſed ſua, putavit ſe offendi, ſi Conſules in aliud decennium vitam & Imperium precarentur, quaſi ipſi dediſſent, & iterum in aliud decennium Imperium prorogarent.

Addit Tacitus lib. 6. damnationem Lentuli Gætulici capitis accuſatum, quia filiam ſuam Sejani filio uxorem dare paraverat. Verum Getulicus, qui Germaniæ Superiori præerat, & Romanis legionibus jam à decennio imperabat, gravibus & minacibus litteris ad Tiberium miſſis cauſam ſuam defendens, obtinuit abſolutionem, & fecit ut loco ſuo morte mulctaretur ejus accuſator Abuſius Ruſo.

M. Servilio cogoomen *Ruſi*, ut conſtat ex eadem Epiſt. Conſulari. (21)

Anno ab U. C. 788.
Olymp. C. III. Anoo IV.
Ær. Chr 36.
TIBERII AUG. 22. 23.
PONT. PETRI 8. 9.

SEX. PAPINIUS ALLENIUS. } Coſs.
Q. PLAUTIUS. }

Ita ex Noriſto in Epiſt. Conſul. pag. 874. ubi certiſſima documeota profert, Aotonius Pagius, & Franciſcus Blanchinus. Panvinius, Pighius, Baronius, Petavius, Mediobarbus ex Caſſiodoro, Idatio, faſtis Siculis, & Anonymi Noriſtani *Gallienum* perperam ſcribuot pro *Allenio*, ſicuti etiam Almelovenius malè ſcribit *Allienus* pro *Allenius*. Tacitus, Plinius, Solious hos Conſules nominant, ſed ſine cognomento. Malè etiam Petavius, & alii Plautio *Plautiani* cognomen adſcribunt, cum ejuſmodi cognomenta eorum ſint propria, qui ex una familia in aliam adoptati ſunt, ut Auguſtus qui dicebatur Octavianus, quia ex familia Octavia fuerat adoptatus in Juliam à C. Julio Cæſare. Malè igitur Plautio datur *Plautiani* cognomeo, quaſi ex Plautia familia fuerit adoptatus in familiam Plautiam. Vide Noriſ. Epiſt. Cooſul. loco cit.

Almelovenius Q. Plautio dat ſuffectum Cal. Julii P. Petronium. Ita & Paovioius ex Tacito. (22)

Aono

(21) Tiberius hoc anno interfuit nuptiis Caji Caligulæ, quæ celebratæ ſunt Antii cum Claudilla M. Sillani filia; neque propterea Tiberius Romam rediit. Ita ex Taciti lib. 6. cap 20. Meminit hujus Claudiæ ſive Claudillæ Mediobarbus in Cajo Cal.

Parthi adverſus Romanos rebellant Artabano Duce & Rege, qui Armeniam invadit. Ita Pighius ex Tacito, & Dione, & Joſ. Antiquit. lib. 19. in principio.

Verum Armeni confeſtim Artabani Regis ſui pertæſi Romam Legatos mittunt, qui Phraatem Regem à Tiberio poſcant. Phraatem Tiberius mittit, ſed in itinere Phraate mortuo Tiberius Regem dat Tiridatem. Ita Petavius & Tillemontius ex Taciti Annal. lib. 6. & Dionis lib. 58.

Poſt doos annos (quibus Syria Præſide caruit) datur Pomponio Flacco ibi duobus ante annis mortuo ſucceſſor L. Vitellius (Vitellii Imp. pater) qui Tiridatem Regem Armeniæ imponat. Ita ex Tacito & Dione loc. cit Petavius & Tillemontius.

L. Vitellius hoc anno ex decreto Tiberii Judæis Pontificalem ſtolam, quæ poſt Herodem, & Archelaum Reges in Præſidum Romanorum cuſtodia fuerat cum candelabro aureo, & reliquis Pontificalibus ornamentis reddidit, ac Joſepho Caiphæ Jonatham Annæ filium ſubrogavit; Ita Pighius ex Tacito, Svetonio, & Joſ. Antiquit. lib 15. & 18. Zonara, & Dione lib. 59. Hoc ad annum ſequen. Blanchinus refert.

Pilatus poſt decennium ſuæ in Judæa adminiſtrationis a ſuis Provincialibus apud Tiberium accuſatus à L. Vitellio Romam mittitur, ac Judææ Marcellus a Tiberio Procurator imponitur. Ita Blanchinus ac Tillemontius (qui tamen hoc transfert in ſequentem annum ex teſtimonio Euſebii) ex Joſ. l. 18. cap. 5. Antiquit. Calmetus hæc etiam refert ex eodem Euſebio loc. cit ſed addit Pilatum accuſatum fuiſſe à Samaritanis apud L. Vitellium, qui miſit Pilatum Romam, & impoſuit Judææ Marcellum Procuratorem, atque hæc contigiſſe ſequenti anno, & non hoc, ut & Tillemontius ſentit, licet Blanchinus hoc anno facta hæc ſcribat, ſequutus Noriſium qoi ita ſentit, & probat in Cenot. Piſanis.

Accuſationis cauſſa, qua L. Vitellius miſit Pilatum Romam, fuit cædes, quam fecit plurimorum Galilæorum inter eorum ſacrificia Pilatus anno vulgaris Æræ 34. de qua videtur intelligendus Lucas cap. 13. num. 1 5. Alia accuſationis cauſſa fuit quando Pilatus theſauros templi diripuit, ut iis uteretur ad aquæductum ducendum Hieroſolymam ex loco Hieroſolymis diſtante 200. Stadia; quod ægre ferens populus tumultum concitavit, cum eodem tempore circa annum Æræ vulgaris 29. multitudinem tumultuantem fuſtibus cædi à militibus juſſerit. Alia plura commiſit Pilatus, ex quibus Romam miſſus ut redderet ſui rationem, eo pervenit poſt Tiberii mortem, quare à Cajo Caligula, ut ferunt, relegatus Viennam in Delphinatu, eo miſeriæ redactum ſe vidit, ut ſeipſum ſponte interfecerit. Vide Calmetum in Lexico ad vocem Pilatus, & Tilemontium in libello de ruina Judæorum poſt vitam Vitellii Auguſti articulo VI.

Hoc anno Pagius refert celebrata à Tiberio quinta Quinquennalia Imperii Proconſularis, & fallitur, quoniam plenum quinquennium ponendum erat inter annum Æræ vulgaris Chriſti 31. quo Tiberius Tricennalia celebravit Imperii ſui Proconſularis, & annum hunc, quo ſeptima Quinquennalia celebravit, ſicuti fallitur etiam dicendo celebrata fuiſſe anno ſequenti ſeptima Imperii Cæſarei Quinquennalia interponens ſex annos pro quinquennio inter annum Chr. 30., & annum 36

Mutandum igitur eſt hoc & ſequenti anno Imperium Proconſulare in Cæſareum, & Cæſareum in Proconſulare.

(22) Hoc anno Pagius vult à Tiberio celebrata ſeptima quinquennalia ſui Cæſarei Imperii, & fallitur, namque hoc anno celebrari debuerant quinta quinquennalia ſui Proconſularis Imperii, quæ celebrata voluit a Tiberio anno antecedenti. Septima igitur quinquennalia Cæſarei Imperii a Tiberio celebrata notanda erant anno antecedente; hoc vero anno notanda erant quinta quinquennalia Proconſ. Imperii à Tiberio celebrata, atque ita ſervabitur ſuus ordo quinquenniorum. Ex nummis enim Mediob. bene colligi poteſt celebrata quinquennalia, ſed colligi non poteſt cui Epochæ adſcribi debeant.

Hoc anno Dio, Plinius, & Solinus his Conſulibus viſum primò Phœnicem avem in Ægypto referunt, quem Tacitus viſum refert duobus ante annis. Ita Pighius.

An Tyberis ioundatio, aut excitatum in Urbe incendium plus damni attulerint, incertum eſt. Plurimum certè damni Roma tunc paſſa eſt. Pighius, ſed fallitur puto ſcribens *incendium* pro *terræmotu* ut Tillemontius ex Dione lib. 58. & Tacito Annal. lib. 6. cap 45.

Phraate in Syria mortuo, quem Tiberius mittebat, ut Rex Parthorum eligeretur loco Artabani, qui Cappadociam occupaverat, ſequ populis ſuis invIſum reddiderat, & Romanis, Tiridatem miſit Phraatis ex fratre nepotem, ot eum Artabano objiceret, eoque uteretur ad Artabani arrogantiam compeſcendam, interea dum Rex Iberiæ Parthorum regnum invaſerat pro Romanis, & L. Vitellius Armeniam pro Mithridate. Victus igitur ab Iberiis Artabanus, & ſpoliatus Armeniæ regno in Scythiæ finibus ſe recepit, atque interim L. Vitellius Mithridatem Armeniis, & Parthis Regem Tiridatem impoſuit. Reverſo igitur in Syriam L. Vitellio cum Romanis legionibus, ac paullo poſt Tiridate à Parthis deſerto, ac revocato ab ipſis in regnum Artabano, hic Mithridatem ex Armeniæ ſolio detruſit, & Tiridatem è Parthorum regno depulit. Ita Tillemontius in Tiberii vita artic. 30. & 31. ex Dione, Tacito Annal. lib. 6. & Joſ. Antiquit. lib. 18. cap. 6.

Cappadoces à Romanis deficientes à M. Trebellio L. Vitellii Legato domiti ad obedientiam & fidem redeunt. Ita Petavius ex Taciti Annalium libro 6.

Blanchinus hoc anno vult à L. Vitellio Stolam Pontificalem Judæis Sacerdotibus reſtitutam, quam nos redditam ſcripſimus anno antecedenti ex Pighio. Rectius puto Blanchinus ex iiſdem Auctoribus, quos Pighius citat, in hunc annum reducit.

Anno ab U. C. 789.
Olymp. CCIV. Anno I.
Ær. Chr. 37.
TIBERII AUG. 23.
C. CÆSARIS CALIGULÆ AUG. 1.
PONT. PETRI 9. 10.

CN. ACERRONIUS PROCULUS. } Coſs.
C. PONTIUS NIGRINUS. }

Ita ex Dione, Tacito, Svetonio, Caſſiodoro, Mariano Scoto, Idatio, faſtis Siculis, & Anonymi Noriſiani Pighius, Petavius, Mediobarbus, Noriſius, Tillemontius, Pagius, Almelovenius, & Blanchinus, apud quem tantùm mendosè legitur *Cn. Pontius Nigrinus* pro *C. Pontius Nigrinus*. Hunc tamen errorem Typographo non Blanchino tribuendum eſſe

B

conjicitur ex ipſo Blanchino in ejus Prolegomenis ad Anaſtaſii Vitas, ubi ad pag. CCXXI. columna II. poſt medium, explicans antiquam tabulam in Muſæo Card. Albani ſcribit *C. Pontium Nigrinum*, non *Cn. Pontium Nigrinum*. Leguntur hæc nomina etiam in Tabula Gruteriana ad pag. 18. num. 1. & in antiqua Inſcript. apud Fabrettum pag. 674. Svetonius tamen in Tiberio cap. 71. hos nominans Con-

A

ſules C. Pontio Nigrino cognomen *Nigri* dat pro *Nigrini*, ut ceteri omnes habent, quare vel mendum eſt, vel per ſincopen ſcriptum. (23)

Anno ab U. C. 790.
Olymp. CCIV. Anno II.
Ær. Chr. 38.
C. CÆSARIS CALIGULÆ AUG. 1. 2.
PONT. PETRI 10. 11.

M. AQUILLIUS JULIANUS. } Coſs.
P. NONIUS ASPRENAS. }

Ita ex Frontino de Aquæduct. lib. 1. num. 50. ſub anno U. C. 790. Blanchinus, licet aliqui Codices vetuſti ſcriptum habeant nomen *Aquila*,

B

non *Aquillius*, ut bene notat Joan. Polenus, qui tamen *Aquillius* legendum docet ex Dione lib. 59. Ita legit & Pagius, ut docet ad num. XV. ſuæ Diſſertationis Hypaticæ. Ita etiam Pighius, Petavius, Mediobarbus, Tillemontius, & Almelovenius, qui in Frontino mendosè ſcriptum legit etiam *Juvianus* pro *Julianus*. Caſſiodorus, Idatius, faſti Cuſp. habent ſola cognomina *Juliani* & *Aſprenatis*. (24)

Anno

Tigranes Alexandri filius Herodis Magni nepos, & Archelaus olim Armeniæ Rex, & poſtea Cappadociæ à Tiberio morte damnantur. Agrippa vero illorum Patruelis in carcerem à Tiberio truditur. Ita ex Joſepho Antiquit. lib. 18. cap. 7. & Tacito Annal. lib. 6. cap. 40. Tillemontius.

C

(23) Tiberius Cæſar Auguſtus Miſeni in Villa Lucculliana octavo & ſeptuageſimo ætatis anno XVII. Cal. April. ſeu die 16. Martii mortuus eſt. Ita ex Tacito, & Svetonio, Pagius, & Blanchinus. Regnavit ſolus ab Auguſti morte annos 22., menſes ſex, dies 26., totidem enim anni, menſes, ac dies intercеſſerunt à morte Auguſti, quæ contigit die 17. Auguſti anno vulgari Chriſti 14. ad diem 16. Martii hujus anni, ut computatis annis patebit. Fallitur autem Dio Caſſius, qui Tiberium mortuum eſſe refert hoc anno die 26. Martii, & imperaſſe annos XXII. menſes VII., ac dies ſeptem; quia ſi hoc verum eſſet, imperaſſet menſes ſeptem, & dies novem, non ſeptem inſuper dies.

D

Adde quod Dio ætate poſterior eſt Svetonio ac Tacito, namque hi duo Scriptores vixerunt eodem Æræ vulgaris noſtræ ſeculo I., quo Chriſtus natus eſt, ubi Dio vixit ſeculo ejuſdem Æræ noſtræ tertio, hoc eſt circa annum Chriſti 229. quo Conſul fuit. Hinc fit ut plerique recentiores Hiſtorici cum Svetonio ac Tacito conſentiant, cujuſmodi ſunt Pighius, Petavius, Pagius, Blanchinus, & Tillemontius, qui licet in breviario ſuæ Chronologiæ incertum relinquat an Tiberius mortuus ſit die 16. aut 26. Martii hujus anni, in Tiberii tamen vita articulo 25 Svetonio adhæret, ac Tacito, ut & in ſuis adnotationibus ad calcem libri.

Quo mortis genere ſublatus ſit, aliud alii ſcribunt. Dio ſuffocatum ait fuiſſe, & fame conſumptum, vetito illi omni cibo, & ſtragulis quibus operiebatur in lecto, data opera oppreſſum: alii a C. Cæſare Caligula ſtrangulatum, alii veneno ab eodem Cajo Caligula interfectum, alii dum nemo vocanti reſponſum daret & lecto conſurgeret, ex virium debilitate collapſum, & ſimul extinctum ferunt.

E

C. Cæſar dictus Caligula à caligis quas in caſtris educatus à puero ferre conſueverat, id cognomen adeptus, ultimus filius ejus Germanici, quem adoptari a Tiberio Auguſtus juſſit, priuſquam Auguſtus ipſe Tiberium adoptaret anno Æræ vulgaris Chriſti 4. natus erat ex Agrippina, quam fame Tiberius interemerat. Hic mortuo Tiberio Imperii habenas ſolus arripuit excluſo Tiberio Gemello Druſi filio, & Tiberii nepote, quem dare Collegam in imperio Cajo Caligulæ Tiberius decreverat, & quem deinde Caligula interfecit. Cajus ergo Caligula Senatum litteris admonuit de Tiberii morte, ac de Imperii adminiſtratione in ſe devoluta, cum Tiberius Gemellus annorum tantum 18. tanto oneri impar eſſet.

C

Abdicantibus ergo ſuperius ſcriptis Conſulibus, ut locum darent novo Imperatori, ſuffecti ſunt illis ex Cal. Julii hujus anni.

C. CÆSAR GERMANICI F. TIBERII N. AUG.
TIB. CLAUDIUS DRUSUS, DRUSI F. TIBERII EX FRATRE N.

Ita ex Dione & Svetonio Pighius, Tillemontius, & Pagius.

Erat autem Tib. Claudius annorum 46., cum Caligula eſſet annorum ferè 24. Atque advertendum Caligulæ cognomentum nec in faſtis, nec in nummis haberi ſcriptum, ſed Caji dumtaxat prænomine diſtinctum.

Caligula ſtatim ac Imperium arripuit, Agrippam, ſive Herodem Agrippam Ariſtoboli filium, & Magni Herodis nepotem, quem anno antecedenti Tiberius in carcerem detruſerat, è carcere liberavit ac Regem nominavit

D

adſcripta ipſi Philippi & Lyſaniæ tetrarchia. Ita ex Joſ. Antiqu. lib. 18. cap. 8. Blanchinus ac Tillemontius.

Philippus Trachonitidis Tetrarcha hoc anno moritur. Ita Pagius ex Joſ. lib. 18. cap. 6. Antiqu. Atque hinc puto Caligulam tetrarchiam Philippi Agrippæ aſſignaſſe, reſervato ſibi reliquo Judææ regno, & impoſito Marullo Jeroſolymæ, ac Samariæ Procuratore Pilati loco, ut hoc anno fert Tillemontius ex Joſepho Antiqu. lib. 18. cap 5. Marcellus enim quem legatum ſuum miſerat Pilati loco L. Vitellius Jeroſolymam, erat Procuratoris Vicarius, non Procurator.

Nero qui poſtea Imperator fuit, hoc vel antecedenti anno naſcitur die 15. Decembris. Ita Tillemontius ex Svetonio. Vide Tillemont. ad Claudii Imp. vitam.

E

Abdicantibus Conſulatu C. Cæſare Caligula Aug. & Tiberio Claudio Druſo poſt duos menſes ac duodecim dies, ſuffectos illis alios duos Panvinius enuntiat, ſed eorum nomina non producit. Fuerunt illi ut Pighius putat,

TIB. VINIDIUS QUADRATUS.
Q. CURTIUS RUFUS.

Fuit enim Quadratus Preſes in Syriam miſſus poſt aliquod tempus, ac ſecundus Prætor fuit in Africam paullo poſt miſſus.

Prætores enim & Proconſules Provinciarum eſſe non poterant, niſi prius Conſules fuiſſent.

(24) Hos Conſules fuiſſe jam à Tiberio deſignatos ab antecedentis anni principio refert Dio.

Hoc anno Caligula reddit populo Romano jus eligendi ſupremos Magiſtratus, quod Tiberius ſoli Senatui Romano ab initio imperii ſui tribuerat.

A

Anno ab U. C. 791.
Olymp. CCIV. Anno III.
Ær. Chr. 39.
C. CÆSARIS CALIGULÆ 2. 3.
PONT. PETRI 11. 12.

C. CÆSAR CALIGULA AUG. II. } Coſs.
L. APRONIUS CÆSIANUS. }

Ita ex Dione, Idatio, faſtis Siculis, & Cuſpiniani Pighius, Petavius, Tillemontius, Pagius, Almelovenius, Blanchinus, & alii. Fallitur Panvinius, qui ſecum etiam Mediobarbum in eundem errorem trahit, collocans hoc anno Conſules anni antecedentis, & anno antecedenti Conſules hujus anni. Namque præter ea, quæ contra Panvinium ſcribit Pagius in ſua Diſſertatione Hypatica, ſatis eſt Svetonii teſtimonium, quo affirmat inter primum & ſecundum Conſulatum Caji Cæſaris annum interceſſiſſe, ut optimè notat Pighius, qui triginta dies tantum refert ex Svetonio Caligulam Conſulatum geſſiſſe, ſed fallitur in ſuffecti nomine, ſcribens Cajo Cæſari ex Cal. Februar. ſuffectum fuiſſe Sabinium Maximum, cum ſcribere deberet M. Sanquinium Maximum II. Sex tantum menſes Conſulatum geſſit Apronius, eique ex Cal. Julii ſuffectus eſt *Cn. Domitius Corbulo*, ut optimè docet Noriſius in Epiſt. Conſul. pag. 877. 878. 879. Fuerunt igitur ſuffecti

B

M. SANQUINIUS MAXIMUS II. Cajo Cæſari.

C

CN. DOMITIUS CORBULO Apronio Cæſiano.

Nec autem alii ſuffecti ſunt iſtis, ut putant Pighius, & Almelovenius, qui Calendis Sept. ſuffectos alios duos volunt, videlicet Sex. Domitium Afrum, & Q. Curtium Rufum, quem tamen ſolus Almelovenius nominat, ex conjectura fortaſſe, quod fuerit deinde Proconſul in Germaniam miſſus à Claudio Auguſto anno U. C. 799. (25)

Anno ab U. C. 792.
Olymp. CCIV. Anno IV.
Ær. Chr. 40.
C. CÆSARIS CALIGULÆ 3. 4.
PONT. PETRI 12. 13.

C. CÆSAR AUGUSTUS III. Conſul ſolus.

Ita Pighius, Pagius, Tillemontius, Blanchinus, & alii; ut colligunt ex faſt. Noriſ. Idatio, & Dione, apud quem mentio habetur ſolius Caji Cæſaris, cum fortaſſe ille, qui deſignatus fuerat in hunc annum Conſul cum ipſo Cajo, vivere deſierit, antequam Calendis Januariis Conſulatum iniret. Quis tamen is fuerit, ignoratur. Quod autem Cajus ſolus Conſulatum inierit, conſtat ex Dione. Cum enim Cajus abeſſet, ac Lugduni tunc temporis degeret, nemo Calendis Januarii Senatum convocare auſus eſt, quod ad Conſules tantum, ſive ad illum Conſulem, qui Romæ eſſet, pertinebat; & quoniam Conſulibus abſentibus Tribuni ac Prætores Senatum convocare conſueverant, hoc anno illorum nemo Conſulis vices geſſit, neque antea Senatus convocatus eſt, quàm Cajus Cæſar duodecima die Januarii ſe Conſulatu abdicaſſet, & alios duos Conſules ſuffeciſſet, quorum tamen nomina Dio non memorat, quos ut colligitur ex Caſſiodoro, & Mariano Scoto, Pighius, & Almelovenius fuiſſe putant

L. GELLIUM POPLICOLAM.
M. COCCEJUM NERVAM.

Quibus Panvinius, Pighius, & Almelovenius ex Frontino putant ſuffectos Calendis Julii

SEX. JULIUM CELEREM.
SEX. NONIUM QUINCTILIANUM.

Quippe quos Frontinus aſſerit Conſules fuiſſe, inter annos U. C. 790. & 801. ut colligit Panvinius. An ex hoc poſſit Panvinius eos Conſules ponere hoc anno, viderit Lector. Certè Jo Polenus ad locum Frontini de Aquæductibus Artic. 102. notarum num. IV. pag. 184. hanc Panvinii conjecturam non admittit. Malè ut conſtat ex dictis Petavius Cajo Collegam dat hoc anno L. Gellium Poplicolam. (26)

Anno

D

buerat. Ita Dio lib. 59.

Macronem Præfectum Prætorio, cum Ennia ejus uxore voluntaria morte interire cogit, quibus imperium debebat. Petavius, Pighius, Tillemontius, & alii ex Dionis lib. 59.

M. Silanum virum nobilitate ac prudentia præclariſſimum Socerum ſuum Caligula ſibi gulam ſecare cogit. Ita ex Dione, Svetonio, ac Philone Tillemontius.

Ita & Julium Græcinum, qui Silanum condemnare noluerat interfici juſſit. Julius Agricola, cujus Tacitus vitam elegantiſſimè ſcripſit, Julii Græcini erat filius. Tillem.

Druſilla Caligulæ uxore Silani filia, & Agricolæ ſorore mortua, Paulinam conjugem Caligula paullo poſt ducit.

Aufidius Flaccus Ægypti Præſes Alexandriæ Judæos adverſus Græcos, & Alexandrinos tumultuantes, opprimit & eorum Synagogas profanis imaginibus, ſtatuis, atque aris polluit. Ob quæ miſſis ad Cajum Cæſarem pro Alexandrinis Apione & pro Judæis Philone,

E

hic à Cajo rejicitur propter imagines Romanorum Synagoga ejectas. Ita ex Joſ. Antiq. lib. 18. cap. 15. Oroſio lib. 7. cap. 5. Zonara, & Euſebio Pighius.

Hanc legationem Blanchinus transfert in annum Chr. 39. hoc eſt annum 40. apud nos.

Barnabas Tarſum profectus, invenit Paulum, cum quo Antiochiam pergit, ubi per annum multos ad Chriſtum convertunt, atque ibi primum Chriſti fideles *Chriſtiani* vocati ſunt. Blanchinus.

(25) Hoc anno Caligula abſtulit populo Romano jus convocandi Comitia ad ſupremos Magiſtratus eligendos, quorum electio in Comitiis fieri antiquitus moris erat. Ita Pighius & Tillemontius ex Dione, & Svetonio.

Cajus Cæſar hoc anno Miſenum & Bajas ponte jungens, ſuper ipſum triumphum egit, ac repudiata Lollia Paullina Cæſoniam duxit. Ita Pighius & Tillemontius ex Dione ac Svetonio.

L. Vitellio Romam vocato P. Petronius Turpilianus Syriæ Præſes datur, qui cœpit arma in Judæos movere, paratos potius bello contendere, quam Caji Cæſaris effigiem in templum admittere. Reſque ad cædem veniſſet, niſi Herodes Agrippa exoraſſet à Cæſare inducias, atque interim Cajus idem Cæſar interfectus fuiſſet.

Herodes Antipas Romam profectus, ut à Cajo Cæſare Herodis Agrippæ regnum, ſpoliato illo, ſibi concedi peteret, ſuo ſpoliatur, & in exilium mittitur. Ita Blanchinus, ac Tillemontius (qui fusè cuncta deſcribit) ex Joſ. Ant. lib. 19.

(26) C. Cæſar Auguſtus Ptolemæum Mauritaniæ Regem ex Africa in Galliam vocat, &, ut ejus opes diripiat, interficit, unde apud Mauros tumultus, & eorum Ædemone liberto Regio duce defectio. Ita Pighius & Tillemontius ex Svetonio, Dione, ac Plinio.

Mithridates Armeniæ Rex ex mandato C. Cæſaris captivus detinetur, & interea Parthorum Rex Artabanus Armeniam occupat.

Cajus Cæſar ex Germania inferiori in Britanniam trajecturus, marina conchylia è litore à militibus colligi facit, & quaſi de Oceano victor Romam rediret, triumphum duxit pridie Kal. Sept. Pighius, Petavius, Tillemontius & alii ex Dione, ac Svetonio.

Pila-

Anno ab U. C. 793.
Olymp. CCV. Anno I.
Ær. Chr. 41.
C. CÆSARIS CALIGULÆ 4.
TIB. CLAUDII DRUSI AUG. 1.
PONT. PETRI 13. 14.

C. CÆSAR CALIGULA AUG. IV.) Coſs.
CN. SENTIUS SATURNINUS.)

Ita ex Dione, faſt. Sicul., ac Svetonio Petavius, Pighius, Mediobarbus, Pagius, Tillemontius, Almelovenius, & Blanchinus, apud quem tamen legitur mendosè *C. Sentius Saturninus*, pro *Cn. Sentio Saturnino* ex Typographi puto oſcitantia.

In faſtis Idatii legitur C. Cæſar IV. & Antoninus mendosè pro *Saturninus*, ut bene notat in margine Sirmondus.

Cum verò C. Cæſar VII. Id. Jan. Conſulatu ſe abdicaverit, bene Pighins & Almelovenius ei ſuffectum volunt eadem die Q. Pomponium Secundum II. ut colligunt ex Dione, qui refert eundem Q. Pomponium (quem Conſulem ſimul nominat) diſcubuiſſe cum Cajo Cæſare eadem die, qua Cajus Cæſar occiſus eſt. Confirmat & Joſeph lib. 2. de Bello Judaico, cap. 10. Q. Pompnnium Conſulem fuiſſe ſimul cum Cn. Sentio Saturnino.

Addit Panvinius boc annò ex Cal. Jul. ſuffectum fuiſſe Venuſtum neſcio quem, neque ſcit Pomponio ne, an Saturnino ſuffectus fuerit. Suffectum alterutri Venuſtum fuiſſe colligit ex Caſſiodoro, apud quem Conſules hujus anni nominantur Secundus & Venuſtus; quod ſi nobis admittendum eſt, conſtat Venuſtum Saturnino, & non Pomponio ſuffectum fuiſſe, ſuffectorumque nomina hujus anni erunt

Q. POMPONIUS SECUNDUS II.
= = = = = = = = *VENUSTUS*. (27)

Anno ab U. C. 794.
Olymp. CCV. Anno II.
Ær. Chr. 42.
TIB. CLAUDII IMP. AUG. 2.
PONT. PETRI 14. 15.

TIB. CLAUD. AUG. GERMANICUS II. cui ſuffectus Prid. Cal. Mart.) Coſs.
C. VIBIUS CRISPUS.)
C. CÆCINA LARGUS.)

Ita ex Caſſiodoro, Dione, faſtis Siculis, & lapide Neap. Pighius, Petavius (qui tamen pro C. Cæcina falsò ſcribit *L. Licinius*, ut conſtat ex Epiſt. Conſul. pag. 879. edit. Veron. Card. Noriſii) Pagius, Tillemontius, Medio-

Pilatus Viennæ in Gallia, ut creditur, quo à Caligula in exilium miſſus fuit, circa ejus Imperii initium ſeipſum tandem in deſperationem actus interficit. Ita Petavius ac Tillemontius ex Chron. Euſebii.

C. Cæſar Herodis Antipæ tetrarchiam (nempe Galilæam) Herodi Agrippæ adjudicat. Ita Petavius ac Tillemontius ex Joſ. Antiqu. lib. 18. cap. 9.

(27) Cum Cajus Cæſar Caligula coloſſum ſibi erigi Jeroſolymis juſſiſſet, nec Judæi hoc ferre poſſent, armis id ſibi vendicare meditabatur, at Herodes Agrippa Cajum precibus vicit, ac tandiu dilationem obtinuit, donec Cajus idem Caligula occiſus eſt. Blanchinus ex Joſ. Ant. lib. 19.

Verum Blanchinus hunc annum relinquit Conſulibus vacuum, cum eorum nomina è faſtis abraſa putet. Nec mirum. Cum enim Blanchinus retraxerit ſuperiorum Conſulum ſeriem in annos proxime antecedentes, nec poſſit ultra hunc annum non convenire cum ceteris, ne in abſurda convinceretur illapſus, ideo hoc anno, quem vacuum Conſulatu deſeruit, collocat cum cæteris quibuſque Chronologis Caji Cæſaris necem, ſed neſcio quomodo extricare ſe poſſit à Dionis auctoritate, qui Pomponium Secundum Conſulem in convivio diſcubuiſſe cum Cajo refert eadem die, qua Cajus occiſus eſt. Adde quod Conſulum nomina quamvis è faſtis abraſa fuiſſe putet, eorum tamen nomina apud Hiſtoricum aliquem ejus ævi legerentur. Quo autem fundamento Conſules fuiſſe hoc anno T. Catium, & P. Cærellium ſuſpicetur, idem ipſe Blanchinus haud ſatis docet, ut fidem ſibi adſtruat apud hujus ſæculi Criticos. Accedit quoque Cajum Cæſarem occiſum fuiſſe die 24. Januarii, cum ſimul Imperator ſalutatus fuerit a militibus Prætorianis Tib. Claudius Cæſar Caji Cæſaris Patruus, nec videtur credibile, quod hic totum annum ſine Conſulibus præterire permiſerit, aut à ſe, aut à populo, aut à Senatu electis. Videat Lector ejus notas tom. II. pag. 18. ad vitam Petri Pontif. ab Anaſtaſio ſcriptam, ubi ſua producit documenta, quæ utinam ſatisfacerent, nam certus jam eſſet annus mortis Chriſti.

Præterea Conſules à Senatu in Capitolium convocatos fuiſſe narrat Svetonius in vita Caji cap. 60., ut de aſſerenda ſibi libertate deliberarent. Eo igitur anno, quo mortuus eſt Cajus, Conſules erant, & libertatis publicæ cupidiſſimi, neque propterea digni, ut eorum nomen è faſtis abraderetur; qood ſi contigiſſet, mortem non effugiſſent, quam alii Cives illuſtres, & Conſulares, vel innocentes non effugerunt.

Inſuper conſtat ex Svetonio Cajum Cæſarem Caligulam vixiſſe annis 29. imperaſſe triennio, & menſibus X. diebuſque VIII., exordium ejus imperii deſumens à die qua Tiberius interiit nempe à die 16. Martii anni Chriſti 37. Ita ſentit & ſcribit Clemens Alexandrinus Svetonio concors. Ita & Dio, qui tamen decem tantum diebus à Svetonio diſcordat, quatenus Tiberium mortuum Dio eſſe vult die 26., non 16. Martii, ut ſuperius vidimus ad annum Chriſti 37. Ita etiam ſcribit Tertullianus adverſus Judæos, Eutropius, Caſſiodorus, & Zonaras. Solus Blanchinus contra hos omnes mortuum Tiberium faciens die 16. Martii anni Chriſti 36. & factum ſimul eadem die Cajum Imperatorem, atque hunc aſſerens deinde interemptum IX. Cal. Februarias, hoc eſt die 24. Januarii anni Chriſti 41. dat Cajo Cæſari quatuor annos Imperii, menſes decem, & dies VIII. contra Scriptorum omnium opinionem, qui Cajum Cæſarem imperaſſe dicunt ſpatium temporis minus quadriennio. Reſpondeant hiſce objectionibus, qui Blanchinum ſequuntur, & libentiſſime dabo manus.

Occiſus eſt igitur Cajus Cæſar Caligula à Caſſio Chærea, qui primus eum ferro percuſſit, atque à Cornelio Sabino & aliis, qui triginta vulneribus Caligulam confoderunt IX. Cal. Februarias hujus anni, ut omnes fere conſentiunt, dumque Senatus in Capitolium convocatus de aſſerenda ſibi libertate deliberat, milites Prætoriani Tiberium Claudium Caji patruum Imperatorem ſalutaverunt, coacto Senatu eundem Imperatorem ſuſcipere & pati.

Tiberius Claudius Auguſtus Herodi Agrippæ regnum amplificat addita Judæa, & Samaria. Ita Petavius ex Joſ. Ant. lib. 19. cap. 4. Herodes Agrippa hic Hieroſolymam hoc anno veniens Jacobum Epiſcopum occidit, & Petrum in carcerem conjicit. Ita idem Petavius ex Actis Apoſt. cap. 9.

Blanchinus anno proxime antecedenti, hoc eſt anno hoc apud nos, quo facimus eos Conſules hoc ipſo anno, quos ille Conſules fecit anno antecedenti, Petrum Romam veniſſe refert, & Romanam Sedem ſtabiliviſſe. An recte hoc ſtatuat iſto anno, longum eſſet, nec operis noſtri diſſerere. Conſulat Pagium in Critica ad Baronium ad annum Chriſti 43. num. 2. qui plura deſiderat. Baronius ex Chron. Euſebii Petrum Romam veniſſe aſſerit anno Claudii Auguſti ſecundo, anno nempe ſequenti, quo annus ſecundus Claudii incipiebat à die 24. Januarii; ubi Blanchinus anticipat duos annos.

Cetera quæ hoc anno contigerunt vide apud Auctores ſuperius adnotatos.

diobarbus, Almelovenius, & Blanchinus.

Longi pro Largo cognomen Cæcinæ dat Aſcon. Pedian. in Cicer. Orat. pro M. Scauro edit. Grævianæ. Sed mendum puto ejuſdem Pediani. (28)

Anno ab U. C. 795.
Olymp. CCV. Anno III.
Ær. Chr. 43.
TIB: CLAUDII IMP. AUG. 3.
PONT. PETRI 15. 16.

TIBERIUS CLAUDIUS AUG. III.
cui abdicanti ſuffectus eſt Pr. Kal. Mart.
P. *VALERIUS ASIATICUS*.
L. VITELLIUS II. quibus ex Kal. Jul. ſuffecti fortaſſe
Q. CURTIUS RUFUS.
VIPSANIUS LÆNAS.
} Coſs.

Ita Pighius, Petavius, Tillemontius, Mediobarbus, Pagius, Almelovenius, & Blanchinus (qui facit Conſulem Claudium ſecundò tantùm) ex Svetonio, Dione, Idatio, Caſſiodoro, faſtis Siculis, & Anonymi Noriſiani.

De Publ. Valerio Aſiatico eorum nemo quos vidi, præter Almelovenium, mentionem facit. De Q. Curtio Rufo, & Vipſanio Lænate mentionem faciunt Pighius, & Almelovenius, qui Pighii optimam conjecturam ſequitur. (29)

Anno ab U. C. 796.
Olymp. CCV. Anno IV.
Ær. Chr. 44.
TIB. CLAUDII IMP. AUG. 4.
PONT. PETRI 16. 17.

L. QUINCTIUS CRISPINUS II.
M. STATILIUS TAURUS.
} Coſs.

Ita Pagius, Almelovenius, Tillemontius, Blanchinus, & alii ex Gruteri Inſcript. pag. 1041. num. 10. Falſa eſſe Conſulum nomina apud Panvinium, & Baronium hoc anno ab eis producta, demonſtrat Card. Noriſ. pag. 880. edit. Veron. in Epiſtola ſua Conſulari ad Pagium. Almelovenius etiam fallitur circa eorumdem Conſulum nomina ab ipſo producta in faſtis Conſularibus, ſed in Præf. ſua ad Faſtos num. 15. ſuam retractat opinionem, & corrigit juxta Noriſium. Panvinius autem & Baronius producunt Conſules C. Criſpum II. & T. Statilium Taurum, pro L. Quinctio Criſpino, & M. Statilio Tauro, quem errorem ſequitur etiam Pighius, qui pariter in errorem traxit Almelovenium. (30)

Anno

(28) Hoc anno fuit ingens Romæ fames, quare Imp. Claudius, ut inopiæ alimentorum proſpiceret portum Oſtiæ extruxit. *Opus ægre poſt undecim annos abſolutum* quamvis continuis triginta hominum millibus ſine intermiſſione operantibus. Ita ex Dione lib. 60. Svet. in Claudio, cap. 20. & Nummo apud Mediobarb. Pigh. Pet. Pag. Blanch., Tillem. & alii.

Claudius Conſulatum per duos menſes tantum geſſit, ſed non conſtat quis illi Kal. Mart. ſuffectus fuerit. Unde vero Almelov. ſuffectum C. Vibium Criſpum afferat, non conſtat.

Hoc quoque anno Claudius Patris Patriæ cognomen acceptaſſe videtur, & Imp. tertium ob res in Germania, & Africa feliciter geſtas appellatus eſt. Ita Pigh.

Claudius pariter Britannicam expeditionem parans advocat Legionem quartam è Syria. Ita Blanchinus in ſuis notis ad pag. 18. Tom. II. in Anaſt.

Hoc anno Petrus Roma regreditur in Palæſtinam, ut eidem Eccleſiæ conſulat ſub novo Rege Herode Agrippa periclitanti, a quo Jacobus occiditur. Petrus in vincula conjectus ab Angelo liberatur, ac deinde Antiochiam, & in Aſiam minorem profectus Romam redit. Ita Blanchinus ex Actis Apoſtolorum 12., & ex notis ejuſdem Blanch. ad Anaſt pag. 18. Tom. II. Herodes hic Agrippa erat filius Ariſtoboli, Nepos Herodis Magni, ſub quo natus eſt Chriſtus.

Simon Magus circa hunc annum Romam pergit, contra quem Petrus Antiochia Romam revertitur. Ita Petav. ex Euſebio, Severo Sulp. Oroſio, & aliis. Vide lib. XI. cap. 14. de Doct. temp.

Petrum tamen Romam non veniſſe Claudii Imperatoris tempore probat Pagius contra Blanchinum ad annum Æræ vulgaris Chriſti 43.

Judæi prohibentur ob frequentiam Romæ conventus agere, alibi permiſſos. Ita Blanchinus ex Dione Caſſio.

(29) Claudius Imp. ſuſcipit expeditionem Britannicam, ac ſubacta Britannia Arcus Triumphalis Claudio erigitur Romæ, & nomen Britannici conſequitur. Ita Pighius, Blanchinus, Tillemontius, & alii ex Svetonio, & Dione. Vide Tillemontium in vita Claudii ad hunc annum.

Aulus Plaut. Silvanus Legatus erat Claudii Auguſti. Sub hoc victa eſt & ſubacta Britannia, quo etiam Claudius exeunte anno perrexit, & ſtatim reverſus eſt.

Lyciis ob cædem factam Romanorum Civium libertas adempta eſt, & Lycia Pamphyliæ Provinciæ adjuncta. Ita Pighius, ex Dione, & Svetonio.

Claudius feſta complura, & ferias, quibus totus fere conſumebatur annus, abrogat. Ita Petavius, & Tillemontius ex Dione.

Meſſallina hoc anno Claudii Auguſti conjux ſtupris, & flagitiis Imperatoris aulam conſpercat. Ita Petav. ex Svetonio.

Pomponius Mela ſcribit hoc tempore ſuum opus de ſitu Orbis.

Hoc pariter anno iterum fames ingens Romæ. Ita Tillemon. ex Dione.

Claudius Auguſtus interimi jubet Juliam Tiberii Neptem, & Druſi filiam ob zelotypiam Meſſallinæ. Ita Tillemon. ex Svetonio in vita Claudii cap. 29.

Paulus Apoſtolus redit Antiochiam, mox navigat in Cyprum, & à Sergio Proconſule vocatur. Ita Blanch. ex Actis Apoſtol. cap 13.

Vibius Marſus Petronio ſuccedit in Syriæ adminiſtratione. Ita Blanch. ex Joſ. lib. 19. Antiquit. cap. 6. Pagius in Critic. Bar. transfert hoc in annum antecedentem. Pighius tamen confirmat Blanchini ſententiam, atque hoc anno Syriæ Præſidem factum dicit. Hic cum Herode Agrippa Judæorum Rege ſimultates geſſit, & Hieroſolymæ munitionem a Rege cœptam impedivit. Ita ex Joſ. Pigh.

Aulus Plautius Silvanus Proconſulatum Britanniæ obtinet, quem ultra triennium tenuit. Ita ex Dione, Svet. & Tacit. in vita Agricolæ. Pigh.

Flavius Veſpaſianus, qui poſtea Cæſar Auguſtus fuit, Legionem Germanicam in Britanniam cum fratre T. Flavio Sabino traduxit, tricies cum hoſte conflixit, duas validiſſimas gentes, & viginti Oppida, & Inſulam Vectem Britanniæ proximam in deditionem accepit. Quare Triumphalia ornamenta retulit. Ita Pighius ex Dione, Svetonius & Tac. Annal. lib. XVIII.

Cn. Hoſidius Geta Legatus Claudii Auguſti in Britannia, cum fere in hoſtium poteſtatem veniſſet, ita tamen eos vicit, ut ei propterea honores Triumphales, quamvis Conſul non eſſet, decreti ſint. Ita Pighius ex Dione lib. LX.

(30) Claudius Imp. hoc anno de Britannis triumphat. Ita Pigh. Pag. Blanch. & alii ex Dione lib. 60.

Hoc anno ineunte moritur Herodes Agrippa Judææ Rex, cum regnaſſet annos VII. in Tetrarchiis Philippi & Lyſaniæ hoc eſt Trachonitidis & Abilinæ cum Regis appellatione, annos vero III. in Judæa; Ejuſque Regno Procurator datus eſt Cuſpius Fadus. Ita Petav. Pag.

Anno ab U. C. 797.
Olymp. CCVI. Anno I.
Ær. Chr. 45.
TIB. CLAUDII IMP. AUG. 5.
PONT. PETRI 17. 18.

M. VINICIUS II.) Coſs.
TAURUS STATILIUS CORVIN.)

Ita Pagius, Blanchinus, Tillemontius, & Noriſius, quem ſuperiores Auctores omnes ſequuntur, quia Panvinius, Pighius, Mediobarbus, & Almelovenius à vero Conſulum nomine aberrant, ut docet Noriſius ex Gruteri Inſcriptione ad pag. 1041. num. 10. Male tamen Almelovenius addit M. Vinicio cognomen Quartini, quod eſſe fictitium Noriſius demonſtrat in Epiſt. Conſulari ad annum U. C. 783. Varronianum, & Statilium Corvinum prænomen *Tauri* non vero *Titi* habuiſſe, ut ſcribit Almelovenius, & conſtat ex Inſcriptione fratrum Arvalium apud Fulvium Urſinum. Bene ramen Almelovenius addit Statilio Corvino aliud cognomen *Meſſallæ*, quia Taurus Statilius Corvinus partem habebat in familia Statilia, cui cognomen Tauri, & in familia Valeria Meſſallorum, cui Corvini cognomen proprium erat. Vide Noriſium in Epiſt. Conſulari pag. 881. edit. Veron.

Addit Onuphrius Panvinius, quem ſequitur etiam Almelovenius ex Joſ. Antiquit. lib. 20. duos alios Conſules ſuffectos. Fuerunt hi:

M. CLUVIUS RUFUS.) Coſs. ſuff.
POMPEJUS SILVANUS.)

Quos vult ſuffectos Kal. Apr. nominantur A hi Conſules ſuffecti in Epiſt. Claudii Imp. ad Jeroſolymitanos. Meminit Cluvii Rufi etiam Tacitus Annal. lib. 19. & 20. quem Svetonius & Xiphilinus virum Conſularem vocant in Nerone. Et ſanè Cluvius Rufus Hiſpaniam citeriorem rexit, & Pompejus Silvanus Africam poſt aliquot annos. (31)

Anno ab U. C. 798.
Olymp. CCVI. Anno II.
Ær. Chr. 46.
TIB. CLAUDII IMP. AUG. 6.
PONT. PETRI 18. 19.

VALERIUS ASIATICUS II.)
M. JUNIUS SILANUS, quibus Kal.)
B Jul. ſuffecti ſunt) Coſs.
PUBLIUS SUILLIUS RUFUS.)
PUBLIUS OSTORIUS SCAPULA.)

Ita ex Dione, Tacito, Tab. Neap. faſtis Anonymi Noriſiani, & Idatio Pighius, Tillemontius, Pagius, Blanchinus, & Almelovenius. Baronius tamen, Petavius, & Mediobarbus errant, ut optime docet Noriſius in Epiſt. Conſul. pag. 882. & 883. edit. Veron. Errant inquam in ſecundi Conſulis nomine, & cognomine, nam pro M. Julio Silano, ſcribunt M. Valerium Meſſallam. Fallitur & Panvinius ſcribens P. Vellejum Rufum pro P. Suillio Rufo. Quando autem Valerius Aſiaticus, cui prænomen apud Auctores non invenitur, fue- C rit prima vice Conſul, ignoratur. Priorem tamen Conſulatum Tiberii, vel Caligulæ tempore geſſiſſe oportet. Conſtat autem ex omnibus

---

Pag. & Blanch. ex Joſ. Antiquit lib 19. cap. ult. Reliquit ſuperſtites tres filias, & filium unicum Agrippam nomine annorum 17., qui Romæ apud Claudium Auguſtum educabatur, poſtremuſque Judæorum Rex fuit, ut videbimus ſuo loco.

Claudius Auguſtus Stolam Pontificiam reſtituit Judæis.

Cuſpius Fadus Judæam obtinuit hoc anno poſt mortem Agrippæ Procurator a Claudio Provinciæ impoſitus, interea dum adoleſceret Agrippa junior, mortui Agrippæ filius. Ita Pigh. ex Joſepho Antiquit. lib. 19. cap. 8. Zonara & Tacito.

D Claudius M. Julio Cottio ad Alpes Cottias Principatum auget, & Regem appellat. Ita Pigh. ex Dione.

Tib Claudius hoc anno aufert libertatem Rhodiis, quia Romanos Cives in Crucem ſuſtuliſſent. Ita Pigh. & Tillemon. ex Svet. lib 5. cap 25.

Umbonius Silo Proprætor Bæticam Provinciam regens a Claudio Romam accitus eſt ac de Senatu motus, quia in Mauritania militantibus parum frumenti miſiſſet, ſed revera quia libertos quoſdam offendiſſet. Ita Pigh. ex Dione lib. 60.

Claudius A. Plautio Britanniæ Præfecto Romam redit, cum ſex menſibus abfuiſſet, atque ex his dies ſexdecim tantum in Britannia tranſegiſſet, quo tempore Camalodunum expugnavit, Barbaros prælio vicit, & magnam Inſulæ partem ſubegit; ob quæ ſæpius Imperator E à militibus eſt appellatus contra morem. Hoc enim nomen uno eodemque tantum in bello ſemel dari conſueverat. Abſenti Claudio Senatus Triumphum, Britannici cognomen, Triumphalem arcum in Urbe, & alterum in Gallia decrevit. Meſſallinæ autem ejus uxori carpentum, & honores Liviæ Auguſtæ quondam decretos conceſſit. Triumphum ampliſſimum duxit. Ludos, & ſpectacula omnis generis edidit, plurimiſque Senatorum ornamenta Triumphalia dedit. Ita Pigh. ex Dione, & Svet. Cartiſmandua Regina, quæ Brigantibus imperabat, capto per dolum Rege Caractaco inſtruxit triumphum Claudii Cæſaris. Ita Pigh. ex Tacit. Annal. lib. 19. Vide Oroſium lib. VII. Eutropium, Euſebium, & Caſſiodorum, apud quos invenies Romano Imperio per hanc victoriam Orcades Inſulas fuiſſe adjectas.

(31) Claudius Imp. ſtatuarum ponendarum modum præſcripſit. Populo congiarium dedit, ac ludos votivos pro ſuo ex Britannia reditu conceptos exſolvit. Ita Pigh. ex Dione, & Svetonio.

Ser. Sulpitius Galba, qui poſtea Cæſar Auguſtus fuit, Proconſul Africam obtinuit per biennium. Extra ſortem electus fuit ad ordinandam Provinciam, inteſtina diſſenſione, & Barbarorum tumultu inquietam, eamque ordinavit, magno ſeveritatis, & juſtitiæ exemplo, ut Svetonius narrat Ob res denique tunc in Africa, & olim in Germania geſtas, ornamenta Triomphalia accepit, & Sacerdotium triplex inter XV. Viros, ſodaleſque Titios, itemque Auguſtales cooptatus. Ita Pigh. ex Tacit. Annal. lib. 17., & Plutarch. in Galbæ vita.

Herodes Rex Chalcidis a Claudio Auguſto impetrat jus eligendi ſummi Sacerdotis Judæorum, quod pro ſe, & heredibus obtinuit uſque ad excidium Jeroſolymitanum. Ita Blanch. ex Joſ. Antiquit. lib. 20.

Claudius Imp. prohibet ne qua ſtatua in alterius honorem fiat inconſulto Senatu. Ita Tillemon. ex Dione.

Idem Claudius jubet, ut habitus Pontificalis, & cetera ornamenta ſacra ſerventur apud Summum Pontificem Judæorum. Ita Tillemon. ex Joſ. lib. 2. belli Judaici cap. 1. Sed hoc contigiſſe refert Pagius adverſus Baronium anno antecedenti.

Fuit hoc anno Solaris Eclipſis Kal. Aug., qua Sol defecit quarta parte diametri. Ita Petav. ex Tabul. Aſtr. Erat hic annus, ut ipſe Petavius docet, Natalis Claudii Auguſti.

Circa hunc annum neſcio quis Theudas, ſeu Theodas, qui apud Judæos Prophetam ſe faciebat, eorumque plurimos deceperat, ſuadens illos, ut collectis ſuis quibuſque rebus veniret quiſque cum ipſo ad Jordanem, promittens illis ſiccis pedib. fluvii tranſitum, ut fecit Joſue, Fadus Judææ Procurator ipſum, & aſſeclas equeſtribus aliquot turmis perſecutus, plurimos interfecit, & pluribus captis, tranſtulit Jeroſolymam Theudæ caput. Ita Tillemon. ex Joſ. Antiquit. lib. 20. cap. 4.

bus Auctoribus hunc iterum Conſulem fuiſſe hoc anno. Marcus Silanus frater fuit L. Silani, qui Agrippinæ dolo periit initio Principatus Neronis, ut Pighins docet ex Tacit. Annal. lib. 16. cap. 9. Fallitur autem Pighius, qui hunc M. Junium Silanum, non vero ejus fratrem L. Silanum vult periiſſe Agrippinæ dolo, nam Tacitus id de L. Silano affirmat.

Suffectos Suillium Rufum, & Oſtotium Scapulam collegit Panvinius ex Digeſt. lib. 38. cap. 5. Reperiuntur hi Conſules ſuffecti in lib. 3. tit. 9. Inſtitut., ſed ibi Suillius Rufus, non Vellejus legitur etiam in antiquo exemplari. Vide Plinium Hiſt. lib. 7. cap. 5. ubi Suillium Rufum virum Conſularem dicit. (32)

Anno ab U. C. 799.
Olymp. CCVI. Anno III.
Ær. Chr. 47.
TIB. CLAUDII IMP. AUG. 7.
PONT. PETRI 19. 20.

CLAUDIUS AUG. GERMANICUS IV.) Coſs.
L. VITELLIUS III.)

Panvinius, Pighius, & Almelovenius volunt Tib. Claudium Aug. ſuffectum fuiſſe alteri, qui hoc anno fuit ordinarius Conſul cum L. Vitellio, & quia ordinarius iſte Conſul in Magiſtratu mortuus eſt paullo poſt eundem Magiſtratum, nempe circa Non. Jan., illi ſuffectum volunt Claudium Aug, cui deinde abdicanti ſuffectus eſt Tib. Plautius Silvanus Ælianus, perſeverante L. Vitellio per totum annum in Magiſtratu. Claudius autem ſumptus eſt tanquam Conſul ordinarius, eo quia ordinarius vix inito Conſulatu vivere deſiit. Ita ſupraſcripti tres Auctores colligunt ex Svet. in vita Claud. cap. 4. num. 3. Verba autem Svetonii hæc ſunt: *Tertium autem* (intellige Conſulatum) *novo circa Principem exemplo in locum demortui ſuffectus geſſit*. Huno Clandii Conſulatum, quem Svetonius tertium dicit, & ſemeſtrem fuiſſe teſtatur, IV. fuiſſe ait Dio lib. 60. & Cenſorinus, quia Svetonius non adnumerat Conſulatum, quem Claudius cum C. Caligula geſſit anno U. C. 789., atque Æræ vulgaris Chriſti 37. quo anno poſt Tib. mortem XVII. Kal. April. ſequutam, Cn. Acerronio Proculo, & C. Pontio Nigrino Conſulibus abdicare juſſis, Conſules ſuffecti ſunt idem Claudius, & Caligula Imp. Auguſtus.

Ideo

(32) Valerius Aſiaticus vir ditiſſimus per totum annum Conſul deſignatus, ante tempus abdicavit, multorum exemplum ſequutus, qui ob paupertatem domeſticam, Ludorum impenſas eo tempore graviſſimas effugere cogebantur. Aſiaticum tamen cum magnæ divitiæ, tum reiteratus hic Conſularis honor gravabant invidiâ, quam cum dimiſſo Conſulatu declinare vellet, in majorem incidit, eoquod nullus ei paupertatis prætextus eſſet, & propter divitias non diu poſt periit, à Meſſallina ob auri vim, & opum magnitudinem, atque ut hortos Lucullianos, quos Aſiaticus poſſidebat, invaderet, per Suillium, & Vitellium ſubverſus, permiſſo tamen ei libero eligendæ mortis arbitrio, ut Tacitus docet eodem ipſo anno, quo Conſulatu abdicavit.

Marcum Vinicium bis Conſulem, & Juliæ Germanici Cæſaris filiæ maritum, Meſſallina veneno ſuſtulit, indignata ob ſtupri conſuetudinem recuſatam. Aſinium verò Gallum Druſi uterinum fratrem Claudius Imp. in exilium miſit, quòd ad res novas conſpiraſſet. Ita Pigh. ex Dione, Svet. & Zonara.

Tiberius Alexander Judæus Apoſtata, Philonis nepos, ſucceſſor datur hoc tempore Cuſpio Fado in Judææ regimine. Hic vir habebat tantum prænomen, & cognomen, nomine carens, quia peregrinæ conditionis erat, quos Claudius vetuit uſurpare Romana nomina Gentilitia, ut apparet ex Joſ. lib 20., & Zonara, qui hunc Alabarcham Alexandrinum dicunt. Ditiſſimus & hic Jacobum atque Symonem Judæ ſeditioſi hominis filios Cruci affixit. Hujus tempore fames illa graviſſima per Syriam fuit, cui convectis ex Ægypto frumentis Helena Adiabenorum Regina, recens ad Judaicas leges ex Gentilium ſuperſtitione tranſgreſſa ſuccurrir, ut Euſebius, Joſephus, & Oroſius, & Lucas in Actis Apoſt. Cap. XI. meminerunt. Hactenus Pigh.

Artabanus Parthorum Rex circa hoc tempus moritur à Gotarce filio ſuo interſectus, qui et in Regno ſucceſſit, ſed cito Regno pulſus eſt á fratre ſuo Vardano. Ita Tillemon. ex Joſ. & Tacito. Qui Gotarcem Artabani fratrem vocat, cum Joſephus filium dicat.

Mithridates Boſphori Rex expellitur Regno à Romanis, & Cotys ejus frater, qui eum prodidit in ejus locum ſubſtitutus eſt.

Divus Hieronymus in ſuo Chron. vult hoc anno Thraciam, cui ſemper ſui Reges ad hoc uſque tempus præfuerunt in Provinciam à Claudio redactam.

Ultima hujus anni nocte viſa eſt Eclipſis Lunæ. Tillemon. ex Chron. Jacobi Grandamici p. 3. Lutetiæ impreſſa anno 1668. De qua tamen Eclipſi non meminit Blanch. neque Pag., Petavius tamen hanc contigiſse initio hujus anni nempe die XI. Januarii, hora poſt meridiem V. min. XXVIII., qua Eclipſi Romæ beſſis circiter diametri defecit. Vereor igitur ne Tillemontius ſuam Eclipſim confundat cum ea, quæ contigit Kal. ipſis Jan. ſequentis anni hora VII. min. XIX. poſt noctem mediam, nam Tillemontius eadem nocte, qua fuiſse defectum Lunæ refert, refert etiam novam Inſulam in Ægæo mari emerſiſse, quod Petavius in annum ſequentem tranſfert.

De fame, quæ Syriam hoc anno afflixit teſtis eſt Pagius, quam prædictam fuiſse narrat ab Agabo Propheta. Confirmat etiam quæ de Helena Regina ſuperius diximus, cujus Regnum in Aſsyriæ, & Meſopotamiæ finibus ſitum erat. Quam Jeroſolymam veniſse refert, & multos Civium alimentorum inopia perire miſertam, empta, & adducta ex Ægypto annona Judææ famem levaſse ex Joſ. Antiquit. lib. 20. Cap. 2. & 3. Idem autem Joſephus Cap. 1. ejuſdem lib. narrat Legatos Jeroſolymitanos Stolæ Pontificalis à L. Vitellio ipſis conceſsæ confirmationem à Claudio obtinuiſse, impetrato reſcripto, cujus initium eſt: *Claudius Cæſar Germanicus Trib. Pot. V. Coſ. deſignatus V. Imp. X.* finis verò: *Dat. IV Kal. Julias, Rufo, & Pompejo Silvano Coſs.* Reſcriptum tamen hoc Claudii Cæſaris, datum IV. Kal. Julias Cluvio Rufo & Pompejo Silvano Coſs. datum fuit anno præcedenti eo tempore, quo Conſules Ordinarii abdicaverant, & in eorum locum ſubierant hi duo ſuffecti, nempe Cluvius Rufus, & Pompejus Silvanus, ut patet ex nota V. Trib. Poteſtatis anno antecedenti initæ. Non autem datum fuit hoc anno ut putat Baronius, verſione Joſephi mendoſa deceptus. Cum verò hoc idem reſcriptum datum ſit die IV. Kal. Julias, quando jam Conſules erant Cluvius Rufus, & Pompejus Silvanus, conſtat hos Conſules ſuffectos fuiſse, non Kalendis Julii, ut Panvinius, Pighius, & Almelovenius putant, ſed vel Kal. Aprilibus, vel Majis.

Hoc anno Claudius Imp. complebat annum V. Tribunitiæ Poteſtatis, & ingrediebatur VI. quod conſtat ex hoc, quod cum annis hiſce ſolemnioribus Imperatores Romani aut ipſi Conſulatum inirent, aut Conſulatum deferrent in Conſanguineos, aut in eos, qui alia vice Conſules fuerant, ideo Claudius in ſuis hiſce quinquennalibus Conſulem elegit M. Junium Silanum, qui filius erat Appii Junii Silani atque Æmiliæ Lepidæ Proneptis Octaviani Auguſti, & in uxorem duxerat Octaviam Claudii filiam, ſub initium Imperii Claudii Auguſti.

Digitized by Google

A

Ideo autem primus hic Claudii Conſulatus à Svetonio ceteris Conſulatibus non adnumeratur, quia fuit tantum ſuffectus.

Circa tamen Conſulatum quartum hunc Claudii cum L. Vitellio concordant omnes una voce Pighius, Petavius, Mediobarbus, Tillemontius, Pagius, Almelovenius, & Blanchinus ex Dione, Cenſorino, Caſſiodoro (qui tamen mendosè facit Tiberium hoc anno Conſulem II. cum ſcribere deberet IV.) Idatio, & faſtis Oxonienſibus apud Petrum Relandum, in quibus idem legitur error, qui notatus eſt à nobis in Caſſiodoro. Habetur etiam nomen duorum hujuſmodi Conſulum apud Svetonium in Vitellio cap. 2. & apud Sponium pag. 303. & Reineſium pag. 299. (33)

B

Anno ab U. C. 800.

Olymp. CCVI. Anno IV.

Ær. Chr. 48.

TIB. CLAUDII IMP. AUG. 8.

PONT. PETRI 20. 21.

A. VITELLIUS, qui poſtea IMP. AUG.) Coſs.
Q. VIPSANIUS POPLICOLA.)

Ita ex Tacito, Dione, Caſſiodoro, Idatio, Mariano Scoto, faſt. Siculis, & Cuſpiniani, Pighius, Petavius, Mediobarbus, Pagius, Tillemontius, Almelovenius, Blanchinus, & alii. Suffectus eſt autem A. Vitellio ex Cal. Julii, ejus frater

L. VITELLIUS.

Ita Pighius ex Svetonio, qui refert L. Vitellium vidiſſe eodem anno duos filios Conſules, alterum in ſex priores menſes, & alterum in ſex alios poſteriores.

Almelovenius ſuſpicatur ex Cal. Julii L. Vipſanio Poplicolæ ſuffectum fuiſſe C. Calpurnium Piſonem, ſed puto ſomnium eſſe, nam nec alium vidi qui hoc referat, nec ipſe adducit fundamentum, unde hoc deducat. (34)

Anno

(33) Hoc anno atque his Conſulibus celebrati ſunt Romæ Ludi Seculares. Ita ex Tacito, & Dione, Panvinius, Pighius, Petavius, Pagius, Mediobarbus, & alii, cum enim apud Tacitum, & ceteros hoſce Scriptores ſervetur computatio Varroniana annorum ab U. C. excepto Pighio, qui ſequitur calculum Capitolinum, ideo annus hic, qui ab U. C. eſt apud eos DCCC. apud Pighium erat annus DCCIC. Claudius ergo Imperator, qui calculum fortaſſe Varronianum ſequebatur, cum eſſet annus hic apud ipſum ab U. C. octingenteſimus, Ludos Seculares haberi juſſit, cum hoc anno octavum ab U. C. Seculum compleretur.

C

Quod autem ſexta vice, non vice octava, hujuſmodi Ludi à Claudio celebrati ſunt, hoc provenit, quia prima vice celebrati ſunt ſub finem tertii Seculi, nempe anno U. C. 297 M. Valerio Maximo, & Sp. Virginio Tricoſto Cœlimontano Coſs. ut docet Pighius ex Edicto Auguſti, & Commentariis XV. Virùm. Quare à tertio Seculo incluſivè ad octavum ſex tantum Secula præterierunt, quæ ſecularibus Ludis terminata ſunt. Quia vero ex XV. Virùm obſervatione Seculum continebat tot annos, quot annos produci mortalis vita poſſet, ideo aliquando Seculum continebat, aut pauciores, aut plures, quam centum annos. Secunda igitur vice ſeculares Ludi celebrati ſunt anno U. C. 407. M. Valerio Corvo, & C. Pœtellio Coſs. nempe poſt centum ac decem annos à primis. Tertia autem vice vult Pighius ex Valerio Antiate, & Livio celebratos fuiſſe anno U. C. 504. P. Claudio Pulchro, & L. Junio Pullo Coſs. nempe poſt annos 94. à ſecundis. Quarta vice vult Pighius ex Cenſorino celebratos fuiſſe anno U. C. 627. M. Aurelio Lepido, & L. Aurelio Oreſte Coſs. nempe poſt annos 123. à tertiis. Quinto vult Pighius ex Tacito celebratos fuiſse anno U. C. 736. C. Furnio, & C. Juniore Silvano Coſs. nempe poſt annos CXI. à quartis. Sexto vero vult Pighius ex Tacito celebratos à Claudio anno U. C. 799. Capitolino, Tib. Claudio Auguſto IV. & L. Vitellio III. Conſulibus, nempe poſt annos 64. à quintis.

D

Putant aliqui ex Valerio Antiate ſeculares Ludos à Valerio Poplicola inſtitutos anno ab U. C. 250. paullo poſt exactos Reges. At eos falli puto, nam Valerius Poplicola potuit quidem celebraſse eoſdem ludos, ut peſtilentiæ tempore Divûm iram à populo Romano averteret, ſed alio longe titulo eos indixit, quam ſecularium Ludorum, qui ſeculo tantum completo, aut proxime complendo celebrabantur.

E

Fiebant autem in hiſce Ludis Diti, ac Proſerpinæ ſacra mactato Diti nigro tauro, & Proſerpinæ nigra vacca die XI. Aprilis, qua primum jacta ſunt Romæ a Romulo fundamenta, nempe in Palilibus. Eoſque Ludos indicere, atque illis adſiſtere XV. Virûm officium erat, quibus Sibillinorum Carminum cura erat, eaque interpretari. Qui de Ludis hujuſmodi plura deſiderat, legat Roſinum Antiqu. Rom. lib. 5. cap. 21.

Fuit hoc anno inſignis Lunæ defectio die XI. Cal. Jan. hora poſt mediam noctem VII Romæ; eademque nocte in Ægæo mari ingens emerſit Inſula, ſtadiorum 8. magnitudine Pighius, & Petavius ex Dione. Caſſiodorus hoc refert ſub anno Chr. 45. Hæc Inſula emerſit inter Inſulas Theram, & Theraſiam.

Claudius vitam adimit Cn. Pompejo Magno genero ſuo, filiamque ſuam Antoniam ejus uxorem P. Cornelio Sullæ Fauſto in conjugem jungit. Tillemontius. Valerium Aſiaticum bis Conſulem quoque interfici vult, ut ejus hortos Meſſallinæ dono daturus, quæ in omnem libidinem proſtituta C. Silio Equiti totam ſe dedit. Pighius, & Petavius.

Veſpaſianum in Britannia ab hoſtibus circumcinctum Titus ejus filius, disjectis, & victis hoſtibus liberat, Pighius, & Petavius ex Dione.

A. Plautius Silvanus ob rem bene adverſus Britannos geſtam à Claudio laudatus triumphalia inſignia recipit. Nemo enim privatus triumphum geſſit Auguſto imperante præter Agrippam, qui ſemel triumphans Urbem ingreſſus eſt. Petavius ex Dione lib. 60.

Domitius Corbulo in Germaniam inferiorem Proconſul mittitur. Ita Pighius ex Taciti Annal. lib. XI. & Dionis lib. 60.

Q. Curtius Rufus mittitur Proconſul in Germaniam ſuperiorem. Ita Pighius ex Taciti Annal. lib. XI.

L. Salvius Otho Imperatoris Pater mittitur Proconſul in Africam. Pighius ex Svetonio.

(34) Hoc anno in ſequentem annum C. Silius Nerva Meſſallinæ gratia deſignatus fuerat Conſul, ſed detectis Meſſallinæ cum ipſo adulteriis, paullo ante Cal. Januarias ſequentis anni cum aliis quoque Meſſallinæ adulteris, & cum ipſa occiſus eſt. Ita Pighius ex Tacito, Dione, ac Svetonio.

Hoc quoque anno Cenſoribus Claudio Auguſto, & L. Vitellio Conſulum patre habita ſunt Romæ cenſus, & luſtrum, & cenſita ſunt Civium ſexagies novies centena, & quatuor millia. Ita Pighius, Petavius, & Blanchinus, ex Tacito. Hoc eſt Cives 6944000. Corrigenduſque error eſt Typographi in Chronologia Blanchini, ubi legitur 6. miliones, & 994. millia, cum legi debeat 6. miliones, & 944 millia.

Qui plura de Claudio deſiderat ab eo geſta cum Cenſor eſſet, Pighium conſulat ad hunc annum.

Ventidius Cumanus Judæam Procuratoris officio obtinet Tiberio Alexandro ſucceſſor datus, quo anno ingens ſeditio Jeroſolymis Azymorum diebus efferbuit, ex militari petulantia, qua viginti circiter Judæorum millia cæſa ſunt. Ita Pighius ex Joſ. Antiqu. lib. XX. cap. V. & de bello Judaico lib. II. cap. XI. & Zonara. Blanchinus hoc transfert in ſequentem annum. Tillemontius Pighium ſequitur, ut & nos, cum hæc octavo Imperii Claudii anno contigiſſe colligant ex Joſepho. Præterea

rea corrigendus videtur & hic Typographus Blanchini, qui Vervidium pro Ventidio ſcribit contra alios omnes, quos vidi, & maxime contra Noriſium Cen. Piſ. Differt. 2 cap 16. paragr. 13. pag 527. lit. C. edit. Veron.

C. Caſſius Longinus Syriam obtinet Vibio Marſo Succeſſor datus. Ita Pighius ex Joſepho. Blanchinus tamen hoc retrahit in annum Chr. 46.

Anno ab U. C. 801.
Olymp. CCVII. Anno I.
Ær. Chr. 49.
TIB. CLAUD. IMP. AUG. 9.
PONT. PETRI 21. 22.
C. POMPEJUS LONGIN. GALLUS.) Coſs.
Q. VERANIUS.)

Ita ex Tacito, Caſſiodoro, Frontino, Mariano Scoto, & Solino, Pighius, Petavius, Mediobarbus, Pagius, Tillemontius, & Blanchinus, qui e..r etiam vetus Kal.. darium in Muſæo Card. Albani.

Hiſce Conſulibur alii duo ſuffecti ſunt circa Cal. Maji
L. MEMMIUS POLLIO.
Q. ALLIUS MAXIMUS.

Ita Pighius ex veteri Iuſcriptione ad Fanum fortunæ inventa, quam producit, atque ex conjectura non levi, ex eo nempe quod Tacitus refert hujus anni principio L. Memmium Conſulem deſignatum fuiſſe, cum tamen Memmius anno ſequenti non fuerit Conſul.

Tib. Claudius Cæſar Auguſtus Agrippinam Germaniel fratris filiam, & Neronis ex Domitio Ahenobarbo matrem in conjugem accipit. Ita Pighius, Petavius, ac Tillemontius ex Taciti Annal lib 12.

Pomœrium Urbis amplificatum à Claudio refert Pighius, Petavius, Blanchinus, & alii ex Tacito, Dione, ac Svetonio, & antiqua Inſcript. apud Pighium.

Agrippina Claudio nupta Senecam ab exilio revoca (quo miſſus fuerat anno Chr. vulgari 41.) & Domitio Neroni dat Præceptorem. Ita Tillemontius ex Tacit. Annal. lib. 12. cap. 8

Octavia Claudii filia L. Silani jam uxor, ac vidua, Domitio Neroni uxor datur. Ita Tillemontius ex Taciti Annal. lib. 11. & 12. cap. 9.

Claudius Judæos Roma pellit, quare etiam Petrus in Judæam redire cogitur. Priſcilla, & Aquila Corinthum pergunt. Ita Petavius ex Actis Apoſt. cap. 18. num. 21. Hoc retraxit Blanchinus in antecedentem annum.

Anno ab U. C. 802.
Olymp CCVII. Anno II.
Ær. Chr. 50.
TIB. CLAUD. IMP. AUG. 10.
PONT. PETRI 22. 23.
C. ANTISTIUS VETER. } Coſs.
M. SUILLIUS NERVILIANUS. }

Ita ex Taciti Annal. lib. 12. cap. 25. & lapide antiquo in Muſæo Card. Albani, & Inſcript. antiqua in Villa Matthæi, & apud Gruterum 113. num. 3. atque alia apud Fabrettum pag. 726. & Epiſtola Conſulari Noriſii pag. 884. & ſequ. Pagius, Tillemontius, & Blanchinus, contra Panvinium, qui Suillio malè dat cognomentum Rufi, & corrumpit cognomen *Nerviliani*, ſcribens *Serviliani*. Item contra Petavium, Goltzium, Pighium, & Bucherium, qui Suillio dant idem cognomen Rufi ſine alio cognomento, ac denum contra Mediobarbum, & Almelovenium, quorum hic dat Suillio utrumque cognomen *Rufi*, & *Serviliani*, ille verò triplicem committit errorem, unum ſcribens *Servilii*, pro *Suillii*, alterum addens cognomen *Serviliani*, pro *Nerviliani*, atque alterum ſuperaddens cognomen *Rufi*. Decepti enim ſunt omnes a Panvinio, & Codice Caſſiodori corrupto, in quo legitur *Serviliano*, pro *Nerviliano*. Idatius rectè ſcribit *Nerviliano*, ſicuti & Anonymus Noriſianus, ſive Auctor faſtorum Cuſpiniani. Almelovenius dubitans fortaſſe de cognomento *Serviliani*, ſubjicit variantem lectionem, quæ pro *Serviliano*, ſcribit *Nerulino*, cum ſcribendum eſſet *Nerviliano*.

Hoc anno victis à P. Oſtorio Scapula Britannis, & Caractaco eorum Duce cum uxore ac filiis capta, ac decretis ipſi Scapulæ triumphalibus ornamentis Colonia deducta eſt Camalodunum in Britannia. Ita Blanchinus ex Taciti Annal. lib. 12. cap. 32.

Hoc quoque anno alia Colonia in Oppidum Ubiorum deducta eſt, quod quia Agrippinæ gratia impetratum eſt, ideo & illi Oppido Coloniæ Agrippinæ inditum eſt nomen. Ita Pighius ex Taciti Annal. lib. 12 Erat autem Agrippina in hoc Oppido nata, eo fortaſſe tempore, quo Germanicus ille Cæſar M. Vipſanii Agrippæ filius, ac Tiberii adoptivus Tranſrhenanam expeditionem ſuſcepit circa annum U. C. 768.

Tiberius Claudius Auguſtus Agrippinæ officiis apud Pallantem libertum Claudio confidentiſſimum adhibitis adoptat in filium Domitium Neronem, atque hunc filio ſuo Britannico ex Meſſallina nato, qui biennio minor Nerone erat, antepoπit. Agrippina verò Auguſtæ titulo decoratur, traducto Domitio Nerone in Claudiam familiam cum hiſce nominibus *Nero Claudius Cæſar Druſus Germanicus*. Ita Pighius, & Tillemontius ex antiqua Inſcriptione, quam Pighius citat, atque ex Taciti Annal. lib. 12. cap. 25.

Hoc anno L. Annæus Seneca Agrippinæ gratia Prætor à Claudio eligitur. Ita Pighius ex Taciti Annal. lib. 12.

Ortâ hoc anno controverſiâ Antiochiæ ſuper Judaicis Ritibus, primum ab Apoſtolis fuit Hieroſolymæ Concilium celebratum, ad quod miſſi ſunt ab Antiochena Eccleſia Paulus, & Barnabas. Poſt Concilium Paulus, & Barnabas Antiochiam regreſſi ſunt, atque ibi disjuncti, Paulo, & Sila comite Syriam, & Ciliciam obeuntibus. Ita Blanchinus ex Actis Apoſt. cap. 15. & 16. quod idem affirmat & Petavius ad antecedentem annum, & Franciſcus Pagius ad annum 46 Æræ vulgaris Chriſti. Vide Petavium, qui de tempore hujus Concilii doctiſſimam habet Diſſertationem lib. XI. cap. XII. Tomi II. de Doctr. temp., & Franciſcum Pagium Tom. I Brev. Critic. Chron. in vita Petri num. II. & III.

Anno ab U. C. 803.
Olymp. CCVII. Anno III.
Ær. Chr. 51.
TIB. CLAUD. IMP. AUG. 11.
PONT. PETRI 23. 24.
TIB. CLAUDIUS AUGUSTUS V.) Coſs.
SER. CORNELIUS ORFITUS.)

Ita ex Caſſiodoro, Tacito, Idatio, Anonymo Noriſiano, Mariano Scoto, & aliis Pighius, Petavius, Mediobarbus, Pagius, Tillemontius, Almelovenius, & Blanchinus.

Poſt menſes ſex abdicante Tib. Claudio, & Collega Orfito ſuffecti ſunt:
C. MINCIUS FUNDANUS.
C. VETENNIUS SEVERUS.

Ita Pighius, & Almelovenius ex Panvinii antiquo lapide, quem apud ipſum videre eſt, cum etiam conſtet ex Svetonio in Claudii vita Claudium abdicaſſe poſt menſes ſex.

Calendis autem Novembris ſuffectus eſt alter nempe:
T. FLAVIUS VESPASIANUS, qui poſtea Auguſtus.

Ut optime colligunt ex Svetonio in vita Domitiani (qui hoc anno natus eſt, ut Svetonius docet 9. Cal. Novembris Patre Conſule deſignato, & Conſulatum inituro ſequenti menſe) Panvinius, Pighius, & Almelovenius.

In cujus autem locum ſuffectus fuerit Fl. Veſpaſianus ignoratur, ſicuti & ignoratur an alter novus Collega Veſpaſiano ſit datus, nec ne.

Cum eſſet Ventidius Cumanus (quem Blanchinus modo Vervidium, modo Ventidium vocat mendoſe) Judææ Procurator, miſſus eſt a Claudio Pallantis liberti gratia in Galilæam Procurator Tib. Claudius Felix ejuſdem Pallantis frater, ob ſedandos tumultus ortos ſub Cumani regimine; & quoniam orta ſeditio erat inter Samaritanos, & Galilæos, præfectus eſt Galilæis Procurator Tib. Claudius Felix, quare offenſus Cumanus (qui Galilæis infenſus erat) ſibi diminutam cum Felice Provinciam, magis magiſque tumultum fovit, ſicuti & Felix adverſus Cumanum, donec hoc anno miſſus in Syriam Præſes C. Ummidius Durmius Quadratus (ſic ſcribendum Blanchinus docet ex Noriſii Epocha Syromacedonum Diſſert. 3. cap 4. pag. 193. edit. Veron.) auditis populorum querelis Cumanum Romam miſit hoc anno, data Felici Judæa tota cum Galilæa, & Samaria in adminiſtrationem, quam-

vis & Felix puniri æque dignus eſſet ac Ventidius Cumanus, qui Romam ingreſſus lo exilium pulſus eſt ſequenti anno. Blanchinus ex Joſepho antiqu lib. 20. A

Quadratus autem datus eſt C. Caſſio Longino in Syria ſucceſſor hoc ipſo anno. Blanchinus ex eodem Joſepho. Pighius hæc differt in annum ſequentem.

Nero hoc anno capeſſendæ Reipublicæ habilis proclamatus eſt, ac dignus, qui vigeſimo ætatis anno Conſulatum iniret, dum interim Proconſulare imperium extra Urbem hoc anno obiret, Princeps Juventutis dictus.

Anno ab U. C. 804.
Olymp. CCVII. Anno IV.
Ær. Chr. 52.
TIB. CLAUD. IMP. AUG. 12.
PONT. PETRI 24. 25.

P. CORNEL. SULLA FAUSTUS.) Coſs.
L. SALVIUS OTHO TITIANUS.) B

Ita ex Tacito, Frontino, & Anonymo Noriſiano Pighius, Petavius, Mediobarbus, Pagius, Tillemontius, Almelovenius, & Blanchinus. Horum nomina Conſulum corrupta producuntur a Caſſiodoro, Idatio, & Mariano Scoto, ut bene Pighius monet, nempe apud Caſſiodorum, & Marianum legitur *Silvanus* pro Sulla, *Silvius* pro Salvio, atque apud Idatium legitur *Cato* pro Otho.

Pighius vult ſuffectum fuiſſe hoc anno Servilium Baream Soranum, ſed apud Almelovenium ex Lydiat. in ſerie Summ. Mag. pag. 59. leguntur ſuffecti hoc anno ex Cal. Jul.

SERVILIUS BAREA SORANUS.
M. LICINIUS CRASSUS MUCIANUS.

Quibus iterum ſuffecti ex Cal. Novembribus leguntur: C

L. CORNELIUS SULLA.
T. FLAVIUS SABINUS VESPASIANUS.

Hoc anoo Ventidius Cumanus in exilium pulſus eſt. Ita Pighius ex Joſepho.

Claudius hoc anno in lacu Fucino magnificentiſſimam naumachiam exhibet.

Claudius hoc quoque anno perficit duos magnificentiſſimos aquæductus a Cajo Caligula inchoatos. Pighius ex inſigni Inſcript. apud Frontinum, quem legas a Jo: Poleno illuſtratum.

Paulus Apoſtolus per menſes 18. Corinthi moratus, venit hoc anno Epheſum, ubi per biennium conſiſtit. Ita Blanchinus ex Actis Apoſt. cap. 19.

Anno ab U. C. 805.
Olymp. CCVIII. Anno I.
Ær. Chr. 53. D
TIB. CLAUD. IMP. AUG. 13.
PONT. PETRI 25. 26.

D. JUNIUS SILANUS. } Coſs.
Q. HATERIUS ANTONINUS. }

Ita ex Tacito, Idatio, & Anonymo Noriſiano, Pighius, Petavius, Mediobarbus, Pagius, Tillemontius, Almelovenius, & Blanchinus. Caſſiodorus correctior ea ultima editione Veneta habet Silanum, & Antoninum Coſs. ex quibus nihil hic opus examinis, aut cenſuræ.

Nero Octaviam Claudii filiam uxorem ducit, atque eleganti oratione in Senatu habita obtinet Ilienſibus immunitatem, Rhodiis libertatem, Apamienſibus, & Bizantiis tributorum in quinquennium remiſſionem. Ita Pighius ex Taciti Annal. lib. 12. Eadem habet & Tillemontius.

Claudius hoc anno Herodi Agrippæ Chalcidis Regi, E
qui filius erat Herodis Agrippæ Judæorum Regis, nepos Ariſtoboli, & pronepos Herodis Magni ex Mariamne auferi Regnum Chalcidis, datque illi Philippi Tetrarchiam, & Batanæam Trachonitidem, Gaulanitidem, Paneadem, & Abilinam. Ita Blanchinus ex Joſepho Antiquit. lib. 20. cap. 5. Ita & P. Calmet ſub hoc anno.

Anno ab U. C. 806.
Olymp. CCVIII. Anno II.
Ær. Chr. 54.
TIB. CLAUD. IMP. AUG. 14.
NERONIS CLAUDII AUG. 1.
PONT. PETRI 26. 27.

M. ASINIUS MARCELLUS. } Coſs.
M.' ACILIUS AVIOLA. }

Ita ex Caſſiodoro, Tacito, Svetonio, Seneca, Idatio, Anonymo Noriſiano Pighius, Petavius, Mediobarbus, Pagius, Almelovenius, Tillemontius, & Blanchinus.

Almelovenius ex Lydiat. in Ser. Sum. Mag. pag. 60. imaginatur ſuffectos Calendis Novembribus L. Annæum, vel Junium Gallionem. Recte ne, an non, Conſule Lydiat. loc. cit.

Prænomen Acilii incertum erat diu, eſſet ne Marcus, an Manius, ſed Manius ſcribendum eſt, ut Noriſius docet in Epiſt. Conſul. pag. 886. & 887. Manius enim erat Prænomen Aciliorum.

Claudius Auguſtus uxoris Agrippinæ dolo per veneficia extinctus eſt III. Id. Oct. annos natus LXIV. non completos, Imp. 14. Eique ſuccedit Nero, qui poſt Claudii mortem ex palatio lectica ductus in Caſtra, ſalutatus à Præt. militibus Imperator Auguſtus, ac deinde à Senatu approbatus, cum eſſet annorum tantum XVII. Imperii adminiſtrationem ſuſcepit. Imperavit autem Tib. Claudius annos XIII. menſes VIII. dies XX. eique divini honores decreti ſunt. Pighius ex Dione, Svetonio, ac Tacito.

S. Paulus expleto Epheſi biennio, unde primam ſcripſit Epiſtolam ad Corinthios, Macedoniam inviſit, ac deinde per Aſiam navigat in Syriam. Ita Blanchinus ex Actis Apoſt. cap. 20.

Hoc anno Petrus Romam redit ex Blanchino. Romam vero primùm hoc anno venit ex Pagio.

Hoc anno Antonius Pagius ponit primum adventum Petri in Urbem ex Oroſio, & ex iis quæ refert idem Pagius ad annum Chriſti 43. ac rurſus ad annum Chriſti 65., numeratque annos Romanæ Sedis ab anno primo Neronis.

Triplex ergo Epocha Pontificatus Petri aſſignatur à nobis. Initium primæ deſumitur a die Pentecoſtes, quo Spiritus Sanctus illapſus eſt Apoſtolis, quod contigit juxta calculum noſtrum menſe Maji, anni Æræ vulgaris Chriſti 28. Initium ſecundæ deſumitur ab Antiochenæ ſedis fundatione, quæ à Blanchino aſſigitur anno Chr. 33. ut conatur oſtendere in ſuis notis ad Anaſt. ſuum pag. 16. à Franciſco Pagio in Critic. ad Baron. tom. 1. ad annum Chriſti 38. ut videtur aſſignandum ejus initiam ex Chronico Euſebii, quod tamen mutilum in aliquot Codicibus circa hoc eſſe fertatur. Petavio vero aſſignendum videtur ad annum Chriſti 37. ut oſtendit libro XI. cap. XIV. de Doctr. Temp. Aliud alii ſentiunt, cum nullum de hoc evidens teſtimonium habeatur. Tertiæ Epochæ initium deſumitur à Sedis Romanæ fundatione quæ hoc anno ſtatuitur ab Antonio Pagio. A Blanchino vero ad annu Chriſti 40. quo Petrum Romam veniſſe putat. A Baronio ad annum Chriſti 42. à Petavio ad eundem annum Chriſti 42.

Prima Epocha eſt potius de Petri Pontificatu in Eccleſia univerſali. Secunda Epocha eſt de Sedis Antiochenæ fundatione. Tertia eſt de fundatione Romanæ Sedis, quam nos cum Blanchino ſtatuimus ad annum Chriſti 40. ita ut Petrus in hac ſederit circa XXV. annus. Qui vero ſtatuunt hunc primum annum Romanæ Sedis, adnumerant annos Sedis Antiochenæ.

Anno ab U. C. 807.
Olymp. CCVIII. Anno III.
Ær. Chr. 55.
NERONIS CLAUDII IMP. AUG. 1. 2.
PONT. PETRI 27. 28.

NERO CLAUDIUS IMP. AUG.) Coſs.
L. ANTISTIUS VETUS, aliis VETER.)

Ita ex Caſſiodoro, Idatio, Anonymo Noriſiano, & vetuſto Pont. Rom. catalogo Pighius, Petavius, Mediobarbus, Almelovenius, Pagius, Tillemontius, & Blanchinus.

Abdicavit Nero ſe Conſulatu poſt duos menſes, ut conſtat ex Svetonio, ſed quis illi ſuffectus fuerit Calendis Martiis, ignoratur. Almelovenius afferit unum ex ſuffectis videri Pompejum Paullinum, qui biennio poſt Proconſul Germaniam rexit cum L. Antiſtio Vetere. Tacitus certe Pompejum virum Conſularem nominat.

Agrippina Neronis mater in diſſenſionem cum filio paullatim venit propter Actes Libertæ, quam Nero deperibat, immodicum ejus amorem. Minante igitur Agrippina ſe ad Imperium provecturam Britannicum Claudii filium, hunc Nero con-

convivio acceptum veneno interficit; & modum A
cogitat, quo tollat & matrem. ita Pighius, & Petavius ex Taciti Annal. libro XII. & Dione, Svetonio, Xiphilino, & Zonara.

Paulus Apoſtolus venit in Macedoniam, atque iſtinc ſecundam ſcribit ad Corinthios, primam ad Timotheum, & deinde ad Titum. Ita Petav. ex Act. apoſt. Paulus deinde Hieroſolymam quinto venit, ubi a Judæis captus apud Felicem accuſatur, & captivus detinetur. Ita Blanchinus ex Act. Apoſt. cap. 24.

Anno ab U. C. 808.
Olymp. CCVIII. Anno IV.
Ær. Chr. 56.
NERONIS CLAUD. IMP. AUG. 2. 3.
PONT. PETRI 28. 29.
Q. VOLUSIUS SATURNINUS. } Coſs.
P. CORNELIUS SCIPIO. } B

Ita ex Tacito (qui tamen mendoſe ſcribit Cæpio pro Scipio) Anonymo Notiſiano, Idatio, Phlegonte, & antiqua inſcriptione ab Onufrio Panvino producta, Pighius, Petavius, Mediobarbus, Pagius, Tillemontius, Almelovenius, & Blanchinus. Pighius, & Almelovenius Cal. Julii duos alios Conſules ſuffectos fuiſſe putant, quos Almelovenius non nominat, ſed Pighius putat fuiſſe Curtilium Manciam, & Dubium Avitum, quia biennio poſt fuerunt in Germania Proconſules, & L. Veteri, & Pomponio Paullino ſucceſſerunt. Erat autem jam à pluribus annis inductus mos, ut ſaltem Calendis Juliis alii Conſules Ordinariis ſufficerentur.

Nero in omnem laſciviam projectus noctu ſervili habitu indutus lupanaria pererrat. Ita Pighius ex Tacito. C

Tribunorum plebis poteſtas coërcita eſt.

Hiſtriones ex Italia proſcribuntur.

Tib. Claudius Felix Romam revocatur, & datur ei ſucceſſor Porcius Feſtus Judææ Procurator, qui Paulum vinctum hoc anno Romam ad Cæſarem, quem Paulus appellaverat, mittit. Ita Petavius ex Act. Apoſt. cap. 28. Euſebii Chronico, & Hieronymo de Viris Illuſtr.

Hoc anno Petrus Romæ ordinavit Linum ad Epiſcopatum, ut Petri loco Romanum Epiſcopatum regeret, dum Petrus alio transferri deberet ad enuntiandum Chriſti Evangelium, & ut Petri adjutor eſſet, etiam cum Petrus præſens erat. Vide Blanchinum in notis ad Anaſtaſium pag. 18

Anno ab U. C. 809.
Olymp. CCIX. anno I.
Ær. Chr. 57. D
NERONIS CLAUDII IMP. AUG. 3. 4.
PONT. PETRI 29. 30.
NERO CLAUDIUS AUG. II. } Coſs.
L. CALPURNIUS PISO. }

Ita ex Caſſiodoro, Tacito, Idatio, Anonymo Noriſiano, Mariano Scoto, & aliis Pighius, Petavius, Pagius, Mediobarbus, Tillemontius, Almelovenius, & Blanchinus.

Panvinius, & Almelovenius putant alios duos Conſules in duorum iſtorum locum ſuffectos ex Cal. Jul., nam conſtat ex Svetonio Neronem hunc Conſulatum ſex menſes tantum geſſiſſe, ſed qui ſuffecti fuerint aſſerere certo neſciunt. Panvinius & Almelovenius putant fuiſſe Decennium Geminum, & Pompejum Paullinum. Sed hunc Conſulem eſſe non potuiſſe hoc anno demonſtrat Pighius, namque hoc anno Paullinus hic Germaniam inferiorem Legatus regebat. Almelovenius tamen ex Thoma Lydiat. Ser Summ. E
Mag. pag. 62. confirmat fuiſſe hos ſuffectos:

DECENNIUM GEMINUM.
POMPEJUM PAULLINUM.

Sponius tamen in Miſcellan. Erud. Antiq. pag. 278. ponit hos Conſules Ordinarios:

NERONEM II.
CÆSIUM MARTIALEM,

quem tamen ſuffectum Piſoni oportet fuiſſe Cal. Martiis.

Sed cum aliunde non habeamus aliud documentum, hos admittere non audemus.

Petrus hoc anno, relicto Lino Romæ Vicario, provincias aliquot Occidentales inviſit, & pluribus ad Chriſtum converſis, Epiſcopos per Civitates inſtituit. Paulo interim Romam adventanti, qui poſt naufragium Melitam appulerat, tum Syracuſas, ac deinde Puteolos, Fideles Romani occurrunt illi ad Forum Appii ad Tres Tabernas. Blanchinus ex Act. Apoſt. cap. 28. & ex ſuis obſervationibus in Anaſtaſium.

Apud profanos Principes nihil hoc anno geſtum memoria dignum.

Anno ab U. C. 810.
Olymp. CCIX. Anno II.
Ær. Chr. 58.
NERONIS CLAUDII IMP. AUG. 4. 5.
PONT. PETRI 30. 31.
NERO CLAUD. IMP. AUG. III. } Coſs.
VALERIUS MESSALLA. }

Ita ex Caſſiodoro, Tacito, Idatio (qui addit Meſſallæ aliud cognomen *Corvini*) Mariano Scoto, Anonymo Noriſiano &c. Pighius, Petavius, Mediobarbus, Pagius, Almelovenius (qui addit Meſſallæ prænomen Marci, ut & Blanchinus, & Pighius) Tillemontius, & Blanchinus. Cum autem conſtet ex Svetonio, ut Pighius notat, tertium hunc Neronis Conſulatum fuiſſe quadrimeſtrem, ideo quærendi ſunt Conſules ſuffecti, quorum nulla extat apud auctores mentio. Almelovenius putat ſuffectum Neroni Cal. Maji C. Svetonium Paullinum, ſed ſimul dubitat. Immo non video cur Almelovenius hoc nomen intrudat, cum potius contrarium conſtet ex Taciti loco, quem citat Annal. lib. XVI. cap. 14. Cajus enim Svetonius hic fuit ſemel tantum Conſul cum L. Pontio Teleſino anno Chr. 66., ut videbimus ſuo loco.

Imo C. Svetonius Paullinus erat hoc anno Proconſul in Britanniam miſſus, ut conſtat ex Tacito in Agricolæ vita. Ergo non fuit hoc anno Conſul.

Bellum cum Parthis, Tiridate, & Vologeſo Regibus ob Armeniam duce Corbulone renovatur. Exciſa ſunt aliquot Caſtella, & Artaxata Urbs Regia à Romanis capitur; quare Neroni ſtatuæ & aræ erectæ ſunt. Ita ex Tacito, & Svetonio Pighius.

Nero Poppæam Salvii Othonis uxorem deperit, atque hac marito ablata, Rivalis impatiens Othonem Luſitaniæ præficit. Pighius, & Petavius ex Tacito, Svetonio, Dione, Zonara &c.

Paulus hoc anno ſcribit ad Galatas, ad Epheſios, ad Philippenſes, atque ad Colloſenſes. D. Lucas ſcribit Romæ Acta Apoſtolorum, dum Paulus per biennium in domo conducta Chriſti fidem prædicat. Ita Petavius, & Blanchinus ex ſuis obſervationibus.

Anno ab U. C. 811.
Olymp. CCIX. Anno III.
Ær. Chr. 59.
NERONIS CLAUDII IMP. AUG. 5. 6.
PONT. PETRI 31. 32.
L. VIPSANIUS APRONIANUS. } Coſs.
L. FONTEJUS CAPITO. }

Ita ex Tacito, Plinio, Solino, Idatio, Anonymo Noriſiano, & aliis Pighius, Petavius, Mediobarbus, Pagius, Almelovenius, Tillemontius, Blanchinus, & alii.

Nero ut Poppæa Sabina ſecurius potiretur, & Octaviam dimitteret ſibi ab Agrippina uxorem datam, Agrippinam matrem die feſto Quinquatruum Minervæ ſacro, qui cadebat in diem 19. Martii interfecit. Ita Pighius, Petavius, Pagius, & Blanchinus ex Svetonio.

Die 30. Aprilis Sol obſcuratus eſt, dum ſacra fierent in honorem defunctæ Agrippinæ. Hæc Solis defectio contigit Romæ hora ſecunda poſt meridiem. Ita Ant. Pagius, & Petavius ex calculis Aſtronomicis, & Plinio lib. 2. cap. 70

Hoc anno, & non antecedenti, ut Pagius contra Mediobarbum ſentit, celebravit Nero ſui Auguſtalis Imperii Quinquennalia. Neque verò ex verbis Dionis à Pagio citatis arguitur Neronem Forum obſoniorum, ſeu macellum dedicaſſe anno antecedenti, atque hoc anno ſpectacula Juvenilia edidiſſe, ſed eodem potius anno Macellum dedicatum fuiſſe, & Juvenilia celebrata, poſt illud quidem, ut ait Dio, ſed non anno poſt, ut intelligit Pagius. Mediobarbus ſane transfert in ſequentem annum Chr. 60. Numiſma cuſum, in quo legitur: *Nero Claudius Cæſar Aug.*

Aug. Germ. P. M. Tr. P. Imp. P. P. Sed nos hoc anno cuſum putamus ratione Quinquennalium. Hoc enim anno terminabatur quintus Imp. Neronis annus. Immo & Juvenilia hoc anno Quinquennalium gratia celebrata cenſemus. Erat enim mos Quinquennalia celebrare aliquo peculiari ſpectaculo, quod fuiſſe puto Juvenilia hoc anno celebrata poſt mortem Agrippinæ, ut conſtat etiam ex Taciti Annal. lib. 14, in quibus Nero barbam primum ſibi abradi fecit, atque ejus pilos in ſphæram auream conjectos Jovi Capitolino dedicavit. Ita Pagius ad annum Chr 59. num. II. ex Dionis lib. 61.

Petrus Apoſtolus Occidentales Provincias peragrat, Epiſcopos variis in locis inſtituit, & uſque ad Britannos profectus creditur, ex antiquis Scriptoribus a Vendelino obſervatis. Ita Blanchinus in ſuis Notis ad Anaſtaſ. Tom. II. pag. 53.

Anno ab U. C. 812.
Olymp. CCIX. Anno IV.
Ær. Chr. 60.
NERONIS CLAUDII IMP. AUG. 6. 7.
PONT PETRI 32. 33.

NERO CL. AUGUSTUS IV. } Coſs.
COSSUS CORNEL. LENTULUS. }

Ita ex Taciti Annal. lib. 14. cap. 20. Frontino de Aquæduct. ſect. 102. Grutero pag. 108. & ex lapide antiquo in Palatio Farneſiano, Caſſiodoro, Idatio, Anonymo Noriſiano, & aliis Pighius, Petavius, Mediobarbus, Pagius, Almelovenius, Tillemontius, & Blanchinus.

Quia verò ſemeſtrem tantum Conſulatum hunc Nero geſſit, ut refert Svetonius, ideo Neroni, & Lentulo Calendis Julii alii duo Conſules ſuffecti ſunt, quorum nomina ignorantur, ac fortè ſunt T. Ampius Flavianus, & M. Aponius Saturninus, quos viros Conſulares Tacitus haud ſemel vocat, & bello Vitelliano M. Aponius Mœſiam, T. Ampius Pannoniam texit, ut Pighius obſervat.

Hoc anno Laodicæa ex primoribus Aſiæ Urbibus terræmotu concidit. Ita Pighius, & Petavius ex Taciti Annal. lib. 14.

Puteoli jus Coloniæ, & cognomen acceperunt. Ita Pighius, & Pagius ex Tacito, & Frontino.

Cometes hoc anno apparuit, ac fulmen menſam dapeſque Neronis, adſtante ipſo disjecit. Ita Pighius ex Tacito, Svetonio, & Xiphilino.

Cn. Domitius Corbulo mortuo Vinidio Quadrato Syriam Præſes obtinuit. Ita Pighius, ſed melius Pagius, & Blanchinus hoc in annum ſequentem differunt.

Bene tamen Pighius cum Antonio Pagio Lucejum Albinum Procuratorem Judææ impoſitum refert loco Porcii Feſti in Provincia mortui. Ex Euſebii Chron. Blanchinus melius hoc differt in ſequentem annum.

Hoc anno Jacobus Apoſtolus frater Domini ab Anani Pontificis factione lapidibus obrutus eſt, quapropter Ananus Pontificatu ab Albino ſpoliatus eſt. Ita Pighius, & Pagius ex Joſepho, Euſebio, & Zonara.

In locum Jacobi ſubſtitutus eſt Simeon Hieroſolymæ Epiſcopus.

Anno ab U. C. 813.
Olymp. CCX. Anno I.
Ær. Chr. 61.
NERONIS CLAUDII IMP. AUG. 7. 8.
PONT. PETRI 33. 34

C. CÆSONIUS PÆTUS. } Coſs.
C. PETRONIUS TURPILIANUS. }

Ita ex Tacito, Dione, Plinio, Mariano Scoto, Anonymo Noriſiano, Pighius, Petavius, Mediobarbus, Almelovenius, Pagius, Tillemontius, & Blanchinus. In Caſſiodoro mendoſè ſcribitur *Pius* pro *Pætus*, & *Lætus* pro *Pætus* in Idatio, niſi fortaſſe *Lætus* eſt aliud *Pæti* cognomentum, quod non videtur.

Pagius, & Blanchinus nullum prænomen adſcribunt Cæſonio Pæto. Et quia ex Tacito colligitur Petronium abdicaſſe, ideo Calendis Julii duos alios ſuffectos addunt, ex quibus fortaſſe fuit Vettius Bolanus, quem Tacitus virum Conſularem vocat. Annal. lib. 18. alter Calviſius Ruſo ex Gruter. pag 64. n. 9.

Britanni Bunduica Regina duce rebellant a Romanis, Coloniam Camalodunum expugnant, multis veteranorum, & Civium Romanorum peremptis. Legio nona, quæ in auxilium miſſa erat, fuſa, & profligata eſt, Londinum, & Verulamium, Urbes exciſæ. Verum Svetonius Proconſul collecto reliquo exercitu, pugnam commiſit, & cæſis hoſtium octoginta millibus, bello finem impoſuit. Ita ex Taciti Annal. lib. 18. Pighius, & alii ferè omnes.

Quadrato, per decennium Syria adminiſtrata, mortuo ſuccedit Cn. Domitius Corbulo. Ita Noriſius in Cenot. Piſ. Diſſert. II. cap. 16. paragr 13. pag. 523. & ſequ.

Anano Judæorum Pontifici ſuccedit Jeſus. De ſucceſſione Corbulonis in Syria vide Noriſ. Cenot. Piſ. pag. 529. edit. Veron. cui ſubſcribimus.

Anno ab U. C. 814.
Olymp. CCX. Anno II.
Ær Chr. 62.
NERONIS CLAUDII IMP. AUG. 8. 9.
PONT. PETRI 34 35.

P. MARIUS CELSUS. } Coſs.
L. ASINIUS GALLUS. }

Ita ex Taciti Annal. lib. 19. cap. 48. Idatio, & Anonymo Noriſiano Pighius, Petavius, Mediobarbus, Pagius, Almelovenius, Tillemontius, & Blanchinus. Caſſiodorus ſcribit mendoſe *Macrinus*, & Marianus Scotus *Marinus* pro Mario, quod, mendum eſſe, omnibus conſtat ex eodem Tacito.

Quia vero initio hujus anni Tacitus Junium Marullum Conſulem deſignatum refert, qui tamen ſequ. anno Conſul non fuit, ideo videtur ſuffectus in aliquot menſes alterutri ex Conſulibus Ordinariis ſuperius notatis, aut alterutri ex duobus aliis hoc anno ſuffectis, qui ſunt:

L. ANNÆUS SENECA.
TREBELLIUS MAXIMUS.

Quos Panvinius hoc anno ex Cal. Jul. ſuffectos colligit ex Tacito, & Dione, & ex digeſt lib 36. tit. pr. ad S. C. Trebellianum, atque ex Ulpiano lib. 3. fideicommiſs. Eadem nomina recitantur lib. 2. Inſtitut. tit 23. de fideicommiſſariis hereditatibus. Ita Pighius, & Almelovenius.

Octaviam Nero repudiat titulo ſterilitatis, atque in Pandatariam Inſulam relegat, ac paullo poſt interfici jubet. Pighius.

Burrhus Præfectus Prætorio magnum Reipublicæ pravis hiſce temporibus præſidium, & ornamentum, veneno à Nerone conficitur, ſubſtitutis in ejus locum Fenio Ruſo, & Tigellino, qui Senecam criminantur. Seneca miſſionem poſtulat a Nerone, nec impetrat. Pallantem libertum, olim Claudio cariſſimum, ob immenſas opes è medio tollit Nero. Ita Pighius, Petavius, & Tillemontius ex Taciti Annal. lib. 14. & 15.

C. Cæſonius Pætus Proconſul in Armeniam miſſus a Vologeſo Parthorum Rege cum duabus Legionibus in Caſtris obſeſſus ignominioſe deditur, miſſis turpiter a Vologeſo ſub jugum legionibus. Ita ex Oroſio, Eutropio, ac Tacito Pighius. Marcus Alexandriæ martyrium ſubit, eique in cathedra ſuccedit Anianus. Evodio, qui D. Petro in cathedra Antiochiæ ſucceſſit, ob fidem Chriſti interfecto, ſuccedit Ignatius. Ita Blanchinus ex D. Hieronymo de Scriptoribus Eccleſiaſticis.

S. Petrus Romam redit poſt peragratas Occidentis provincias, Simonis Magi præſtigia quibus populum fallebat, oppugnaturus. Ita Blanchinus ex Theophilacto.

Anno ab U. C. 815.
Olymp. CCX. Anno III.
Ær. Chr. 63.
NERONIS CLAUDII IMP. AUG. 9. 10.
PONT. PETRI 35. 36.

C. MEMMIUS REGULUS. } Coſs.
L. VERGINIUS RUFUS. }

Ita ex Taciti Annal. lib. 15. cap. 23. Frontino de Aquæductibus ſectione 102. Idatio, & Anonymo Noriſiano Pighius, Petavius, Pagius, Mediobarbus, Tillemontius, Almelovenius, & Blanchinus.

Diſſentiunt plerique in prænominibus. Alii enim L. Memmium vocant pro C. Memmio, alii Regulo dant prænomen Paulli, alii Publii, cum nos ex Epiſt. Conſulari pag. 891. Edit Veron. Noriſium ſequi coacti ſimus ex Gruteri Inſcript. pag. 8. num. 3.

Ter-

Terræmotus hoc anno plura Oppida in Campania diruit, magna hominum clade. Ita Pighius, & Petavius, ac Tillemontius ex Seneca Natur. Quæſt. lib. VI.

Poppææ ex Nerone naſcitur filia, cui ſicut & Matri Auguſtæ nomen datum. Ita Pighius, & Petavius ex Taciti Annal. lib. XV.

Cn. Domitius Corbulo Vologeſum Parthorum Regem reprimit, & cogit Tiridatem deponere Regalia inſignia ad Neronis imaginem. Ita iidem ex eodem.

Simon Magus hoc anno, precibus Petri, ex aëre in terram lapſus, cruribus fractis, dum volatum edere nititur, cœlo lapſus, ludibrio habetur. Ita Blanchinus ex ſuis in Anaſtaſium obſervationibus.

Alpium maritimarum populi jure Latii à Nerone donantur. Ita Pighius, & Petavius ex Taciti Annal. lib. XV.

Anno ab U. C. 816.
Olymp. CCX. Anno IV.
Ær. Chr. 64.
NERONIS CLAUDII IMP. AUG. 10. 11.
PONT. PETRI 36. 37.
C. LECANIUS BASSUS. } Coſs.
M. LICINIUS CRASSUS. }

Ita ex Caſſiodoro, Tacito, Frontino, Idatio, Anonymo Noriſiano, & aliis Pighius, Petavius, Notiſius, Pagius, Mediobarbus, Almelovenius, Tillemontius, & Blanchinus, qui tamen mendosè addit Lecanio prænomen *Lucii* pro Caji.

Urbis incendium, in Circo maximo excitatum, ſex diebus continuis tota Urbe debacchatur, quo nullum gravius poſt Urbem à Gallis captam viſum eſt. Neronis juſſu factum quamplurimi Auctores tradunt, ut Trojæ ardentis imaginem ſpectare poſſet. Verum ut invidiam declinaret, ac rumorem tanti facinoris aboleret, Chriſtianos in pœnam traxit velut incendii auctores, quos ideo exquiſitiſſimis ſuppliciis affecit. Ita Pighius ex Tacito, Svetonio, Xiphilino, Oroſio, Eutropio, & aliis. Hinc orta eſt prima Eccleſiæ perſecutio.

Elienſes, Neronis juſſu ludos Olympicos, qui celebrari debebant anno ſequenti circa ſolſtitium æſtivum, in ſecundum ſequentis Olympiadis annum diſtulerunt. Vide quæ dicemus ad annum Chr. 66. Ita Blanchinus ex Philoſtrato in vita Apollonii, unde Olympiadum calculi anno integro apud aliquos retardantur. Nos tamen antiquum morem ſequimur cum ceteris aliis.

Cn. Domitio Corbuloni Syriæ Præſidi ſucceſſor datur hoc anno C. Ceſtius Gallus Cametinus, ita tamen ut armorum regimen apud Corbulonem remanſerit. Eodemque tempore Albino, qui Portio Feſto ſucceſſerat Judææ Procuratori, datus eſt ſucceſſor Geſſius Florus, qui ſui regiminis acerbitate Bello Judaico principium dedit. Ita Pighius ad antecedentem annum, & Pagius recte ad hunc annum ex Joſephi antiqu. lib. 2. cap. 9.

Hoc anno habetur Ordinatio S. Clementis ad Epiſcopatum. Blanchinus in ſuis Notis ad Anaſtaſium pag. 55.

Anno ab U. C. 817.
Olymp. CCXI. Anno I.
Ær. Chr. 65.
NERONIS CLAUD. IMP. AUG. 11. 12.
PONT. PETRI 37. 38.
PONT. LINI 1.
A. LICINIUS NERVA SILIANUS. } Coſs.
M. VESTINUS ATTICUS. }

Ita ex correctione Noriſii Epiſt. Conſ. pag. 893. & 894. Blanchinus, Pagius, & Tillemontius. Vide Noriſii Epiſt. Conſ. loc. cit. ubi producit Gruteri Inſcript. pag. 80. num. 3., & Velleji Paterculi teſtimonium. Erat igitur Aulus Licinius Nerva P. Silii filius. Quem quia adoptavit Aulus Licinius Nerva, ideo aſſumpto prænomine, nomine, & cognomine adoptantis, mutavit ſibi nomen proprium Silii in Siliani, ut mos erat apud Romanos. Ita Pauli Æmilii Macedonici filius, cujus proprium nomen erat Æmilius, poſtquam adoptatus eſt à Scipione Africano, aſſumpſit nomen Scipionis, & mutavit proprium Æmilii in alterum Æmiliani. Ita ex Octavio, Octavianus &c. Auguſtus enim, cui nomen erat à principio C. Octavius Thurinus, poſtquam a C. Julio Cæſare adoptatus eſt, vocari cœpit C. Jul. Cæſar Octavianus.

Ita Marcus Veſtinius Atticus nominandus eſt alter Conſul ex eodem Noriſio, non C. Julius Atticus Veſtinus, ut vocant Pighius, Petavius, Mediobarbus, Almelovenius, & alii ex Tacito, & Svetonio. Taciti enim, & Svetonii variant in hoc lectiones, & alii aliter legunt. Clarè habentur hæc duorum Conſulum nomina in Phlegonte, & patet illorum error, qui pro M. Veſtinio Attico, legunt *C. Julium Atticum Veſtinum* decepti à Panvinio, cum hunc M. Veſtinium vocari Noriſius oſtendat auctoritate Quintiliani, qui eum ſic nominat.

Quia vero à principio hujus anni conſtat ex Taciti Annalibus Conſules deſignatos fuiſſe Plautium Lateranum, & Anicium Cerealem, & Plautius Lateranus antequam Conſulatum iniret occiſus eſt a Nerone, & M. Veſtinius Atticus interemptus eſt ab eodem Nerone, ut ejus uxore Statilia Meſſallina potiretur, ideo credibile eſt Anicium Cerealem ſuffectum fuiſſe in locum M. Veſtinii Attici, ut bene Pighius obſervat, atque Almelovenius.

C. Piſonis conjuratio adverſus Neronem detecta occaſionem dedit Neronis crudelitati, ut Urbem plurimorum virorum illuſtrium cædibus funeſtaret, inter quos M. Veſtinius Atticus, Plautius Lateranus, L. Annæus Seneca Philoſophus, & Lucanus Poeta interfecti ſunt: Priores duo jugulati, poſteriores duo ſecta vena conſumpti. Ita Pighius ex Dione, Svetonio, & Taciti Annal. lib. XV. & lib. XVI.

Hoc anno ſæva Peſtis graſſata eſt Romæ, & Poppæa Neronis uxor prægnans a marito calcis ictu percuſſa periit. Ita Pighius ex iiſdem Auctoribus.

Hoc quoque anno Petrus Neronis juſſu cruci confixus eſt die 29. Junii, ac die ſequenti electus eſt illi ſucceſſor Linus. Blanchinus, Pagius, Godefridus Henſchenius, Daniel Papebrochius, & Nicolaus Toinardus in ſuis actis ad Lactant. de mort. Perſec. cap. 2. ex eodem Lactantio, & antiquo Pontificum Rom. Catalogo Liberii ætate ſcripto (ut Blanchinus aſſerit) & aliis documentis, quæ profert Blanchinus ad Petri vitam ab Anaſtaſio ſcriptam.

Eadem die, qua Petrus crucem ſubivit, Paulus capite truncatus eſt.

Cum autem Blanchinus ex die XXI. Aprilis anni Chriſti vulgaris 40. deſumat initium Romanæ Sedis, eadem videlicet die, qua in Parilibus Roma condita eſſe fertur, ideo Petrus regnavit annos 25. menſes 2. dies 7.

Quamvis enim Petrus Romanam Sedem ſtabiliverit die 18. Januarii anni Chr. 40. initium tamen Romani Pontificatus deſumptum eſt a Blanchino juxta veterum Auctorum morem à die 21. Aprilis, ut numeratio annorum ab U. C. conveniret cum Epocha Romani Pontificatus, aut potius cum Epocha ipſa Chriſti ab ejus Incarnatione principium deſumente, ut diu Romani Pontifices deſumere conſueverant, atque ut adhuc Venetiis, & Florentiæ in uſu eſt. Qui plura deſiderat conſulat Pagium, & Blanchinum, quorum hic anno vulgaris Æræ Chriſti 33. vult à Petro fundatam Antiochenſem Cathedram, anno vero Chriſti 40. Romanam, itaut à morte Chriſti ad Sedem Antiochenam interceſſerint anni 5. à Sede Antiochena ad Romanam anni ſeptem non completi, à Sedis Romanæ fundamine ad Petri martyrium anni 25. quorum 25. annorum ſpatio Petrus Occidentales provincias peragravit, ac deinde poſt annos 8. ab ejus adventu primo in Urbem, in Judæam redierit, pulſis Judæis Roma anno Chr. 48 à Claudio Cæſare; tum Romam redierit anno Chr. 56. tum anno Chr. 59. Roma diſceſſerit, ut Occidentales provincias iterum peragraret, tum demum Romam redierit anno Chr 62., cum Paulus jam eſſet Romam ingreſſus abſente Petro anno Chr 58. ac tandem anno Chr. 65. martyrium paſſus ſit eodem quo Paulus die. Obſtant tamen Blanchino ſolvendæ adhuc haud leves difficultates circa hanc annorum diſtributionem ab ipſo factam, nec Petrus videtur fuiſſe Romæ, cum Paulus eò pervenit, digreſſus fortaſſe Roma anno Chr. 57. non vero 59. quo Paulus jam erat Romæ, ut putat Blanchinus. Vide etiam Antonium Pagium in Critica ad

Baroniom, qui longè à Blanchino diverſus abit, dum nos ad alia properamus.

Annn ab U. C. 818.
Olymp CCXI. Anno II.
Ær. Chr. 66.
NERONIS CLAUDII IMP. AUG. 12. 13.
LINI PONT. 1. 2.
C. LUCIUS TELESINUS. } Coſs.
C. SVETONIUS PAULLINUS. }

Ita ex Caſſiodoro, Tacito, Xiphilino, Frontino, Idatio, Mariano Scoto, Gruteri Inſcript. ad pag. 1102., & Clementino in Hiſtoria Ariminenſi lib 1. Noriſius, Pagius, Tillemontius, Blanchinus, & alii. Panvinius, Baronius, Pighius, Petavius, Lipſius, Mediobarbus, & Almclovenius pro C. Lucio Teleſino, ſcribunt *L. Pontius Teleſinus*, accipientes nomen Lucii tamquam prænomen Teleſini, cum eſſet proprium nomen familiæ, atque ideo in Monumentis antiquit legatur nomen Lucii cum duplici c c ad diſtinctionem prænominis, quod ſcribi debet ſimplici c. Vide Noriſii Epiſt Conſul. pag. 895. 896. & 897. Nomen igitur *Pontii* Teleſino datum eſt à Panvinio, non quia ſic reperit ſcriptum, ſed quia legens Vellejum Paterculum lib. 2. reperit neſcio quem alium Teleſinum, quem Pontium Teleſinum Vellejus nominat, fuitque Dux Samnitium in bello ſociali anno U. C. 662. Capitolino, nempe 154. ante hunc annis, atque ideo putavit etiam hunc eſſe ex familia Pontia, cum hic ex familia Lucia fuerit, ut evidenter oſtendit eruditiſſimus Card. Noriſius.

Plures illuſtres viros interfici hoc anno jubet Nero, inter quos Lucius Annæus Mela, Senecæ Philoſophi frater, & pater Lucani Poetæ, C. Petronius Turpilianus, (qui Legatus in Britannia fuit) & duo unicu eo tempore humanæ virtutis exemplu Thraſea Pætus, & Barea Soranus. Pighius ex Tacito.

Thiridates ex Regia apud Parthos familia, Neapolim hoc anno venit, ac Romam ductus à Nerone honorificentiſſimè exceptus Armeniæ Regnum accipit. Pighius ex Tacito, Svetonio, & Xiphilino.

Tiberius Alexander Ægyptios natione, qui anno U.C. 798. Judææ Procurator fuit, nunc in Ægyptum Legatos mittitur, ac Judæos Alexandriæ adverſus populum tumultuantes, immiſſis cohortibus, ad quinquaginta uſque millia eorum, cujuſque ætatis, & ſexus trucidat, direptis illorum omnibus bonis. Pighius ex Joſepho de Bello Judaico lib. 2. cap. 21.

Hoc anno cœpit bellum Judaicum, nempe ſub finem hujus anni, quo cœptus erat menſe Octobri annus duodecimus Imperii Neronis, nam cum Geſſius Florus Judæos immodicis, & iniquis exactionibus expilaret, Judæi à Romanis defecerunt, Florum commiſſo prœlio ceciderunt, & Ceſtium Gallum Syriæ Præſidem, qui ſuis legionibus tumultum compeſcere meditabatur, ac Templum Hieroſolymæ obſederat, pluribus incommodis cædibuſque affecerunt, & obſidionem ſolvere coegerunt. Rapta etiam Romana Aquila, quod contigit die 8. Novembris. Ita Noriſius in Epiſt. Conſul pag 897. 898. 899. &c. edit. Veron. ex Joſepho lib. 2. de bello Judaico, & Svetonio in Veſpaſiano.

Soluta Templi obſidione, Judæi Præfecturas adverſus Romanos diſtribuerant, & Joſepho Hiſtorico cum eſſet annorum XXX. commiſſa eſt utraque Galilæa. Ita Pagius ex Joſepho de bello Judaico lib. 2. cap. 25.

Circa veris initium trajecit in Græciam Nero, utque in Achaja commoratus eſt, comite Veſpaſ. uſque ad ſolſtitium æſtivum, quo perrexit in Elidem ad ludos Olympicos. Ita Noriſius Epiſt. Conſul. pag. 897. 898. 899. &c. edit. Veron. Ita & Pagius docet ſub anno ſequenti, numero II. ex Dionis lib. 63. & Svetonio in Nerone cap 25.

Nero interea acceptis Nuntiis à Ceſtio Gallo de clade accepta, Veſpaſiano commiſit curam belli Judaici, qui præmiſit Titum filium Alexandriam, ipſo in Syriam terreſtri via profecturo. Ita Noriſius in Epiſt. Conſulari pag 899. & ſequ.

Anno ab U. C. 819.
Olymp. CCXI. Anno III.
Ær. Chr. 67.
NERONIS CLAUDII IMP. AUG. 13. 14.
LINI PONT. 2. 3.
CLEMENTIS PONT. 1.
L. FONTEJUS CAPITO. } Coſs.
C. JULIUS RUFUS. }

Ita ex Caſſiodoro, Idatio, Faſtis Siculis, & antiquo Pontificum Romanorum Catalogo Pighius, Petavius, Mediobarbus, Pagius, Tillemontius, Almelovenius, & Blanchinus, qui etiam hoc confirmat ex Faſtis marmoreis Coloniæ Caſinatis in Muſæo Albano Romæ.

Falſo Panvinius, & Pighius hoc anno aſſerunt Neronem audita Galliarum defectione, amoviſſe Conſules Magiſtratu, ſeque ipſum ſuffeciſſe in eorum locum Conſulem ſolum, dum expeditionem parabat in Gallias, ut videbimus ſequenti anno. Lege Noriſii Epiſt. Conſul. Tom. II. pag. 897. 898. & 899. ubi deſcribitur quidquid Nero antecedenti anno, & hoc ipſo in Græcia peregit.

Neronem in Græciam profectum anno antecedenti circa veris initium, aut circa primam æſtatem, oſtendit Pagius in Crit. ad Baronium ad annum Chr. 66. num 3. ex Joſepho lib 2. de Bello Judaico cap. 25. ubi refert legationem miſſam à Ceſtio Gallo Syriæ Præſide in Achajam ad Neronem de rebus Judaicis ex pravo Geſſii Flori regimine conturbatis, & de cladibus acceptis, infauſta nuntiantem, quæ profecto legatio ad Neronem, nonniſi ſub finem antecedentis anni pervenit. Miſſo igitur in Judæam Veſpaſiano, qui in Græcia anno præterito eum Nerone commorabatur, Nero interim fodiendo Iſthmo Corinthiaco uſque ad finem Autumni occupatus, ab Helio Liberto ſuo, qui propterea in Græciam trajecerat, ſolicitatus ad reditum metu conjurationis paratæ in ipſum Neronem, Nero Neapolim redit, ac deinde Romam, triumphum ducens de coronis ab ipſo in ludis Olympicis anno præterito reportatis, ac mox Neapolim rediit, ubi reliquum hujus anni tranſegit. Ita Pagius ex Dione lib. 63. Falſo igitur in hunc annum martyrium SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli à Baronio, & Petavio, atque ab aliis pluribus transfertur, cum vetuſta traditio ſit Romæ martyrium paſſos die 29. Junii, Nerone Romæ commorante.

Ludos autem Olympicos Neronis gratia dilatos in ſecundum non in tertium, ut putat Pagius, annum, conſtat ex Noriſii Epiſt. Conſulari loc. cit.

Nero interim vocato ad ſe è Syria in Græciam Cn. Domitio Corbulone (quem Nero ob inſignem ejus virtutem metuebat) venienti miſſis obviam percuſſoribus interfici jubet, quos tamen ſuo ipſe gladio prævenit. Ita Pighius ex Xiphilino ad annum U. C. 806., atque iterum ad annum hunc U. C. 819.

Linus hoc anno martyrio coronatus eſt die 23. Sept. cum ſediſſet a morte Petri annos duos, menſes duos, ac dies 23. Cum autem in Breviario Romano legatur Linum ſediſſe Romæ annos undecim, menſes duos, dies viginti tres, hoc intelligendum eſt de ſua Ordinatione ad Epiſcoparum, quæ contigit anno Chr. 56. Saturnino, & Scipione Conſulibus, ut eſſet Romæ Petri Vicarius, & Coadjutor. Confirmat hoc ex D. Hieronymo etiam Franciſcus Pagius in Brev. Crit. Chron. in vita Lini, ſicuti & Blanchinus in Notis ſuis ad Anaſtaſium Tom. II. pag. 18. ad vitam Petri, ex quo conſtat Ordinatum fuiſſe Epiſcopum Romæ Coadjutorem Petri novem integros annos, antequam Summus ipſe Pontifex poſt Petri mortem eligeretur. Die 24. Sept. electus eſt Clemens Summus Pontifex. Ita Pagius, & Blanchinus.

Quantum à vero aberrarit Euſebius, qui Clementis Pontificatum inchoatum refert anno Chriſti 93. Vide Pagii Criticam ad Baronium ſub anno Chr. 78.

Annn ab U. C. 820.
Olymp. CCXI. Anno IV.
Ær. Chr. 68.
NERONIS CLAUDII IMP. AUG. 14. 15.
SER. SULPICII GALBÆ IMP. AUG. 1.
CLEMENTIS PONT. 1. 2.
C. SILIUS ITALICUS. } Coſs.
M. GALERIUS TRACHALUS. }

Ita Panvinius, Pighius, Noriſius in Epiſt. Conſul. Tom. II. pag. 903. edit. Veron., & alii omnes

Chro-

Chronologi ea faſtis Siculis, & vetuſto Pontif. A Rom. Catalogo, Frontino de Aquæductibus, & Idaiio.

Panvinius, Pighius, & alii addunt ex Caſſiodoro cognomentum *Turpiliani* Galerio Trachalo Sed Noriſius hoc cognomentum reprehendit, & falſo additum putat.

Blanchinus ablatis utrique Conſuli prænominibus, primum Conſulem vocat Tib. Catium Silium Italicum, ſecundum vero Galerium Trachalum. De Trachali prænomine dubitamus & nos; nam ea monumentis antiquis non habetur. Unde Panvinius hoc prænomen addiderit, ignoramus, nam falſo ſcribit Tacitum meminiſſe M. Galerii Trachali, cujus quidem bis meminit Tacitus, ſed prænomen non addit. Unde vero Blanchinus addat Silio Italico prænomina Tib. Catii non ſatis docet. Ceteri omnes dant Silio Italico prænomen Caji, quod & Chriſtophoro Cel- B lario in Diſſertatione ad Silium Italicum ultimæ editionis Hollandicæ comprobatum eſt, cum hoc prænomen Caji ſit commune Siliæ genti. Hic eſt ille Poeta clariſſimus, cujus extant opera. Fueritne Hiſpanus an Italus, vide Cellarium loc. cit., & Jo. Ger. Voſſium de Poetis Latinis.

Cum eſſet Nero Neapoli principio hujus anni uſque ad veris initium, Julius Vindex Legatus Galliæ Tranſalpinæ, deſciſcens à Nerone, ſecum ad defectionem Gallos ſollicitat, & pro Galba, qui in Hiſpania Legatus erat, & Imperatorem ab exercitu proclamari ſe poſtea fecit, Julii Vindicis exhortatione incitatum, arma in Neronem capere perſuaſit. Quo nuntio ad Neronem delato, trepidans hic Romam venit, & expeditionem paraturus in Gallos, amotis à Conſulatu ante tempus Conſulibus, ſe ipſum Conſulem ſolum ſuffecit Ita Noriſius ex ſolidis documen- C tis oſtendit in Epiſt Conſul. 897. 898. & 899. Loco igitur Conſulum Italici & Trachali ſe ipſum ſuffecit circa Cal. Maji:

NERO CLAUDIUS IMP. AUG. V. ſine Collega.

Secundus enim reditus hic Neronis Romam contigit exeunte Aprili hujus anni. Audivit enim nuntia infauſta hæc die 21. Martii, anniverſaria ejus dici, qua Matrem occiderat. Ita Noriſius ex Luciano in Nerone Epiſt. Conſ. loc. cit. Die autem tertia Aprilis Ser. Sulpicius Galba Proconſul in Hiſpania Imperium ſibi attribuit ſtimulante Julio Vindice. Eodem tempore Macer in Africa, Capito in Germania imperium ſibi uſurpant, ſed uterque occiditur. Virginius Rufus, Julio Vindici, & Galbæ ſe objicit. Blanchinus, & Tillemontius.

Interim Nero Ceſtio Gallo Syriæ Præſidi ſucceſſorem dedit M. Licinium Craſſum Mucianum cum quatuor Legionibus eo miſſum.

Vindex interim à Virginio Ruſo oppreſſus, & vi- D ctus apud Veſuntionem ſe ipſum interficit. Ita ex Plutarcho, Tacito, Xiphilino, & Zonara.

Nero ſe videns Romæ ab omnibus derelictum, fugit ex Urbe, & ne in manus perſequentium percuſſorum veniat, ſe ipſum interficit die 9. Junii. Imperavit annos XIII. menſes VII. dies XXVIII. Ita Pagius ea Clemente Alexandrino, Caſſiodoro, Zonara &c.

Veſpaſianus interim in Judæa inter annum præteritum, & hunc totam Judæam ſubegit, præter Jeroſolymam. Ita Pagius ex Tacito, & Joſepho in Crit. ad Baron ad hunc annum.

Senatus poſt fugam Neronis Galbam Imperatorem accepit, & Veſpaſianus audita Galbæ ad imperium proclamatione, Titum filium ipſi gratulatum miſit, & interim Jeroſolymæ obſidionem diſtulit. Petavius ea Joſepho.

Calendis Julii ſuffecti ſunt Conſules ex Thoma *Ly-* E *diat.* In ſeric Summ Magiſt. pag. 68.

M. PLAUTIUS SILVANUS.
M. SALVIUS OTHO.

Calendis vero Septembribus ſuffecti ſunt alii duo:

C. BELLICIUS NATALIS.
P. CORNELIUS SCIPIO ASIATICUS.

Anno ab U. C. 821.
Olymp. CCXII. Anno I.
Ær. Chr. 69.

SER. SULPICII GALBÆ IMP. AUG. 1. 2.
M. SALVII OTHONIS IMP. AUG. 1.
A. VITELLII IMP. AUG. 1.
CLEMENTIS PONT. 2. 3.

SER. SULP. GALBA IMP. AUG. II. } Coſs.
T. VINIUS RUFINUS. }

Quibus in Magiſtratu occiſis ſuffecti ſunt ex XVI. Cal. Febr

M. SALVIUS OTHO IMP. AUG.
L. SALVIUS OTHO TITIANUS II.

Quibus Conſulatu ſe abdicantibus ſuffecti ſunt Cal. Martiis in duos futuros menſes deſignati ab Othone:

T. VIRGINIUS RUFUS.
VOPISCUS POMPEJUS SILVANUS.

Quibus in alios duos menſes ſuffecti ſunt Cal. Maji in aliud bimeſtre ſpatium deſignati à Galba:

CÆLIUS SABINUS.
T. FLAVIUS SABINUS. Imper. Vaſpaſiani frater à Vitellianis deinde interfectus.

Quibus item in alios duos menſes ſuffecti ſunt Cal. Julii in aliud bimeſtre tempus deſignati à Galba:

T. ARRIUS ANTONINUS.
P. MARIUS CELSUS II.

Quibus itidem Cal. Septembribus ſuffecti ſunt in par tempus:

C. FABIUS VALENS.
A. LICINIUS CÆCINA, cui perduellionis damnato ſuffectus eſt pridie Cal. Novembr.
ROSCIUS REGULUS in unicam diem tantum.

Namque Cal. Novembribus ſuffecti ſunt in reliquos duos anni menſes:

CN. CÆCILIUS SIMPLEX.
C. QUINCTIUS ATTICUS.

Quod ſpectat ad primos hujus anni Conſules, ita Pighius docet, ac Noriſius in Epiſt. Conſ. Tom. II pag. 903. 904. 905. &c. Noriſium ſequuntur Pagius, Tillemontius, Almelovenius, & Blanchinus. Tillemontius tamen Sulpicio Galbæ dat prænomen *Servilii*, & Blanchinus prænomen *Sergii*, & Petavius prænomen *Caji*. Male omnes, ut ex Noriſio conſtat, loco cit. Servius enim erat proprium ejus prænomen. Vide Epiſt. Conſul.

De primo, & ſecundo loco ſuffectis conſtat ex Tacito, & Plutarcho. Ita ea Tacito conſtat de ſuffectis tertio, & quarto, & quinto, & ſexto loco. Vide Pighium ad hunc annum.

Dum Galba Cal. Jan. init cum Vinio Conſulatum Legiones in Germania ſuperiori ab illo deficiunt. Secunda die Januarii deſciſcunt ab eodem Galba Legiones inferioris Germaniæ, quæ Coloniæ Agrippinæ A. Vitellium Imperatorem Auguſtum proclamant, ac tertia ejuſdem menſis die Aulus Vitellius proclamatur Imp. Aug. etiam à Germaniæ ſuperioris Legionibus. Auditis hujuſmodi Nuntiis Galba, qui filiis orbus erat, ut haberet vivens defenſorem, ac moriens ſucceſſorem L. Piſonem Frugi Licinianum nobilem Juvenem in filium adoptat; qua re M. Salvius Otho perculſus, cum ſperaret ipſe ſe à Galba adoptandum, Prætorianorum militum, quos effuſa largitione captaverat Galbam in medio Foro cum L. Piſone, & Vinio Collega Conſule interficit XVII. Cal. Febr, ac die ſequenti ſe Conſulem cum L. Salvio Othone Titiano dicit, atque occupato exercitu urbano Imperium contra Vitellium uſurpavit. Senatus ab urbano Prætore convocatus Othoni Tribunitiam Poteſtatem, Imperium, & Auguſti nomen decernit. Ita ea Tacito, Plutarcho, Svetonio, Xiphilino, Pighius, Tillemontius, & alii.

Menſes fere VII. imperavit Galba, ut docet Petavius de Doctr Temp. Tom. 2. lib. XI. cap. 16. nempe à die 16 Junii ad 16. Januarii hujus anni currentis. Cœpit enim ejus Imperium ab acclamatione Senatus, non ab eo tempore, qua ante Neronis mortem acclamatus eſt Imperator ab exercitu in Hiſpania.

Otho Imp. Aug. pridie Idus Martias expeditionem contra Vitellium ſuſcipit, ſed apud Bebriacum cum C. Fabio Valente, & A. Cæcina Vitellii Legatis acie congreſſus, profligatur Othonis exercitus, quo audito Otho, qui Brixellis ſubſtiterat, ipſe ſe interficit XII. Cal. Maji, imperavitque dies 95. anno ætatis ſuæ 38. Pighius ex Tacito, & Svetonio.

Reliquæ Othonis copiæ in partes Vitellii admiſſæ ſunt, atque à Senatu Romano omnes Imperii honores Vitellio tunc in Galliis commoranti decreti ſunt. Ita Pighius ea iiſdem Auctoribus. Vitellio interim Romæ in omnem laſciviam, & libidinem profuſo Tib. Alexander Ægypti Præfectus Cal. Juliis Legiones ſuas in partes Veſpaſiani Sacramento obſtringit. Idem facit Judaicus exercitus V. Non. Julii, jamque ante Idus Julias Syria omnis Veſpaſianum Imperatorem ſuſcipit, & fidem ipſi Sacramento obfirmat Muciano Syriæ Præſide Auctore. Idem exemplum

plum ſequuntur Græciæ, & Illyrici exercitus, & nationes. Tillemontius.

Territus hiſce nuntiis Vitellius expeditionem in Veſpaſianum molitur. Antonius Primus pro Veſpaſiano Legiones Illirici in Italiam adducit, atque interea Mucianus è Syria in Italiam properat, atque apud Cremonam octo Vitellii legiones circa finem Octobris cædit, ac diſſipat, & Cremonam depopulatur. Inceditur interim Capitolium Romæ, & Titus Flavius Sabinus Veſpaſiani frater à Vitellianis Romæ interficitur. Verum paullo poſt Legiones Illirici Romam perveniunt, circa diem 20. Decembris, & ſtatim Vitellium captum lentis ictibus confodiunt. Ita Pighius, Petavius, Tillemontius, & alii ex Tacito, Svetonio, Xiphilino &c.

Vaſpaſianus interim Alexandriam venit, & Cæſennium Pætum Syriæ Præſidem imponit loco Muciani, qui Romam poſt Vitellii necem profectus, Imperium cum Domitiano Veſpaſiani filio, Veſpaſiani nomine adminiſtrat. Ita Pagius ex Joſ. lib. 7. de Bel. Jud cap. 21.

Veſpaſianus interea dum Alexandriæ ſubſiſtit, Tito filio Jetololymæ obſidionem committit. Atque hic Pighius ſuo commentario in Faſtos finem facit, ac piget tanto Duce deſtitui.

Anno ab U. C. 822.
Olymp. CCXII. Anno II.
Ær. Chr. 70.

T. FLAVII VESPAS. IMP. AUG. 1.
CLEMENTIS PONT. 3. 4.

T. FL. VESPAS. AUG. II.
TITUS CÆSAR I. VESP. F. } Coſs.

Ita de Conſulibus Ordinariis ex Tacito, Faſtis Siculis, Anonymo Noriſiano, & Dione, Petavius, Mediobarbus, Pagius, Tillemontius, Almelovenius, Noriſius, & Blanchinus. De ſuffectis vide Noriſium in Epiſt. Conſul. pag 912. Edit Veron. Ex qua patet error Panvinii, & Almelovenii, qui ponunt hoc anno Domitianum ſuffectum, quem ſuffectum fuiſſe conſtat anno tantum ſequenti. Suffecti ſunt igitur Cal. Jul.

M. LICINIUS MUCIANUS.
P. VALERIUS ASIATICUS.

Quibus alii duo ſuffecti ſunt Cal. Novembr. nempe:

L. ANNIUS BASSUS.
C. CÆCINA POETUS.

Bene igitur Panvinius ceteros, excepto Domiriano, ſuffectos ponit ex Plinii lib 35 cap. 12. & Tacito, & Inſcript. Antiqu quam producit. Domitianus enim non Conſul hoc anno, ſed Prætor fuit, ut optime Noriſius docet loc cit.

Abſentes ambo Veſpaſianus, & Titus Conſules electi ſunt, & Veſpaſiano Decreti à Senatu ſunt omnes honores, qui in alios retro Principes deferri conſueverunt. Titus, & Domitianus Cæſares appellati ſunt, cum ſolus Domitianus ex Auguſta Veſpaſiani familia eſſet Romæ. Hæc omnia ultimis præteriti anni diebus Romæ pacata ſunt.

Veſpaſianus hoc anno abſens Conſulatum Iniit, cumque Aleſandriæ moraretur, miſit illinc plura navigia tritico onuſta in Urbis ſubſidium, ac reſtaurari Capitolium juſſit, anno lapſo a Vitellianis incenſum. Ita Petavius ex Tacito lib. 4. Hiſtor Tum circa initium æſtatis Romam venit maritimo itinere, ac primo Rhodum inviſit, tum Hidruntum appulit, unde Romam venit, ut colligit Tillemontius io vita Veſpaſiani artic. 8. ex Joſ. de Bello Jud. lib. 7.

Galli interim a Romanis deficiunt, ſed à Petilio Cereali victi ad obedientiam redeunt. Tacitus lib. 4. Hiſt. cap. 71.

Titus diebus azymorum Hiaroſolymam obſidet. Templum Inceditur die V. Auguſti. Urbs capitur a Romanis, & à fundamentis diruitur die octava Septembris, ac demum Urbe ſubverſa Judaico bello finis imponitur. Ita Pagius ex Joſ. lib VI. de excidio &c. & ex Tacito lib. V. Hiſt. Vide Pagium ad hunc annum in crit. ad Baronium, ubi recte oſtendit captam Hieroſolymam die 8. Septembris, non die prima, ut perperam putat Petavius, currebat enim hoc anno littera Dominicalis G. quare octava Septembris dies erat dies Sabathi, quo capta eſt Jeroſolyma. Titus Romam profectus eſt, ſed non pervenit niſi circa primum ver ſequentis anni, ut docet Pighius ex Joſapho ad hunc annum.

Anno ab U. C. 823.
Olymp. CCXII. Anno III.
Ær. Chr. 71.

T. FLAVII VESPAS. IMP. AUG. 2.
CLEMENTIS PONT. 4. 5.

T. FLAVIUS VESPAS. AUG. III.
M. COCCEJUS NERVA. } Coſs.

Quibus Conſulatu ſe abdicantibus poſt duos menſes ſuffecti ſunt Cal. Martiis:

FL. DOMITIANUS CÆSAR.
CN. PEDIUS CASTUS.

Ita (intellige de Conſulibus Ordinariis) ex Anonymo Noriſiano, Gruteri inſcript. ad pag 300. Faſtis marmor. Caſinat. Coloniæ, atque Idatio Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Tillemontius, Pagius, Almelovenius, & Blanchinus. De ſuffectis hoc anno vide Noriſii Epiſt. Conſul. ad pag 912. qua ex Decreto Veſpaſiani apud Gruterum pag. 571. num. I. & nummo antiquo Bononiæ apud P. Minium, Tacito, & Svetonio, oſtendit vere hoc anno ſuffectos Cal. Mart. Domitianum, & Pedium Caſtum, contra Panvinium, & Almelovenium, qui hos volunt ſuffectos anno antecedenti.

Titus Cæſar nonniſi hoc anno, nac niſi poſt medium Aprilem Romam venit, ut colligit Pagius, qui Titum Collegam Imperii a Patre aſſumptum, cum Argis moraretur, oſtendit. Quare hoc audito Titus in Italiam, ac deinde Romam venit circa 20. Aprilis, ac ſtatim Collega Patri in Conſulatu factus cum ipſo triumphum duxit. Ita Pagius ex Nummis antiquis, & variis obſervationibus ſuis ad annum Chriſti 71. num. 4. 5. 6. &c.

In hoc triumpho ducti ſunt captivi duo factionum præcipuarum Auctores Simon, & Joannes cum DCC Judæorum electis. Ita Petavius ex Joſepho lib. 7. de Exeid cap. 14. Ac tum Jani Templum clauſum à Veſpaſiano, qui Templum Pacis exſtruere hoc anno aggreſſus eſt. Reliquis Judææ Caſtellis expugnatis, ac Judæa vendita, Emmans vocatum eſt Nicopolis, & Cæſarea maritima Metropolis Judææ univerſæ facta. Tumultuantibus autem Alexandriæ Judæis, juſſu Veſpaſiani eorum Templum dictum *Onion* ab Onia Pontifice Lupus Præfectus excidit à fundamentis. Ita Petavius ex Joſepho lib. 7. de Excid. Jeroſol.

Anno ab U. C. 824.
Olymp. CCXII. Anno IV.
Ær. Chr. 72.

T. FLAVII VESPASIANI IMP. AUG. 3.
CLEMENTIS PONT. 5. 6.

T. FLAV. VESPAS. IMP. AUG. IV.
TITUS CÆSAR II. } Coſs.

De Conſulibus hujus anni, excepto Caſſiodoro, qui omnia ſub hoc Imperatore confundit, univerſi concordes ſunt, Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Pagius, Tillemontius, Noriſius, & Blanchinus, ex Idatio, faſtis Anonymi Noriſiani, faſtis Caſinatibus Muſæi Aloani Romæ, & aliis documentis ex Nummis antiquis apud Mediobarbum.

Duplex Eclipſis hoc anno fuit Solis, & Lunæ intra ſpatium dierum 14. Prima accidit die 8. Februarii ante meridiem viſibilis tota Italia: Secunda, die 22. ejuſdem menſis ſeſquihora poſt occaſum Solis, viſibilis Romæ, ut docet Ricciolius ex Tabulis Aſtronom. Chronol. Reform. lib 4. pag. 162. Confirmat hæc Plinius lib. 2. cap. 12. Ita Pagius, & Blanchinus. Cetera vide apud Chronologos.

Anno ab U. C. 825.
Olymp. CCXIII. Anno I.
Ær. Chr. 73.

T. FLAVII VESPASIANI IMP. AUG. 4.
CLEMENTIS PONT. 6. 7.

FL. DOMITIANUS CÆSAR II.
M. VALERIUS MESSALLINUS. } Coſs.

Ita ex Svetonio, Anonymo Noriſiano, Idatio, & aliis Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Pagius, Tillemontius, Almelovenius, & Blanchinus, qui etiam Frontinum citat, & faſtos Caſinatenſes Muſæi Albani.

Phi-

Philoſophi omnes præter Muſonium Roma pulſi hoc anno ex Xiphilino. Ita Blanchinus, & Petavius addit cauſſam, quod hi Veſpaſiano obtrectarent, ac maxime Helvidius Priſcus Thraſeæ gener, ſecta Stoicus, ut & alii omoes. Hoſtilium, & Demetrium Cynicos in Inſulas relegavit. Ita Petavius ex Dione. A

Clemens Summus Pontifex videns Veſpaſianom Templum Pacis exſtruere, odium ſibi Ethnicorum contrahit, cum ſolum Chriſtum Pacis Principem eſſe prædicaret. Vide Blanchini Notas ad Anaſtaſium Tom. II. pag. 33.

Anno ab U. C. 826.
Olymp. CCXIII. Anno II.
Ær. Chr. 74.

T. FLAVII VESPASIANI IMP. AUG. 5.
CLEMENTIS PONT. 7. 8.

T FLAV. VESPAS. IMP. AUG. V.) Coſs. B
TITUS FL. VESPAS. CÆSAR III.)

Tito abdicanti ſuffectus eſt Cal. Jul.
T. FLAVIUS DOMITIANUS III.

Ita de duobus prioribus, & ſuffecto Panvinius, Petavius, Pagius, Mediobarbus, Almelovenius, Blanchinus, & alii ex Cenſorino, Idatio, Anonymo Noriſiano, Frontino, faſtis Caſinat. Muſæi Albani &c. Idatius tamen nihil de ſuffectis.

Hoc anno Veſpaſianus, & Titus Cenſores fuerunt, & habita ſunt cenſus, & luſtrum, quod omnium fuit ultimum, nempe à Servio Rege ſeptuageſimum quintum. Cenſus tamen hic inchoatus fuit (ut Pagius docet in Crit. ad Baronium ad hunc annum) anno Chr. 71. quo Veſpaſianus Cenſor primò fuit, ut patet ex Nummis, in quibus Veſpaſianus Cenſor legitur. Ita ex Cenſorino etiam Petavius.

Confirmat hoc Plinius lib. 7. cap. 49. atque in Italia repertos refert alios ſenes 120. alios 125. & alios uſque ad ætatem 150. annorum. Ita Ricciolius ex Plinio Chron. Reform. ad hunc annum. C

Achaja, Græcia, Lycia, Rhodos, Byzantium, Samus, Thracia, Cilicia, & Comagene, quæ vel liberæ erant, vel ſub Regibus ſuis, in provinciam reductæ ſunt. Ita ex Svetonio, Eutropio, & Euſebio, Petavius, & Blanchinus.

Cæſareæ in Palæſtina Odæum magnificentiſſimum exſtructum eſt, ubi fuerat Synagoga. Ita Blanchinus ex Joanne Malala.

Anno ab U. C. 827.
Olymp. CCXIII. Anno III.
Ær. Chr. 75.

T. FLAVII VESPASIANI IMP. AUG. 6. D
CLEMENTIS PONT. 8. 9.

T. FLAV. VESPAS. IMP. AUG. VI.) Coſs.
TITUS CÆSAR IV.)

Quibus ultro abdicantibus ſuffecti ſunt Cal. Julii:
T. FLAVIUS DOMITIANUS IV.
M. LICINIUS MUCIANUS III.

De Conſulibus Ordinariis hujus anni concordant omnes ſupracitati Chronologi, ex faſtis Siculis, & Anonymi Noriſiani, Idatio, Frontino, & faſtis Caſinat. apud Card. Albanum. De ſuffectis ita ex Plinio Panvinius, & Almelovenius, qui Plinii locum citat Hiſt. Nat. lib. 7. cap. 3. Mucianus fuit ſemel Conſul anno U. C. 804. ſub Claudio, ac deinde iterum anno U. C. 822. tum tertium hoc anno. Semper tamen ſuffectus. E

Veſpaſianus hoc anno Templum Pacis a ſe conſtructum dedicat, & Nummos ſignat cum litteris *Coſ. VI.* Ita Pagius, Petavius, & Blanchinus ex Dionis lib. 66., & Joſ. lib. 7. de Excid. cap. 24. & Nummis Mediobarbi. Petavius in hoc Templo aſſerit ex Joſepho loc. cit. ſuſpenſa fuiſſe à Veſpaſiano Templi Jeroſolymitani ſpolia.

Neronis Coloſſo capite truncato Veſpaſianus imponit caput Solis. Ita Blanchinus ex Xiphilino, & D. Hieronymo.

Hoc anno ex Nummis Mediobarbi habetur expeditio Domitiani in Sarmatas.

Clemens Pontifex hoc anno in exilium mittitur, ob vaticinia de Chriſto Domino Pacis Principe ab ipſo explicata, atque ab adulatoribus in Veſpaſianum detorta. Ita Blanchinus ex ſuis Obſervat. in Anaſtaſ. Tom. II. pag. 33.

Anno ab U. C. 828.
Olymp. CCXIII. Anno IV.
Ær. Chr. 76.

T. FLAVII VESPASIANI IMP. AUG. 7.
CLEMENTIS PONT. 9. 10.

T. FLAV. VESPAS. IMP. AUG. VII.) Coſs.
TITUS CÆSAR V.)

Quibus ultro abdicantibus ſuffecti ſunt Cal. Julii:
T. FLAVIUS DOMITIANUS V.
T. PLAUTIUS SILVANUS II.

De duobus primis Conſulibus Ordinariis ita ex Svetonio in vita Titi cap. 6 Ælio Spartiano in vita Hadriani, faſtis Siculis, & Caſinat. Idatio, & faſtis Cuſpiniani, Panvinius, Petavios, Pagius, Mediobarbus, Tillemontius, Almelovenius, & Blanchinus. Anonymus Noriſianus ponit cum Veſpaſiano Conſulem Ordinarium Domitianum cum num. V. quem merito Pagius reprehendit. Noriſius etiam Panvinio, & ceteris adhæret, & bene Titum Conſulem Ordinarium ponit, ut ceteri. Mendum igitur puto exſcriptoris, non Anonymi Noriſiani, qui cum idem ſit, ac ille, cui faſti Cuſpiniani tribuuntur, nihil in his errati in hoc Conſulatu commiſſum eſt.

T. Flavium Domitianum ſuffectum Cal. Julii conſtat ex antiquo Pontificum Catalogo in vita Sancti Cleti Pontif.

De T. Plautio Silvano (cui Almelovenius addit aliud cognomen Æliani) nihil certi Panvinius afferre poteſt, niſi quod fuerit Conſul bis, atque ideo ex levi conjectura Panvinius ei dat locum hoc anno. Verum cum ab Anonymo Noriſiano, & antiquo Pontificum Catalogo nominetur Domitianus Coſ V. cum Veſpaſiano VII. nos vero ſimilius credimus Domitianum ſuffectum Tito, retinente Conſulatum Veſpaſiano in totum annum. Vide Panvinium.

Hadrianus Aug. his Coſs. naſcitur IX. Cal. Februarii. Ita ex Spartiano in ejus vita Blanchinus.

Julius Frontinus hoc anno in Britannia Silures domat.

Clemens Pontifex hoc anno die 3. Decembris Pontificatu ſe abdicat, cum ſediſſet annos IX menſes XI dies X. Ita Blanchinus in ſuis Prolegomenis ad Anaſtaſium Tom. II. pag. LXXXVIII. & in ſuis Notis pag 31. & 35. Vide quæ dicturi ſumus ad annum Chr. 100. ubi ejus martyrium ponemus. Idem ſentit & Pagius.

Anno ab U. C. 829.
Olymp. CCXIV. Anno I.
Ær. Chr. 77.

T. FLAVII VESPASIANI IMP. AUG. 8.
CLETI PONT. ANNO 1.

T. FL. VESPAS. IMP. AUG. VIII.) Coſs.
TITUS CÆSAR VI.)

Quibus ultro abdicantibus ſuffecti ſunt Cal. Julii:
T. FLAVIUS DOMITIANUS CÆSAR VI.
CN. JULIUS AGRICOLA.

De duobus primis Conſulibus Ordinariis, conſentiunt ex Svetonio, Idatio, Anonymo Noriſiano, Plinio, Caſſiodoro, & antiquis Inſcriptionibus à Panvinio productis, & Nummis apud Occonem Mediobarbi Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Pagius, Almelovenius, Tillemontius, & Blanchinus. De ſuffectis conſentiont ex Tacito, qui hujus Agricolæ vitam ſcripſit, Panvinius, Almelovenius, & Blanchinus. Cn. Julius Agricola poſt Conſulatum hunc abſolutum, in Britanniam miſſus, Inſulam totam ſubegit. Tacitus in ejus Vita.

Cletus eligitur Pontifex die XVI. Februarii hujus anni, die Dominica, atque ab hac die Pontificatum ſuſtinuit annis VI. menſibus duobus, diebus circa X. ab his Conſulibus uſque ad Conſules anni Chriſti vulgaris 83. Ita Blanchinus in ſuis Notis ad Anaſtaſium Tom. II. pag. 35. & in ſuis Prolegomenis fol. LXXXVIII.

A

Anno ab U. C. 830.
Olymp. CCXIV. Anno II.
Ær. Chr. 78.
T. FLAVII VESPASIANI IMP. AUG. 9.
CLETI PONT. ANNO 2.
L. CEJONIUS COMMODUS. } Coſs.
D. NOVIUS PRISCUS. }

De primo hujus anni Conſule omnes conſentiunt Panvinius, Petavius, Pagius, Mediobarbus, Tillemontius, Almelovenius, & Blanchinus ex Caſſiodoro, Anonymo Noriſiano, Ælio Spartiano, & Julio Capitolino.

De ſecundo non ita omnes. Caſſiodorus nominat *Ruſum* tantum. Anonymus Noriſianus *Priſcum* tantum. Idatius utrumque Conſulem omittit. Pagius, & Blanchinus ex Epiſt. Conſul. Noriſii pag. 907. ponunt Conſulem ſecundo loco D. Novium Priſcum contra Panvinium, & ceteros omnes, qui ſecuti Panvinium ponunt ſecundo loco Conſulem C. Cornelium Priſcum.

B

Noriſius igitur confutat Panvinium, qui malè addit aliud cognomen Veri L. Cejonio Commodo, & ponit pro Conſule ſecundo C. Cornelium Priſcum, cum ex vetuſta Inſcript. poſita in Villa Sabellorum vulgo *Montalto* legatur Conſul cum C. Cejonio Commodo D Novius Priſcus IV. Non Jan. Idem probat Blanchinus ex Spon. Miſcell. Erud. Sect. 1. Art. 2., atque iſte lapis, quem Sponius exhibet, hodie reperitur in Muſæo Card. Albani.

Fuit hoc anno tam ſæva lues Romæ, ut ſingulis diebus X. millia cadaverum efferrentur. Ita Blanchinus ex Svetonio, & Euſebio in Chron.

Tres Urbes in Inſula Cypro terræmotu collapſæ ſunt hoc anno. Ita Blanchinus ex Oroſio, & Euſebio.

C

Anno ab U. C. 831.
Olymp. CCXIV. Anno III.
Ær. Chr. 79.
T. FLAVII VESPASIANI IMP. AUG. 10.
TITI IMP. AUG. 1.
CLETI PONT. ANNO 3.
T. FL. VESPAS. IMP. AUG. IX. } Coſs.
TITUS CÆSAR VESP. F. VII. }

Ita ex Svetonio, Caſſiodoro, Idatio, Anonymo Noriſiano, & antiquo Pontificum Catalogo (quem à Damaſo ſcriptum Panvinius putat) & antiqua Inſcript. apud Panvinium, & alia apud Fleeduood pag. 78. Panvinius, Petavius, Pagius, Mediobarbus, Tillemontius, Almelovenius, & Blanchinus. Errant Caſſiodor., Idat., & Anonym. Noriſ., qui ponunt Conſulem Titum VI, cum debeat ſcribi VII., ut ex Svetonio, & antiqua Inſcript. probat Panvinius.

D

Mortuus eſt hoc anno Veſpaſianus Imp. Aug. die 24. Junii, & imperavit à Calendis Julii anni Chriſti 69, quibus in Judæa ſalutatus eſt Imperator ab exercitu uſque ad hanc diem annos IX. menſes XI. dies XXIV.

Euſebius, Caſſiodorus, Clemens Alexandrinus, & Theophilus Antiochenus exordiuntur annos Imperii Veſpaſiani à die 3. Julii ejuſdem anni Chriſti 69

Titus Patri ſucceſſit in Imperio die VII. Cal. Julii. Ita Blanchinus cum ceteris Chronologis.

Eructavit Veſuvius hoc anno flammas ingentes, ex quibus periit Plinius Naturalis Hiſtoriæ Scriptor. Ita Plinius Junior lib. 6. epiſt. 16. Petavius, licet Veſuvii incendium referat hoc anno, Plinii mortem differt in ſequentem.

E

Veſpaſianus hoc anno ventorum Templum extrui juſſit Antiochiæ prope Theatrum. Ita Blanchinus ex Jo: Malala.

Anno ab U. C. 832.
Olymp. CCXIV. Anno IV.
Ær. Chr. 80.
TITI IMP. AUG. 1. 2.
CLETI PONT. ANNO 4.
TITUS IMP. AUG. VIII. } Coſs.
FL. DOMITIANUS CÆSAR VII. }

Ita è faſtis Siculis, Anonymo Noriſiano, Idatio, Inſcriptionibus antiquis apud Panvinium, & Gruterum pag. 172., ac 316., & Nummis antiquis apud Mediobarbum, Panvinius, Petavius, Pagius, Tillemontius, Almelovenius, & Blanchinus.

Fuit hoc anno immane incendium Romæ, quo Templum Jovis Capitolini, Neptuni, Serapidis, Iſidis, Pantheum cum ſeptis, & balneis Agrippæ conflagraverunt. Ita Petavius, & Almelovenius ex Dionis lib. 66. Atque hoc accidit, interea dum Titus Roma egreſſus erat ad inviſendam Campaniam ex Veſuvii conflagratione vaſtatam. Titus Capitolium reſtauravit, ex antiqu. Inſcriptione in Muſæo Albano.

Hoc anno, quo Titus Decennalia celebrabat ſui Proconſularis Imperii, & Tribunitiæ Poteſtatis, Arcus illi triumphalis erectus eſt ad radices Palatini cum inſigni Inſcriptione, qua Gentem Judæorum deleviſſe dicitur. Pagius.

Titus Imperator hoc anno Amphitheatrum, & Thermas ſuo nomine dedicavit. Ita Petavius ex Dionis lib. 66.

Anno ab U. C. 833.
Olymp. CCXV. Anno I.
Ær. Chr. 81.
TITI IMP. AUG. 2. 3.
FL. DOMITIANI IMP. AUG. 1.
CLETI PONT. ANNO 5.
L. FLAVIUS SILVA NONIUS. } Coſs.
ASINIUS POLLIO VERRUCOSUS. }

Ita Conſules nominat Franciſcus Blanchinus ex faſtis marmoreis Fratrum Arvalium in Muſæo Card Alexandri Albani, prout eos profert V. C. Philippus à Turre in monumentis veteris Antii pag 99. & 387. & ex alio lapide, quem producit Blanchinus in ſuis Notis ad Anaſtaſium p. 122. Rejectis ergo Conſulibus, qui ab aliis proferuntur, ſufficit hic producere doctiſſimi Viri Philippi à Turre Adrienſis Epiſcopi verba ipſa:

In primis, ait ille, faſti hujus anni (nempe Chr. 81.) hucuſque corrupti vel ſupplentur, vel reſtituuntur. Græci (hoc eſt faſti Siculi) & Cuſpinianæi (hoc eſt Anonymi Noriſiani) apud Panvinium Conſules exhibent *Silvanum*, & *Pollionem*. At Panvinius ipſe dum prænomina, & gentes (nempe nomina Familiarum) addere tentat, omnia fœdius depravata obtrudit. Repoſuit enim *M. Plautium Silvanum*, & *M. Annium Pollionem*. Eoſdemque ab ipſo mutuatus Leunclavius præfixit lib. 66. Dionis. Eminentiſſimus Cardinalis Noriſius in Epiſt. Conſul. pag. 50 (hoc eſt pag 909. & ſequ. edit. Veron.) eos reſtituit ex ara apud Gruterum pag. 1040. a Canulejo dicata Cal. Novembris SEX. ANNIO SILVANO, & T. ANNIO VERO POLLIONE COSS. Fidem lapidi Gruteriano non abnuerim, at certè poſtquam noſtræ tabulæ emerſerunt, fatendum eſt, aut exſcriptorem nomina depravata tradidiſſe, vel hoc par Conſulum ad faſtos hujus anni non pertinere, eoſque inter ſuffectos incerti ævi ablegandos eſſe &c. At noſtros Conſules fuiſſe Ordinarios patet, nam ſub ipſo exordio anni, quem Conſules Ordinarii aperiebant ad diem nempe tertium, & decimumquintum Januarii notantur. Quare ad annum poſtremum Titi U. C. 834. (Varronianum) Chr. 81. Conſules reſtituendi ſunt L. Flavius Silva Nonius Baſſus, & Aſinius Pollio Verrucoſus. Quæ eadem nomina reperies apud Dionem, ſeu ejus exſcriptorem Xiphilinum, qui lib. 66. pag. 757. hoc ipſo anno Titi emortuali reponit, Conſules Flavium, & Pollionem &c. Hactenus Philippus de la Turre, quem conſule, & alia documenta habebis in hanc rem.

In ea tamen Inſcriptione, quam producit Blanchinus pag. 122. in ſuis Notis ad Anaſtaſium habetur ſcriptum L. FLAVIO SILVANO, & POLLIONE VERRUCOSO COSS. ſed mendoſe vereor ſcriptum SILVANO pro SILVA NONIO. L. Flavius Silva legitur in omnibus antiquis Joſephi exemplaribus lib. 7. de Bello Judaico cap. 28, atque hic ille fuit, qui anno Chr. 71. defuncto Baſſo adminiſtravit Judæam, & reliquias belli (capto munitiſſimo Caſtello Maſſada) confecit. Ita Philippus de la Turre loc. cit.

Titus Imp. Aug. mortuus eſt Idibus Sept. imperavit annos duos, menſes duos, dies viginti poſt mortem Patris, annos natus 41. Ita Svetonius in Tito cap. 2. Alii annos natum 40. menſes VIII. dies XV. faciunt, ut Pagius in Crit. Baron. ad hunc annum. Vide Pagium. Nicephorus Calliſtus lib. 3. cap. 2. vult veneno ſublatum à Flavio

Domi-

A Domitiano ejus fratre, qui adhuc ſpirantem loculo incluſit. Ita & Petavius ex Dione, Svetonio, & Euſebio.

Domitianus defuncto Tito ſtatim Imperium arripuit, adulteria ſeverè compeſcuit, & caſtrari quemquam prohibuit. Ita Petavius ex iiſdem Auctoribus.

Anno ab U. C. 834.
Olymp. CCXV. Anno II.
Ær. Chr. 82.
FL. DOMITIANI IMP. AUG. 1. 2.
CLETI PONT. ANNO 6.
FL. DOMIT. IMP. AUG. VIII.) Coſs.
T. FLAVIUS SABINUS.)

Ita ex faſtis Siculis, & Anonymi Noriſiani, Svetonio, Idatio, Inſcript. antiqu. apud Panvinium, &
B alia apud Gruterum pag. 68. num. 16. & pag. 314. num. 3. Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Almelovenius, Tillemontius, Pagius, & Blanchinus.

Inventæ ſunt hoc anno Orcades Inſulæ à Cn. Jul. Agricola, & Imperio additæ, & uſque ad Hiberniam Agricolam penetraſſe teſtatur Tacitus in ejus Vita.

Hoc quoque anno proſcripti ſunt denuo ab Urbe Philoſophi, inter quos etiam Chriſtiani numerabantur, qui Dione teſte, ſeu Xiphilino virtutem longè præſtantiorem profitebantur. Ita Blanchinus ex Xiphilino.

Anno ab U. C. 835.
Olymp. CCXV. Anno III.
Ær. Chr. 83.
FL. DOMITIANI IMP. AUG. 2. 3.
C CLETI PONT. ANNO 6. 7.
ANACLETI PONT. ex die 7. Sept. Anno 1.
FL. DOMITIANUS IMP. AUG. IX.)
Q. PETIL. RUFUS II. cui ſuffectus) Coſs.
C. VALERIUS MESSALLINUS.)

De primis duobus Conſulibus Ordinariis ita ex faſtis Siculis, Idatio, Anonymo Noriſiano, & Phlegonte cap. 24. de Mirabilibus, & Græca Inſcript. Smyrnenſi Noriſius, Pagius, Tillemontius, & Blanchinus contra Panvinium, Petavium, Mediobarbum, Almelovenium, & alios, qui dant hoc anno Domitiano Collegam T. Virginium Rufum ex Panvinii conjectura, quam falſam oſtendit Noriſius ex Epiſt. Conſul. pag. 913. & ſequ. edit. Veron. Blanchinus addit ſuffectum in locum Petilii Rufi C. Valerium Meſſallinum ex Gruteri Inſcript. pag. 314. num. 3.

D Domitianus tres Virgines Veſtales ob ſtuprum patratum vivas ſepeliri jubet. Ita Petavius ex Dione, Svetonio, & Euſebio.

Cletus Pontifex hoc anno martyrium ſubit die 26. Aprilis. Ita Pagius, & Blanchinus ex antiquis Tabulis Eccleſiaſticis, cum ſediſſet annos VI. menſes duos, dies X., ut conſtat ex Catalogo Pontificum Liberiano apud Blanchinum. Sedes Romana vacat uſque ad diem 7. Septembris hujus anni, qua die in locum Cleti ſubſtituitur Anacletus. Ita Blanchinus, & Pagius in Crit. Baronii ad hunc annum.

Anno ab U. C. 836.
Olymp. CCXV. Anno IV.
Ær. Chr. 84.
FL. DOMITIANI IMP. AUG. 3. 4.
ANACLETI PONT. 1. 2.
E FL. DOMITIANUS IMP. AUG. X.) Coſs.
T. AURELIUS SABINUS.)

Ita Blanchinus ex lapide antiquo apud Cuperum in Almelovenii Præfatione num. XIV. Malè igitur ceteri omnes, Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Tillemontius, Pagius, & Noriſius, qui Sabino Conſuli dant nomen *Appii*, ut Pagius, vel *Julii* prænomen, ut Mediobarbus, & Petavius, vel *Oppii*, ut Noriſius &c. Pulchra eſt Inſcriptio Cuperi, qua nominantur expreſſis verbis Conſules hujus anni ex Idibus Martii IMP. FLAVIO DOMITIANO CÆS. X. & T. AURELIO SAB. COSS. Caſſiodorus, Idatius, Anonymus Noriſianus, & faſti Siculi Domitianum tantum, & Sabinum Conſules nominant, quare noſtri Scriptores malè addiderunt de ſua conjectura Sabino prænomen, & nomen falſum.

Domitianus hoc anno Germanicam expeditionem ſuſcipit. Ita Blanchinus ex Nummis antiquis ſignatis *DOMITIANO CONS. X.* cum Epigraphe *VICTORIA AUGUSTA*, & cum titulo Germanici, & Imperatoris &c. Vide Mediobarbum.

His Conſulibus Anacletus celebravit primum ſuum Paſcha, ut colligit Blanchinus ex antiq. Pontif. Catalogo Liberiano.

Moritur Anianus Alexandrinus Epiſcopus, eique ſuccedit Abilius, qui Sedem tenuit annos 13. Ita Petavius, & Ricciolius ex Euſebio.

Anno ab U. C. 837.
Olymp. CCXVI. Anno I.
Ær. Chr. 85.
FL. DOMITIANI IMP. AUG. 4. 5.
ANACLETI PONT. 2. 3.
FL. DOMITIANUS IMP. AUG. XI.) Coſs.
T. AURELIUS FULVUS.)

In hujus anni Conſulibus recitandis omnes fere Chronologi conveniunt Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Tillemontius, Pagius, Almelovenius, & Blanchinus, ex Caſſiodoro, Idatio, Anonymo Noriſiano, faſtis Siculis, & Julio Capitolino in vita Antonini Pii. Mendosè tantum apud Petavium, & Almelovenium legitur *Fulvius* pro *Fulvus*, ab Idatio decepti, qui pariter ſcribit *Fulvius*. Fuit autem T. Aurelius Fulvus avus Imperatoris Antonini Pii, ut Julius Capitolinus in hujus Imp. vita teſtatur.

Domitianus hoc anno triumphat de Quadis, Dacis, Getis, Sarmatis, & Germanis. Ita Blanchinus ex Nummis antiqu. Mediob.

Item hoc anno Domitiani ſumptibus, & Paridis ejus Liberti Balnea Ædeſque magnifice conſtruuntur Antiochiæ. Ita Blanchinus ex Jo: Malala Chronogr. lib. X.

Anno ab U. C. 838.
Olymp. CCXVI. Anno II.
Ær. Chr. 86.
FL. DOMITIANI IMP. AUG. 5. 6.
ANACLETI PONT. 3. 4.
FL. DOMITIANUS IMP. AUG. XII.) Coſs.
SER. CORNELIUS DOLABELLA.)

Ita ex Cenſorino (qui Dolabellæ dat prænomen, & nomen ut nos) Julio Capitolino in vita Antonini Pii, Anonymo Noriſiano, Idatio, & faſtis Siculis, & lapide antiquo apud Gruterum pag. 8. num. 2. Panvinius, Petavius, Pagius, Mediobarbus, Almelovenius, Tillemontius, & Blanchinus.

Antoninus Pius, qui fuit poſtea Imp. Aug. naſcitur his Coſs. Ita Blanchinus, Petavius, & Tillemontius ex Julio Capitolino in vita Antonini Pii.

Hoc anno inſtitutus eſt Romæ à Domitiano primus Agon Capitolinus quinquennalis, qui nempe quinto quoque anno celebrandus erat ludorum Olympicorum more. Ita Blanchinus, & Petavius ex Cenſorino, & lapide antiquo apud Gruterum pag. 314., & Noriſio in Epocha Syromacedonum.

Capitolium, quod Tito imperante conflagraverat, atque ab ipſo refici cœptum erat, hoc anno à Domitiano non tantum omnino reſtitutum, ſed & elegantius ornatum, ac deauratum impenſa duodecim millium talentorum, ut ſcribit Plutarchus in vita Poplicolæ.

Anno ab U. C. 839.
Olymp. CCXVI. Anno III.
Ær. Chr. 87.
FL. DOMITIANI IMP. AUG. 6. 7.
ANACLETI PONT. 4. 5.
FL. DOMIT. IMP. AUG. XIII.) Coſs.
A. VOLUSIUS SATURNINUS.)

Ita ex Idatio, Anonymo Noriſiano, faſtis Siculis, & lapide antiquo, quem profert Cuperus in Præfat. ad Faſtos Conſulares Almelovenii, Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Almelovenius, Pagius, Tillemontius, & Blanchinus.

Hoc anno Domitianus ſe Deum ac Dominum appellari jubet. Ita Petavius, & Blanchinus ex Svetonio, & Chron. Euſebii, qui planè hoc ad annum VI. Imperii Domitiani, nempe ad hunc

annum

annum transfert. Atque hinc Blanchinus cœpiſſe putat ſecundam Chriſtianorum perſecutionem, qui ſoli Deo ſupremum adhibendum cultum docebant.

Anacletus ædiculam conſtruit in Vaticano ad locum martyrii B. Petri, ex qua poſtea ædicula magnificentiſſimum Templum extructum fuit, Conſtantini ætate, atque in elegantiorem deinde formam duobus ab hinc ſeculis redactum eſt. Ita Blanchinus in ſuis Notis ad Anaſtaſ. in vita Anacleti.

Anno ab U. C. 840.
Olymp. CCXVI. Anno IV.
Ær. Chr. 88.
FL. DOMIT. IMP. AUG. 7. 8.
ANACLETI PONT. 5. 6.

FL. DOMIT. IMP. AUG. XIV.	Coſs.
L. MINUCIUS RUFUS.	

Ita ex Cenſorino (qui expreſſè dat prænomen, nomen, & cognomen L. Minucii Rufi) Anonymo Noriſiano, Idatio, & faſtis Siculis Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Pagius, Tillemontius, Almelovenius, & Blanchinus.

Hoc anno Ludi ſeculares à Domitiano celebrati ſunt, nempe anno quadrageſimo, a quo ultimo celebrati fuerant ſub Claudio. Ita Panvinius ex antiqua Inſcriptione, quam ad hunc annum producit, & Cenſorino. Ita Pagius etiam, & Blanchinus ex Nummis antiquis, & Tacito, qui inter XV. viros iis celebrandis interfuit.

Indicitur hoc anno bellum Dacicum adverſus Decebalum Daciæ Regem, in quo bello primum memorantur Suevi. Ita Blanchinus ex Xiphilino, ſeu Dione lib. 67. Domitianus exercitum ducit adverſus Dacas, ſed procul ſe tenet a belli periculis, & incommodis. Victus tandem à Marcomannis fugatur, & pacem cum Decebalo init. Ita Petavius ex Dione lib. 67.

Cleti Pontificis Martyrium falſo tribuitur à nonnullis huic anno, Conſulum nomine deceptis. Cum enim in antiquis Pontificum Catalogis dicatur Martyrio affectus Domitiano, & Rufo Coſs. hoc intelligendum erat de Conſulibus anni Chr. 83 quo Conſules fuerunt Domitianus IX., & Q. Petilius Rufus II.

Anno ab U. C. 841.
Olymp. CCXVII. Anno I.
Ær. Chr. 89.
FL. DOMITIANI IMP. AUG. 8. 9.
ANACLETI PONT. 6. 7.

T. AURELIUS FULVUS II.	Coſs.
A. SEMPRONIUS ATRATINUS.	

Ita ex Jul. Capitolino in vita Antonini Pii, Idatio, Faſtis Siculis, & Anonymi Noriſiani, Panvinius, Petavius, Mediobarb, Tillemontius, Almelovenius, Pagius, & Blanchinus.

Domitianus Romam reverſus ridiculum de Dacis triumphum agit. Multos illuſtres cives interficit. Mathematicos, & Philoſophos Urbe pellit. Ita Petavius ex Dione, & Euſebio, & Blanchinus ex Nummis ant.

Coccejus Nerva (qui poſtea Imperator fuit) in exilium mittitur, ſed deinde Romam revocatus Conſul a Domitiano in ſequentem annum deſignatur. Ita Petavius, & Blanchinus ex Dione, ſeu Xiphilino lib. 67.

Appollonio Thianæo Philoſopho barbam Domitianus illudens ſecat. Ita Blanchinus ex Philoſtrato in vita Apollonii.

Anno ab U. C. 842.
Olymp. CCXVII. Anno II.
Ær. Chr. 90.
FL. DOMITIANI IMP. AUG. 9. 10.
ANACLETI PONT. 7. 8.

FL. DOMIT. IMP. AUG. XV.	Coſs.
M. COCCEJUS NERVA II.	

Ita ex Idatio, Anonymo Noriſiano, Faſtis Siculis, antiq. Inſcript. apud Fabrettum pag. 174. num. 158. Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Almelovenius, Pagius, Tillemontius, & Blanchinus. Marcus Coccejus Nerva fuit primùm Conſul anno Chr. 71.

Tillemontius transfert in hunc annum cladem Domitiano illatam à Marcomannis, ejus fugam, & pacem cum Decebalo Daciæ Rege factam, ſed fallitur. Contigit enim anno Chr. 88. nam ut docent Nummi apud Mediobarbum triumphum de Dacis duxit anno antecedenti.

Ludi Agonales Capitolini II. à Domitiano celebrati ſunt juxta morem ludorum Olympicorum, nempe quatuor poſt annos à ludis Agonalibus primo inſtitutis anno U. C. 838. Panvinius.

Anno ab U. C. 843.
Olymp. CCXVII. Anno III.
Ær. Chr. 91.
FL. DOMITIANI IMP. AUG. 10. 11.
ANACLETI PONT. 8. 9.

M. ULPIUS TRAJANUS.	Coſs.
M'. ACILIUS GLABRIO.	

Ita ex Xiphilino, Idatio, Anonymo Noriſiano, & faſtis Siculis Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Almelovenius, Tillemontius, Pagius, & Blanchinus. Panvinius vult ſcribendum: M'. Acilius Glabrio ex conjectura, quod prænomen *Manii* ſit proprium Aciliæ Gentis. Cœteri tamen Marci prænomen addunt, hoc eſt M. non M'. ut Panvinius putat ſcribendum.

Circa hunc annum cœpit ſecunda Chriſtianorum perſecutio, quam Blanchinus in annum Chr. 87. Petavius in ſequentem annum Chr 93. transfert.

M. Ulpio Trajano prædictum fuit ab Aſtrologis imperium; M'. Acilio Glabrioni interitus, quod utrique revera contigit, ſed felicior fuit Glabrio, qui Martyr occubuit, ut videbis anno ſequenti. Panvinius ex Xiphilino.

Anno ab U. C. 844.
Olymp. CCXVII. Anno IV.
Ær. Chr. 92.
FL. DOMITIANI IMP. AUG. 11. 12.
ANACLETI PONT. 9. 10.

FL. DOMIT. IMP. AUG. XVI.	Coſs.
Q. VOLUSIUS SATURNINUS.	

Ita ex Idatio, faſtis Siculis, & Anonymi Noriſiani, & Inſcript. ant apud Gruterum pag 300. Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Almelovenius, Tillemontius, Pagius, & Blanchinus, ſed Panvinius, & Petavius addunt Saturnino prænomen Auli pro Quincti, Quincti tamen ejus prænomen fuit, ut oſtendit Noriſius in Epiſt. Conſul. pag. 917. Edit. Veron.

Cornelia Claudia Maximilla Veſtalis ſtupri damnata à Domitiano viva ſepeliri jubetur. Ita Petavius ex Plinio Juniore lib. 4. Epiſt. 11., & Euſebio.

M'. Acilius Glabrio martyrio afficitur. Ita Ricciolius, & Ruinartus in acta Martyrum præf. XX.V. De anno martyrii certo non conſtat. Hoc tamen anno fuit in exilium pulſus. Svetonius in Domitiano cap. X.

Anno ab U. C. 845.
Olymp. CCXVIII. Anno I.
Ær. Chr. 93.
FL. DOMITIANI IMP. AUG. 12. 13.
ANACLETI PONT. 10. 11.

POMPEJUS COLLEGA.	Coſs.
CORNELIUS PRISCUS.	

De Conſulibus Ordinariis hujus anni conſentiunt omnes ex Tacito in vita Jul. Agricolæ recentiores Chronologi Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Tillemontius, Almelovenius, Pagius, & Blanchinus. Idatius eos nominat *Pompejanum* & *Priſcianum*. Anonymus Noriſianus, & faſti Siculi *Collegam*, & *Priſcinum*, ſed Tacitum ſequi opus eſt, qui circa hæc tempora vivebat.

Suffecti memorantur ante Idus Julii, ut conſtat ex lapide antiquo, quem producit Panvinius dato III. Idus Julii,

M. LOLLIUS PAULLINUS.	Coſs.
VALERIUS ASIATICUS SATURNINUS.	

quorum alterutri ſuffectus eſt ex vetuſta Inſcriptione apud Gruterum pag. 189. quemadmodum putat Blanchinus:

C. ANTISTIUS JULIUS QUADRATUS,

cujus etiam fit mentio in antiquo lapide apud Panvinium, ubi ita legitur ſcriptum:

C. ANTIUS. JULIUS . . . .
. . . . QUADRATUS.

Ex quo ſeribendi modo ego conjicio C. Antium Julium, ſive C. Antiſtium Julium, ut legitur in Grutero, alium fuiſſe à Quadrato, quem forte collegam habuit. Spatium enim relictum inter *Julius*, & *Quadratus* videtur prænomine, ac nomine hujus Quadrari notatum fuiſſe.

Hoc anno Blanchinus ex Tertulliano, Hieronymo, & Euſebio vult Joannem Evangeliſtam in ferventis olei dolium immiſſum fuiſſe, quod Petavius contigiſſe vult anno antecedenti.

Petavius hoc anno vult cœptam Domitiani adverſus Chriſtianos perſecutionem. Blanchinus etiam hoc ſcribit ad hunc annum, ſed hoc anno magis eam efferbuiſſe arbitratur, cum ſcripſerit anno Chr. 87. cœptam.

Domitianus hoc anno juſſit in Provinciis vineta ſuccidi relicta tantum Incolis media parte. In Italia vero vetuit novellas vites plantare. Ita Petavius ex Svetonio in vita Domitiani cap. 7. & Chron. Euſebii.

Anno ab U. C. 846.
Olymp. CCXVIII. Anno II.
Ær. Chr. 94.
FL. DOMITIANI IMP. AUG. 13. 14.
ANACLETI PONT. 11. 12.
L. NONIUS TORQ. ASPRENAS.) Coſs.
. . . . LATERANUS.)

De duobus hiſce Conſulibus teſtes habemus Idatium, & Anonymum Noriſianum. Vetus tamen Inſcriptio in Villa Cæſarina nominat Conſulem cum Aſpernate L. Sergium Paullum, ex qua ſuſpicatur Blanchinus L. Sergium Paullum ſuffectum fortaſſe Laterano. Quid ſi credamus L. Sergium Paullum alterum cognomen habuiſſe Laterani? Ita potius eſſe crediderim. Verum Panvinius legens in Caſſiodoro Conſulem hoc anno cum Aſprenate Clementem, adhæret Caſſiodoro, & M. Arriciuum Clementem, cujus extat (inquit) Romæ marmorea Inſcriptio, virum Conſulatem nominari videns, atque illius in Svetonii Domitiano Cap. XI. mentionem fieri, hunc Aſprenati Collegam dare non dubitat, atque ipſum ſequuntur Petavius, Mediobarbus, Pagius, (qui Arretinum pro Arricino ſcribit) Mediobarbus, Almeloveuius, aliique. Tillemontius tantum cum Blanchino concordat, & Lateranum ſine prænomine, ac nomine dat Aſprenati Collegam, ut & nos, id ſecurius arbitrati.

Almelovenius ponens Conſulem Ordinarium cum Aſprenate M. Arricinum Clementem, dat illi ſuffectos Calendis Julii Sextilium Lateranum (ita Panvinius eum vocat) & C. Silium Italicum; quem extremis Domitiani temporibus Conſulem III. Plinius Junior in Epiſtolis ſuis fuiſſe teſtatur. In re tam dubia Idatio, & Anonymo Noriſiano adhæremus, & Lateranum Aſprenati Collegam damus, ſed ejus nomen, ac prænomen ſilentio prætérimus, ut etiam facimus de ſuffectis, ut Lector id eligat quod maluerit. Arretinum ſcribi debere non Arricinum docet Pagius ad hunc annum num. III. ſed Fulvius Urſinus ex ant. Inſcr. vult ſcribi *Arricinum* in not. ad Tac. Hiſt lib. 4. cap. 64.

Hoc anno Blanchinus in Inſulam Patmos Joannem Evang. relegatum Apocalypſim ibi ſcripſiſſe refert in ſuis Notis ad Anaſtaſ. Tom. II. pag. 75.

Joſephus Hebræus hoc anno perficit ſuum librum Antiquitatum, in quo ponit teſtimonium de Jeſu Chriſto, quod in Hebraicis codicibus eraſum ab Hebræis fuit, cum tamen extet in Græcis.

Ludi Agonales Capitolini III. à Domitiano celebrati ſunt. Panvinius.

Anno ab U. C. 847.
Olymp. CCXVIII. Anno III.
Ær. Chr. 95.
FL. DOMITIANI IMP. AUG. 14. 15.
ANACLETI PONT. 12. 13.
FL. DOMIT. IMP. AUG. XVII. } Coſs.
T. FLAVIUS CLEMENS. }

Ita ex Idatio, Anonymo Noriſiano, faſtis Siculis, Dione G. L. pag. 776., & aliis, Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Almelovenius, Tillemontius, Pagius, & Blanchinus.

T. Flavius Clemens erat Patruus Domitiani, Flaviæ Domitillæ Maritus, alterius Flaviæ Domi-

tillæ Virginis Avunculus. Petavius eum Conſobrinum Domitiani fuiſſe refert, ſed Svetonius in Domitiano patruelem facit. Erat autem Fl. Clemens Chriſtianus, atque ipſum Domitianus ob Chriſtianam Religionem interfecit, relegata Flavia Domitilla ejus uxore in Pandatariam Inſulam, & altera Fl. Domitilla, Clementis ex ſorore Nepte ob eandem cauſſam in Inſulam Pontiam relegata. Fl. Clemens martyrio affectus eſt vix Conſulatus tempore exacto. Ita ex Svetonio, & Dione Blanchinus, & Petavius.

Acilius Glabrio vir Conſularis hoc pariter anno martyrio affectus eſt. Petavius ex Dione, & Euſebio. Svetonius refert hunc in exilium miſſum anno Chr. 91.

Anacletus hoc anno martyr occubuit ex Pagio ad hunc annum num. VI. atque ad annum Chr. 101. num. 4. ex Chronico Damaſi. Nos Blanchino adhæremus, qui martyrio affectum dicit anno ſequenti die 13. Julii, in quo omnino concordat cum Chronico Damaſi. Hoc quidem anno Blanchinus vult ordinatum ob perſecutionis imminens periculum Evariſtum tanquam Anacleti Coadjutorem, & Vicarium die 25. Martii, ſed de Anacleti martyrio ſilet.

Anno ab U. C. 848.
Olymp. CCXVIII. Anno IV.
Ær. Chr. 96.
FL. DOMITIANI IMP. AUG. 15. 16.
M. COCCEJI NERVÆ IMP. AUG. 1.
ANACLETI PONT. 13.
C. ANTISTIUS VETUS. } Coſs.
C. MANLIUS VALENS. }

Ita Blanchinus ex lapide antiquo apud Vignolium de Col. Ant. Pii. Panvinius tamen, Petavius, Mediobarbus, Tillemontius, Almelovenius, & Pagius ex Caſſiodoro ſequuti Panvinium *Fulvium* legunt pro Manlio, ſed Caſſiodorus omnino corruptus eſt, ut alibi diximus, in Conſulum nominibus producendis circa hæc tempora. Idatius, Anonymus Noriſianus, faſti Siculi, & Catalogus antiquus Rom. Pont. Damaſo adſcriptus ponunt Conſulem *Veterem*, & Valentem. Dio C. Valentem, & C. Antiſtium. Supereſt igitur Manlii nomen loco Fulvii merito ſubſtituendum.

Panvinius addit ſuffectos alios duos Conſules Veteri, & Valenti, ductus à Caſſiodoro, qui poſt Conſulatum Veteris, & Valentis ponit Conſulatum Sabini, & Antonii, ſive ut Panvinius legit *Antonini*, ſed Caſſiodoro non eſt fidendum, ut dixi, nam turbata habet Conſulum nomina & tempora. Almelovenius etiam Panvinium ſequutus vult ſuffectos Cal. Novembr. quos ægrè tranſcribimus:

T. FLAVIUM SABINUM Domitiani propinquum.

T. ARRIUM ANTONIUM Antonini Pii Avum maternum.

Domitianus hoc anno ſuorum Domeſticorum inſidiis interficitur, ac ſtatim Imperator acclamatur M. Coccejus Nerva. Ita ex Dione, ac Svetonio Petavius, & Blanchinus. Domitiani mors contigit XIV. Cal. Octob. Ejus interfector fuit Stephanus Domitillæ Procurator. Imperavit annos XV. dies VI. ætatis ſuæ anno XLV. Ita Panvinius, & Petavius ex Xiphilino, cum Luna eſſet in Aquarii gr. III. min. X. & cruenta appareret nocte ante diem 18. Septembris, qua interfectus eſt. Concordat Svetonius cum tabulis Aſtronomicis ejus anni.

M. Coccejus Nerva eo die, quo Imperium accepit (erat annorum 64.) omnia Domitiani acta reſcindi juſſit, & S. Joannes Evangeliſta ex Inſula, ubi à Domitiano relegatus fuerat, in Aſiam rediit. Ita Petavius ex Euſebii Hiſtor. lib. 2. cap. 21.

Anacletus Pontifex hoc anno die XIII. Julii martyrio coronatus eſt adhuc imperante Domitiano, eique ſtatim ſubſtitutus eſt Evariſtus, quem Anacletus anno antecedenti Vicarium ſibi conſtituerat, & Epiſcopum ordinaverat. Sedit Anacletus annos XII. menſes X. dies VIII. Vide Blanchini Notas ad Anaſtaſ.

Anno ab U. C. 849.
Olymp. CCXIX. Anno I.
Ær. Chr. 97.

M. COCCEJI NERVÆ IMP. AUG. 1. 2.
EVARISTI PONT. 1. 2.

M. COCC. NERVA IMP. AUG. III.) Coſs.
P. VIRGINIUS RUFUS.)

Ita ex Frontino pag. 102. & antiqua Inſcriptione apud Cuperum in Epiſt. ad Card. Corradinum, Blanchinus. Panvinius, & Almelovenius malè Virginio Rufo dant Titi prænomen. Petavius, Mediobarbus, Noriſius, Pagius, Tillemontius malè quoque dant illi prænomen Lucii pro Publii. Idatius, Anonymus Noriſianus, & faſti Siculi cognomen tantum Conſulum recitant nempe Nervam, & Rufum. Nervam verò bis tantum Conſulem faciunt hoc anno, nam Conſul fuit cum Domitiano anno Chr. 90. atque propterea fortaſſe è faſtis abraſus propter Collegam.

De P. Virginio Rufo malè Blanchinus facit Conſulem III. namque P. Virginius Rufus hic, alter eſt à Tito Virginio Rufo, quem ideo hoc anno ter Conſulem faciunt Panvinius, & Almelovenius, quia ſemel Conſulem fecerunt anno Chr. 69., & iterum Conſulem anno Chr. 83.

Adde quod Virginius Rufus ſemper ſine prænomine nominatur apud Tacitum & Plinium, & alios antiquos quos vidi, nec ſcio quomodo Blanchinus ter Conſulem faciat, cum eum ſemel tantum in faſtis ſuis Conſulem memoraverit, nempe hoc anno.

T. Virginius Rufus, qui fuit ſuffectus anno Chr. 69 deberet corrigi & ſcribi P. Virginius Rufus, fuit enim hujus P. Virginii Pater, ut credimus Qui verò Conſul fuit anno Chr. 83. T. Virginius Rufus, erat Petilius, non Virginius Rufus, ut Noriſius ad eundem annum nos admonuit.

Plures ſuffectos Conſules hoc anno Plinius Junior Epiſt. pr. lib. 2. ad Romanum, & epiſt. 13 lib 9. ad Quadratum recitat: nempe P. Cornelium Tacitum Hiſt. Aug. Scriptorem ſuffectum dicit P. Virginio Rufo, Domitium Apollinarem, Fabricium Vejentonem, Fabricium Poſtumum, Poblicium Certum, Pompejum Collegam, & Vettium Proculum. Dio in Nerva, & Adriano, & Julius Capitolinus in Marco Antonino addunt alium ſuffectum M. Cornelium Frontonem, quos omnes anno poſt occiſum Domitianum ſuffectos adnumerant. Eos ita deſcribit (quo fundamento neſcio) Almelovenius.

Mortuo in Magiſtratu Virginio Rufo ſuffectus eſt:
CORNELIUS TACITUS HISTORICUS.

Nerva deinde ac Tacito abdicantibus ſuffecti ſunt Cal. Jul.
DOMITIUS APOLLINARIS.
Q. FABIUS VEJENTO.

Quibus deinde amotis ſuffecti ſunt Cal. . . .
M. CORNELIUS FRONTO.
Q. FABIUS POSTUMUS.

Quorum alterutri (fortaſſe mortuo in Magiſtr.) ſuffectus eſt:
C. POBLICIUS CERTUS.

Cui abdicare coacto, cum vitio factus eſſet Conſul, ſuffecti ſunt duobus poſtremis Conſulibus:
SEX. POMPEJUS COLLEGA.
VETTIUS PROCULUS.

Ita Almelovenius: nos ambigimus, neque ex Epiſtola Plinii ad Quadratum colligi quidquam certi poteſt. Judicet Lector.

Cum Nerva hoc anno ſe ob ſenium contemptui haberi animadverteret, in Capitolium conſcendit, ibique magna voce: Quod felix, fauſtumque ſit (inquit) S. P. Q. R. mihique ipſi, M. Ulpium Trajanum Principem facio: eundemque poſtea in Senatu Cæſarem declaravit, atque ad eum, qui tunc Germaniæ præſidebat, ita ſcripſit:
Telis Phœbe tuis lacrymas ulciſcere noſtras.

Trajanus itaque, quamquam Nervæ propinqui non deerant, adoptatus Cæſar, ac poſtea Imperator factus eſt. Ita Panvinius ex Dione. Dies hujus adoptionis fuit 18. Sept., quæ dies erat Natalis Imperii Nervæ, atque hac die data eſt Trajano Tribunitia poteſtas. Panvinius.

D. Joannes Apoſtolus in Aſia, cum eſſet annorum ferè 90. ſcripſit Evangelium ſuum. Ita Petavius ex Irenæo, & Epiphanio.

Calpurnius Craſſus conſpirat in Nervam, qui Calpurnium Craſſum in gladiatorio ſpectaculo co-
A mitem ſibi adſcivit, eique dedit explorandam gladiorum aciem, ſine alia vindicta, ſed forte hoc cauſſa fuit, ut Nerva ſtatim Trajanum adoptaret. Petavius ex Dionis lib. 68.

Anno ab U. C. 850.
Olymp. CCXIX. Anno II.
Ær. Chr. 98.

M. COCCEJI NERVÆ IMP. AUG. 2.
M. ULPII TRAJANI IMP. AUG. 1.
EVARISTI PONT. 2. 3.

M. COCC. NERVA IMP. AUG IV.) Coſs.
ULPIUS TRAJANUS CÆSAR II.)

Quibus poſt menſes VI. abdicantibus, ſi Panvinii, & Almelovenii conjecturis credendum eſt, ex Plinio Juniore, ac Dione deductis, ſuffecti ſunt ex Cal. Jul.
B *C. SOSIUS SENECIO.*
L. LICINIUS SURA.

Quorum alterutri ſuffectus eſt in partem anni, ac fortaſſe Cal. Octobris, ut putat Almelovenius:
AFRANIUS DEXTER.

Afranius Dexter in Magiſtratu occiſus eſt. De hoc loquitur Plinius Junior lib. V. epiſt. 14. Vide Notas Catanæi ad lib. VIII. epiſt. 14. ejuſdem Plinii.

Nerva Imp. Auguſtus cum anno antecedenti V. Cal. Novembris Trajanum ſibi Collegam in Imperio accepiſſet, & tres menſes cum ipſo imperaſſet, ut docet Aur. Victor in Epit. hoc anno VI. Cal. Februarii mortuus eſt. Adoptatus eſt igitur Trajanus anno antecedenti die 18. Septembris, & ſimul accepto Cæſaris titulo cum Tribunitia Poteſtate, Collega Nervæ in Imperio adſcitus eſt ex Aur. Victore 5. Cal. Novembris, ac de-
C mum 6. Cal. Februarii Nerva mortuus eſt, cum imperaſſet annum unum, menſes quatuor, dies undecim à morte Domitiani, ac vixiſſet annos LXV. menſes X. dies X. Trajanus autem ſolus Imperium univerſum ſuſcepit eadem die, qua Nerva obiit, atque ab hac die numerantur anni Imperii Trajani, qui ſolus Imperium ſuſcepit annos natus XLII. Ita Panvinius, & Petavius ex variis Auctoribus.

Perſecutio in Chriſtianos ſub Nerva conquievit, nec Trajanus aliud in Chriſtianos a principio decrevit, niſi quod ab iis Sodalitia, & conventus fieri vetuit, ut conſtat ex Plinii lib. X. epiſt. 97.

Abilio Epiſcopo in Cathedra Alexandriæ hoc anno ſucceſſit Cerdo, cum hoc tempore Ignatius Antiochenam, Symeon Hieroſolymitanam Eccleſiam regeret. Ita Euſeb. hiſt lib 3. cap. XXI.

Menelaus Mathematicus, Lunam cum Spica Veneris conjunctam obſervavit hoc anno die X. Januarii
D hora 5. poſt mediam noctem, & denuo apparuiſſe hora 6. poſt mediam noctem. Quod ex Tabulis Aſtronomicis die XI. non X. Januarii contigiſſe compertum ſit. Blanchinus.

Aurelius Victor indicat hoc anno Eclypſim Solis, quam Calviſius ſuis calculis oſtendit contigiſſe die 21. Martii hora VI. poſt meridiem.

Ludi Agonales Capitolini hoc anno celebrandi erant IV.

Anno ab U. C. 851.
Olymp. CCXIX. Anno III.
Ær. Chr. 99.

M. ULPII TRAJANI IMP. AUG. 1. 2.
EVARISTI PONT. 3. 4.

A. CORNELIUS PALMA.) Coſs.
C. SOSIUS SENECIO.)

E Ita ex Caſſiodoro, Tacito initio hiſt., Idatio, Anonymo Noriſiano, Proſpero, Chronico Alexandrino, Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Tillemontius, Almelovenius, Pagius, & Blanchinus.

Hoc anno Trajanus tertium Conſulatum aſſumere reſpuit. *Secundum Conſulatum* (verba ſunt Plinii in Panegyrico) *recepiſti quia Princeps, & Pater deferebat, at poſtquam ad te Imperii ſummam Dii tranſtulerunt, tertium Conſulatum recuſaſti* &c.

S. Joannes Apoſtolus & Evangeliſta moritur annos natus 98. Epheſi. Ita Petavius, & Blanchinus ex D. Hieronymo, & Euſebii Chronico, & D. Epiphanio.

Hoc anno tantum circa veris tempus Romam Trajanus venit, ubi Comitiis, in quibus deſignatus eſt Conſul in ſequentem annum, interfuit, &

præ-

præſens etiam hunc tertium Conſulatum recu- A
ſavit, ſed precibus tamdem victus accepit. Ita
Pagius ex Plinii Paneg. Quando autem Conſu-
latum aſſumere recuſavit in hunc annum, abſens
adhuc Trajanus erat. Vide Pagium in Critic.
ad Baron. ad hunc annum.

Anno ab U. C. 852.
Olymp. CCXIX. Anno IV.
Ær. Chr. 100.
M. ULPII TRAJANI IMP. AUG. 2. 3.
EVARISTI PONT. 4 5.

M. ULPIUS TRAJ. IMP. AUG. III.) Coſs.
SEX. JULIUS FRONTINUS III.)

Ita ex Anonymo Notiſiano, Idatio, (apud quem
mendoſe legitur Pontino pro Frontino) & No-
riſii epiſt. Conſul. pag. 919. edit. Veron. Blan- B
chinus. Quia vero Panvinius, Petavius, Pagius,
Almelovenius, Tillemontius, & Mediobarbus,
haud ſine ſolida conjectura Trajano collegam
dant hujus anni principio M. Cornelium Fron-
tonem, quem pariter hoc anno tertium Conſu-
lem faciunt, ait enim Plinius Trajanum ter-
tium Conſulem deſignatum, duos ſecum Conſu-
les deſignaſſe, qui tertium Conſules eſſent, ideo
ancipites quem de duobus Conſulem Ordinarium
cum Trajano conſtituamus, eligat Lector eum,
qui magis arriſerit, ſed prius Noriſium legat.

Panvinius Calendis Martii ex levi conjectura, quod
Pompejus Collega bis Conſul fuerit Ordinarius
ſub Domitiano, & ſuffectus ſub Nerva, putat
hunc fuiſſe alterum, quem ſecum Conſulem
Trajanus deſignavit. Ego tamen in re tam du-
bia ſolidiorum documentorum defectu, ita
utramque ſententiam conciliaverim, ut duo hi
Conſules, quos tertium Conſules ſecum deſigna- C
vit Trajanus, alter eſſet Conſul III. Ordinarius
nempe Sex. Julius Frontinus, Conſul vero III.
ſuffectus Cal. Martii, eſſet:

M. CORNELIUS FRONTO III.

Panvinius, Almelovenius, & Pagius hoc anno Ca-
lendis Septembribus in proximos duos menſes
ſuffectos ajunt duos alios, qui fuere

PLINIUS COECILIUS SECUNDUS.
SP. CORNUTUS TERTULLUS.

Quibus deinde Calendis Novembribus aſſerit Panvi-
nius cum Almelovenio ſuffectos fuiſſe alios duos,
qui ex Plinii lib. 17. epiſt. XL. & alia falſo cita-
ta ad Octavium, fuerunt

JULIUS FEROX.
ACUTIUS NERVA.

Plinius hoc anno dum iniit Conſulatum ſuum Pa-
negyricum recitavit, ut docet Pagius ad ſequen-
tem annum num. III. contra Em. Baronium, qui D
hoc differt in ſequ. an.

Hoc anno S. Clemens martyrio coronatus eſt. Ita
Pagius ex Damaſi Chronico. Anno Chr. 67. ſuc-
ceſſit Lino. Anno Chr. 77. Pontificatum abdica-
vit, ut colligitur ex D. Epiphanio de hæreſi 77.
Clementi ſucceſſit Cletus, atque hoc anno Cle-
mens martyr occubuit. Vide Pagii Crit. ab Ba-
ronium ad hunc annum num. 2.

Anno ab U. C. 853.
Olymp. CCXX. Anno I.
Ær. Chr. 101.
M. ULPII TRAJANI IMP. AUG. 3. 4.
EVARISTI PONT. 5. 6.

M. ULPIUS TRAJ. IMP. AUG. IV.) Coſs.
SEX. ARTICULEJUS PÆTUS.)

Calendis vero Martiis in locum Articul. Pæti ſuffe- E
ctus eſt

CORNELIUS SCIPIO ORFITUS.

Calendis Maji alii duo Conſules in priorum locum
ſuffecti ſunt:

BÆBIUS MACER.
M. VALERIUS PAULLINUS.

Ac tandem Cal. Julii ſuffecti ſunt alii duo:

RUBRIUS GALLUS.
Q. CÆLIUS HISPO.

Ita de Conſulibus Ordinariis hujus anni Panvinius,
Petavius, Pagius, Mediobarbus, Tillemontius,
Almelovenius, & Blanchinus, ex Ælio Sparti-
no in vita Hadriani, Anonymo Noriſiano, Ida-
tio, & faſtis Siculis, & Gruteri Inſcript. pag. 35.
2. 190. 2. & pag. 240.

De Orfito ſuffecto meminit Caſſiodorus, atque ideo
Panvinius eum probabiliter putat ſuffectum Cal.
Martiis, quia Calendis Maji alios duos ſuffectos
ex Plinii epiſt. 9. lib. IV. exiſtimavit Macrum
ſcilicet, & Paullinum. Vide Inſcript. *Deo Soli*
&c. apud Panvinium.

De ultimis duobus ſuffectis mentionem fecerunt idem
Plinius, & Ulpianus lib. digeſt. XL. Titulo 26.
Ita Panvinius, & Almelovenius. Hadrianus qui
poſtea Trajano ſucceſſit, hoc anno Quæſtor fuit,
ut docet Noriſius epiſt. Conſul. pag. 924. edit.
Veron. ex Ælio Spart. Inſcriptio quam producit
Panvinius hoc anno de victo Decebalo falſa eſt,
ut demonſtrat Noriſius pag. 924. ut ſupra. Dece-
balus hoc anno defecit à Romanis, quare in
annum ſequentem deſignatur expeditio Dacica,
non enim niſi anno ſequenti expeditio hæc ſu-
ſcepta eſt, ut docet Noriſius loc. cit.

Anno ab U. C. 854.
Olymp. CCXX. Anno II.
Ær. Chr. 102.
M. ULPII TRAJANI IMP. AUG. 4. 5.
EVARISTI PONT. 6. 7.

C. SOSIUS SENECIO III. } Coſs.
L. LICINIUS SURA II. }

Quibus ex Cal. Julii ſuffecti ſunt in reliquum annum
ex Panvinio, & Almelovenio

M'. ACILIUS RUFUS.
C. CÆCILIUS CLASSICUS.

De primis duobus Conſulibus nihil ex Caſſiodoro,
Idatio, Anonymo Noriſiano, & faſtis Siculis
deduci poteſt, nam omnes corrupti ſunt. Cum
tamen hi duo Conſules fuerint Conſules etiam
anno Chr. 107. Vide ea quæ Panvinius, & Pa-
gius ad eundem annum docent. Concordes au-
tem recentiores Chronologi omnes ſunt in hiſce
Conſulibus admittendis Panvinius, Petavius,
Mediobarbus, Almelovenius, Pagius, & Blan-
chinus.

De ſuffectis Panvinio, & Almelovenio inhærendum
eſt, cum eos Plinius lib. III. in epiſt. ad Macri-
num lib. IV. in epiſt. ad Gallum, libro V. in
epiſt. ad Urſum nominet.

Trajanus hoc anno in Germaniam adverſus Dece-
balum pergit, eumque acie victum ad pacem
petendam cogit, & triumphum de Dacis ducit,
& Dacicus appellatur. Ita Petavius, Pagius, &
Blanchinus ex Dione lib. 58.

Evariſtus Romæ titulos dividit Presbyteris, & Re-
giones Diaconis VII. diſtribuit, quos prædicanti
Epiſcopo adeſſe jubet. Blanchinus.

Ludi Agonales Capitolini V. hoc anno à Trajano
celebrati eſſe debuerunt. Panvinius.

Anno ab U. C. 855.
Olymp. CCXX. Anno III.
Ær. Chr. 103.
M. ULPII TRAJANI IMP. AUG. 5. 6.
EVARISTI PONT. 7. 8.

M. ULP. TRAJAN. IMP. AUG. V.) Coſs.
L. APPIUS MAXIMUS II.)

Ita ex Caſſiodoro, Idatio, Anonymo Noriſiano, &
faſtis Siculis, Panvinius, Petavius, Almelovenius,
& Pagius. Noriſius, Mediobarbus, & Blanchi-
nus trium nummorum documento evertere con-
tendunt Antiquorum, quos ſupra citavimus fa-
ſtos, & opinionem recentiorum qui eos ſequun-
tur, ac transferunt in annum hunc Conſules ſe-
quentis anni, & Conſules hujus anni in ſequen-
tem. At nos potius Pagio adhæremus, cujus do-
cumenta ſolidiſſima videre eſt in Crit. Baron.
ad hunc annum num. II. & III.

Hoc anno Trajanus celebravit Quinquennalia Augu-
ſtalis Imperii, quare Conſulatum geſſit hoc an-
no, & non ſequenti, ut eodem tempore, quo
Conſul erat ſuorum more Anteceſſorum eadem
Quinquennalia celebraret.

Hoc pariter anno, & non ſequenti Decebalo pax
ſub aliquot pactis conceſſa eſt, cum anno ante-
cedenti Trajanus Dacicus ſit appellatus. Quod
ſi habentur nummi, quibus Trajanus Dacicus
appellatur, cum eſſet Conſul tantum IV. ideo
hoc factum eſt, quia victoria de Dacis à Traja-
no reportata eſt antecedenti anno, & non hoc:
Anno autem antecedenti erat tantum Conſul IV.
Quamvis autem revera anno antecedenti Conſul
non eſſet, dicebatur tamen in nummis Conſul
IV., quia quater jam Conſul fuerat. Vide num-
mos productos à Mediobarbo anno currenti, quos
pro-

producere debuit anno antecedenti juxta noſtrum calculum, namque hoc anno Trajanus erat Conſul V. non IV.

L. Appio Maximo Conſulatus in præmium ſuæ virtutis, quam in bello Dacico conficiendo exercuit, datus eſt. Pagius ad hunc annum num. 5.

Anno ab U. C. 856.
Olymp. CCXX. Anno IV.
Ær. Chr. 104.
M. ULPII TRAJANI IMP. AUG. 6. 7.
EVARISTI PONT. 8. 9.

L. LICINIUS SURA III. } Coſs.
P. HORATIUS MARCELLUS. }

Hi ſunt Conſules quos Fabrettus, Noriſius, Mediobarbus, & Blanchinus Conſules fuiſſe dicunt antecedenti anno. Miror autem Blanchinum non addere ſuum prænomen, & nomen Suræ, cum tamen III. Conſulem notet, & Conſulem fecerit II cum prænomine, ac nomine anno Chr. 102. Non enim video quem alium Suram intelligat, niſi hunc. P. Horatius Marcellus à Dione, atque ab Ælio Spartiano in Adriani vita commemoratur, ac dicitur fuiſſe Trajano cariſſimus, utpote cui dixerit Trajanus: Commendo tibi provincias, ſi quid mihi fatale contigerit.

Admittunt hos Conſules hoc anno, Panvinius, Petavius, Pagius, & Almelovenius ex Anonymo Notiſiano, ſive faſtis Cuſpiniani, & faſtis Siculis. Idatius tamen pro Sura nominat *Suburranum*, & Anonymus Noriſianus *Suranum*, quæ mendoſe tamen ſcripta arbitramur. Hinc tamen factum eſt ut alii recentiorum *Suram* ſcripſerint, alii *Suranum*, & alii *Suburranum*. Cum incerta res ſit, eligat quique quod malit.

Decebalus cum Romanis iterum pacem infringit, ut Blanchinus, & Mediobarbus docent, nec pactis conditionibus fidem ſervat, unde bellum Dacicum ſecundum inchoatur.

Anno ab U. C. 857.
Olymp. CCXXI. Anno I.
Ær. Chr. 105.
M. ULPII TRAJANI IMP. AUG. 7. 8.
EVARISTI PONT. 9. 10.

TIB. JULIUS CANDIDUS II. } Coſs.
A. QUADRATUS II. }

Ita ex Caſſiodoro, Idatio, Ælio Spartiano, Anonymo Noriſiano, faſtis Siculis, & antiqua Inſcriptione apud Panvinium, Panvinius, Almelovenius, Petavius, Pagius, & Tillemontius Mediobarbus C. Numidium Quadratum Conſulem facit, neque hoc conſtat, quo fundamento, ut docet etiam Pagius. Blanchinus vero C. Actium Quadratum nominat hoc anno Conſulem. Sponius C. Antium Julium Quadratum, unde forte Blanchinus credidit latine vertendum C. Actium Julium Quadratum cum ex græco Funerario Athenienſi hoc Conſulis nomen hauſerit. Quidquid alii aliter ſentiant, Panvinio, & Pagio hic inhæremus.

Trajanus hoc anno in Germaniam proficiſcitur adverſus Daces, ac ſecum ducit Hadrianum Conſobrinum ſuum, Legatum factum unius Legionis. Ita Blanchinus ex Ælio Spartiano in Hadriani vita.

Eodem tempore Palma Syriæ Præſes Petræam ſubigit, & Imperio Romano eam addit. Ita Pagius ex Dione lib. 68.

Anno ab U. C. 858.
Olymp. CCXXI. Anno II.
Ær. Chr. 106.
M. ULPII TRAJANI IMP. AUG. 8. 9.
EVARISTI PONT. 10. 11.

L. CEJON. COMMODUS VERUS. } Coſs.
L. TUTIUS CEREALIS. }

Ita ex Caſſiodoro, Idatio, faſtis Siculis, Anonymo Noriſiano, Ælio Spartiano in vita L. Ælii Cæſaris, & Julio Capitolino in vita L. Veri, Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Tillemontius, Almelovenius, Pagius, & Blanchinus.

Hoc anno iterum victus à Trajano Decebalus Daciæ Rex, atque ad mortem ex deſperatione compulſus dicitur à Blanchino, & Mediobarbo. Dacia in Provinciam redacta eſt. Cœpit hoc bellum anno Chr. 102. & finem habuit anno hoc 106. duravit enim utrumque Dacicum bellum ſimul ſumptum, & quaſi continuatum per annos quinque. Trajanus tamen Romam non rediit niſi exeunte anno Chr. 107. vel 108., ut docet Pagius ad annum Chr. 104. num. II.

Evariſtus interea prævidens proximam, atque imminentem Chriſtianorum perſecutionem, ordinavit Epiſcopum, ſibi Vicarium Alexandrum die Dominica 27. Sept. atque ab hac die computantur anni Alexandri Papæ, cui antiquæ Picturæ in Baſilica S. Pauli Romæ tribuunt Pontificatus annos X menſes VII. dies III. ſeu ut Blanchinus corrigendum putat dies VI. uſque ad diem ejus martyrii, cujus mentio fit die 3 Maji. Ita Blanchinus ex ſuis obſervationibus in Anaſtaſium pag. 81. col. 1. Tom. 2.

VI. Ludi Agonales Capitolini Romæ hoc anno celebrari debuerant, juxta Olympiadum Elienſium morem, inſtituti ſunt enim à Domitiano anno Capitolino ab U. C. 838. quare hoc anno ſexta vice exhibendi erant.

Anno ab U. C. 859.
Olymp. CCXXI. Anno III.
Ær. Chr. 107.
M. ULPII TRAJANI IMP. AUG. 9. 10.
EVARISTI PONT. 11. 12.

L. LICINIUS SURA III. } Coſs.
C. SOSIUS SENECIO IV. }

Ita ex Caſſiodoro, Idatio, Anonymo Noriſiano, faſtis Siculis, & antiquis Inſcriptionibus à Panvinio, & Blanchino citatis, Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Almelovenius, Pagius, Tillemontius, & Blanchinus. Variant tamen Auctores in notis numeralibus Conſulatuum a Sura, & Senecione geſtorum. Nos, ut conſtantes ſimus in Conſulatibus retro aſſignatis, Senecio, hoc anno IV. Conſul ponitur, & Sura III. cum revera in antiqua Inſcriptione figulina à Panvinio expoſita ponatur Senecio IV. & Sura III. Coſs. Panvinium ſequimur Almelovenius, & Pagius, noſque ſimul.

Ex Calendis Julii ſuffecti ſunt iſtis duo alii Conſules:
. . . . *SURANUS* II.
C. SERVILIUS URSUS SERVIANUS.

Conſulum hujuſmodi ſuffectorum mentionem facit Ælius Spartianus in Hadriano, quibus Conſulibus Plautianus Prætor fuit, cum biennio ante fuerit Tribunus Plebis. Horum etiam ſuffectorum memoria ſupereſt in antiquo lapide apud Panvinium.

Exeunte hoc anno Trajanus Romam ex Danubio rediit, & ſecundum de Dacis triumphum duxit. Ita Mediobarbus ex Nummis.

Hoc anno cœptam tertiam perſecutionem Chriſtianorum Euſebius ſcribit nempe anno X. Imperii Trajani Auguſti, quod & nos ultro admittimus cum Pagio ad hunc annum, ſed Ignatii Epiſcopi Antiocheni martyrium neceſſario in alium annum differimus, quicquid in contrarium Blanchinus objiciat. Priuſquam enim Ignatius martyrium ſubiret, ductus Antiochiæ in conſpectum Trajani, qui illic erat, atque illinc a Trajano Romam miſſus eſt, ut à beſtiis in theatro dilacceraretur. Trajanus autem profectus in Orientem non eſt, niſi anno Chriſti 112 ut docet Pagius ad hunc annum.

Anno ab U. C. 860.
Olymp. CCXXI. Anno IV.
Ær. Chr. 108.
M. ULPII TRAJANI IMP. AUG. 10. 11.
EVARISTI PONT. 12. 13.
ALEXANDRI PONT. 1.

APPIUS ANNIUS TREBONIUS GALLUS. } Coſs.
M. ATILIUS METILIUS BRADUA. }

Ita ex Caſſiodoro, Idatio, Anonymo Noriſiano, faſtis Siculis, Chronico Pontif. Damaſi, & duabus antiquis Inſcriptionibus à Panvinio exhibitis, Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Almelovenius, Tillemontius, Pagius, & Blanchinus. Variant tamen Chronologi in cognomento Trebonii, quem aliqui ut Pagius, & Blanchinus *Trebonianum* nominant, & in cognomento Metilii, quem Blanchinus nominat Metellum. Nos

Tre-

Trebonium, & *Metilium* legentes in Inſcriptione à Panvinio producta, ab ea recedere non poſſumus. A

Panvinius, & Almelovenius addunt ſuffectos Cal. Martii alios duos, qui ſunt:

C JULIUS AFRICANUS.
CLODIUS CRISPINUS.

Quos Panvinius colligit ex Caſſiodoro, qui tres nominat tanquam Conſules Ordinarios poſt Conſulatum Galli, & Braduæ. Ita ſolet ſuffectos memorare Caſſiodorus, & ſane haud longe poſt, nempe anno Chr. 112., Julius Africanus hic ponitur Conſul II. cum Trajano IV. Quomodo autem Almelovenius ponat eos ſuffectos Calend. Martiis, ipſe non docet, neque Panvinius verbum facit.

Trajanus hoc anno Decennalia edidit Auguſtalis Imperii, atque ideo plura ſpectacula edidit. Illuſtres legationes à barbaris gentibus, atque etiam ab Indis ſuſcepit. Pontinas paludes lapidibus ſtravit, plura ædificia, & pontes magnificentiſſimos exſtruxit. Ita Pagius ex Dionis lib. 68. B

His Conſulibus (Bradua ſcilicet & Gallo) Evariſtus martyrio coronatus eſt die 26. Octobris, eique ſubſtituitur Alexander. Neque propterea Braduæ, & Gallo Conſulatus durabat adhuc. Sed cum Evariſtus ultimum Paſcha ſub his Conſulibus celebraverit, ideo ſub his Conſulibus ejus mors memoratur. Ita Blanchinus docet. A ſua Ordinatione Evariſtus ſedit annos XIII., menſes VI., dies II. incluſis duobus extremis, ut docet Blanchinus ex vetuſto Pontif. Rom. Catalogo, & picturis antiquis in Baſil. S. Pauli. A morte autem Anacleti ſedit annos XIII, menſes II., dies XII. Alexander conſtitutus eſt in Cathedra D. Petri hoc anno die Dominica, 3. Decembris. Hadrianus Proprætor in Pannonia Sarmatas reprimit: Mediobarbus ex Nummis. C

Anno ab U. C. 861.
Olymp. CCXXII. Anno I.
Ær. Chr. 109.
M. ULPII TRAJANI IMP. AUG. 11. 12.
ALEXANDRI PONT. 1. 2.

A. CORNELIUS PALMA II.
C. CALVISIUS TULLUS II. } Coſs.

Quibus ſuffecti Cal. . . . . . .

. *P. ÆLIUS HADRIANUS.*
L. PUBLILIUS CELSUS, ſive *PUBLICIUS*, ut videbimus ad annum Chr. 113.

Ita de Conſulibus Ordinariis hujus anni Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Almelovenius, Pagius, Tillemontius, & Blanchinus ex Anonymo Noriſiano, Idatio, faſtis Siculis, & Catalogo antiquo Pont. Rom. Damaſo adſcripto. Primi Conſulis conſtat nomen ex eo, quod fuit Conſul primùm anno Chr. 99. Secundi Conſulis nomen conſtat ex Julio Capitolino in vita M. Aurelii. D

De ſuffectis meminit Lydiat. in ſerie Summorum Magiſt. quorum uterque fuit iterum Conſul, ut paullo poſt videbimus. Ita Almelovenius, & Panvinius, qui hos eoſdem ſuffectos nominant ex Dione, Ælio Spartiano, & Plinio Juniore in Epiſtolis.

Plinius Junior hoc anno Legatus Trajani, ac Prætor, non Proconſul, Bithyniam obtinuit, non ante hunc annum, ut evidenter Noriſius docet in Epiſt. Conſul. pag 930. edit. Veron. Ibi duos circiter annos commoratus eſt, ut patet ex Epiſtolis ejuſdem Plinii, ubi ſcribit ad Trajanum ſe celebraſſe natalia ejus Imperii bis. Ita & Blanchinus.

His duobus Coſs cœptus Pontificatus Alexandri habetur, licet verè cœperit ſub Conſulibus antecedentis anni, & ratio eſt, quia primum ſuum Paſcha celebravit ſub Conſulibus hujus anni, ut oſtendit Blanchinus ex antiqua Regula Paſchali. Vide ejus Notas ad Anaſtaſ. pag. 76. Tom. II. E

Hoc anno Circum à ſe conſtructum Trajanus dedicavit, & viam Appiam, quæ Roma Capuam, & Capua Brunduſium ducebat, lapidibus ſtravit, & viam Trajanam vocari juſſit. Ita Mediobarbus, quem vide in Trajano ad hunc annum. Ita & Blanchinus ex Nummis antiquis apud Mediobarbum.

Anno ab U. C. 862.
Olymp. CCXXII. Anno II.
Ær. Chr. 110.
M. ULPII TRAJANI IMP. AUG. 12. 13.
ALEXANDRI PONT. 2. 3.

SER. SALVIDIENUS ORFITUS.)
M. PEDUCÆUS PRISCINUS.) Coſs.

Ita ex lapide nuper invento ad Portam Capenam, producto à Blanchino in Notis ad Anaſtaſ Tom. II. pag. 122. & Tabulis Figulinis apud eundem Blanchinum, & apud Fabrettum pag. 508. Concordant Idatius, Anonymus Noriſianus, & faſti Siculi, apud quos legitur Orfitus, & Priſcinus, Idatius ſcribit mendoſe *Priſcimus*, & Anonym. Noriſ. *Priſcina*.

Malè igitur Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Almelovenius, & Pagius, qui aliter hæc nomina recitant, vel Clodius Cripinus, & Solinus Orfirus, vel Criſpinus Priſcinnus, vel Clodius Criſpinus Priſcianus ſcribatur.

Quæ hoc anno ſcribit Antonius Pagius in Critica ad Baronium de Anacleto, Evariſto & Alexandro Pontiff. emendanda ſunt juxta Blanchinum. De Anacleti vero Epiſtolis Decretalibus, videtur bene Pagius dubitare, ne ſuppoſititiæ ſint ex adductis ab eo non levibus conjecturis.

Trajanus hoc anno cognomentum *Optimi* admittit. Blanchinus, & Mediobarbus, ſed puto, falluntur ambo, nam in iis Nummis, in quibus titulus Optimi ei adſcribitur, dicitur Trajanus *Conſ. VI.*

Hoc anno incredibiliter in Bithynia augetur Chriſtianorum numerus, quare Plinius ad Trajanum ſcribit de moderanda eorum perſecutione. Lib. X. epiſt. 97. & 98.

Pantheon Romæ fulmine percuſſum hoc anno ſcribit Euſebius in Chron.

VII. Ludi Agonales Capitolini hoc anno celebrati eſſe debuerunt.

Anno ab U. C. 863.
Olymp. CCXXII. Anno III.
Ær. Chr. 111.
M. ULPII TRAJANI IMP. AUG. 13. 14.
ALEXANDRI PONT. 3. 4.

C. CALPURNIUS PISO.)
M. VECTIUS BOLANUS, vel VET-) Coſs.
TIUS BOLANUS.)

Ita ex Anonymo Noriſiano, faſtis Siculis, Inſcript. antiqua apud Panvinium, & apud Gruterum pag. 188. & 161., & apud Fabrettum Inſcript. 696. & Boldet pag. 78. Panvinius, Petavius, Pagius, & Blanchinus. Malè alii aliter. Sive Idatius *Julianum* habeat pro Bolano, ſive Caſſiodorus *Ruſticum* pro Vectio, vel pro Bolano, niſi fortaſſe Ruſticus fuerit aliud cognomen M. Vectii, ut putat Almelovenius.

Benè Panvinius addit ſuffectos (ex Cal. Jul. ut putat Almelovenius ex Thoma Lydiat in ſerie Summ. Magiſtrat.)

C. JULIUM URSIUM SERVILIUM SERVIANUM II.
L. FABIUM JUSTUM.

Quorum nomina leguntur in antiqua Inſcriptione apud Panvinium hoc anno.

Alexander Pontifex Chriſtianam Religionem maxime promovet Romæ, magna nobilitatis parte ad Fidem Chriſti perducta. Ita Anaſtaſius in ejus vita. Vide Notas Blanchini Tom II. pag. 82.

Decennalia Proconſularis Imperii hoc anno celebravit Trajanus, ut colligit Pagius ex Nummis apud Mediobarbum. Quod autem Trajanus Optimi cognomen hoc anno aſſumpſerit, ut Pagius putat, facilius credimus, quam anno antecedenti, namque hoc anno Trajanus erat Conſul VI. deſignatus in annum ſequentem.

Anno ab U. C. 864.
Olymp. CCXXII. Anno IV.
Ær. Chr. 112.
M. ULPII TRAJANI IMP. AUG. 14. 15.
ALEXANDRI PONT. 4. 5.

M. ULP. TRAJAN. IMP. AUG. VI.)
T. SEXTIUS AFRICANUS.) Coſs.

Quod ſpectat ad cognomina horum Conſulum omnes ex Idatio, Anonymo Noriſiano, faſtis Siculis

una voce concordant, ſicuti etiam nota numerali Conſulatuum Trajani. Variant tamen in aſſignando prænomine, ac nomine Africani, quem Panvinius, Petavius, Almelovenius, & Pagius *C. Julium* vocant ex conjectura Panvinii, quod in epiſtolis Plinii ſæpe ejus mentionem fieri legerit. Sed Noriſius in epiſtola Conſulari T. Sextium Africanum vocari debere docet teſte Julio Obſequente de Prodig. & Gruteri Inſcript. antiq. pag. 1029. num. 6. Vide Noriſium, qui ex Phlegonte Hadriani liberto cap. 25. de Mirabilibus, ubi ejus expreſſè prænomen, nomen, & cognomentum leguntur, reprehendit Pagium, quod ſequutus Panvinium ſit. Immo Pagius in hoc Noriſium ſequitur.

Quindecennalia Proconſularis Imperii hoc anno Trajanus celebrare debebat, non vero Auguſtalis Imperii, ut Pagius, namque illa quidem hoc anno complebat, ſed anno tantum ſubſequenti complebat illa Auguſtalis Imperii; quare hoc anno forum Trajani a ſe conſtructum hoc anno dedicavit, anno vero ſubſequenti columnam ſuam Cochlidem in eodem foro erexit, ut ſua utraque Quindecennalia opere magnificentiſſimo memoranda redderet. Vide Nummos Mediobarbi ad hunc, & ſequentem annum.

Idatius vult hoc anno cœptam ſub Trajano tertiam Chriſtianorum perſecutionem, non quia vere hanc cœptam hoc anno cenſendum ſit, ſed quia fortaſſe hoc anno decretum a Trajano promulgatum fuit adverſus Chriſtianos, ut moris erat, in ſolemniis Quinquennalium, Decennalium, Quindecennalium celebrandis, ut Pagius docet ad hunc annum in Crit. ad Baron.

Hoc anno ex Nummis Mediobarbi conſtat expeditio Trajani in Armenios, quod eorum Rex coronam à Parthorum Rege, non à Romano Imperatore accepiſſet. Ita Pagius, & Blanchinus. Vide Ant. Pag. in Critica ad Baronium ſub anno Chriſti 103. ubi quæſtionem movet, & ſolvit de anno hujus expeditionis à Trajano ſuſceptæ in Armenios, & Parthos. Vide etiam Noriſium hæc eadem confirmantem in epiſt. Conſul. pag. 933. edit. Veron.

Anno ab U. C. 865.
Olymp. CCXXIII. Anno I.
Ær. Chr. 113.
M. ULPII TRAJANI IMP. AUG. 15. 16.
ALEXANDRI PONT. 5. 6.

L. PUBLICIUS CELSUS II. L. CLODIUS CRISPINUS.	Coſs.

Conſulum hujus anni cognomina habemus ex Caſſiodoro, Anonymo Noriſiano, & faſtis Siculis. Idatius mendoſè habet *Priſcianus* pro *Criſpinus*, ut bene corrigit Sirmondus. De Celſi Conſulis nomine alii aliter ſentiunt, namque alii Publium, alii Publilium vocant, ſed L. Publicium ſcribendum eſſe docet vetus Inſcriptio Romæ in Palatio Farneſio à Grutero edita pag. 214. Quod autem fuerit Conſul bis, ita habetur ex Idatio, Caſſiodoro, Anonymo Noriſiano, & faſtis Siculis.

Huic anno, & non alteri aſſignandum videtur Sancti Ignatii Epiſcopi Antiocheni martyrium, nam cum anno præterito circa menſem Octobris Trajanus Antiochiam venerit, atque ad ejus aſpectum ductus Ignatius fuerit, Trajanus eum Romam miſit, in amphitheatro à beſtiis lacerandum, ut poſtea contigit die prima Februarii hujus anni. Ita docet Noriſius in epiſt. Conſul pag. 133. Ita docet Marianus Scotus, qui anno proxime elapſo ejus martyrium ponit, hoc eſt ejus damnationem à Trajano factam, quamvis ejus mors poſt aliquot menſes Romæ completa ſit, nec ſerius videtur ejus martyrium differendum, hoc eſt ad annum Chriſti 116., ut vult Pagius, quando Trajanus iterum redivit Antiochiam poſt bellum Parthicum, nam ceteri fere omnes Chronologi ejus martyrium contigiſſe referunt multo prius; nemo, aut pauci poſt annum hunc.

Armenia, & Meſopotamia à Trajano in poteſtatem populi Romani hoc anno redactæ ſunt. Ita Blanchinus, & Mediobarbus ex Nummis antiquis. Hoc anno Columna Trajani in foro Trajani dicata eſt. Ita Pagius ex Nummis Mediobarbi, & antiquis Inſcriptionibus.

Anno ab U. C. 866.
Olymp. CCXXIII. Anno II.
Ær. Chr. 114.
M. ULPII TRAJANI IMP. AUG. 16. 17.
ALEXANDRI PONT. 6. 7.

Q. NINNIUS HASTA. P. MANILIUS VOPISCUS.	Coſs.

Ita ex Anonymo Noriſiano, & antiquo lapide, quem Panvinius producit, & alio apud Gruterum pag. 214. Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Almelovenius, Pagius, Tillemontius, & Blanchinus.

Hoc anno Aſſyria in poteſtatem populi Romani redacta eſt. Ita Mediobarbus, & Blanchinus ex Nummis antiquis.

Trajanus autem expugnata Niſibi, & Batnis inter Tigrim, & Euphratem, Parthicus ab exercitu, at nondum à Senatu appellatus eſt. Ita Blanchinus ex Noriſii epiſt. Conſul. pag. 933. edit. Veron. quem conſule.

VIII. Ludi Agonales Capitolini celebrari hoc anno Romæ juxta morem Olympiadum debuerunt.

Anno ab U. C. 867.
Olymp. CCXXIII. Anno III.
Ær. Chr. 115.
M. ULPII TRAJANI IMP. AUG. 17. 18.
ALEXANDRI PONT. 7. 8.

L. VIPSTANIUS MESSALLA. M. VERGILIANUS PEDO.	Coſs.

Cognomina horum Conſulum colliguntur ex Idatio, Caſſiodoro, Anonymo Noriſiano, & faſtis Siculis: Panvinius Meſſallæ prænomen, & nomen addit M. Valerii, de quo Plinius in Epiſtolis; & fallitur, ſicuti fallitur eum ſequutus Petavius, & Almelovenius, ut patet ex Gruteri Inſcript. ant. pag. 1066., & 1070., & Noriſii Epiſtola Conſul. pag. 915. Edit. Veron. ubi habentur horum Conſulum prænomina, nomina, & cognomenta. Vipſtanius ſcribi debere, non Vipſanius, ut Mediobarb. aut Vipitanus ut Pagius, conſtat ex eadem Epiſt. Conſ. Noriſii.

Ingens terræmotus hoc anno Antiochiam quaſſat, quo multi oppreſſi ſunt, & vix Trajanus è periculo evadit. Ita Pagius ex Xiphilino, & collectaneis Græcis apud Joſ. Scalig. Noriſius, Calviſius, & Baronius bene reprehenduntur a Pagio, quod hunc terræmotum poſuerint circa vernum tempus, cum nondum cœptus fuerit niſi poſt Solſtitium annus III. Olympiadis CCXXIII. Bene igitur anno tertio Olympiadis CCXXIII. adſigitur terræmotus Antiochiæ, namque, uti Blanchinus, & Pagius docent ex Dione, & Malala, is contigit die 13., ſive ut corrigit Pagius die 23. Decembris, quæ erat dies Dominica, ut colligit idem Pagius ex Joanne Malala Antiocheno.

Quod autem dicitur de Pedone, quem terræmotus Antiochiæ interemit, non eſt idem ille, ſed alius ab eo, qui hoc anno Conſul erat. Ita Pagius. Rhodus Inſula eodem terræmotu male concuſſa eſt. Ita Blanchinus ex Dione lib. 68.

Judæi in Ægypto tumultuantes, ingentes clades à Trajani Legato Marcio Turbone patiuntur. Ita ex Dione loc. cit. & Euſebio hiſt. lib. 4. cap. 2. quare Trajanus jubet occidi omnes Judæos in Meſopotamia, ne & ibi tumultuarent, ut in Ægypto fecerant.

Anno ab U. C. 868.
Olymp. CCXXIII. Anno IV.
Ær. Chr. 116.
M. ULPII TRAJANI IMP. AUG. 18. 19.
ALEXANDRI PONT. 8. 9.

L. ÆLIUS LAMIA. ÆLIANUS VETER.	Coſs.

Idatius, Caſſiodorus, Anonymus Noriſianus, & faſti Siculi habent hoc anno Conſules Ælianum, & Veterem. Quare Panvinius videns in Epiſtolis Plinii aliquoties memorari Æmilium Ælianum, & Antiſtium Veterem, credidit hos eſſe Conſules hujus anni, atque in errorem traxit Petavium, Almelovenium, & alios. Noriſius tamen in Epiſt. Conſul. pag. 936. Edit. Veron. oſtendit aliter ex Phlegonte rem ſe habere; nam Phlegon

gon Hadriani libertus, qui id tempus vivebat, cap. 9. de Mirabilibus, refert ſe vidiſſe virum in fœminam verſum L. Lamia, hoc eſt L. Ælio Lamia, & Æliano Veteri Coſs. Pagius igitur, & Blanchinus Noriſium ſequuti L. Ælium Lamiam, & Ælianum Veterem Conſules hujus anni conſtituunt, neque aliter ſentiendum putamus, corrupta lectione Antiquorum Chronologorum rejecta, cum de uno Conſule Æliano Vetere duos fecerint ſcribendo *Æliano* & *Vetere*, nec incredibile videatur Chronologos veteres in eundem errorem illapſos cum alius ab alio eorum corruptum nomen exſcripſerit.

Hoc anno poſt terræmotum Antiochiæ ubi Trajanus hiemavit, idem Trajanus trajecto Tigri Adiabenorum Regnum occupavit, Babylonem deinde venit, ac Cteſiphontem ingreſſus eſt, quare Imperator decies appellatus eſt, confirmato ei Parthici cognomento. Ita Pagius ex Dione, ſeu Xiphilino, quod conſtat etiam ex Nummo à Panvinio producto in ſuis faſtis. Verum Trajanus, dum ulterius progreſſurus Oceanum verſus navigat (per fretum fortaſſe Perſicum, non Rubrum, ut alii putant) tumultuantibus iterum Parthis Cteſiphontem redire cogitur, quod contigit circa hujus anni finem, vel ſequentis initium. Pagius. Ingraveſcente interim Romæ, dum Trajanus abeſt, Chriſtianorum perſecutione, Alexander Papa in vincula conjicitur, quare impos vacare ſuo Regimini, Sixtum Epiſcopum die 24. Decembris ordinat, & Vicarium ſibi conſtituit, atque hinc eſt, quod Pagius Alexandrum martyrio coronatum putat hoc anno, namque hi plane Conſules poſtremi nominantur in ſcripturis antiquis, ſub quibus Alexander Martyr occubuiſſe dicitur. Mortuum enim Pagius Alexandrum credidit, ubi legit Sixtum in Romano Pontificatu Alexandri Pontificis vices gerere, quaſi Alexander vita exceſſiſſet.

Anno ab U. C. 869.
Olymp. CCXXIV. Anno I.
Ær. Chr. 117.
M. ULPII TRAJANI IMP. AUG. 19. 20.
ÆLII HADRIANI IMP. AUG. 1.
ALEXANDRI PONT. 9. 10.
SIXTI PONT. 1.

. . . . QUINCTIUS NIGER. } Coſs.
C. VIPSTANIUS APRONIANUS. }

Almelovenius duos addit ſuffectos Cal. Jul. nempe Marcum Erucium Clarum, & Tib. Julium Alexandrum, quo fundamento, vide Panvinium, qui idem ſentit ex propria conjectura, ſed levi.

Cognomina Conſulum hujus anni habentur ex Idatio, Caſſiodoro, Anonymo Noriſiano, faſtis Siculis, & Damaſi Chron. Prænomen tamen, & nomen habentur ex Epiſtola Conſul Noriſii, atque ex tribus antiquis Inſcript apud Gruterum pag. 578. num 1. & 1008. num. 7. & 1009. num. 2. neque ulla diſcordia eſt inter ceteros Chronologos, niſi quod Noriſius, Pagius, & Blanchinus dant Aproniano prænomen *Caji*, & nomen *Vipſtanii*, ubi, qui nec Noriſium, nec Gruterum viderunt, dant falſo prænomen Titi, & nomen Vipſanii, ut Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Almelovenius, & alii.

Panvinius & Almelovenius duos addunt ſuffectos ex Cal. Jul. nempe M. Erucium Clarum, & Tib. Julium Alexandrum, ex Panvinii conjectura. Vide Panvinium.

Cum Trajanus Cteſiphonte conſiſteret Regem Partamaſpatem Parthis deſignat, eique diadema imponit, tum in Arabiam proficiſcitur, atque aggreditur Agarenos, qui & ipſi defecerant; ſed eorum Urbem Metropolim expugnare non potuit, quare inde regreditur, ac paullo poſt morbo correptus in Syriam venit, ubi ingraveſcente morbo, ibi Hadriano cum exercitu relicto, dum in Italiam feſtinare contendit, Salinuntem Ciliciæ Urbem, quæ poſtea Trajanopolis dicta eſt, delatus, ultimum ibi diem obiit, ſed antequam moreretur Armeniam, Aſſyriam, & Meſopotamiam provincias fecit. Mortuus eſt quarto Idus Auguſti, nempe die 10. ejuſdem menſis, cum imperaſſet annos XIX., menſes VI. dies XV. annos natus LX. menſes X. dies XXIV., natus eſt enim die XVIII. Septembris anni Chr. 66 Hæc Pagius omnia ex Xiphilino contra Eutropium, & Aurelium Victorem qui aliter ſcribunt. Vide Pagium ad hunc annum num. III. & IV.

Defuncto ſine liberis Trajano Hadrianus, cum procul non eſſet, & ingentem exercitum regeret, favore Plotinæ Auguſtæ Trajani uxoris Imperator deſignatus eſt, cum eſſet Antiochiæ Syriæ. Mors autem Trajani Imperatoris per aliquot dies occultata fuit, ut interim crederetur Trajanus Hadrianum adoptaſſe. Fictitias igitur adoptionis litteras Hadrianus accepit die 9. Auguſti datas. Ita idem Pagius loc. cit. num. IV.

S. Alexander Papa anno IX. ſui Pontificatus martyrio coronatur die 3. Maji, cum regnaſſet a ſua ordinatione in Epiſcopum annos X. menſes VII. dies III. ac ſediſſet in Petri Cathedra annos VIII. menſes V. dies nullos. Eique ſubſtitutus eſt in Sede Apoſtolica Sixtus die 7. Junii hujus anni. Ita Blanchinus, cujus vide notas ad Anaſt. Tom. II. pag. 80., & 85.

Anno ab U. C. 870.
Olymp. CCXXIV. Anno II.
Ær. Chr. 118.
ÆLII HADRIANI IMP. AUG. 1. 2.
SIXTI PONT. 1. 2.

ÆL. HADRIANUS IMP. AUG. II. } Coſs.
TIB. CLAUD. FUSCUS ALEX. }

Circa horum cognomina Conſulum conveniunt ex Caſſiodoro, Idatio, Anonymo Noriſiano, & faſtis Siculis Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Almelovenius, Pagius, & Blanchinus. De Ælio Hadriano nulla controverſia inter Auctores eſt. De Tiberio Claudio Fuſco Salinatore conſentiunt etiam omnes ex Panvinii opt. conjectura, ſed maxime ex Epiſt. Trajani, & Plinii, & antiq. Inſcrip. apud Fabrettum pag. 677. num. 33. ubi habentur prænomen, nomen, & cognomenta.

Hadrianus à Trajano jam fuerat Conſul deſignatus Plotinæ gratia, ut eum ad Imperium diſponeret, nemo enim Cæſar appellabatur antequam Conſul eſſet, aut ſaltem deſignatus, ut docet Pagius ad annum antecedentem num. IV. Nullam aliqui Auctores notam numeralem Hadriano Conſuli addunt, quia non computant ſuffectos Conſules.

Hoc anno Hadrianus Trajano mortuo Antiochia digreſſus terreſtri itinere per Illyricum Romam venit, verno, ut credimus, tempore; cumque ipſi decerneretur à Senatu Triumphus, qui Trajano debebatur, recuſavit hunc honorem, & Trajani imaginem habitu triumphantis in Urbem vexit, quaſi Trajanus ipſe præſens triumpharet.

Quidquid Fiſco, & Ærario debebatur, id Hadrianus remiſit in decimum ſextum annum, quo ſua Quindecennalia celebraturus erat. Ita Pagius ex Dione lib. 69.

Hadrianus hoc anno circa Autumnum in Mœſiam profectus pacem cum Sarmatis & Roxollanis facit. Ita Blanchinus ex Spartiano in vita Hadriani.

Hoc quoque anno Hadrianus Coſdroi Perſarum Regi tres concedit provincias ultra Euphratem, nempe Armeniam majorem, Meſopotamiam, & Aſſyriam Ita Blanchinus, & Petavius ad hunc, & antecedentem annum ex Dione. Hæc autem fecit Hadrianus, antequam Antiochia Romam rediturus excederet, ne ſibi à tergo hoſtem relinqueret.

Quartam hoc anno Chriſtianorum perſecutionem cœptam ſub Hadriano Severus Sulpicius refert, ſed nos potius ſub Hadriano continuatam, quam cœptam exiſtimamus, ut alii plerique credunt, nondum enim quieverat ea, quam Trajanus inceperat.

IX. Agonales ludi Capitolini juxta morem Elienſium celebrari hoc anno Romæ debuerunt.

Anno ab U. C. 871.
Olymp. CCXXIV. Anno III.
Ær. Chr. 119.
ÆLII HADRIANI IMP. AUG. 2. 3.
SIXTI PONT. 2. 3.

ÆLIUS HADR. IMP. AUG. III. } Coſs.
Q. JUNIUS RUSTICUS. }

Ita ex Idatio, Caſſiodoro, Anonymo Noriſiano, faſtis Siculis, Spartiano, & Sponio Miſcell. Erud. pag. 278. Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Almelovenius, Tillemontius, Pagius, & Blanchinus.

Qua-

Quatuor tantum menſes Hadrianus hunc Conſulatum geſſit. Quis ei tamen ſuffectus fuerit nulla memoria eſt. Ita Panvinius, & Pagius ad hunc annum.

Pagius ad annum antecedentem num. III. docet hoc anno Hadrianum Romam rediiſſe, unde anno antecedenti diſceſſerat.

Diſceſſit puto profecturus in Mœſiam, ut Sarmatas & Roxollanos aut armis opprimeret, aut pace conciliaret.

Judæi tumultuantes in Palæſtina à Tinio Rufo Judææ Præſide comprimontur. Petavius, & Blanchinus ex Euſebii Chron. & D. Hieronymo in Danielem cap. 9.

Plutarchus Chætonenſis hoc tempore floruit. Ita Petavius ex Euſebii Chron.

Anno ab U. C. 872.
Olymp. CCXXIV. Anno IV.
Ær. Chr. 120.
ÆLII HADRIANI IMP. AUG. 3. 4.
SIXTI PONT. 3. 4.

L. CATIIIUS SEVERUS. }
L. AURELIUS FULVUS. } Coſs,

Ita ex Caſſiodoro, Idatio, Anonymo Noriſiano, Julio Capitolino in vita Antonini Pii, & faſtis Siculis, & antiq. Inſcript. apud Gruterum pag 499. num. 9. Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Almelovenius, Tillemontius, Pagius, & Blanchinus.

Hoc anno Blanchinus refert Hadrianum in Mœſiam profectum eſſe (quod Pagius quoque confirmat) & pacem cum Sarmatis, & Roxollanis pepigiſſe, immemor fortaſſe ſe hoc Hadriani iter, & pacem cum Barbaris duos ante annos enuntiaſſe, nempe ad annum Chriſti 118. ex Petavio, cui nos potius in hoc adhæremus, contra Pagium, qui concedit Hadrianum Roma diſceſſiſſe anno Chriſti 118. nec dicit quo verſus iter Hadrianus arripuerit. Quid objicit Blanchinus nummos apud Mediobarbum, ex quibus nihil certi conjicitur in hanc rem? Nummi hujuſmodi cuſi ſunt anno antecedenti, quo Hadrianus Conſul III fuit, & Romam rediit poſt pacem cum Sarmatis factam.

Anno ab U. C. 873.
Olymp. CCXXV. Anno I.
Ær. Chr. 121.
ÆLII HADRIANI IMP. AUG. 4. 5.
SIXTI PONT. 4. 5.

L. ANNIUS VERUS II. }
AURELIUS AUGURINUS. } Coſs.

L. Annii Veri habemus prænomen, nomen, & cognomen in antiq. Inſcript. apud Cuperum in ejuſdem præfatione ad faſtos Conſul. Almelovenii num. 11. ea qua ipſa Inſcriptione habemus nomen, & cognomen Aurelii Augurini, ſed ſine prænomine. Male igitur cæteri omnes recentiores Chronologi, præter Blanchinum, addunt Annio Vero (qui Avus erat M. Aurelii Philoſ. Imp. Auguſti) prænomen *Marci*. Cum autem in eadem Inſcriptione apud Cuperum non habeatur prænomen Aurelii Augurini, nec ſatis conſtet unde alii Auctores *Lucii* prænomen addiderint, ideo in ambiguo rem relinquo, tutius me facturum ratus, ſi nullum prænomen adderem, quam ſi falſum.

L. Annium Verum fuiſſe hoc anno iterum Conſulem conſtat ex Julio Capitolino in vita M. Aurelii Philoſophi, qui teſtatur hunc natum Avo ſuo Annio Vero iterum, & Augurino Coſs., nempe hoc anno. Idatius, Caſſiodorus, & Anonymus Noriſianus, & faſti Siculi Augurem non Augurinum vocant Aurelium hunc Conſulem. Quando autem L. Annius Verus fuerit primo Conſul nondum innotuit. Tertium Conſul erit anno Chr. 126 ut ſuo loco videbimus.

Quinquennalia ſua hoc anno Hadrianum celebraſſe Pagius probat ex nummis antiquis, in quibus tres obeliſci memorantur eſtructi, Circus conditus, & dedicatus, nomen Hadriani impoſitum diei ante Palilia, hoc eſt diei 20. Aprilis, templumque Fortunæ Urbis erectum, & dedicatum ab Hadriano, ut refert Athenæus. Quia tamen hoc anno non implebat Quinquennium Imperii Auguſtalis, ſed anno ſequenti, ideo mallem hæc Quinquennalia ab Hadriano celebrata ſequenti anno. Quia vero hoc anno Hadrianus peregrinationem ſuam in Gallias, deinde in Germaniam, mox in Britanniam, ac poſtea in Hiſpaniam ſuſcepit, ac Tarracone hiemavit, ideo fortè Pagius opinatur, anticipata ab Hadriano ſua Quinquennalia, poſt quæ ſuam profectionem ſuſcepit.

In Britannia ad arcendos Barbaros Hadrianus murum 80. millia paſſuum ducit.

Nemauſi in Gallia templum extruxit Patriæ Auguſtæ.

Nicomedia, & vicinis Urbibus terræmotu concuſſis, Hadrianus de publico ærario multa largitur. Ita Blanchinus ex Euſebii Chron.

Anno ab U. C. 874.
Olymp. CCXXV. Anno II.
Ær. Chr. 122.
ÆLII HADRIANI IMP. AUG. 5. 6.
SIXTI PONT. 5. 6.

M'. ACILIUS AVIOLA. }
C. CORNELIUS PANSA. } Coſs.

Ita ex Caſſiodoro, Idatio, Anonymo Noriſiano, faſtis Siculis, & Inſcript. apud Gruterum pag. 337. Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Almelovenius, Pagius, Tillemontius, & Blanchinus.

Blanchinus in hunc annum transfert profectionem Hadriani in Gallias, Germaniam, Britanniam, & Hiſpaniam, & verius forte, quam Pagius, ut Romæ Quinquennalia præſcripto tempore celebraret.

Hadrianus in Lybiam à Judæis vaſtatam Colonias duci jubet. Ita Blanchinus ex Nummis apud Mediobarbum.

Hoc anno Hadrianus, ſi Pagio credimus, ex Hiſpania profectus eſt Athenas, ex Athenis in Ægyptum trajecit, ubi Antinoem novam Urbem condidit, nempe in Thebaide III. Cal. Novembris, tum Athenas rediit, atque ibi hiemavit, ſed Petavius hoc forte melius in ſequentem annum traducit, Blanchinus vero in annum Chr. 124. quod non admittimus. Quid enim Blanchinus annum Chriſti 123. prætërit ſine continuatione itineris ab Hadriano ſuſcepti?

X. Ludi Agonales Capitolini hoc anno Romæ celebrandi erant.

Anno ab U. C. 875.
Olymp. CCXXV. Anno III.
Ær. Chr. 123.
ÆLII HADRIANI IMP. AUG. 6. 7.
SIXTI PONT. 6. 7.

Q. ARRIUS PÆTINUS. }
C. VENTIDIUS APRONIANUS. } Coſs.

Ita ex faſtis Siculis, Anonymi Noriſiani, & antiqua Inſcriptione figulina à Panvinio producta, atque apud Fabrettum pag. 503. & 509 atque aliis apud Gruterum pag. 1079. num. 10. & pag. 1082. nu. 16 ex quibus patet mendoſè ſcriptum in Idatio *Pæpino* Conſule, pro Pætino, & falſo ſcriptum in Caſſiodoro *Paternum* & *Torquatum* Conſules hujus anni.

Petavius in hunc annum transfert Hadriani profectionem Athenas, ut diximus anno antecedenti juxta Pagium. Petavio potius adhæſerim propter ea, quæ diximus altero ab hinc anno, quo Hadrianus ſuo tempore Quinquennalia celebravit, quæ Pagius gratis anticipat anno integro, quam ſuum Quinquennium Auguſtalis Imperii terminaret.

Anno ab U. C. 876.
Olymp. CCXXV. Anno IV.
Ær. Chr. 124.
ÆLII HADRIANI IMP. AUG. 7. 8.
SIXTI PONT. 7. 8.

M'. ACILIUS GLABRIO. }
C. BELLICIUS TORQUATUS. } Coſs.

Ita ex Idatio, Anonymo Noriſiano, & faſtis Siculis & antiqua Inſcriptione producta a Panvinio in ſuis faſtis, in qua habentur prænomina, nomina, & cognomina horum Conſulum, Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Almelovenius, Pagius, Tillemontius, & Blanchinus.

Hadrianus hoc anno poſtquam ex Ægypto iterum Athenas venit, atque ibi hiemavit, ut diximus

ad

ad annum Chr. 122. Hieme exacta Bithyniam, Cappadociam, Ciliciam, Phrygiam, Pamphiliam, Lyciam, Armeniam, Aſiam, Lybiam peragravit, ut docet Pagius ad annum antecedentem (quæ nos in præſentem annum traducimus) ut colligit ex variis Nummis antiquis, tum tertio Athenas rediit, ac tertio ibi hiemavit, atque ibi Eleuſinæ ſacris initiatus eſt, cum prius vicinas Inſulas, & Macedoniam luſtraviſſet, ut docet Pagius ex Nummis antiquis ad hunc ipſum annum.

Anno ab U. C. 877.
Olymp. CCXXVI. Anno I.
Ær. Chr. 125.
ÆLII HADRIANI IMP. AUG. 8. 9.
SIXTI PONT. 8. 9.

P. CORN. SCIPIO ASIATICUS II.)
Q. VETTIUS AQUILINUS, alii) Coſs.
ſcribunt VECTIUS.)

Ita ex Idatio, Anonymo Noriſiano, & faſtis Siculis, necnon ex antiqua Inſcriptione figulina apud Panvinium, & alia apud Gruterum pag. 1082. num. 16. & alia apud Fabrettum pag. 801. Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Almelovenius, Pagius, Tillemontius, & Blanchinus; ex quo patet mendosè ſcriptum in Caſſiodoro *Aſiatico*, & *Quincto* Coſs., nempe *Quincto* pro Aquilino.

Hoc anno Hadrianus ex Athenis, ubi multa largitus eſt, profectus eſt in Siciliam, ubi ob ingentia beneficia ab Hadriano in Siculos facta Pagius cuſum Nummum hunc refert, cui inſcriptum: ADVENTUS AUG. S. C. SICILIÆ, vel S. C. RESTITUTORI SICILIÆ. Tum ex Sicilia Romam venit. Ita Pagius, & Blanchinus ambo concordes.

Hoc anno defecit Luna die V. Aprilis.

Aono ab U. C. 878.
Olymp. CCXXVI. Anno II.
Ær. Chr. 126.
ÆLII HADRIANI IMP. AUG. 9. 10.
SIXTI PONT. 9. 10.
TELESPHORI PONT. 1.

M. ANNIUS VERUS III. } Coſs.
L. VARIUS AMBIBULUS.

Solo ex Idatio, & Anonymo Noriſiano habemus vera Conſulum hujus anni cognomina *Veri* & *Ambibuli* addita Vero numerali nota III. ceteri Auctores longe aberrant a vero, ut oſtendit Noriſius, qoem ſequuntur Antonius Pagius, Tillemontius, & Blanchinus. Bene igitur Noriſius de Annio Vero III. Conſule in Epiſt. Conſul pag 940. Cur tamen Noriſius Annio Vero, quem ter Conſulem fuiſſe evidenter oſtendit, det prænomen *Marci*, cum id non reſultet ex documentis à Noriſio allatis, incertum eſt. De nomine, & prænomine Ambibuli nihil ambiguum relinquit ex duabus Inſcriptiooibus apud Thomam Reineſium, quas Noriſius producit loc. cit. pag. 941. edit. Veron.

Cum Hadrianus hoc anno inchoaret annum X. fui Auguſtalis Imperii, Pagius vult eum celebraſſe ejuſdem Imperii Decennalia, quæ cum de more celebranda eſſent exeunte Decennio, ea Decennio ineunte vult ab Hadriano celebrata, quia fortaſſe aliam in alias Mundi partes profectionem ſequenti anno meditabatur, ut fecit.

Hujuſmodi Decennalium celebratione Pater Patriæ, (a Senatu, non à Provinciis, quæ jam illi antecedentibus annis hunc titulum dederant, ut patet ex Nummis) appellatus eſt, ejuſque uxor Sabina Auguſta vocata eſt, ut docet Pagius ex Euſebii Chronico, & Chronico Alexandrino, Caſſiodoro, & Oroſio. Item occaſione horum Decennalium Hadrianus Decretum fecit, ne amplius perſecutio in Chriſtianos proſequeretur, Quadrati Apoſtolorum diſcipuli, & Ariſtidis Philoſophi Chriſtiani gratia, qui libros pro Chriſtiana Religione Hadriano obtulerunt, & Sereni Grannii Legati exhortatione, qui litteras ad Imperatorem miſit pro Chriſtianis. Vide Pagium in Critica ad Baronium hoc anno num. 3.

Abſolutis Decennalibus feſtis Hadrianus Roma perrexit in Africam, & plurima beneficia provinciis Africanis attribuit, ut colligit Pagius ex Nummis antiquis, & Blanchious ex Nummis Mediobarbi.

Siatus Pontifex die Dominica 16. Sept. ordinat Epiſcopum, & ſibi Vicarium Teleſphorum, non ratione perſecutionis, quæ hoc tempore deferbuerat, ut putat Blanchinus, at potius ne propter abſentiam Hadriani perſecutio iterum ab Idolorum cultoribus, qui majores Magiſtratue Romæ occupabant, recrudeſceret. Hinc puto Pagium erraſſe in aſſignands huic anno Sixti morte, arbitratus ex Teleſphori electione Sixtum hoc anno mortuum, cum præſertim in Damaſi Chroolco mortuus dicatur Sixtus ſub his Coſs. non advertens hoc in Damaſi Chronico ſcriptum eſſe, quia ſub his Conſulibus ultimum Paſcha celebraverit, licet mortuus ſit ſequenti anno, ut mox videbimus.

XI. Ludi Agonales Capitolini hoc anno Romæ exhibendi erant.

Anno ab U. C. 879.
Olymp. CCXXVI. Anno III.
Ær. Chr. 127.
ÆLII HADRIANI IMP. AUG. 10. 11.
SIXTI PONT 10.
TELESPHORI PONT. 1. 2.

.... TITIANUS. } Coſs.
.... GALLICANUS.

Ita ex Chronico Damaſi, Anonymo Noriſiano, Idatio, faſtis Siculis, & antiqua Inſcriptione apud Gruterum pag 301. & alia Inſcriptione figulina apud Ciampinum de Sacris Ædibus, Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Almelovenius, Pagius, Tillemontius, & Blanchinus. Quia vero Conſulibus hujus anni prænomina deſunt, & nomina, Panvinius addit Titiano *Cœlii* nomen, quia Cælius Titianus fuit quondam Hadriani Tutor, ut habet Spartianus in vita Hadriani. Huic vero Cælio Titiano addit Almelovenius prænomen *Decii*, nec docet quo fundamento. Male tamen uterque Titianum Hadriani Tutorem vocant, cum ille fuerit Attianus, non Titianus, ut bene notat Salmaſius in Notis ad Spartianum in vita Hadriani. Ita conſtat ex antiquis Spartiani exemplaribus, & Xiphilino, qui Attianum nominant.

Blanchinus ex dicta Inſcriptione apud Ciampinum colligit Titiano fuiſſe prænomen M. & nomen Attilii, ſed ex alia, quæ erat apud Blanchinum ipſum, colligit fuiſſe prænomen T. & nomen Attilii Titiano, Gallicano vero addit prænomen Titi, & nomen Villii. Eligat Lector, quæ vero proximiora crediderit, nam ſatis eſt nobis hoc innuiſſe, cum nihil certi affirmare poſſimus.

Sixtus Pontifex martyrio coronatur die 3. Aprilis. Die vero 5. ejuſdem menſis electus eſt Pontifex Teleſphorus; & die Dominica, 7. Apr. in Petri Cathedram ſubſtituitur. Sedit Sixtus à ſua Ordinatione annos 10. menſes 3. dies 21. à ſua vero in Summum Pontificem electione annos 9. menſes 9. dies 26. Teleſphorus his Conſulibus dicitur in antiquis Catalogis Rom. Pont. & picturis, electus Summus Pontifex, quia his Conſulibus primum Paſcha in ſuo Pontificatu celebravit. Erat autem Paſcha Chriſtianum hoc anno die Dominica 14. Aprilis, ut docet Ricciolius in Tabula Paſchali Chron. Reſor. Tom. I. p. 75.

Hadrianus hoc anno ex Africa Romam quarto redit, ac ſtatim in Orientem profecturus Athenas revertitur, ubi Jovi Olympico Ædem, & aram ſibi conſtruxit. Ita Pagius, & Blanchinus ex Spartiano in vita Hadriani, & Blanchinus ex Nummis antiquis apud Mediobarbum.

Anno ab U. C. 880.
Olymp. CCXXVI. Anno IV.
Ær. Chr. 128.
ÆLII HADRIANI IMP. AUG. 11. 12.
TELESPHORI PONT. 2. 3.

L. NON. ASPR. TORQUATUS II.) Coſs.
M. ANNIUS LIBO.)

Ita ex Caſſiodoro, Idatio, Anonymo Noriſiano, faſtis Siculis, & antiqua Inſcriptione apud Panvinium, apud Gruterum pag. 337. & apud Fabrettum 510. & Julio Capitolino in vita M. Aurelii Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Almelovenius, Pagius, Tillemontius, & Blanchinus. Idatius facit Aſprenatem bis Conſulem, ſicuti etiam Blanchious ex antiqua Inſcriptione, ſed quando primò fuerit Conſul non extat apud

A allum queinquam memocia. Coccigendus eſt erroc Typographi in Blanchino, qui ſcribit *Libro* pro Libo, in ſecundi Conſulis cognomento.

Hadrianum hoc anno in Syriam, atque in Ægyptum profectum eſſe docet Pagius ex pluribus Nummis antiquis, atque odio Antiochenſium, quos Hadrianus avecſabatur, Phœniciam a Sycia ſeparaſſe, ne Antiochia toc Ucbium Metropolis videretur. Ita Pagius ex Spartiano in Hadriani vita.

Hadrianus pariter hoc anno, dum in Syria verſatur, Aſiæ Reges, ac præſertim Coſdroem Parthorum Regem ad ſecum amicitiam ineundam invitat, remiſſa ei filia, quam Trajanus captivam ſecerat. Ita Blanchinus ex Nummis Mediobarbi, in actis Hadriani.

Nicopolis, & Cæſarea tecræmotu collapſæ ſunt. Ita Blanchinus ex Chronico Euſebii.

B

Anno ab U. C. 881.
Olymp. CCXXVII. Anno I.
Ær. Chr. 129.
ÆLII HADRIANI IMP. AUG. 12. 13.
TELESPHORI PONT. 3. 4.

Q. JULIUS BALBUS.) Coſs.
P. JUVENTIUS CELSUS II.)

Ita ex Ulpiano Digeſt. V. tit. III. (cujus verba ſunt hæc: *Pridie Idus Martias Q. Julius Balbus*, & *P. Juventius Celſus Coſs. verba fecere* &c.) & antiqua Inſcriptione producta a Panvinio, in qua habentur etiam nomina Conſulum ſuffectorum, Panvinius, Mediobarbus, Almelovenius, Pagius, Tillemontius, & Blanchinus, qui tamen male addunt Juventio Celſo aliud cognomen Marcelli. Quando Celſus fuerit primum Conſul, haud conſtat. Conſulem tamen iterum hoc anno faC ciunt Inſcciptiones antiquæ. Marcellus autem fuit unus ea duobus ſuffectis, ut conſtat ex dicta Panvinii Inſcriptione, qua memorantuc Conſules ſuffecti hoc anno Marcellus, & Gallus, nempe:

C. NERATIUS MARCELLUS.
CN. LOLLIUS GALLUS.

Ita Panvinius eorum prænomina, & nomina recitat, hine deducta, quod utriuſque mentionem in Plinii Epiſt. fieri videcit. Quia vero ex eadem Panvinii Inſcriptione conſtat hos Cooſules ſuffectos Conſulatum geſſiſſe hoc anno VIII Cal. Jan. hoc eſt die 25. Decembris, eodem ſcilicet anno, quo Q. Julius Balbus, & Juventius Celſus Conſules erant XII. Cal. Martii, hoc eſt die 18. Februarii, hinc aſſerit Juventio Celſo, & Julio Balbo ſuffectos primo T. Aufidium, & Arrium Severianum, tum Marcellum, & Gallum ſuffeD ctos ſuffectis. Verum cum Panvinius non producat de primo ſuffectis aliquod documentum, eos admittere non audemus. Qua autem fiducia Almelovenius addat Aufidium, & Severianum ſuffectos Juventio Celſo, & Julio Balbo Calend. Martiis, eum tamen pridie Idus Martias Conſules eſſent adhuc Juventius Celſus, & Julius Balbus, nobis ipſi via credimus; cum aperte falſiſſimum ſit, quod pro certo nobis Almelovenius venditat. Legendum eſt igitur Cal. Majis non Martiis.

Hadrianus hoc anno ex Syria in Arabiam profectus eſt, tum deinde Peluſium venit Ægypti Urbem, ubi Magni Pompeji tumulum magnificentius extruait, dumque per Nilum navigat, Antinoum Bithynicum Juvenem, quem unicè amabat, peccidit. Ejus gratia Urbem, quam Hadrianus in Ægypto condiderat anno Chriſti 122. Antinoem E nominari voluit. Ita Pagius ex Spartiano in vita Hadriani cap. 14. Hoc iter Hadriani in Arabiam, ac deinde in Ægyptum confirmat quoque Blanchinus ea Epocha Syromacedonum Noriſii.

Anno ab U. C. 882.
Olymp CCXXVII. Anno II.
Ær. Chr. 130.
ÆLII HADRIANI IMP. AUG. 13. 14.
TELESPHORI PONT. 4. 5.

Q. FABIUS CATULLINUS.) Coſs.
M. FLAVIUS APER.)

Ita ex Anonymo Nociſiano, & faſtis Siculis, & duabus antiquis Inſcriptionibus a Panvinio productis, a Grutero pag. 108. num. 6. & Fabcetti figulina pag. 503. Panvinius, Mediobarbus, Almelovenius, Pagius, Tillemontiue, & Blanchinus.

Petavius confundit Conſules ſuperioris anni cum his anni hujus, ſequutus fortaſſe corruptam Idatii, & Caſſiodoci lectionem.

Antinous Hadriani Amaſius intec Deos à Græcis adnumeratur, & reddere Oracula dicituc in gratiam Hadriani, & plura Numiſmata in ejus honorem cuſa ſunt Græcis cacactecibus, ex quibus colligit Pagius eum præcipuè in Oriente cultum fuiſſe.

Hadrianus hoc pariter anno Hieroſolymas inſtaurari fecit, eique novo nomine impoſito Æliæ Capitolinæ, Coloniam eò deduxit. Quare Judæi offenſi exteras nationes in Urbem olim ſuam traductas eſſe, tumultum ciere hoc anno cœperunt. Ita Petavius ex Spartiano in vita Hadriani, quem citat quoque Blanchinus in hanc ipſam rem.

XII. Ludi Agonales Capitolini hoc anno haberi Romæ debuerant.

Anno ab U. C. 883.
Olymp. CCXXVII. Anno III.
Ær. Chr. 131.
ÆLII HADRIANI IMP. AUG. 14. 15.
TELESPHORI PONT. 5. 6.

SER. OCTAV. LÆNAS PONTIAN.) Coſs.
M. ANTONIUS RUFINUS.)

Ita ea Anonymo Noriſiano, ſeu faſtis Cuſpiniani, & antiqua Inſcriptione à Panvinio producta, ubi habentur prænomina, nomina, & cognomina horum Conſulum Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Almelovenius, Tillemontius, & Pagius. Idatius, Caſſiodorus, & faſti Sieuli habent Conſules Pontianum, & Rufum; nempe Rufum pco Rufino, quod mendum eſſe teſtatuc inſcriptio ſupcadicta. Blanchinus pcimo Conſuli dat prænomen *Sexti*, cum alii omnes dent *Servii*. Citat Blanchinus Gruterum pag. 179. 6 & 337. & Fabrettum pag. 509. quos præ manibus non habeo. Vereor tamen ne Typographus Blanchini peccaverit, non Blanchinus ſcribens *Sexti* pro *Servii*; nam veroſimile non videtuc Inſcriptionem Inſcriptioni contrariam, ubi quamplurima errata irrepſiſſe deprehendimus in opus Blanchini Romæ recens impreſſo.

Petavius, Calviſius, & Mediobacbus transferunt in hunc annum profectionem Hadriani per Arabiam, tranſitum in Ægyptum, adventum Hadriani Peluſium, mortem Antinoi, & fundationem Urbis Antinoes, quæ omnia cum Blanchino adfiximus anno Chriſti 129. ex Noriſio in Epocha Syromacedonum.

Pagius vult hoc anno celebrata Quindecennalia Imperii ſui ab Hadriano, ſed fallitur puto, nam tertium ejus Quinquennium complebatuc ſequenti anno, quare ea omnia, quæ refert Pagius ad hunc annum, nos in ſequentem traducimus.

Aono ab U. C. 884.
Olymp. CCXXVII. Anno IV.
Ær. Chr. 132.
ÆLII HADRIANI IMP. AUG. 15. 16.
TELESPHORI PONT. 6. 7.

. . . . SENTIUS AUGURINUS.)
. . . . ARRIUS SEVERIANUS II.) Coſs.
aliis SERGIANUS.)

Ita ex Anonymo Noriſiano Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Almelovenius, Pagius, & Blanchinus. De pcimo Conſule meminit Plinius in Epiſt. lib. IV. Circa ſecundum Conſulem Idatius, Caſſiodorus, & faſti Siculi ſcribunt *Sergianum*, pro *Severiano*, quos etiam ſequitur Tillemontius. Panvinius & Almelovenius ipſum ſequutus ſcribunt *Severianum* cum notula numerali II. quia Conſulem Sevecianum fececunt intec ſuffectos anni Chr. 129. Cum ergo Pagius, & Blanchinus hoc anno Severianum iterum Conſulem faciant, faciemus & nos tantos viros ſequuti.

Hadrianus hoc anno Atheois Quindecenoalia Imperii ſui celebravit, namque anno antecedenti ex Ægypto in Syriam, ex Syria in Græciam profectus Athenis conſtitit, ubi hoc anno ineunte hiemavit; Eleuſinam inviſit, inſignes Ædes, & plurimas fabricavit, Agonem Olympicum edidit, ac Bibliothecam miri operis extruxit, ac

Roma

Romæ templum ipſi Romæ Æternæ dedicatum fuit ex Hadriani decreto, ut putamus, nam ipſe Athenis erat. Quæ omnia teſtantur hoc anno ab Hadriano ſui Quinquennalia Imperii celebrata. Ita Blanchinus ex Mariano Scoto, & Hermanno Contracto, & nummo apud Mediobarbum, cui inſcripta hæc verba URBS ROMA ÆTERNA. S. C. quem citat Pagius ad antecedentem annum.

Incipit hoc anno novum bellum Judaicum, nam Judæi ferre impotes in locum Hieroſolymæ everſæ Coloniam Romanorum deductam, & Jovi Capitolino ibi ſacrificia fieri, rebellare cœperunt, doce neſcio quo Cocheba, ſeo Barcocheba, qui cum fruſtra tentaſſet in ſuas partes etiam Chriſtianos trahere, eos crudeliter perſecutus eſt. Ita Blanchinus, & Pagius ex Euſebii Chronico, & Hiſt. lib. IV. cap. 6. cui Petavius quoque conſentit. Severus ex Britannia vocatus ab Hadriano contra Judæos mittitur. Ita Blanchinus ex Dione lib. 69.

Anno ab U. C. 885.
Olymp. CCXXVIII. Anno I.
Ær. Chr. 133.
ÆLII HADRIANI IMP. AUG. 16. 17.
TELESPHORI PONT. 7. 8.

. . . . ANTONIUS HIBERUS. }
. . . . NUMMIUS SISENNA. } Coſs.

Ita ex Anonymo Noriſieno, ſeu faſtis Cuſpiniani, & faſtis Siculis, & lapide antiquo *Muſæi* Albani, Panvinius, Petavius, Tillemontius, Pagius, & Blanchinus, qui ſolus addit Hibero nomen *Antonii*, & Siſennæ *Nummii* ex lapide ſupradicto.

Male igitur Siſennæ addit Mediobarbus ex conjectura Panvinii prænomen, & nomen *Julii Silani*.

Julius Severus in Judæam profectus, levibus præliis nunc hic, nunc illic, cum Judæorum gente commiſſis, totam gentem illam ſerius quidem, ſed periculo minore contrivit. Ita Petavius & Blanchinus ex Dionis lib. 69. Vide Ricciolium ad hunc annum.

Blanchinus hoc anno die 6. Maji feria 3. refert fuiſſe Lunæ defectionem ſequutus Calviſium, & Petavium, qui Ptolemæum citat lib. 4. cap. 6. Hadriani anno XVII falsò hæc referre, Blanchinus videtur, atqoe etiam Petavius, namque annus XVII. Imperii Hadriani incipiebat hoc quidem anno, ſed die tantum X. Auguſti. Ergo Eclypſis hæc de qua Ptolemæus, atque etiam Ricciolius meminerunt, accidit quidem hoc anno, ſed adhuc durante anno XVI. Imperii Hadriani. Aſſerunt igitur Eclypſim ſequutam anno XVII. Imperii Hadriani, perinde ac ſi annus hic XVII. cœptus eſſet Cal. Jan. ut ſolent omnes fere Chronologi.

Anno ab U. C. 886.
Olymp. CCXXVIII. Anno II.
Ær. Chr. 134.
ÆLII HADRIANI IMP. AUG. 17. 18.
TELESPHORI 8. 9.

C. JULIUS SERVIANUS III. }
C. VIBIUS VARUS. } Coſs.

Ita ex Noriſii Epiſt. Conſul. Edit. Veron. pag. 941. 942. (ubi Noriſius corrigit Panvinium, qui in vetuſta Inſcriptione, quam ſuis in faſtis producit, mutavit cognomen *Vari* ſequutus corruptam lectionem Caſſiodori, & Proſperi Aquitani) Pagius & Blenchinus, qui Gruteri citat antiquam Inſcriptionem pag. 108. 7. (quæ nunc reperitur in Muſæo Card. Albani) & pag. 431. 9. & aliam apud Ciampinum de Sacris Ædibus cap. 4. pag. 30. & aliam apud Fabrettum Inſcript. 509. Anonymus Noriſianus, & Idatius habent & ipſi mendoſam paucis in litteris lectionem. Nam primus ſcribit *Varro* pro *Varo*, & ſecundus *Severus* pro *Serviano*; cui tamen omnes fere antiqui dant notulam numeralem III. quam etiam Spartianus addendam monet in vita Hadriani cap. 8. Petavius, Mediobarbus Tillemontius, & Almelovenius vel errant in nomine, vel gratis addunt alia cognomina, & nomina, atque ideo facile à Panvinio deceptos exiſtimamus.

Hadrianus hoc anno Romam è Græcia rediit. Ita Pagius & Blanchinus ex actis SS. Fauſtini, & Jovitæ, qui præſente Hadriano Brixiæ paſſi ſunt.

Marcion per hoc tempus hæreſim ſuam vulgare cœpit, ut ſentit Blanchinus ex Epiphanio.

Si Petavio, & Calviſio credimus, eorumque veſtigiis inhærenti Blanchino, fuit hoc anno defectus Lunæ die 20. Octobris, feria 3. hora XI. poſt meridiem. Confirmat id etiam Ricciolius in magno ſuo Chron. ad hunc annum.

XIII. Ludi Agonales Capitolini hoc anno Romæ celebrari debuerunt.

Anno ab U. C. 887.
Olymp. CCXXVIII. Anno III.
Ær. Chr. 135.
ÆLII HADRIANI IMP. AUG. 18. 19.
TELESPHORI PONT. 9. 10.

. . . . PONTIANUS. }
. . . . ATILIANUS. } Coſs.

Ita ex Noriſii Epiſtola Conſulari Edit. Veron. pag. 343. 344. 345. Pagius, & Blanchinus. Caſſiodorus, Idatius, Anonym. Noriſianus, ſinguli habent falſa Conſulum nomina, nec unus cum alio concors eſt. Panvinius ex his confecit ſibi hujus anni Conſules, ut libebat. Eam Inſcriptionem quam producit non intellexit, nam ubi ſcriptum legebat CONS. intellexit *Conſulem*, cum intelligere deberet *Conſervatorem*. Vide Noriſium, qui vera intellexit a Fabretto Conſulum hujus anni cognomina, teſte antiqua Inſcriptione, quam idem Fabrettus producit Inſcript. pag 509. & de Col. Trajani pag. 197., quæ vetus Inſcriptio nunc in Muſæo Card Albani aſſervatur. Panvinius igitor, excepto Pagio, Noriſio, & Blanchino, ceteros omnes in devium traxit

Betharam in Judæa Romani omnium ultimam obſident, eaque tandem potiuntur occiſis rebellium Ducibus, ac 580. millibus Judæorum interfectis, ita ut Judæa ſuis indigenis deſerta ab alienigenis coli cœperit; atque hic bello finis impoſitus eſt, atque inpoſterum Judæis agro Hieroſolymitano interdictum. Ita Blanchinus.

Mortuis jam omnibus qui ex circumciſione crediderant in D. Jeſ. Chr. primus Hieroſolymorum Epiſcopus ex Gentilibus ad Fidem Chriſti converſis, fuit Marcus. Blanchinus, & Petavius ex Chron. Euſ. & ejus Hiſt. lib. 4. cap. 6.

Anno ab U. C. 888.
Olymp. CCXXVIII. Anno IV.
Ær. Chr. 136.
ÆLII HADRIANI IMP. AUG. 19. 20.
Tr.LESPHORI PONT. 10. 11.

L. CEJON COMM. VERUS. }
SEX. VETULENUS CIVICA } Coſs.
POMPEJANUS. }

Ita ex Caſſiodoro, Idatio, Anonymo Noriſiano, & duplici antiqua Inſcriptione a Panvinio producta, in qua leguntur horum Conſulum prænomina, nomina, & cognomina, Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Almelovenios, Pagius, Tillemontius, & Blanchinus, qui citat etiam triplicem Inſcriptionem apud Gruterum pag. 99. 5. pag. 250. & pag. 874. num. 5.

L. Cejonius Commodus Verus hoc anno adoptatur ab Hadriano, & accipit nomen Ælii ab Hadriano, ita ut inpoſterum vocetur L. Ælius Verus. Blanchinus ex numinis Mediobarbi putat adoptatum fuiſſe anno antecedenti, quod falſum putamus ex eo, quod in faſtis L. Ælius vocari non cœperit niſi anno ſequenti; cum anno hoc nativa ſua nomina retinuerit. Ita ſentit & Pagius ex Spartiano in vita Cejonii Commodi.

Pharaſmanes Iberorum Rex Alanos allicit adverſus Romanos, ſed eos Flavius Arrianus Præfectus Cappadociæ reprimit. Ita Petavius, & Blanchinus ex Dione.

Hoc anno fuit Lunæ defectio die VI. Martii feria 2. hora quarta poſt mediam noctem. Ita Petavius, Ricciolius, Calviſius, Blanchinus &c. ex Ptolemæo lib. IV. cap. VI.

Anno

Anno ab U. C. 889.
Olymp. CCXXIX. Anno I.
Ær. Chr. 137.
ÆLII HADRIANI IMP. AUG. 20. 21.
TELESPHORI PONT. 11. 12.
L. ÆLIUS VERUS CÆSAR II.) Coſs.
P. CÆLIUS BALBINUS VIBUL.)

Ita ex faſtis Siculis, & Cuſpiniani, ſive Anonymi Noriſiani, Idatio, & Inſcript Antiquis apud Panvinium in faſtis ſuis, apud Gruterum pag. 23. 12. & pag. 445. 10., atque apud Fabretium pag. 513. num. 180. in tabula figulina Muſæi Albani Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Almelovenius, Pagius, Tillemontius, & Blanchinus. Anonymus tamen Noriſianus, & Idatius habent *Cæſarem II* & *Balbinum*, ſed Cæſarem alium non eſſe, quam L. Ælium Verum, conſtat ex hoc, quod hoc tempore alter Cæſar non erat, & faſti Siculi habent Ælium Cæſarem II quem eumdem eſſe ac L. Cejonium conſtat ex dictis ad annum antecedentem.

Phlegon Hadriani Libertus ad hunc uſque annum ſuum de Olympiadibus libellum produxit. Ita Petavius, & Blanchinus ex Suida.

Teleſphorus præſcius fortaſſe vicini ſui martyrii, Hyginum Epiſcopum, & ſibi Vicarium ordinat die Dominica 30. Septembris, ex qua die ad ejus martyrium computantur anni IV. menſes III. dies VIII. ex picturis Baſilicæ S. Pauli Romæ, & antiquis Codicibus. Vide notas ejuſdem Blanchini ad Anaſtaſium Tom. II. pag. 105. ejuſque Prolog. pag. XC.

Hoc anno Hadrianus debuit vicennalia Imperii ſui celebrare, ad quæ referendus eſt Conſulatus L. Ælii Veri ab Hadriano ipſi impertitus.

Referendi ſunt pariter ad hæc vicennalia ludi Circenſes in adoptione L. Ælii Veri ab Hadriano celebrati, ac donativum populo, ac militibus datum hac ipſa occaſione, quæ omnia putamus facta currente anno 20. Imperii Hadriani, hoc eſt a die X. Auguſti præcedentis anni, ad X. Auguſti currentis anni.

Anno ab U. C. 890.
Olymp. CCXXIX. Anno II.
Ær. Chr. 138.
ÆLII HADRIANI IMP. AUG. 21.
ANTONINI PII PONT. I.
TELESPHORI 12.
HYGINI PONT. 1.
. . . . CAMERINUS. } Coſs.
. . . . NIGER. }

Ita ex Caſſiodoro, Idatio, Anonymo Noriſiano, faſtis Siculis, & veteribus Inſcript. apud Gruterum pag. 250. 5. & Fabrettum Inſcript 508 num 132. quæ nunc in Muſæo Albano Romæ aſſervatur, Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Almelovenius, Tillemontius, & Blanchinus. Pagius ſequutus Chronicum Damaſi Conſules facit Camerinum, & Magnum, quod certe corruptum eſt ex Nigri cognomento. Petavius, Mediobarbus, Almelovenius ignari an Magnum, vel Nigrum ſcriberent, ſcripſerunt utrumque cognomen, ut alterutrum divinarent, & quia in Dione, & Julio Capitolino mentionem fieri viderunt Sulpicii Camerini, & Quinctii Nigri, levibus conjecturis innixi, poſuerunt Conſules hoc anno Sulpicium Camerinum, & Quinctium Nigrum Magnum. Nos hujus anni Conſulibus, nec prænomen addi nec nomen ſecurius rati, ita eos expoſuimus, ut in lapidibus antiquis invenimus.

Poſtridie Cal. Januarii hujus anni mortuus eſt L. Ælius Verus Cæſar, ut optime Pagius demonſtrat ex veteri inſcriptione Gruteriana, in qua memoratur L. Ælius Verus Conſul II. dum eodem tempore Hadrianus agebat annum XXI. ſuæ Tribunitiæ poteſtatis, qui annus cœpit die X. menſis Auguſti præcedentis anni Ergo menſe Auguſti præcedentis anni L. Ælius Verus adhuc vivebat, & conſequenter mortuus non eſt Cal. Januarii antecedentis anni, ut Baronius credit.

Hadrianus hoc anno V. Cal. Martias adoptat Antoninum Pium ſub hac conditione, ut ipſe Antoninus adoptet Marcum, & Verum Antoninos, Marcum videlicet Annium Verum filium Annii

A Veri, & Domitiæ Calvillæ, & L. Aurelium Verum L. Ælii Veri Cæſaris filium ex Domitia Lucilla, qui deinde ambo Imperatores fuerunt: Primus ſub nomine M. Aurelii Antonini Philoſophi, ſecundus ſub nomine L. Cejonii Ælii Commodi Veri Antonini. Ita Mediobarbus ex Spartiano, & Julio Capitolino Hæc adoptatio triplex contigit V. Cal Martii hujus anni.

Hadrianus hoc anno mortuus eſt Tribunitiæ Poteſtatis anno XXI. Imp. anno 21. VI. Idus Julii cum imperaſſet annos XX. menſ. XI. annos natus LXII. menſ. V. dies XVII.

Teleſphorus martyrio coronatur die V. Januarii, cum à ſua prima ordinatione ſediſſet annos XI. menſes V. dies XIX. à ſua vero Coronatione in ſupremum Pontificem annos X menſes VIII. dies XXVIII. eligiturque confeſtim Hyginus, qui ſedere cœpit die 6. Januarii fer. 1. Ita Blanchinus in ſuis notis ad Anaſtaſium Tom. 2 pag.
B 96. His Conſulibus Camerino, & Magno (corrige Nigro) dicitur Hyginus Pontifex electus in Chronico Damaſi, quia Hyginus primum Paſcha ſub his Conſulibus Pontifex celebravit, ſicuti Teleſphorus dicitur mortuus ſub antecedentis anni Conſulibus, quia licet ſit mortuus hoc anno, ultimum tamen Paſcha celebravit ſub illis. Ita advertit Blanchinus.

Antonini nomina hæc Julius Capitolinus recenſet. T. Aurelius Fulvius Bojonius Antoninus Pius.

Anno ab U. C. 891.
Olymp. CCXXIX. Anno III.
Ær. Chr. 139.
ANTONINI PII IMP. AUG. 1. 2.
HYGINI PONT. 1. 2.
C ANTONINUS PIUS IMP. AUG. II.) Coſs.
BRUTTIUS PRÆSENS II.)

Ita ex Caſſiodoro, Idatio, Anonymo Noriſiano, & faſtis Siculis, & Cenſorino de die Natali cap. 21. & Sponii Miſcell. Erudit. pag. 352 Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Almelovenius, Pagius, Tillemontius, & Blanchinus. Antoninus fuit Conſul primum anno Chr. 120. ſub nomine T. Aurelii Fulvii. Primus Bruttii Conſulatus ignoratur.

In locum Antonini Pii poſt aliquot menſes ſe Conſulatu abdicantis ſuffectus eſt ex Fabretti Inſcriptione pag. 726.

A. JUNIUS RUFINUS.

Hoc anno Antoninus Pius M. Aurelium Conſulem in ſequentem annum deſignat, & Cæſarem vocans ei Proconſulare Imperium impertitur. Ita Pagius ex Julio Capitolino.

D Æquinoctium Autumnale hoc anno à Ptolemæo obſervatum accidit die 26. Sept. hora 7. poſt meridiem.

Juſtinus Martyr hoc anno primam ſuam pro Chriſtianis Apologiam edidit, quam ſecundam vulgo putant. Ita Blanchinus ex Petavio, cujus vide Chronol. & Animadverſ. in Epiphanii hæreſim 46. pag. 85. Galenus Medicus, & Juſtinus hiſtoricus hoc tempore floruerunt. Ita Petavius.

Anno ab U. C. 492.
Olymp. CCXXIX. Anno IV.
Ær. Chr. 140.
ANTONINI PII IMP. AUG. 2. 3.
HYGINI PONT. 3.
ANTONIN. PIUS IMP. AUG. III.)
M. ÆL. AURELIUS VERUS CÆS.) Coſs.
E vulgo PHILOSOPHUS.)

Ita ex Idatio, faſtis Siculis, & antiquis Inſcript. apud Panvinium in ſuis faſtis, apud Gruterum pag. 126. quæ extat Romæ in Capitolio, & pag. 316. num. 1. & figulina in Muſæo Albano Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Almelovenius, Tillemontius, Pagius, & Blanchinus. Caſſiodorus, & Anonymus Noriſianus *Aurelianum* ſcribunt pro *Aurelio*. Malè uterque, namque antiqui lapides eos falſi redarguunt.

Hoc anno Valentinus hæreſiarca Romam venit anno 3. Antonini Pii, hoc eſt à die ſexto Idus Julii hujus anni ad ſextum Idus Julii anni ſequentis. Quamvis autem Antoninus Pius nullum hactenus edictum in Chriſtianos evulgaviſſet; perſecutio tamen ab Hadriano mota nondum quieverat, licet ex Apologia Juſtini aliquantulum

inte-

intepuiſſet. Ita Petavius, & Ricciolius ex Euſebio, & Epiphanio hereſi 46.

Anno ab U. C. 893.
Olymp. CCXXX. Anno I.
Ær. Chr. 141.
ANTONINI PII IMP. AUG. 3. 4.
HYGINI PONT. 4.

M. PEDUCÆUS SYLOGA PRISCINUS.) Coſs.
T. HOENIUS SEVERUS.)

Ita ex faſtis Cuſpiniani, ſive Anonymi Noriſiani, & antiqua Inſcriptione apud Panvinium in ſuis faſtis, & alia apud Gruterum pag. 182. num. 4. Panvinius, Petavius (qui tamen mendosè ſcriptum habet *Hoemius* pro *Hoenius*) Mediobarbus, Almeiovenius, Pagius, Tillemontius, & Blanchinus. Rejiciendi ſunt igitur Caſſiodorus, Idatius, & faſti Siculi, quorum primi duo habent hoc anno Conſules *Severum* & *Silvanum*; utpote qui rati ſunt nomen *Sylogæ* barbarum inter Romanos, & viſi ſibi rectius ſcripturi Silvanum, vel Silanum, quam Syiogam.

Sub hiſce Conſuiibus Hyginus martyrium paſſus dicitur in vetuſtis Pont. Catal, & picturis, quia ultimum Paſcha ſub hiſce Conſulibus celebravit, ut docet Blanchinus in ſuis Notis ad Anaſtaſium Tom. II. pag. 112.

Die Paſchatis hujus anni, nempe die Dominica 10. Aprilis Pius Epiſcopus ab Hygino ordinatur, & ſibi Vicarius. Ita Blanchinus in eiſdem Notis pag. 121. Ophitæ, Cainani, & Sethani, & alii novarum hæreſum Præcones exorti ſunt. Petavius ex Epiphanio.

Anno ab U. C. 894.
Olymp. CCXXX. Anno II.
Ær. Chr. 142.
ANTONINI PII IMP. AUG. 4. 5.
HYGINI PONT. 5.
PII PONT. 1.

L. CUSPIUS RUFINUS. } Coſs.
L. STATIUS QUADRATUS. }

Ita ex faſtis Siculis, & Anonymi Noriſiani, & Idatio, & antiqua Inſcriptione apud Panvinium in ſuis faſtis, atque apud Gruterum pag. 1082. num. 18. Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Almelovenius, Pagius, Tillemontius, & Blanchinus. Caſſiodorus habet mendosè ſcriptum *Torquatus* pro *Quadratus*.

Hyginus Pontifex Romanus hoc anno martyr occubuit die 8. Januarii, ſepultus in Vaticano die XI ejuſdem menſis, cum ſediſſet in Cathedra Apoſtolica annos IV. dies V. à ſua vero Ordinatione in Epiſcopum annos IV. menſes III. dies VIII totidem enim illi aſſignantur ab Anaſtaſio, & antiquis Pontificum Catalogis, ut docet Blanchinus in ſuis Notis ad Anaſtaſium pag. 101. & 112.

Die IX. Aprilis feria prima, hoc eſt die Dominica Pius eligitur Summus Pontifex, & in Petri Cathedra collocatur. Ita Blanchinus in ſuis Notis ad Anaſtaſium pag. 105. Quia vero Paſcha hoc anno cadebat juxta morem Romanum in diem 2. Aprilis (ut docet Ricciolius in Tabula Paſchali Chronolog. Reform Tom. I. pag. 75.) ideo juxta Regulam Blanchini Pius deberet dici electus ſub Conſulibus ſequentis anni, quia ſub illis, & non ſub his primum Paſcha celebravit, & tamen Euſebius ſub hujus anni Conſulibus Pium in Petri Cathedra conſtitutum fatetur, ut fatetur & ipſe Blanchinus. Quo pacto ſe Blanchinus extricare poſſit, haud video, niſi dicat Euſebium regulam non tenere, quam tenent Catalogi Vet. Pont.

Marcion hoc anno Romam venit, & Sede vacante poſtulavit a ſenioribus P. P. Chriſtianis, ut eum in communionem reciperent, ſpe fretus ut ipſum Romæ Pontificem eligerent, aut ſaltem Epiſcopum ordinarent; verum rejectus ab ipſis, ut peſſimus hæreſiarcha, pejor peſſimo factus eſt. Ita Pagius ex Xiphilino.

XV. Ludi Agonales Capitolini Romæ habiti ſunt hoc anno, ut docet Panvinius ex antiqua Inſcriptione, ſed fallitur, nam ludi quidem Capitolini hoc anno Romæ habiti ſunt; ſed vetus Inſcriptio, quam Panvinius producit, intelligenda eſt de Ludis Seliaſticis, ſive Iſelaſticis, qui Puteolis celebrabantur.

Anno ab U. C. 895.
Olymp. CCXXX. Anno III.
Ær. Chr. 143.
ANTONINI PII IMP. AUG. 5. 6.
PII PONT. 1. 2.

C. BELLICIUS TORQUATUS.) Coſs.
TIB. CLAUD. ATTIC. HERODES.)

Ita ex Caſſiodoro, Idatio, Anonymo Noriſiano, faſtis Siculis, & antiqua Inſcriptione apud Panvinium, in qua leguntur nomina, prænomina, & cognomina ſingula horum Conſulum, & ex qua conciliantur Idatius, Caſſiodorus, & faſti Siculi, qui habent Torquatum, & Herodem cum Anonymo Noriſiano, qui habet Torquatum & Atticum Conſules (Atticus enim & Herodes erant duo diverſa cognomina ejuſdem Conſulis) Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Almelovenius, Pagius, Tillemontius, & Blanchinus. Malè Petavius addit notam numeralem II. Bellicio Torquato, cum aliorum nemo hanc illi addat præter Caſſiodorum, & faſtos Siculos, neque hæc nota invenitur in antiqua Inſcriptione Panviniana, cui ſtandum eſt. Attici Herodis meminit Julius Capitolinus, Gellius, & vetus Inſcriptio in Muſæo Albano.

Marcion Romæ hoc anno ſuæ hæreſis ſemen ſpargit præcinente ſuam Valentino Hæreſiarcha, qui Romam venit anno III. Antonini Pii. Ita Blanchinus ad hunc annum.

Antoninus Pius prohibet ne legantur Sybillina carmina, & liber Ciceronis de natura Deorum, de divinatione, & ſimilia, quia evertere videbantur Deorum ſuorum commenta. Ita Blanchinus ex Apolog. Juſtini, & ex Arnobio.

Hoc anno ineunte Antoninus Romæ Quinquennalia ſui Auguſtalis Imperii celebravit. Pagius ex Inſcript. Farneſ. apud Gruterum pag. 316. num. 2. & alia ex Græcis Inſcript. Atleticis à Falconerio recitata, & a Pagio producta ad hunc annum, quam legere oportet, ut Falconerius corrigatur juxta Noriſii emendationem.

Anno ab U. C. 856.
Olymp. CCXXX. Anno IV.
Ær. Chr. 144.
ANTONINI PII IMP. AUG. 6. 7.
PII PONT 2. 3.

P. LOLLIANUS AVITUS. } Coſs.
C. GAVIUS MAXIMUS. }

Ita ex faſtis Cuſpiniani, ſive Anonymi Noriſiani, Idatio, & antiqua Inſcriptione apud Panvinium, & alia apud Gruterum pag. 301. juxta emendationem P. Monfauconii in ſuo Diar. Italico pag. 389., & 390. Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Almelovenius, Tillemontius, & Blanchinus. Solus Pagius ex Noriſii Epiſt ad illum privatim ſcripta pro C. Gavio Maximo habet Claudium Maximum, qui fuit unus ex Marci Aurelii Philoſophi Præceptoribus, & Julio Capitolino in Marco Aurelio cap. 3. Conſtat etiam ex Appulejo in ſecunda Apologia Claudium Maximum ſucceſſiſſe Lolliano immediatè in Proconſulatu Africæ, ut moris erat. Plura enim exempla ſunt, quibus oſtenditur Proconſules in Africam miſſos, itaut unus alteri ex duobus Collegis in eo Proconſulatu ſuccederet. Appulejus autem vocat hunc Conſulem Claudium Maximum, qui certè non fuiſſet Proconſul in Africa, niſi prius Romæ Conſul fuiſſet. Optimè quidem Noriſius, & optimè ex eo Pagius, ſed pluris eſt unus antiquus lapis, quam centum è contra Noriſii, & Pagii. Faſti Siculi, & Caſſiodorus habent *Aviolam* pro *Avito* mendosè tamen, ut conſtat ex Appulejo, qui loco cit. Avitum vocat, & ex documentis ſuperius adductis.

Valentinus Ægyptius, Cerdo, & Marcion ſuas Romæ blaſphemias evomunt, atque anſam præbent, ut alii de novo Hæreſiarchæ ſe proferant, ut Petitus, Blaſtus, Syncrotes, Præpo, & Pytho &c.

Lollius Urbicus per hoc tempus Britannos rebellantes vincit, & muro ceſpititio Barbaros arcet, ne Imp. Romani fines incurrant. Blanchinus, & Calviſius ex Julio Capitolino.

Aone ab U. C. 897.
Olymp. CCXXXI. Anno I.
Ær. Chr. 145.
ANTONINI PII IMP. AUG. 7. 8.
PII PONT. 3. 4.
ANTONINUS PIUS IMP. AUG. IV.) Coſs.
M. ÆLIUS AURELIUS CÆSAR II.)

Ita ex Caſſiodoro, Idatio, & Julio Capitolino, & antiqua Inſcriptione figulina, apud Fabrettum pag. 513. num. 183. quæ in Muſæo Albano adhuc aſſervatur, Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Almelovenius, Tillemontius, Pagius, & Blanchinus. Anonymus Noriſianus, & faſti Siculi *Aurelianum* pro *Aurelio* Conſulem cum Antonino Pio corrupta lectione ſubtrudunt.

Hoc anno Antoninus Pius M. Aurelii Quinquennalia Proconſularis ejus Imperii anno dilata celebrat Romæ, cum ſimul toga virili eadem die Lucium Verum induerit annos natum XV. Templum dedicarit, & populo Romano donativum dederit. Ita Pag. ex Jul. Capitol. Templum autem, quod Antoninus hoc anno dedicavit, erat Templum Auguſti octo columnis inſtructum cum duabus figuris, quas puto repræſentaſſe duos filios Antonini adoptatos L. Verum, & M. Aurelium. Hæc & ejuſmodi opera in Quinquennalibus fieri mos vetus erat. Ita Pagius ex Nummo Erizzi pag 283. cum Inſcriptione TEMPLUM D. AUG. REST. S. C. infra, COS. IV.

Anno ab U. C. 898.
Olymp. CCXXXI. Anno II.
Ær. Chr. 146.
ANTONINI PII IMP. AUG. 8. 9.
PII PONT. 4. 5.
SEX. ERUCIUS CLARUS II.) Coſs.
CN. CLAUDIUS SEVERUS.)

Quoniam ab hoc Conſulatu ſuos orditur faſtos Conſulares omnium accuratiſſimus Petrus Relandus, qui ceteros & veterum, & recentiorum Scriptorum faſtos omnes ſub oculis habuit, ac diligentiſſimo examine expendit, hunc ferè ſemper in poſterum ſequemur, citatis tamen antiquis Auctoribus, & monumentis, quibus innititur. Sequitur & Relandus faſtos Capitolinos, ut nos, in calculo annorum ab U. C.

Hujus igitur anni Conſules colligit Relandus ex Idatio, Anonymo Cuſpiniani, ſive Noriſiano, Lege I. cap de Impub., & al. ſubſtit. ff. Gellio Noct. Attic. lib. 6. cap. 6., & iterum lib. 16. cap. 17. Fuit autem Erucius Clarus ſemel Conſul, ſi credatur Almelovenio, anno ab U. C. 869. Eorum autem nomen, prænomen, & cognomentum habentur in antiqua Inſcriptione apud Gruterum pag. 314. num. 2. & alia apud V. Clar. Juſtum Fontaninum de Antiquit. Hortæ Coloniæ lib. 2. cap. 1. pag. 202. quam recitat etiam Relandus, & Blanchinus.

Marcion iterum ſuam hæreſim retractat, ac deinde in ipſam relapſus, errores ſuos animoſius promulgat. Ita Petavius, & Ricciolius ex Tertulliano, & Epiphanio.

XVI. Agonales Ludos Capitolinos hoc anno celebratos eſſe oportet Romæ ex more Ludorum Olympicorum.

Anno ab U. C. 899.
Olymp. CCXXXI. Anno III.
Ær. Chr. 147.
ANTONINI PII IMP. AUG. 9. 10.
PII PONT. 5. 6.
= = = = = = LARGUS.) Coſs.
= = = = = = MESSALLINUS.)

Ita ex Caſſiodoro, Chron. Alexandrino, faſtis Florentinis, Idatio, Anonymo Noriſiano, & Proſpero Aquitano, Petrus Relandus, & ceteri omnes recentiores Chronologi. Quod autem in antiqua neſcio qua Inſcriptione legantur Conſules hoc anno *C. Manlius Torquatus*, & *Cornelius Meſſallinus*, impoſturam eſſe Ligorii Noriſius arbitratur, qui addebat prænomina, & nomina Conſulibus, quæ volebat. Vide Noriſii Epiſt. Conſul. pag. 949. edit. Veron., ubi nec Manlios Torquatos fuiſſe hoc ſeculo, nec Meſſallinos eſſe de gente Cornelia oſtendit, & Ligorii fraudem detegit.

A Hoc anno Ludi ſeculares ab Antonino exhibiti exiſtimantur apud Noriſium in Epiſt. Conſul. pag. 949. edit. Veron. Verum Pagius hanc opinionem refutat, in Crit. Baron. ad hunc annum num. XIX., & XX. ac tantum Decennalia celebrata vult ab Antonino ſui Proconſul. Imperii, quæ hoc anno complebat. Ludos ille magnificentiſſimos edidit, ac Proconſulare Imperium M. Aurelio impertitus Filiam illi ſuam Fauſtinam Uxorem dedit. Ita Pagius ad hunc annum num. I., & ſequ. Viros doctrina illuſtres qui per hæc tempora floruerunt, vide in Petavii Chronol.

Anno ab U. C. 900.
Olymp. CCXXXI. Anno IV.
Ær. Chr. 148.
ANTONINI PII IMP. AUG. 10. 11.
B PII PONT. 6. 7.
L. TORQUATUS III. } Coſs.
C. JULIANUS VETUS. }

Ita ex faſtis Florentinis, Idatio, Caſſiodoro, Chron. Alexandrino, Proſpero Aquitano, & Anonymo Noriſiano, & L. 5. ff. de Manumiſs. vindic., ex vetuſta Inſcriptione apud Marquardum Gudium, quam Relandus integram producit, & in qua leguntur integra Conſulum nomina, & prænomina, Petrus Relandus, & Blanchinus, errantibus ceteris cum Pagio, qui falſa Conſulibus prænomina, & nomina, atque etiam cognomina ex levibus conjecturis adfigunt.

Hoc anno Antoninus complens decennium ſui Auguſtalis Imperii Decennalia feſta celebravit, ut colligit Pagius ex Nummis antiquis Mediobarbi.

Hoc anno Juſtinus Martyr ſecundam ſuam pro Chri-
C ſtianis Apologiam ſcripſit, quæ vulgo creditur prima. Hanc autem hoc anno Juſtinum Antonino præſentaſſe credibile eſt, cum occaſione horum Decennalium, aut Quinquennalium promulgari ab Imperatoribus nova in Chriſtianos edicta mos eſſet, ut monet Pagius ad hunc annum num. VI. in fine.

Anno ab U. C. 901.
Olymp. CCXXXII. Anno I.
Ær. Chr. 149.
ANTONINI PII IMP. AUG. 11. 12.
PII PONT. 7. 8.
SERG. SCIPIO ORFITUS. } Coſs.
Q. NONIUS PRISCUS. }

Ita ex Caſſiodoro, Idatio, Proſpero, Chron. Alexandrino, faſtis Florent. min., Anonymo Noriſia-
D no, & antiquis Inſcript. apud Gruterum pag. 12. 9. & 48. 1. atque apud Marquardum Gudium, cujus tres Inſcriptiones producit Petrus Relandus, in quibus talia, ut expoſuimus, Conſulum nomina, & prænomina producuntur, excepta una, quæ habet Conſulem *Soſium Priſcum* pro *Nonio* Priſco, ex quo Fabrettus putat Soſium eſſe cognomen alterum Nonii Priſci. Sed aliter docet Petrus Relandus, ex cujus documentis, & Inſcriptionibus patet ceteros omnes recentiores Chronologos in aliqua parte peccaſſe, ut peccat Blanchinus Servium pro Sergio habens, & addens Scipioni nomen Cornelii, pro nomine Vettii, quod huic Scipioni verius conveniret, ut docet Noriſius in Epiſt. Conſul. pag. 950., & 951., quæ omnino concordat cum Relando.

Pius Romanus Pontifex hoc anno, & his Coſs. Ani-
E cetum Epiſcopum ordinat, & ſui Vicarium die Dominica 15. Decembris, ſub quibus tamen Conſulibus primum Paſcha Anicetus non celebravit, quamvis in aliquo alio Pontificali Codice dicatur Anicetus ordinatus ſub Conſulibus ſequentis anni, quia fortaſſe ſub illis primum Paſcha celebravit. Vide Blanchini notas ad Anaſtaſ. pag. 105. & 120. ejuſque Prolegom. XCII.

M. Aurelius hoc anno celebravit Decennalia ſui Cæſarei Imperii, ut Pagius docet ex nummis Mediobarbi ad hunc annum ſub M. Aur. Fuerat autem ab Antonino Pio M. Aurelius adoptatus, anno Chr. 138., & Cæſar dictus anno Chr. 139. ut docet Pagius ad eoſdem annos.

Anne

Anno ab U. C. 902.
Olymp. CCXXXII. Anno II.
Ær. Chr. 150.
ANTONINI PII IMP. AUG. 12. 13.
PII PONT. 8. 9.
ANICETI PONT. 1.

.... GALLICANUS.	Coſs.
C. ANTISTIUS VETUS.	

Ita ex Anonymo Noriſiano, Faſtis Florentinis, & antiquis Inſcript. apud Gruterum, Fabrettum, Sponium, in quibus tamen ſola Conſulum cognomina habentur, Petrus Relandus. Quia tamen Dio Caſſius facit Conſulem cum Gallicano C. Antiſtium Veterem, & ſæpius in faſtis legitur C. Antiſtius Vetus Conſul, ideo & nos cum Diona Gallicani Collegam C. Antiſtium Veterem nominamus, ſine ulla errati ſuſpicione. Quia vero Blanchinus primum Conſulem nominat Q. Romulum Gallicanum, neque hoc prænomen, & nomen habemus in documentis, quæ citat, ideo cum ejus pace ea rejicimus, & ſolo cognomine contenti, Gallicanum tantum admittimus, rejecta ſimul illorum auctoritate Scriptorum Veterum, qui Glabrionem pro Gallicano mendoſe ſcribunt, ut Caſſiodorus, Idatius, Proſper, & Chron. Alexandr. ſicuti rejicimus etiam cognomen *Venuſti* pro *Veteris* ut corrupta lectione legitur in L. 1. C. de Procur. ſubſcripta Gallicano, & Venuſto Coſs.

Pius Pontifex martyrio coronatur die XI. Julii, cum ſederit in Petri Cathedra annos VIII. menſes III. dies III. annos vero IX. menſes III. dies II. a ſua ordinatione in Epiſcopum. Vide notas Blanchini ad Anaſt. pag. 121. Anicetus ejus ſucceſſor eligitur die XIII. Julii. Vide notas Blanchini pag. 105. 112. 113. 117. & 121.

Anno ab U. C. 903.
Olymp. CCXXXII. Annó III.
Ær. Chr. 151.
ANTONINI PII IMP. AUG. 13. 14.
ANICETI PONT. 1. 2.

QUINTILIUS CONDIANUS, ſeu GORDIANUS.	Coſs.
QUINTILIUS MAXIMUS.	

Ita ex faſtis Florentinis, & Siculis, & Anonymi Noriſiani Pagius, Petrus Relandus, & Blanchinus. Quia tamen Caſſiodorus, Idatius, Proſper, & Chronicon Alexandrinum ſcribunt Gordianus pro Condiano, nec lapides antiqui hactenus inventi ſunt, qui litem dirimant, ideo incerti quid ſtatuamus, utrumque nomen expoſuimus ut eligat quiſque quod malit. Dio Caſſius *Cardianum* Lampridius *Cocidianum*. Condianum tamen ſcriptum habent Faſti Græci Theonis a Doduvello editi. Nomen utrique Quintilii fuiſſe teſtatur Dio. Maximus Condianus, & Sextus Condianus memorantur à Lampridio in Commodi vita, quos tamen Cocidianos ſemper Lampridius vocat, ſed ejus Commentator Caſaubonus *Condianos* vocat.

Creſcens Philoſophus Cynici Juſtini inimicus vixit per hæc tempora, ejuſque martyrio cauſſam dedit, ut paullo infra videbimus. Ita Blanchinus ex Calviſio.

M. Aurelius hoc anno Proconſularis Imperii Quinquennalia celebravit. Ita Pagius ex Nummis antiquis.

Anno ab U. C. 904.
Olymp. CCXXXII. Anno IV.
Ær. Chr. 152.
ANTONINI PII IMP. AUG. 14. 15.
ANICETI PONT. 2. 3.

M'. ACILIUS GLABRIO.	
M. VALERIUS HOMULUS,	Coſs.
ſive HOMULLUS.	

Ita ex faſtis minoribus Florentinis, & Anonymi Noriſiani, & antiquis Inſcript. apud Gruterum pag. 1077. & pag. 344. num. 4. Petrus Relandus, & Blanchinus. Variant lectiones in Conſulis primi prænomine; alii enim M. Acilium, alii Sex. Acilium, alii M. V. Acilium: alii MV. Acilium, ſive Manium Acilium nominant, ſed Inſcriptiones ſinceriores habent MV. Aci-

A lium Glabrionem, quod idem eſt ac ſcribere M'. Acilium Glabrionem, ſive Manium Acilium Glabrionem. Non errat ergo Relandus quis ſcribit M. V. Acilium Glabrionem, nam idem ſignificat ac littera cum apoſtr. M'. ſive Manium. Variant etiam lectiones in cognomine Secundi Conſulis, cum alii ſcribant Hommullus, ut faſti Florentini minores, alii Humilius, ut Idatius, alii Jumilius, ut Chron. Alexandr., alii Romulus, ut Caſſiodorus, & Proſper Aquitanus, ſed diſcedendum non eſt ab antiquis Inſcript. ubi Homulus, & Omulus, & Homullus vocatur. Vide tamen Noriſium in Epiſt. Conſul. pag. 951. 952. 953. Edit. Veron.

Antoninus Pius hoc anno celebravit Quindecennalia ſui Proconſularis Imperii. Ita Pagius.

Romæ hoc anno conflagrarunt 340. domorum inſulæ, & Circi ruina ſequuta eſt, Tiberis inundatio, & Fori B Carthaginenſis conflagratio, ac terræmotus, quo Rhodus, & tria vicina Oppida conciderunt, quibus territus Antoninus perſecutionem repreſſit, & decrevit, ut Chriſtianorum Accuſatores ipſi ad ſupplicia raperentur, addita cauſſa, quod ſuppliciis Chriſtianos delere impoſſibile eſſet, cum ipſi mortem vitæ anteferrent.

Anno ab U. C. 905.
Olymp. CCXXXIII. Anno I.
Ær. Chr. 153.
ANTONINI PII IMP. AUG. 15. 16.
ANICETI PONT. 3. 4.

C. BRUTTIUS PRÆSENS.	Coſs.
A. JUNIUS RUFINUS.	

Ita ex Chron. Alexandr. faſtis min. Florent. Idatio, C Anonymo Noriſiano, & faſtis Siculis, & antiquis Inſcript. apud Gruterum pag. 300. 1. Sponium pag. 52. Fabrettum pag 53., in quibus habentur horum Conſulum prænomina & nomina Tillemontius, Pagius, Relandus, & Blanchinus. Conſul hic Præſens idem ille non eſt, qui Conſul fuit cum Antonino Pio anno Chr. 139. namque in lapidibus non eſt huic Præſenti ulla nota numeralis adjecta, quam tamen male adjecit Panvinius, & Panvinium ſequutus Petavius. Mediobarbus hos nominat Conſules ſuo nomine, & cognomine, ſed omittit prænomen. Panvinius divinando addit nomen falſum Antonii Rufino. Vide Relandum qui producit antiquas Inſcriptiones, quin Lector longo nimis labore in conſulendis auctoribus citatis defatigetur.

Cum hoc anno Antoninus Pius compleret tertium D Quinquennium ſui Auguſtalis Imperii, Quindecennalia celebravit, nec ut putat Pagius ultra præſcriptum tempus dilata ſunt; ſæpius enim deceptus eſt in anno hiſce faſtis ſolemnibus aſſignando ex eo, quod eorum tempus præfixum non obſervabat compleri intra ſequentem annum, quem certe errorem effugiſſet, ſi duos numeros aſſignaſſet Imperio, ſive Cæſareo, ſive Proconſulari, ſive Auguſtali eorum Imperatorum, qui illud exordiebantur intra annum.

Pace Chriſtianis ab Antonino conceſſa Chriſtiana Religio propagatur: tonſura Clero præſcribitur, & agitur de legitimo tempore Paſchatis apud nos celebrandi. Blanchinus ex ſuis obſervationibus in Anaſtaſium Tom. 2. pag. 114.

Anno ab U. C. 906.
Olymp. CCXXXIII. Anno II.
Ær. Chr. 154.
E ANTONINI PII IMP. AUG. 16. 17.
ANICETI PONT. 4. 5.

L. ÆLIUS AUR. COMMODUS.	Coſs.
T. SEXTIUS LATERANUS.	

Ita ex Caſſiodoro, Idatio, Anonymo Noriſiano, faſtis Siculis, Chron. Alexandr. & antiquis Inſcript. productis a Petro Relando, ac maxime illa, quam accepit ex Marquardo Gudio (ubi tamen Laterano datur prænomen Sexti, & nomen Sextilii, contra aliam Inſcriptionem Græcam apud Gruterum pag. 1021. ubi legitur ΛΟΥ. ΚΟΜΜΟΔΟΥ. ΚΑΙ. ΤΙΤΟΥ. ΣΕΞΤΙΟΥ. ΛΑΤΕΡΑΝΟΥ.) Pagius, Tillemontius, Relandus, & Blanchinus, qui citat Sponii Miſcell. pag. 74. Fabrettum Inſcript. pag. 338. & 510. & Marm. Oxon. pag. 282. & Noriſii epiſt. Conſul. pag. 954. 955.

955. ubi Noriſius firmiſſimis argumentis docet legendum T. Sextins Lateranus non vero Sex. Sextilius Lateranus, ut male ex Panvinio Mediobarbus, & Almelovenius.

Hoc anno bene Pagius docet M. Aurelium ſui Cæſarei Imperii Quindecennalia celebraſſe, ut colligit ex nummo apud Mediobarbum. Nanque hoc plane anno M. Aurelius ſui Cæſarei Imperii complebat quinquennium tertium.

XVIII. Agonales Ludos Capitolinos hoc anno celebratos fuiſſe oportet juxta morem Olympicorum.

Anno ab U. C. 907.
Olymp. CCXXXIII. Anno III.
Ær. Chr. 155.
ANTONINI PII IMP. AUG. 17. 18.
ANICETI PONT. 5. 6.

C. JULIUS SEVERUS. } Coſs.
M. RUFINUS SABINIANUS.

Ita ex Chron. Alexandr. & Idatio, faſtis Siculis, & antiquis Inſcript. apud Panvinium in ſuis faſtis, Gruterum pag. 607., & 394. (in qua ultima habentur & nomina ſuffectorum Cal. Novembribus) & Bernardinum Rutilum in Vita J. Conſultorum Veterum pag. 159. Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Almeloveuins, Pagius, Tillemontius, Relandus, & Blanchinus. In Inſcript. Gruteriana ad pag. 394. num 3 legitur Rufinius, non Rufinus, & forte melius, ut obſervat Panvinius in libello de nominibus Romanorum. Rufinius enim ſcribendum videtur quoties eſt nomen familiæ, ut in caſu noſtro, non vero perſonæ.

Suffecti autem fuerunt Kal. Novembribus, ut conſtat ex antiqua Inſcript. Gruteriana, quam Panvinius, & Relandus producunt

ANTIUS POLLIO.
OPIMIANUS.

Caſſiodorus, Anonymus Noriſianus, & faſti Florentini mendoſe ſcribunt Sabinus pro Sabinianus.

Caſſianus Jeroſolymis Marco Epiſcopo ſucceſſor eligitur. Ita Calviſius ex Euſebio, & Blanchinus ex Calviſio. Euſebius tamen aſſerens in ſuo Chronico Jeroſolymorum Epiſcopos ſucceſſivè electos fuiſſe ab hoc anno ad annum quintum Commodi Imperatoris, Caſſianum, Publium, Maximum, Julianum, Gajanum, Symmachum, Cajum, Julianum II. & Capitonem, ſe ignorare teſtatur annum, quo quiſque in ea Epiſcopali Cathedra ſedere cœperit. Ita Riccioltus.

Anno ab U. C. 908.
Olymp. CCXXXIII. Anno IV.
Ær. Chr. 156.
ANTONINI PII IMP. AUG. 18. 19.
ANICETI PONT. 6. 7.

M. CEJONIUS SILVANUS. } Coſs.
C. SERIUS AUGURINUS.

Ita ex Caſſiodoro, Chron. Alexandrino, Idatio, Proſpero, Anonymo Noriſiano, & antiqua Inſcriptione apud Gruterum pag. 128. num. V. à Relando producta Petavius, Pagius, ac Tillemontius. In hac Inſcriptione Gruteriana hæc habentur Conſulum hujus anni prænomina, & nomina. Obſtat Inſcriptio apud Marquardum Gudium, in qua Silvano nomen adjungitur Junii, & Augurino prænomen, & nomen M. Vibullii. Panvinius, Almelovenius, Mediobarbus primum Conſulem nominant M. Plautium Silvanum, & ſecundum L. Serium Augurinum. Blanchinus quoque pro Serio Augurino, ſcribit C. Sextium Augurinum, verum Marquardi Gudii Inſcriptioni, cum non indicet ubi reperiatur, parum fidei haberi poteſt. Vide Noriſium in Epiſt. Conſul. pag. 957. 958. qui C. Serium Augurinum, & M. Cejonium Silvanum ſcribendum putat, ut nos edidimus. Male igitur Blanchinus Sextium pro Serio ſcribit.

Ant. Pagius vult hoc anno Vicennalia Proconſularis Imperii ab Antonino Pio celebrata cum ea non compleret niſi anno Chriſti 158., nec video cur duobus annis ea anticipaverit, quamvis Pagius producat Hymnum apud Mediobarbum in quo legitur ANTONINUS.AUG.PIUS.P.P. TRIB. P. XXI. & in poſtica VOTA SOL. DEC. II. COS. IIII. Cum enim Tribunitiæ Poteſtatis annus XXI. Antonini Pii inciperet V. Cal. Martias, ac Tribunitia Poteſtas illi conceſſa fuerit anno Chr. 138. Ergo hoc anno V. Cal. Martias incipiebat annus deeimuſnonus ejus Tribunitiæ Poteſtatis, ergo anno tantum ſequenti die V. Cal. Martias ingrediebatur annum XX. ejuſdem Trib. Pot. ergo non inibat annum XXI. Trib. Pot. niſi anno Chr. 158. Cum ergo Collegam in Imperio aſſumi conſtet ex duobus muneribus, nempe ex Imperio Proconſulari, & Tribunitia Poteſtate, nec Tribunitia Poteſtas cum Imp. Proconſ. Antonino delata fuerit niſi anno Chr. 138., ut docet Pagius, quomodo hoc anno poterat Antoninus celebrare Vicennalia, ſeu Decennalia II. ſui Proconſularis Imperii, cum duo deeſſent anni ad complendum ſuum ſecundum Decennium? Nummus igitur Mediobarbi, quem Pagius pro ſe teſtem producit, ſui erroris accuſatorem habet. Utique apud Mediobarbum Nummus hic cui innititur Pagius, producitur ad annum Chr. 158.

Nemo ſub Antonino Pio proſcriptus eſt Roma niſi unicus Senator Attilius Titianus, exilio a Senatu mulctatus ob affectatæ tyrannidis culpam. Ita Blanchinus ex Calviſio, Calviſius ex Julio Capitolino.

Anno ab U. C. 909.
Olymp. CCXXXIV. Anno I.
Ær. Chr. 157.
ANTONINI PII IMP. AUG. 19. 20.
ANICETI PONT. 7. 8.

. . . . . . BARBARUS. } Coſs.
. . . . . . REGULUS.

Ita ex Caſſiodoro, Anonymo Noriſiano, Chron. Alexandr. Faſtis min. Florent. & Proſperi, & antiquis Inſcript. apud Reineſium pag 510. Sponium pag. 80. Fabrettum inſcript. pag. 138., & 504. Mediobarbus, Almelovenius, Pagius, Tillemontius, & Blanchinus. Panvinius cum Petavio Barbari cognomentum apud Romanos inſolitum arbitratus, pro Barbaro ſcribit *Barbatum*, ſicuti & Idatius ſcripſit. Utrumque à vero aberrare conſtat ex dictis Inſcriptionibus, in quibus prænomen, & nomen neutrius Conſulis exhibetur. Noriſius in Epiſt. Conſul. putat Barbari nomen *Vetulenum* eſſe ex Galeno, & aliis documentis haud quidem certis, at multum veroſimilibus ad pag. 958. 959. Noriſius ibi docet Barbarum avunculum fuiſſe L. Veri, qui cum Marco Imperator fuit. Nihil ſub his Coſs. inſigne geſtum.

Anno ab U. C. 910.
Olymp. CCXXXIV. Anno II.
Ær. Chr. 158.
ANTONINI PII IMP. AUG. 20. 21.
ANICETI PONT. 8. 9.

. . . . TERTULLUS. } Coſs.
. . . . CLAUDIUS SACERDOS.

Ita ex Caſſiodoro, Anonymo Noriſiano, Proſpero, Chron. Alexandr., & Inſcriptione antiqua apud Fabrettum pag. 359. Panvinius, Petavius, Almelovenius, Pagius, Tillemontius, & Blanchinus. Cum verò in antiquis libris, & marmoribus neutri horum Conſulum addatur prænomen, & nomen, Noriſius ex variis & ſolidis conjecturis deducit Conſuli Sacerdoti nomen fuiſſe Claudii. Panvinius ex Julio Capitolino, & Dione addit Sacerdoti nomen *Licinu*, cum nec apud Dionem, nec apud Capitolinum ſit facta unquam Licinii Sacerdotis mentio. Vide Noriſ. in Epiſt Conſnl. pag. 959. & 960. edit. Veron.

Cnmplebat V. Cal. Martii Antoninus Pius hoc anno vigeſimum annum ſui Proconſularis Imperii, nec non Trib. Pot., quare hoc anno celebravit Antoninus Vicennalia ſui Proconſularis Imperii.

Hoc anno Polycarpum Smyrnæ Epiſcopum Romam veniſſe refert Pagius ex Chron. Alexandrino, & Valeſio in Notis ad Euſebium lib. 5. Hiſtor. cap. 24. Vide Pagium in Critica Baroniana ad annum Chr. 166. num. IV. Ita & Blanchinus ad hunc annum, ſub quo refert occurſum Marcionis cum Polycarpo ex Irenæo apud Euſebium.

Anno ab U. C. 911.
Olymp. CCXXXIV. Anno III.
Ær. Chr. 159.
ANTONINI PII IMP. AUG. 21. 22.
ANICETI PONT. 9. 10.
M. PLAUTIUS QUINTILLUS. } Coſs.
= = STATIUS PRISCUS. }

Ita ex Chron. Alexandrino, faſtis min. Florentinis, Caſſiodoro, Idatio, Proſpero, Anonymo Noriſiano, & antiquis Inſcript. apud Gruterum pag. 68 num. 3. apud Thomaſinum de donat. veterum cap. 20. apud Fabrettum Inſcript. 509. nu. 143. (Inſcriptio Gruteriana dat nomen Conſulibus *Plautii*, & *Statii*, & illa Thomaſini dat etiam prænomen *Marci* Plautio Quintillo, quod etiam prænomen Noriſius probat in Epiſt. Conſul. pag. 960. & 961., ex alia Gruteri Inſcript. pag. 40. num. 13.) Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Almeloveniu, Tillemontius, Pagius, & Blanchinus.

De die Paſchatis celebrandi habitum eſt hoc anno Romæ Concilium, cui interſuerunt una cum Polycarpo alii X. Epiſcopi, ac decretum fuit, ut Paſcha die Dominica celebraretur, quamvis aliqui obſtarent ex D. Joanne Evangeliſta, qui celebrari Paſcha permiſerat Judæorum more Luna XIV. Judæorum gratia, qui ad fidem Chriſti converſi erant, ſicuti & Paulus Apoſtolus eorum gratia Timotheum circumcidi permiſerat. Vide Blanchini Notas ad Anaſtaſ. pag. 214.

Anno ab U. C. 912.
Olymp. CCXXXIV. Anno IV.
Ær. Chr. 160.
ANTONINI PII IMP. AUG. 22. 23.
ANICETI PONT. 10. 11.
APP. ANNIUS ATILIUS BRADUA.) Coſs.
T. CLODIUS VIBIUS VARUS.)

Ita ex faſtis Anonymi Noriſiani, & antiqua Inſcriptione Lugduni anno 1704 inventa, & Gruteriana pag. 180. num. I. & Fabretto in libro de Aquæductibus, & in libro Inſcript. pag. 128 Petrus Relandus, & Blanchinus contra eos, qui *Verum* pro Varo ſcribendum putant. Vide Reineſii Epiſt. 34. ad Rupertum pag. 323 de Vibiis Varis, quorum hæc duo nomina juncta ſemper inveniuntur in monumentis antiquis juxta illud adagium *Vara Vibiam trahit*. Faſti omnes antiqui, excepto Anonymo Noriſiano, corrupta producunt Conſulum iſtorum nomina, & omnes fere diſcordant. Sponius etiam in Miſcell. pag. 107 profert Inſcriptionem, cui ſubſcriptum, Bradua & Vero Conſulibus, quam à ſchedis Fabretti ſe accepiſſe teſtatur, cum tamen Fabrettus Varum ſemper ſcribendum eſſe teſtetur, non Verum. Vide Petrum Relandum ad hunc annum.

Circa hoc tempus Bactri, Hircani, & Indi ad Antoninum Legationem miſerunt. Ita Blanchinus ex Thoma Lydiat in faſtis, & Epitoma Sexti Aurelii Victoris.

Anno ab U. C. 913.
Olymp. CCXXXV. Anno I.
Ær. Chr. 161.
ANTONINI PII IMP. AUG. 23. 24.
M. AURELII IMP. AUG. 1.
ANICETI PONT. 11. 12.
M. AUR. VERUS ANTONINUS)
CÆS. III. dictus PHILOSOPHUS. } Coſs.
L. ÆLIUS AUR. VERUS CÆS. II. }
dictus etiam COMMODUS.)

Antequam de Conſulibus hujus anni verba faciamus, notandum eſt, quod Imperium Romanum tribus modis (ut Pagius monet ad hunc annum num. V.) adminiſtratum fuit. Primo ab unico, qui vocabatur Imp. Auguſtus: Secundo à duobus, quorum alter vocabatur Imperator Auguſtus, alter vero Collega Imp. Auguſti, qui tantum extra Urbem idem jus in exercitus, & provincias, quod ille habebat, Imperio Proconſulari, & Tribunitia Poteſtate inſignitus, cujuſmodi fuerunt, qui Cæſares tantum ſine Auguſti nomine appellabantur: Tertio (quod primo contigit ſub Marco Aurelio hoc anno poſt Antonini Pii mortem) a duobus ſimul Auguſtis, qui æquam jus extra, & intra Urbem habebant, atque aliquando tres fuerant Auguſti. Duravit hæc Imperii adminiſtrandi forma uſque ad Conſtantium Chlorum, & Galerium Maximianum, nempe uſque ad annum Chr. 305. donec Imperium Romanum, quod ſemper antea ſolidum, & indiviſum etiam ſub pluribus Auguſtis remanſerat, cœpit dividi in plures partes, ita ut ſingulis ſingulæ partes adſignarentur adminiſtrandæ, nec dominium unius extenderetur in partem alterius.

In ſecunda regiminis forma unus tantum Auguſtus nominabatur, & Pontifex Maximus. Collega vero Pontifex tantum vocabatur, quæ dignitas Collegæ erat quaſi tyrocinium ad ſupremam. In tertia vero forma ſtatim ac aliquis Imp. Auguſtus appellabatur, appellabatur etiam Pontifex, ſed non Maximus. Quod ſi plures Auguſti eodem ſimul tempore Imperium adminiſtraſſent, plures etiam Pontifices vocabantur, ut patet ex antiquis lapidibus, & nummis. Hæc optime Pagius loc. cit.

Diviſo tandem in plures partes Imperio ſub pluribus Auguſtis, eorum ſinguli appellabantur Pont. Max.

Calendis ergo Januariis, adhuc vivente Antonino Pio, Conſulatum inierunt M. Aurelius Verus, & L. Ælius Verus, qui quoniam adoptati fuerant ab Antonino Pio V. Cal. Martias anni Chr. 138. ideo in faſtis tamquam Antonini Pii filii, fratres invicem dicebantur, cum tamen ſolus M. Aurelius Cæſar appellaretur. L. vero Ælius Verus nullo honoris caractere diſtinguebatur, aut poteſtate, niſi quod vocabatur Auguſti filius.

Malè igitur ſcribitur L. Ælius Verus cum titulo Cæſaris à Relando initio hujus Conſulatus, quem ut privatus Civis ingreſſus eſt. Hoc quidem anno L. Ælius Verus factus eſt ab Aurelio poſt Antonini Pii mortem Cæſar, & Auguſtus eodem tempore; ſed ſi Relandus addidit titulum Cæſaris L. Ælio Vero, ex eo quod paullo poſt factus eſt Cæſar, cur non addidit etiam utrique Conſuli titulum Auguſti, cum M. Aurelius poſt Antonini mortem Auguſtus fuerit proclamatus, & ſtatim Cæſarem, & Auguſtum ipſe proclamaverit L. Ælium Verum? Eundem in ſcopulum offendit quoque Blanchinus, qui utrumque Conſulem Auguſtum nominat antequam eſſent ambo Auguſti; M. enim Aurelius quando iniit Conſulatum erat tantum Cæſar; L. vero Ælius Verus nec Cæſar erat, nec Auguſtus.

Quod ad Coſs. hujus an. pertinet omnes Chronologi concordes ſunt Caſſiodorus, Idatius, Proſper, Chron. Alexandrinum, faſti minores Florentini, Anonymus Noriſianus, & alii, atque inſuper vetus Inſcriptio apud Grut. pag. 300. num. I. in qua M. Ælius Aurelius Verus rectè Cæſar appellatur, L. vero Ælius Aurelius Commodus nec Cæſar, nec Auguſtus, ſicuti etiam alia vetus Inſcriptio apud Vignolium de Columna Antonini idem facit. Utraque hæc Inſcriptio eſt apud Petrum Relandum, atque in utraque M. Aurelius fit Conſul III. Lucius Verus II.

Septima die Martii mortuus eſt Antoninus Pius. Imperavit ab Hadriani morte annos 22. menſes 7. dies 26. à die vero, qua Imperii Collega ab Hadriano electus, & factus eſt, annos 23. dies 11. obiitque annos natus 74. menſes 6.

M. Aurelius Antonino mortuo Imperii adminiſtrationem ſuſcepit eadem die, ac ſtatim L. Ælium Aurelium Verum non Collegam ſolum in Imperio aſſumpſit, ſed ſimul & Cæſarem, & Auguſtum fecit unico ſibi titulo retento Pont. Maximi. Vide Pagium in Crit. Baron. ad hunc annum.

Antonino defuncto, atque inter Deorum numerum relato, M. Aurelius divinos honores decrevit, & filiam ſuam Lucillam L. Ælio Vero in uxorem ſpopondit. Vide Pagium, & Panvinium.

Antonino extincto recruduit nova in Chriſtianos à Marco Aurelio perſecutio, qua inter primos martyres ab eo interfectos Anicetus Pontifex obiit die 17. Aprilis Pontificatus ſui anno XI. nondum completo, ſedit enim annos X. menſes IX. dies IV. à ſua vero ordinatione annos XI. menſes III. dies XX., ſeu ut in aliis catalogis legitur annos XI. menſes IV. dies III. eligitur Soteres circa finem hujus anni. Ita Blanchinus ex ſuis obſerv. in Anaſtaſ.

Anno ab U. C. 914.
Olymp. CCXXXV. Anno II.
Ær. Chr. 162.
M. AUR. ANTONINI PHIL. IMP. AUG. 1. 2.
L. ÆLII AURELII VERI IMP. AUG. 1. 2.
SOTERIS PONT. 1.

Q. JUNIUS RUSTICUS.
C. VETTIUS AQUILINUS, cui Cal. Julii ſuffectus
T. FLAVIUS TERTULLUS. } Coſs.

Ita ex Caſſiodoro, Proſpero, Anonymo Noriſiano, Chron. Alexandrino, faſtis Flor. min., & antiqua Inſcriptione apud Gruterum pag. 286. num. VII. & pag. 131. num. III. & Noriſii Epiſt. Conſulari, in qua habentur etiam Conſulum prænomina, & nomina (vide pag. 961. & 962.) Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Almelovenius, Tillemontius, Pagius, Relandus, & Blanchinus. Prænomen, nomen, & cognomen ſuffecti habentur ex antiqua *Inſcriptione*, quam producit Panvinius ad hunc annum, & male à Relando, & Blanchino citatur teſtis Noriſius in Epiſt. Conſulari, in qua de ſuffecto ne verbum quidem, ſi credimus editioni Veronenſi, quæ alioquin innumeris ſcatet mendis.

Cum Vologeſus Parthorum Rex Armeniam ſibi vendicaſſet, & Syriam vaſtaret, decretum eſt hoc anno bellum Parthicum, atque adverſus Parthos mittitur L. Ælius Verus Imp. Auguſtus. Ita Blanchinus ex Nummis Mediobarbi, & Petavius ex Julio Capitolino.

Soter, ſeu Soteres electus exeunte anno antecedenti, collocatur in Petri Cathedra die Dominica Calendis Januarii hujus anni, atque ab hac die computantur ſui Pontificatus anni uſque ad diem 22. Aprilis Anni Chr. 171.

Anno ab U. C. 915.
Olymp. CCXXXV. Anno III.
Ær. Chr. 163.
M. AUR. ANTONINI PHIL. IMP. AUG. 2. 3.
SOTERIS PONT. 2.

L. = = = = = = = = ÆLIANUS.
= = = = = = = = = = PASTOR. } Coſs.

Ita ex Caſſiodoro (qui tamen cum Proſpero Aquitano, ex prænomine, & cognomine fecit unicum cognomen *Læliani* pro *L. Æliani*) Idatio, Anonymo Noriſiano, Chron. Alexandrino, & antiqua Gruteri Inſcriptione ad pag 126. Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Almelovenius, Pagius, Relandus, Tillemontius, & Blanchinus, neque fidendum eſt antiquæ Inſcriptioni productæ à Cupero in Epiſt. præfixa faſtis Almelov., quam eandem à ſe diverſam producit Reineſius pag. 234. claſſe 1., & pag. 218. Pagius ſupplet Conſulum nomina, & ſcribit L. Papirium Ælianum, & Junium Paſtorem, nec dicit quo fundamento.

Dum L. Ælius Aurelius Verus in Oriente variis impudicitiis vacat, non auſus ipſe eum Parthis bello intereſſe, Statium Priſcum Legatum ſuum in Vologeſum mittit unà cum Avidio Caſſio, & Marcio Vero, qui rebus proſpere geſtis Babylonem, & Mediam penetrant, & Armeniam Imperio Romano recuperant, quare M. Aurelius dictus eſt Armeniacus. Ita Petavius, & Blanchinus ex Jul. Capitol. & antiquis Nummis.

Hoc anno L. Ælius Verus Lucillam M. Aurelii filiam in uxorem ducit, & ad ſe miſſam à Patre M. Aurelio, Epheſi obviam profectus, accipit, & ibi conjugium ſuum celebrat. Vide Pagium ad hunc annum.

Cum hoc anno quinta Quinquennalia ſui Cæſarei Imperii M. Aurelius celebraret, quartam in Chriſtianos perſecutionem movit. Ita Pagius ex Chron. Alexandrino.

Hoc tamen anno, aut ſequenti Juſtinum martyrio coronatum putat. Ita ad annum Chr. 163. n. III.

Anno ab U. C. 916.
Olymp. CCXXXV. Anno IV.
Ær. Chr. 164.
M. AUR ANTONINI PHIL. IMP. AUG. 3. 4.
L. ÆLII AURELII VERI IMP. AUG. 3. 4.
SOTERIS PONT. 3.

M. POMPEJUS MACRINUS.
P. JUVENTIUS CELSUS. } Coſs.

A Ita ex Caſſiodoro, Idatio, Anonymo Noriſiano, Chr. Alexandrino, Proſpero (qui ſola Conſulum cognomina recitant) & Fabretti Inſcript. antiqua pag. 507. (ubi habentur etiam prænomina, & nomina, ut nos expoſuimus) Petrus Relandus, & Blanchinus. Panvinius deceptus duabus antiquis *Inſcriptionibus*, ponit Conſules C. Julium Macrinum, & L. Cornelium Celſum, qui tamen vere Conſules non nominantur in *Inſcriptionibus* adductis. Sequuti ſunt Panvinium Petavius, Mediobarbus, & Almelovenius. *Male etiam* Pagius ex Noriſio facit Conſules M. Nonium Macrinum & Celſum, ut patet ex gemina Fabretti Inſcriptione, quæ in *Muſæo* Albano hodie legitur.

D. Polycarpus hoc anno martyr occubuit, ut oſtendit Blanchinus in ſuis notis ad Anaſtaſ. Tom. 2. pag. 133. Pagius ejus martyrium ad annum Chr. 167. transfert, ſed fatetur incertum annum.

B Hoc quoque anno Juſtinum martyrio coronatum Petavius refert ex Euſeb. Hiſt. lib. 4. cap. 16. Pagius differt hoc in ſequentem annum, ut videbimus.

M. Aurelius Soemum Regem Armeniæ imponit, qui Parthos compeſcat, *Marcio Vero M.* Aurelii Legato Armeniam adminiſtrante. Ita Blanchinus, & Tillemontius ex Dione; ſed melius Blanchinus ad hunc annum, quam Tillemontius ad annum antecedentem, ut colligi poteſt ex geſtis in Oriente anno proxime antecedenti.

Anno ab U. C. 917.
Olymp. CCXXXVI. Anno I.
Ær. Chr. 165.
M. AUR. ANTONINI PHIL. IMP. AUG. 4. 5.
L. ÆLII AURELII VERI IMP. AUG. 4. 5.
SOTERIS PONT. 4.

C L. ARRIUS PUDENS.
M. GAVIUS ORFITUS. } Coſs.

Ita ex Caſſiodoro, *Idatio*, Proſpero, Anonymo Noriſiano, Chr. Alexandr. Faſtis Florent. & Inſcriptionibus antiquis apud Gruterum pag. 751. n. 3. (in quibus omnibus ſola habentur Conſulum hujus anni cognomina) Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Almelovenius, Pagius, Tillemontius, & Blanchinus, ſed in alia *Inſcriptione* apud Gruterum pag. 1032. *num 6.* & in alia apud Sponium in Miſcell. pag. 33., habentur quoque prænomina, & nomina ut nos ſupra deſcripſimus. Panvinius tamen falſo putat Orfiti prænomen, & nomen eſſe Cornelium Scipionem, & *nomen* Pudentis eſſe Servilium contra antiqua lapidum monumenta. Ita & Almelovenius fidelis exſcriptor faſtorum Panvinii. Ce- D teri recentiores Chronologi ita Conſules exponunt ut & nos, videlicet Petavius, Mediobarbus, Pagius, Tillemontius, Blanchinus, & Relandus, apud quem producuntur antiquæ Inſcriptiones ſupradictæ.

Avidius Caſſius Legatus Meſopotamiam, & Aſſyriam penetrat, Aſſyriam capit, Cteſiphontem depopulatur, unde ambo Auguſti Parthici maximi appellantur. Panvinius, & Blanchinus ex nummis apud Mediobarbum.

Addit Pagius hoc anno M. Aurelium Vicennalia celebraſſe ſui Proconſularis Imperii, cum nonniſi poſt duos annos, nempe anno Chr. 167. compleret M. Aurelius ſecundum ejuſdem Proconſularis Imperii Decennium. Accepit enim, ut Pagius ipſe docet, Imperium Proconſulare anno Chr. 147. Malè igitur Pagius hoc aſſerit contra ipſam ſuam hypotheſim.

E Anno ab U. C. 918.
Olymp. CCXXXVI. Anno II.
Ær. Chr. 166.
M. AUR. ANTONINI PHIL. IMP. AUG. 5. 6.
L. ÆLII AURELII VERI IMP. AUG. 5. 6.
SOTERIS PONT. 5.

Q. SERVILIUS PUDENS.
L. FUFIDIUS POLLIO. } Coſs.

Quod ſpectat ad Conſulum hujus anni cognomina omnes antiqui Chronologi concordes eunt, ut Caſſiodorus, *Idatius*, Anonymus Noriſianus, (qui tamen mendoſè ſcribit Pulionem pro Pollione) Proſper, Chronicon Alexandrinum, Faſti minores Florentini, & Lex 3. ff. de iis, quæ in teſtam. delent, quos ſequitur Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Almelovenius, Pagius, Til-

Tillemontius, Relandus, & Blanchinus. Quod ſpectat ad nomina, & cognomina, hæc habentur ex antiqua Inſcript. apud Gruterum 109. num. 12. & apud Spouium pag. 33. atque apud Noriſium Epiſt Conſul. pag. 966. A

Marcius Verus Medos invadit, & L. Ælius Aurelius Verus rem per Legatos proſperè circa Euphratem gerit, unde ipſe, & M. Aur. Imperatores IV. dicuntur, teſte Blanchino, quod tamen Pagius refutat, oſtendens L. Verum ex Oriente jam anno præcedenti Romam rediiſſe, atque hoc anno de Parthis Romæ triumphaſſe, & a M. Aurelio precibus L. Veri Commodum M. Aurelii filium Cæſarem appellatum fuiſſe 4. Idus Octobris.

M. Aurelius hoc anno Auguſtalis Imperii Quinquennalia edidit, quæ quidem Quinquennalia edenda erant etiam a L. Vero Auguſto ejus Collega.

XXI. Agonales Ludi Capitolini hoc anno ex more exhibiti ſunt Romæ. B

Anno ab U. C. 919.
Olymp. CCXXXVI. Anno III.
Ær. Chr. 167.

M. AURELII ANTONINI IMP. AUG. 6. 7
L. ÆLII AURELII VERI IMP. AUG. 6. 7.
SOTERIS PONT. 6.

L. ÆLIUS AURELIUS VERUS IMP. AUG III. } Coſs.
= = = = = = QUADRATUS. }

Ita ex Caſſiodoro, Idatio, Anonymo Noriſiano, Proſpero, Faſtis Florentinis, & antiqua Inſcriptione figulina apud Fabrettum pag. 505. Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Almelovenius, Pagius, Tillemontius, Relandus, & Blanchinus. Panvinius Quadrato addit divinando nomen, & prænomen T. Numidii, quod amplectuntur etiam ex Panvinio Petavius, Mediobarbus, & Almelovenius. Sed alii malunt omittere, quam errare. C

Juſtini Martyrium huic anno affigendum vult Roinartus in Actis primorum Martyrum: Polycarpus hoc anno Martyr occubuit ex Pagii opinione, ut docuimus ad annum Chr. 164. Tillemontius Polycarpi Martyrium refert in annum antecedentem nempe Chr. 166.

Marcomanni in Germania rebellant, ſed decreta in eos expeditio retardatur peſte, quæ cum Orientem infeciſſet, infecit poſtea & Italiam. Blanchinus ex Nummis Mediobarbi, & Hiſt. Romanæ Scriptoribus. Ambo Auguſti cum Aquilejæ hiemaſſent, & deinde M. Aurelius verno tempore in Marcomannos exercitum duceret (peſte fortaſſe deterriti) ambo Romam hoc anno redeunt. Ita Tillemontius, qui tamen refert Romam petiiſſe L. Verum, interea dum M. Aurelius Julias Alpes in Germaniam profectos trajecit, ac paullo poſt Aquilejam, ac deinde Romam rediit, pacem petentibus Germanis. Vide Tillemontium in vita M. Aurelii articulo X. D

L. Verus hoc anno Quinquennalia ſui Auguſtalis Imperii edidit, in alterum annum fortaſſe dilata, quia M. Aurelius aberat, Aquilejam profectus, ut vicinior bello Marcomannico adſiſteret. Horum Quinquennalium celebratio confirmatur ex Nummis antiquis apud Pagium ad hunc annum num. II.

Anno ab U. C. 920.
Olymp. CCXXXVI. Anno IV.
Ær. Chr. 168.

M. AUR. ANTONINI PHIL. IMP. AUG. 7. 8.
L. ÆLII AURELII VERI IMP. AUG. 7. 8. E
SOTERIS PONT. 7.

T. JUNIUS MONTANUS. } Coſs.
L. VETTIUS PAULLUS. }

Ita ex antiqua Inſcriptione apud Ferretti Muſæum Lapidarium pag. 27. ſubſcript. DEDIC. III. KAL. JUN. L. VETTIO. PAULLO. T. JUNIO. MONTANO. (quam totam Inſcriptionem exhibet Panvinius cum eadem ſubſcriptione paullo diverſa ab ea, quam exhibet Relandus, namque Panvinii ſubſcriptio ponit III. Kal Junii ut ſupra, & ponit Conſulem primo loco, qui apud Relandum poſitus eſt ſecundo; Relandus verò ponit III. Kal. Jul. non Jun. ut Panvinius.) Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Almelovenius, Pagius, & Blanchinus. Solus Tillemontius ex Caſſiodoro, Chron. Alexandr., Faſtis Florentinis, Idatio, & Proſpero facit hoc anno Conſules *Apronianum*, & *Paullum*. Nemo ex illis facit Montani mentionem. Aut igitur ut putat Pagius dicendus eſt idem eſſe Apronianus, ac Montanus, aut certè Apronianus ſuffectus fuit in locum T. Junii Montani manente Paullo Conſule, namque impoſſibile eſt omnes antiquos Chronologos erraſſe, niſi dicamus omnes ab uno idem mendum exſcripſiſſe, quod vero ſimile non videtur.

Avidius Caſſius Arabes, & Bucolicos in Ægypto vincit, onde ambo Auguſti Imp. V dicuntur, & M. Aurelius Sarmaticus dicitur. Mediobarbus, & Blanchinus ex Nummis antiquis ad hunc annum.

Romani adverſus Germanos, qui iterum rebellaverant, Marcomannos, Quados, Sarmatas, & Dacos fortiter dimicant, unde M. Aurelius Sarmaticus ex victoria de Sarmatis relata appellatus eſt.

Hoc anno M. Aurelius Cæſarei Imperii vicennalia edidit, ut colligit Pagius ex Nummis antiquis.

Anno ab U. C. 921.
Olymp. CCXXXVII. Anno I.
Ær. Chr. 169.

M. AUR. ANTONINI PHIL. IMP. AUG. 8 9.
L. ÆLII AURELII VERI IMP. AUG. 8. 9.
SOTERIS PONT. 8.

Q. SOSIUS PRISCUS. } Coſs.
P. CÆLIUS APOLLINARIS. }

Ita ex Caſſiodoro, Idatio, Proſpero, Anonymo Noriſiano, Faſtis min. Flor., & Chronico Alexandrino (in quibus tamen habentur ſola Conſulum cognomenta) & antiquis Inſcript. à Relando productis, in quibus prænomina etiam & nomina exhibentur, Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Almelovenius, Pagius, Tillemontius, Relandus atque Blanchinus.

Inſcriptionum alia eſt apud Gruterum pag. 300. num. 7., & alia apud Fabrettum pag. 494.

Cum M. Aurelius, & L. Verus Aquilejam anno currenti rediiſſent, ibi hiemarunt, ut bello Marcomannico promptius ſequenti anno intereſſent; ſed ferveſcente magis magiſque peſte, Romam redire coacti ſunt, atque in itinere L. Ælius Aur. Verus apoplexia correptus inter Concordiam, & Altinum occubuit ſub finem Decembris hujus anni, cum idem L. Verus imperaſſet annos 8. menſes 9. dies . . . . Ita ex Pagio ad hunc annum.

Anno ab U. C. 922.
Olymp. CCXXXVII. Anno II.
Ær. Chr. 170.

M. AUR. ANTONINI PHIL. IMP. AUG. 9. 10.
SOTERIS PONT. 9.

M. CORNELIUS CETHEGUS. } Coſs.
C. ERUCIUS CLARUS. }

Ita ex Caſſiodoro, Idatio, Proſpero, Anonymo Noriſiano, Chron. Alexandr, Faſtis min. Flor., & Lege 1. cap. de petit. Heredit. in quibus tamen habentur ſola cognomina Conſulum, & Lapide Forolivienſi apud Noriſium (in quo habentur nomina, & prænomina) in Epiſt Conſul. pag. 966. 967 968. Noriſius, Pagius, Tillemontius, & Blanchinus.

Hi Conſules ponuntur extremi Pontificatus Soteris in Catal. ant. Pont. Quia ſub his ultimum ſuum Paſcha celebravit. Blanchinus ex iiſdem Catalogis.

Commodus M. Aurelii filius Cæſar ſui Cæſarei Imperii Quinquennalia edit. Pagius.

Eleutherius à Sotere ordinatur Epiſcopus & ſui Vicarius die Dominica 22. Januarii, durante eadem perſecutione ſub M Aurelio, & L. Vero. Ita Blanchinus ex antiquis Pont. Catalogis.

XXII. Ludi Agonales Capitol. hoc anno edendi erant.

Anno ab U C. 923.
Olymp. CCXXXVII. Anno III.
Ær. Chr. 171.

M. AUR. ANTONINI PHIL. IMP. AUG. 10. 11.
SOTERIS PONT. 10.
ELEUTHERII PONT. 1.

L. SEPTIMIUS SEVERUS II. } Coſs.
L. AUFIDIUS HERENNIANUS. }

Quod

A Quod ad cognomina ſpectat Conſulum hujus anni, concordant Caſſiodorus, Idatius, Proſper, Anonymus Noriſianus, & Chron. Alexandrinum, & omnes recentiores Chronologi; exceptis Panvinio, Mediobarbo, & Almelovenio, quorum primus ponit Conſules Severum & Pompejanum ex Caſſiodoro, & Faſtis Cuſpiniani, quos falsò citat, ſive ut ipſe explicat Claudium Severum & Claudium Pompejanum. Panvinius deceptus decepit & ſuos aſſeclas. Rectius longè, quod ad nomina, & prænomina ſpectat, Noriſius in Epiſt. Conſul. eos nominat Conſules hoc anno, ut nos à principio expoſuimus, & Noriſium ſequuntur Pagius, Tillemontius, Relandus, atque Blanchinus. Vide Noriſii Epiſt. Conſul. 968. 969. Edit. Veron.

Mediobarbus confundit Conſulum ordinem, & ponit Conſules hoc anno F. Tertienum, & C. Scœdium Haſtam, & Conſules hujus anni transfert in annum Chr. 173. qua ratione, ignoratur. B

Hiſce Coſs. M. Aurelius Auguſtalis Imperii decennalia celebravit, ut docet ex Nummis antiquis Antonius Pagius in Critica Baronii ad hunc annum.

Soter Pontifex Martyr occubuit die 22. Aprilis hujus anni, cum ſediſſet annos IX. menſes III. dies XXI. Fallitur Blanchinus, qui annos bene non computat ab ejus electione in Summum Pontificem, eum eam anno Chr. 162. Kal. Januariis factam Blanchinus ipſe teſtetur, à qua die, & à quo anno ad diem Martyrii lapſi ſunt anni IX. integri, menſes III., dies XXI., & non anni VIII., menſes III., dies XX. ut putat Blanchinus. Eligitur ergo Eleutherius, cujus tamen electionis dies ignoratur. Lege Blanchini Chronologiam tom. II. ad annum Chriſti 162., & ad annum hunc, ac videbis, manifeſtiſſimam ejus contradictionem, nam ad annum Chriſti C 162. ſcribit Soterem ſediſſe annos IX., menſes III. dies XXI., atque hoc anno eum ſediſſe dicit annos VIII., menſes III., dies XX.

Annó ab U. C. 924.
Olymp. CCXXXVII. Anno IV.
Ær. Chr. 172.
M.AUR.ANTONINI PHIL. IMP.AUG. 11. 12.
ELEUTHERII PONT. 1. 2.

= = = MAXIMUS. = = = ORFITUS.	} Coſs.

Ita ex Caſſiodoro, Idatio, Proſpero, Anonymo Noriſiano, faſtis minoribus Florent, Chron. Alexandrino, & variis antiquis Inſcriptionibus apud Gruterum pag. 126., pag. 419. 5. & pag. 1014 atque apud Sponium Miſcell. erud. pag. 172 ex D quibus nec nomen, nec prænomen Conſulum expiſcari licet, quamvis Panvinius, atque hunc ſequuti Mediobarbus, & Almelovenius nomen Claudii Maximo addiderint, & Cornelii Scipionis Orfito, quod admittere non poſſumus donec aliquod verius documentum emergat.

Marcomanni hoc anno in tranſitu Danubii deleti ſunt à M. Aurelio, præda provincialibus reſtituta, & Germania Imperio iterum ſubacta. Ita Mediobarbus, & Blanchinus ex Mediobarbo, qui hæc deducit ex nummis antiquis.

L. Ælius Aurelius Commodus Marci Aurelii Auguſti filius, hoc anno Germanicus appellatur Idibus Octobris, Tillemontius, & Blanchinus ex Lampridio in ejus vita.

Anno ab U. C. 925.
Olymp. CCXXXVIII. Anno I.
Ær. Chr. 173. E
M.AUR.ANTONINI PHIL. IMP. AUG. 12. 13.
ELEUTHERII PONT. 2. 3.

M. AURELIUS SEVERUS II. T. CLAUDIUS POMPEJANUS.	} Coſs.

Ita ex Caſſiodoro, Idatio, Proſpero, Anonymo Noriſiano, Chron. Alexandrino, Faſtis min. Flor. & antiqua Inſcript. apud Gruterum pag. 1025. num. 6. in qua habentur Conſulum prænomina, & nomina, Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Almelovenius, Pagius, Tillemontius, Relandus, atque Blanchinus.

M. Aurelius à Quadis, aliiſque eorum ſociis num. 977. millibus, in Germania circumcluſus, & Romano exercitu ſiti, atque æſtu ad extremum redacto, jubet Chriſtianos Legionis XII. A Melitenæ precari Deum ſuum, & opem implorare, quam ab Idolis inanibus obtinere non poterat. Illi flexis genibus Deum orantes ſtatim copioſiſſimum imbrem pro Romano exercitu, ſimulque ignitam grandinem, & fulmina contra hoſtem obtinuerunt, ob quam victoriam divinitus conceſſam M. Aurelius edicto cavit, ne deinceps quis nomine ſolo Chriſtianitatis accuſaretur; atque immo Accuſatores ipſi comburerentur, quod tamen edictum emanavit ſequenti anno Gallo & Flavo Conſulibus. Ita Panvinius, & Ricciolius, & Baronius ad hunc annum. Blanchinus, & Petavius ad ſequentem annum, non antecedentem.

Marcomanni hoc anno in deditionem recepti ſunt, eorumque plurimi in Italiam tranſlati ſunt. Blanchinus, & Mediobarbus ex Nummis antiquis, ex quibus etiam oſtenditur Pertinacem B M. Aurelii Legatum Rhetias, & Noricum Romano Imperio armis recuperaſſe.

An Legio XII. propter hoc prodigium à Deo ſuis precibus impetratum dicta ſit poſtea Fulminatrix, vide Baronium ad annum Chr. 176. hoc eſt 174. juxta calculum communem aliorum.

Teſtantur hoc factum Euſeb, Oroſ., & Paulus Diaconus. Dio magicis artibus tribuendum refert.

Sancta Felicitas cum 7. liberis martyrio coronatur, nempe iſti die 10. Julii, illa vero die 24. Novembris hujus anni. Petavius, & Blanchinus.

Hoc anno M. Aurelium Tricennalia ſui Proconſul. Imp. edidiſſe cenſendum eſt ex Pagio ad hunc annum Critic. Baron.

Anno ab U. C. 926.
Olymp. CCXXXVIII. Anno II.
Ær. Chr. 174.
C M.AUR.ANTONINI PHIL. IMP. AUG. 13. 14.
ELEUTHERII PONT. 3. 4

= = = = = = GALLUS. = = = = = = FLAVUS.	} Coſs.

Ita ex Caſſiodoro, Idatio, Proſpero, Anonymo Noriſiano, Chron. Alexandrino, & antiqua Inſcriptione apud Gruterum pag. 108. num V. (quam tamen paullo diverſam profert Caſtalio in Notis ad Rutilii Itinerarium) quam Panvinius etiam producit. Panvinius putat Conſulem Gallum fuiſſe App. Annium Trebonium Gallum, quia ejus mentionem fieri in vetuſtis monumentis vidit. Sequitur Panvinium Mediobarbus, & Almelovenius, qui etiam Conſuli Flavo (qua fiducia neſcio) dat nomen Fulvii. Petavius, Tillemontius, Pagius, Relandus, & Blanchinus Gallum, & Flavum ſine alio nomine ſecurius exhibent.

Hoc anno M. Aurelius inſignem victoriam de Quadis D refert, unde Imp. VII. dictus eſt. Petavius rectius fortaſſe, quam alii, transfert in annum hunc pluviam à Deo Chriſtianæ Legionis precibus impetratam, & victoriam hanc de Quadis relatam, ex Euſebio, Dione, & Xiphilino. Quod poſtea ceſſatum ſit à Chriſtianorum perſecutione, contrarium probat Pagius ad annum ſequentem, quare dicendum eſt emanaſſe quidem à M. Aurelio decretum pro Chriſtianis, ſed aliter perſuaſum fuiſſe ab Ethnicis, qui magicis cantionibus Chriſtianorum hoc miraculum tribuerent, unde iterum renovata crudelior, quam antea perſecutio eſt.

XXIII. Ludi Agonales Capitolini hoc anno exhibendi erant ex uſu.

Anno ab U. C. 927.
Olymp. CCXXXVIII. Anno III.
E Ær. Chr. 175.
M.AUR.ANTONINI PHIL. IMP. AUG. 14. 15.
ELEUTHERII PONT. 4. 5.

= = CALPURNIUS PISO. M. SALVIUS JULIANUS.	} Coſs.

Ita ex Caſſiodoro, Idatio, Proſpero, Anonymo Noriſiano, Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Almelovenius, Pagius, Tillemontius, Relandus, & Blanchinus. Quia tamen apud antiquos Chronologos ſola habentur horum Conſulum cognomina, Panvinius dedit Piſoni Calpurnii nomen, quia Piſo Calpurniorum ad hæc uſque tempora cognomen fuit; Juliano vero idem Panvinius addit prænomen, & nomen M. Salvii, quia rectè putat Julianum hunc fuiſſe avunculum Juliani I. Imp. Aug. de quo Spartianus in ejuſdem Juliani vita.

L.

L. Ælius Aur. Commodus in Germaniam vocatur hoc anno à M. Aurelio patre ſuo, ad quem profectus toga virili donatur XIII. Cal. Februarii. Ita Panvinius ex Lampridio in Commodi ejuſdem vita, & Blanchinus ex Nummis Mediobarbi, & Pagius ex Noriſio, qui rem fuſius narrat. M. enim Aurelius adinooitus Avidium Caſſium in Syria, cui Legatus præerat, nova moliri, accerſivit in Germaniam L. Aurelium Commodum filium ſuum, qui Roma diſceſſit die 19. Maji, & cum in Germaniam ad Patrem perveniſſet, Nonis Jul. toga virili a patre indutus eſt, atque oſtenſus exercitui tamquam legitimus Imperii ſucceſſor. Audiverat autem Commodus priuſquam Roma diſcederet Avidii Caſſii rebellionem. Tum M. Aurelius magnis itineribus in Italiam rediit, nec Romam ingreſſus, in Campaniam proceſſit, in Orientem adverſus Caſſium profecturus, at his planè diebus caput Caſſii ab ipſis interfectoribus delatum fuit ad M. Aurelium, qui Tribunitiam Poteſtatem Commodo filio Senatus Romani precibus impertivit menſe Auguſti, accepto paullo ante Caſſii capite.

Avidius Caſſius imperavit menſes III. dies VI. Cum autem Caſſius occiſus ſit menſe Julio, cœpit ergo rebellare intra menſem Aprilis. Proconſularis Imperii dignitate cum Tribunitia Poteſtate Commodum inſignitum fuiſſe oſtendit Pagius ad hunc annum ex variis, ſolidiſque argumentis partim ex Hiſtoria, partim ex re Nummaria deductis.

Paullo poſt M. Aurelius una cum filio Commodo in Orientem profectus eſt, comite Annia Fauſtina ejus uxore. Ita Pagius ex Lampridio ad ſequentem annum.

Anno ab U. C. 928.
Olymp. CCXXXVIII. Anno IV.
Ær. Chr. 176.
M. AUR. ANTONINI PHIL. IMP. AUG. 15. 16.
M. ÆLII AUR. COMMODI IMP. AUG. 1.
ELEUTHERII PONT. 5. 6.

T. VITRASIUS POLLIO II. } Coſs.
M. FLAVIUS APER II. }

Quod ad cognomina Conſulum ſpectat, ita ex Caſſiodoro, Idatio, Proſpero, Anonymo Noriſiano, faſtis minoribus Florentinis, Chron. Alexandrino, & veteri Inſcriptione apud Gruterum pag 30. num. IV. & in marmoribus Felſineis ſect. V. cap. 9., & apud Fabrettum pag. 213. Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Almelovenius, Pagius, Tillemontius, Relandus, atque Blanchinus. Quod vero ad prænomina ſpectat, & nomina, Panvinius ea produxit ex antiqua Inſcriptione unica, quæ apud ipſum Panvinium legitur.

Cum anno antecedenti M. Aurelius in Orientem profectus eſſet una cum uxore Annia Fauſtina, & filio Commodo, prius in Syriam, & deinde in Ægyptum profectus eſt hoc anno. Ita Pagius ex Lampridio in vita Commodi, Fauſtina ejus uxore ad Tauri montis radices repentino morbo correpta, & extincta. Tum in Italiam rediens Athenas venit, ubi Cereris Templum ingreſſus eſt, tum in itinere Commodum Imperatorem Auguſtum dixit V. Cal. Decembris, ac deinde cum filio X. Cal. Januarii Romæ triumphavit de Germanis, & Sarmatis. Ita ex Lampridio Petavius, & Pagius in Baronii Critica ad hunc annum.

M. Aurelius Aug. hoc anno edidit Quindecennalia ſui Auguſtalis Imperii, ut Pagius docet ad annum hunc.

Anno ab U. C. 929.
Olymp. CCXXXIX. Anno I.
Ær. Chr. 177.
M. AUR. ANTONINI PHIL. IMP. AUG. 16. 17.
M. ÆLII AUR. COMMODI IMP. AUG. 1. 2.
ELEUTHERII PONT. 6. 7.

L. AUREL. COMMODUS AUG. } Coſs.
= = = = = = QUINTILLUS. }

Ita ex Caſſiodoro, Idatio, Proſpero, Anooymo Noriſiano, faſtis Florent., & Chron. Alexandr. in quibus Conſulum tantum cognomina recitantur, Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Almelovenius, Pagius, Tillemontius, Relandus, atque Blanchinus. Habentur autem nomen, & prænomen Commodi, in Inſcript. Gudianarum tempore, ubi relicto Quintillo ſine prænomine, ac nomine legitur M. Aurelius Antoninus Commodus, mutato prænomine Lucii in Marci, nempe M. Aurelii gratia patris ſui, cujus aſſumpſit electus ab eo Auguſtus prænomen, & nomen. Panvinius addit Quintillo nomen Plautii ex conjectura, quam Noriſius non admittit, nec Pagius, nec Relandus, nec Tillemontius, neque Blanchinus. Admittunt autem Petavius, Mediobarbus, & alii, cum certa non ſit, neque tamen ſit improbanda.

Septima Quinquennalia ſui Proconſularis Imperii M. Aurelius edidit, cujus rei teſtis eſt crudelius exercita perſecutio in Chriſtianos, ex qua plurimi Martyres coronati ſunt, ac maxime in Provincia (quæ Galliæ Regio eſt.) Ita Pagius ex Euſebii Prooemio ad librum V. ſuæ Hiſtoriæ.

L. Aurelio Commodo à Patre M. Aurelio uxor datur Criſpina Bruttii Præſentis (qui fuit Conſul) filia. Ita Blanchinus ex Julio Capitolino. Poſt nuptias deinde celebratas, uterque Imperator in Germaniam proficiſcitur, fracta iterum pace cum Marcomannis, Hermanduis, Sarmatis, & Quadis. Ita Pagius ad ſequentem annum, ſed rectius ad hunc Blanchinus.

Athenagoras Philoſophus Athenienſis ad duos Auguſtos pro Chriſtianis Legationem obit. Ita Blanchinus ex Petavio.

Anno ab U. C. 930.
Olymp. CCXXXIX. Anno II.
Ær. Chr. 178.
M. AUR. ANTONINI PHIL. IMP AUG. 17. 18.
M. ÆLII AUR. COMMODI IMP. AUG. 2. 3.
ELEUTHERII PONT. 7. 8.

= JULIANUS RUFUS. } Coſs.
= GAVIUS ORFITUS. }

Quod pertinet ad Conſulum cognomina, ita ex Caſſiodoro, Idatio, Proſpero, Anonymo Noriſiano, Chron. Alexandrino, faſtis Florentinis, Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Almelovenius, Pagius, Tillemontius, Relandus, atque Blanchinus. Quod pertinet ad prænomina, & nomina, Panvinium (qui primum Conſulem nominat Vettium Rufum, ſecundum verò Cornelium Scipionem Orfitum ex propria conjectura) ſequuntur Petavius, Mediobarbus, & alii. Noriſius autem in Epiſt. Conſul. pag 973. 974. addit nomen Juliani Rufo, & Gavii Orfito: ac Noriſium ſequuntur Pagius, Relandus, atque Blanchinus, ut & nos; quamvis lapidem antiquum non producat, neque hæc nomina niſi ex conjectura ſolidiori deducat.

M. Aurelius in Germania Quados, & Hermanduos vincit. Ita ex nummis Mediobarbi Blanchinus. Hinc dictus Imperator IX.

S. Irenæus Lugdunenſis Epiſcopus eligitur. Ita Blanchinus ex Euſeb. lib. V. cap VI. Hiſt. & ex D. Hieronymo de Scriptoribus Eccleſiaſticis.

Pagius ad hunc annum differt duorum Auguſtorum profectionem in Germaniam ex Lampridio cap. 12. in Commodi vita.

XXIV. Ludi Agonales Capitolini hoc anno juxta morem celebrati debuerunt.

Anno ab U. C. 931.
Olymp. CCXXXIX. Anno III.
Ær. Chr. 179.
M. AUR. ANTONINI PHIL. IMP. AUG. 18. 19.
M. ÆLII AUR. COMMODI IMP. AUG. 3. 4.
ELEUTHERII PONT. 8. 9.

M. ÆLIUS AUR. COMMODUS }
IMP. AUG. II. } Coſs.
T. ANNIUS AUR. VERUS. II. }

Quibus ſuffecti Cal. Julii, ut Spartianus in Juliani vita cap. 2. nos docet,

P. HELVIUS PERTINAX.
M. DIDIUS SEVERUS JULIANUS.

Quod ad cognomina Conſulum Ordinariorum ſpectat, ita ex Caſſiodoro, Idatio, Proſpero, Anonymo Noriſiano, Chron. Alexandr. & Faſtis minoribus Florentinis Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Almelovenius, Pagius, Tillemontius, Relandus, atque Blanchinus. Quod ad nomina, & prænomina ſpectat, ita ex Gruteri antiqua inſcript. pag. 65. num. 9. & pag. 77. num. 3. quas videre eſt apud Relandum ad hunc annum.

Hhh Fal-

A

Falluntur igitur Panvinius, & ſequuti Panvinium Petavius, & Almelovenius, qui Commodo Collegam dant Veſpronium Candidum verum, ut oſtendit Noriſius in Epiſt. Conſul. pag. 970. 971. Noriſium ſequuntur Mediobarbus, Pagius, Tillemontius, Relandus, atque Blanchinus.

Hoc anno Commodus celebrat ſui Cæſarei Imperii Quindecennalia, ut oſtendit Pagius ex nummis apud Mediobarbum.

Paternus M. Aurelii Legatus in Germania integræ diei prælio Marcomannos fundit, & diſſipat, unde M. Aurelius X. Imperator dictus eſt, & Commodus Imp. IV. Ita Pagius, & Blanchinus ex Dionis lib. 71.

Montanus cum duabus feminis Priſcilla, & Maximilla novæ hæreſi Cataphrygum initium dat. Ita Petavius ex Epiphanio, Blanchinus ex Petavio.

B

Anno ab U. C. 932.
Olymp. CCXXXIX. Anno IV.
Ær. Chr. 180.
M. AUR. ANTONINI PHIL. IMP. AUG. 19. 20.
M. ÆLII AUR. COMMODI IMP. AUG. 4. 5.
ELEUTHERII PONT. 9. 10.

L. FULVIUS BRUTTIUS PRÆSENS II.) Coſs.
SEX. QUINTILIUS CONDIANUS.)

Circa Conſulum hujus anni cognomina conveniunt Idatius, Anonymus Noriſianus, Faſti minores Florentini, & Dio Caſſius. Caſſiodorus, Chronicon Alexandr., & vetus Inſcriptio apud Marquardum Gudium pro Condiano Gordianum ſcribunt. Proſper confundit Conſules hujus anni, cum iis anni ſubſequentis Præſentem ſcribens & Burrum. Noriſius in Epiſt. Conſul pag. 974. 975. oſtendit Gordianum pro Condiano malè ſcribi, ut ſcribit Panvinius, & Almelovenius. Petavius, Mediobarbus, Pagius, Tillemontius, Relandus, atque Blanchinus cum Idatio, & Anonymo Noriſ. concordant, ut & invicem concordant in eodem prænomine, ac nomine utrique Conſuli aſſignando. Vide Noriſ. loc. citato. Edit Veron.

C

Bruttius Præſens Pater erat Criſpinæ, & Socer L. Aurelii Commodi Imp. Aug. Ita Noriſius loc. cit.

M. Aurelius Imp. Aug. moritur Vindobonæ in Pannonia ſuperiori (hodie *Vienna* in Auſtria) annos natus 58. menſ. X. dies 22. cum imperaſſet annos XIX. dies XI. natus anno Chr. 121. Ita Petavius, & Blanchinus ex Aur. vita.

Infirma ferè ſemper valetudine affectus, ac proinde Galeno Medico ſemper uſus obiit die 23. Martii, ut Pagius docet ex Dione, ac Tertulliano. Succeſſit M. Ælius Aurelius Commodus in omnibus Patri diſſimillimus. Hujus Concubina nomine Murtia, neſcio quomodo Chriſtianorum ſtudioſa, dicitur Commodum à Chriſtianorum perſecutione diſtuliſſe: Ita Petavius ex Xiphil., Jul. Capitol., & Herodiano. De M. Aurelii filiis maſculis, & ſeminis, vide Pagium ad hunc annum num. IV.

D

Floruit hoc tempore Pantenus vir eruditiſſimus ex Stoico Chriſtianus, Clementis Alexandrini Præceptor. Hic propagandæ Chriſtianæ Religionis deſiderio ad Indos perrexit. Ita Petavius, & Blanchinus ex Euſeb. lib. V. Hiſt. cap. X.

Anno ab U. C. 933.
Olymp. CCXL. Anno I.
Ær. Chr. 181.
M. AUR. COMMODI ANTON. IMP. AUG. 5. 6.
ELEUTHERII PONT. 10. 11.

E

M. AURELIUS COMMODUS)
ANTONINUS IMP. AUG. III.) Coſs.
L. ANTISTIUS BURRUS.)

Circa Conſulem primum nulla inter antiquos auctores diſſenſio eſt, niſi de prænomine Marci, cum prius ferret prænomen Lucii. Quare alii dant prænomen Lucii, alii prænomen Marci, cum hoc poſt Patris mortem priore depoſito aſſumpſerit, ut diximus ad annum Chr. 177., atque ut docet Noriſius in Epiſt. Conſul. pag. 971. lit. A. & B. Edit. Veron.

De ejus Collega Burro, alii ſcribunt Byrro, ut Caſſiodorus, Anonymus Noriſianus, Chron. Alexandrinum, & vetus Inſcript. apud Gudium, quam producit Relandus ſubſcripta *M. Antonino Commodo, & Vario Byrrho Cos. Varius* autem (niſi fortaſſe corrupta lectio eſt) dicendum aliud cognomen Burri. Burrus tamen non Byrrhus legitur in Idatio, faſtis Florentinis, & in antiqua Inſcriptione apud Fabrettum pag. 140., & alia apud Epiſcopum Amerinum. Inſcriptio quæ apud Fabrettum legitur, ſubſcripta eſt *M. Aurelio Commodo Antonino III. L. Antiſtio Burro Coſſ.* unde patet prænomen, & nomen Burrhi. Corrigendus eſt error in Blanchino, qui citat neſcio quam Gaditanam Inſcriptionem apud Relandum, qui *Gudianam* ſcribit non *Gaditanam*.

M. Aurelius Commodus, rebus in Germania compoſitis, Romam redit, & triumphans Urbem ingreditur. Ita Petavius ex Lampridio, Herodiano, & Xiphilino.

Hoc anno Romæ admittuntur Iſidis ſacra, quibus ſimul initiatus eſt etiam Commodus. Ita Petavius ex Lampridio.

M. Aurelius Commodus Pii titulo decoratur. Ita Blanchinus ex nummis Mediobarbi. Hunc titulum fortaſſe aſſumpſit ex Iſidis ſacris Urbe receptis.

Anno ab U. C. 934.
Olymp. CCXL. Anno II.
Ær. Chr. 182.
M. AUR. COMMODI ANTON. IMP. AUG. 6. 7.
ELEUTHERII PONT. 11. 12.

C. PETRONIUS MAMERTINUS.) Coſs.
= = CORNELIUS RUFUS.)

Quibus Cal. Julii ſuffecti ſunt:
ÆMILIUS JUNCUS.
ATILIUS SEVERUS.

Circa Conſulum Ordinariorum hujus anni cognomina, concordant ex Caſſiodoro, Idatio, Proſpero, Anonymo Noriſiano, faſtis Florentinis, & Chron. Alexandr. Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Almelovenius, Pagius, Tillemontius, Relandus, & Blanchinus. Panvinium tamen ſequnti Petavius, Mediobarbus, Almelovenius, & Pagius præmittunt Ruſo nomen Trebellii ex ejuſdem Panvinii conjectura, ſed erroris eos convincit Inſcriptio Gudiana a Relando producta, in qua hujus anni Conſules nominantur C. Petronius Mamertinus, & Cornelius Rufus, atque hæc Relandus, & Blanchinus ultro amplectuntur, ut nos. Ceteræ Inſcriptiones antiquæ ſola Conſulum cognomina recitant. Vide Relandum.

De ſuffectis, eorumque cognomine, ac nomine nulla extat memoria niſi apud Lampridium, qui aſſerit eos deinde à Commodo in exilium actos. Pro Junco Lampridius ſcribit Junctum. Panvinius tamen, & Relandus ſcribunt Juncum ex Ulpiano qui lege XXVIII. ff. de fideicomiſſis libertatibus Juncum, non Junctum nominat primum Conſulem ſuffectum.

Re bene geſta à Commodi Legatis in Sarmatia hoc anno Commodus dicitur Imperator V. Ita Blanchinus ex Mediobarbo.

Perennis necem ſeu Perennii in hunc annum transfert Blanchinus, & fallitur, ut optime oſtendit Pagius ad annum Chriſti 187. num. 3. In Nummis quidem antiquis dicitur hoc anno Commodus Felix, ſed non propter Perennii necem, ut putat Mediobarbus, ex quo Blanchinus. Vide Pagium loc. cit.

Serapidis templum hoc anno igne comburitur. Ita ex Euſebio Blanchinus.

XXV. Ludi Agonales Capitolini hoc anno exhibendi erant ex inſtituto Domitiani.

Anno ab U. C. 935.
Olymp. CCXL. Anno III.
Ær. Chr. 183.
M. AUR. COMMODI ANTON. IMP. AUG. 7. 8.
ELEUTHERII PONT. 12. 13.

M. AURELIUS COMMODUS)
ANTONINUS IMP. AUG. IV.) Coſs.
C. AUFIDIUS VICTORINUS II.)

Quod ad cognomina Conſulum hujus anni pertinet, omnes ex Caſſiodoro, Idatio, Proſpero, Anonymo Noriſiano, Chron. Alexandrino, faſtis Florentinis, atque multis Inſcriptionibus antiquis apud Relandum, Chronologi recentiores conve-

veniunt, ſicuti & de Commodo IV. Conſule. Nomen & prænomen Victorini compertum facit Philippus de Turre in Monumentis Veteris Antii pag. 388.

De hoc Aufidio Victorino, plura producit Relandus documenta, & inſcriptiones antiquas. Opponitur quidem Inſcriptio vetus inedita apud MS. Marquardi Gudii ſubſcripta *M. Aurelio Commodo IIII., & M. Aurelio Victorino Coſſ.*, ſed puto Amanuenſis errorem eſſe, quod pro C. Aufidio Victorino, tranſtulerit M. Aurelii Commodi nomen, & prænomen in locum C. Aufidii. Quando autem Aufidius hic Victorinus fuerit primo Conſul, haud nobis conſtat. Inter ſuffectos profecto fuiſſe oportet.

Recuſantibus iterum Imperio ſe Romano ſubjicere Germanis, & Dacis, atque hoc anno iterum ſubactis, Commodus Imp. VI. dicitur.

Lucius Britanniæ Rex per hæc tempora poſtulationes ad Eleutherium Pontificem miſit, ut in Britanniam Evangelii Præcones mitteret, atque iis obtentis amplificari cœptam ibi Chriſtianam Religionem, atque ordinatos Epiſcopos Blanchinus putat. Vide ejus notas ad Anaſtaſ. Tom. 2. pag. 143. 149.

Criſpina Commodi Imp. uxor adulterio accuſata exilio primum, deinde morte mulctatur. Ita Tillemontius ex Dione lib. 72.

Paternus Prætorio Præfectus una cum Salvio Juliano interficitur. Paterno ſubſtituitur Perennis, ſeu Perennius, qui ſummam potentiam adeptus poſt annos circiter tres interficitur, ut videbimus ſuo loco. Hoc anno ſua poteſtate abuti cœpit, haud ſecus ac ipſe Imperator eſſet, idem Tillemontius ex Dione, Lampridio, & Herodiano.

Anno ab U. C. 936.
Olymp. CCXL. Anno IV.
Ær. Chr. 184.

M. AUR. COMMODI ANTON. IMP. AUG. 8. 9.
ELEUTHERII PONT. 13. 14.

L. ÆGGIUS MARULLUS. } Coſs.
CN. PAPIRIUS ÆLIANUS. }

Cognomina Conſulum hujus anni conſtant ex Caſſiodoro, Idatio, Proſpero, Anonymo Noriſiano, faſt. minoribus Florentinis, & antiquis Inſcriptionibus, quas producit Relandus, apud Reineſium Inſcript. pag. 89. apud Rupertum in Epiſt. ad Reineſium pag. 509., apud Fabrettum pag. 367., apud Sponium Miſcell. Erudit. antiqu. pag. 4. apud Gruterum pag. 30. 2. pag. 35. 12. pag. 50. 5.

Diſſenſio eſt inter recentiores Chronologos circa prænomen primi & ſecundi Conſulis, quia ſunt Inſcriptiones quæ Ægio Marullo dant prænomen Lucii ut illa Reineſii, & illa Gruteri pag. 30. & illa ejuſdem Gruteri pag. 59., quæ diligenter recognita & correcta Lucii non Marci, (ut habet Gruterus) prænomen Marullo dat. Aliæ verò dant Marullo prænomen Marci, ut inſcriptio Gudiana, & Gruteriana pag. 59. quam juxta vetus exemplar correctam Lucii non Marci Marullo prænomen addere docet Fabrettus ex duabus Inſcriptionibus à ſe recognitis. Malè igitur Noriſius, & Pagius dant Marullo prænomen Marci, nec fidendum eſt Gudianæ, cujus exemplar ineditum amanuenſium forte oſcitantia corruptum eſt. Circa prænomen ſecundi Conſulis, *Gnei* prænomen dat Æliano Inſcriptio Gruteriana pag. 30 & ea Reineſii, & aliæ duæ apud Fabrettum ab ipſo recognitæ. Inſcriptio Gudiana (quam ſuſpectæ lectionis eſſe dixi) dat Æliano Junii prænomen, aut nomen. Inſcriptio Gruteriana dat nomen Parinii, quod procul dubio mendum eſt, cum ceteræ omnes Papirii Æliano nomen eſſe confirment, nec ſcio quomodo Blanchinus *Annii* prænomen det Æliano contra ipſos Auctores, quos teſtes pro ſe producit. Fallitur ergo Blanchinus, aut potius Tipographus, qui ſcripſit An. pro Cn.

Chron. Alexandrinum pro Marullo ſcribit mendosè *Marcellum*.

Britanni rebelles murum ab Hadriano conſtructum irrumpunt, & Romanorum ditionem infeſtant. Ulpius Marcellus Commodi Legatus acie victos cædit, unde Commodo Imp. VII. nomen datum, & Britannici. Ita Blanchinus ex nummis Mediobarbi ad hunc annum.

Gothi ex Borealibus plagis Romanorum provincias irrumpunt, & eas magnis cladibus, hic & illic depopulantur, donec ad Viſurgim ſedem ſibi conſtituunt, unde dicti a vicinis alii Veſtuales, alii Oſtruales, unde Viſigothi, & Oſtrogothi, hoc eſt alii Occidentales, alii Orientales vocati ſunt. Ita Blanchinus ex Calviſio, Calviſius ex Annal. Friſiæ.

Anno ab U. C. 937.
Olymp. CCXLI. Anno I.
Ær. Chr. 185.

M. AUR. COMMODI ANTON. IMP. AUG. 9. 10.
ELEUTHERII PONT. 14. 15.

Peccat hic Blanchinus in annis Eleutherii computandis, nam annus hic ponitur ab illo 15. 16. Pontificatus Eleutherii, cum ſit tantum 14. 15., ut conſtat ex ipſo Blanchino, qui anno antecedente rectè ponit 13. 14. Malè igitur addit annum unum.

VICTORIS PONT. 1.

= = = = = = MATERNUS. } Coſs.
M. ATTILIUS BRADUA. }

Cognomina Conſulum Ordinariorum hujus anni habentur ex Caſſiodoro, Idatio, Proſpero, Anonymo Noriſiano, Chron. Alexandr. & antiqu. Inſcriptionibus apud Gruterum pag. 192. num. 13. apud Cuperum in Epiſt. ad Almelovenii faſtos num. XI. & apud Sponium Miſcell. Ant. Erud. pag 8. Anaſtaſ. in vitis Pont. Rom. pro Materno ſcribit *Paternum*, ſicuti etiam in Epiſt. Eleutherii ſcripta ad Eccleſias Gallicas hoc anno *Paterno* & *Bradua* Coſs. data V. Idus Julias, ac fortaſſe Paternus hic unus eſt è ſuffectis hujus anni, ſicuti etiam *Atticus*, qui cum Bradua Conſul legitur in Inſcriptione marmorea poſita in Curia Neomagenſi, cujus meminit Cuperus in eadem Epiſtola ut ſupra. Prænomen, & nomen Braduæ colligitur ex lapide Smyrnenſi apud Smithum in Notitia ſeptem Aſiæ Eccleſiarum.

Circa Conſules viginti tres, ut aliqui putant, præter Ordinarios, Ordinariis ſuffectos hoc eodem anno, obſtat inſuperabilis difficultas, quia Cleander Præfectus Prætorio poſt Perennium dicitur hos Conſules elegiſſe a Dione, & Spartiano, cum tamen Cleander hoc anno non fuerit Præfectus Prætorio, ſed Perennius, qui mortuus eſt ſequenti anno; ut mox videbimus. Vide Pagium in Crit. Baron. ad annum Chr. 189. nec Relandus videtur hoc anno tot Conſules factos rectè admittere, ut quoque admittunt Almelovenius, & Blanchinus abſque ſolido fundamento.

Fallitur etiam, puto, Blanchinus, qui Eleutherium martyrium ſubiiſſe refert die 26. Maji, cum ejus epiſtola ſcripta ad Galliæ Eccleſias data ſit hoc anno die XI. Julii. Vel igitur Eleutherius mortuus non eſt die 26. Maji, vel error irrepſit in datam V. Idus Julias. Quod tamen Eleutherius mortuus ſit hoc anno, conſtat ex Chronico Damaſi, qui ejus vitam producit uſque ad Conſulatum Paterni (hoc eſt Materni), & Braduæ. Dicendus eſt igitur mortuus Eleutherius paullo poſt ſcriptam Epiſtolam, nam die 18. Julii feria V. electus eſt Papa Victor I. ut Pagius, & Blanchinus oſtendunt ex Catalogo Liberiano. Quod autem feſtum S. Eleutherii celebretur die 26. Maji, dicendum eſt hunc diem non eſſe ejus Martyrii, ſed alicujus tranſlationis, vel quia cum eſſet dies incerta ejus Martyrii, ejus memoriam celebrari Eccleſia juſſerit die 26. Maji. Sedit igitur Eleutherius à die 22. Aprilis anni Chr. 171. qua mortuus eſt Soter uſque ad 18. Julii hujus anni, qua electus eſt Victor, annos XIV. menſes II. dies XXVIII. circumcirca.

Hoc anno Commodus celebravit Decennalia ſui Proconſularis Imperii, ut docet Pagius ad hunc annum ex Nummis Mediobarbi, quæ ideo anticipavit anno integro, quia ſequenti anno Decennalia Imperii Auguſtalis celebraturus erat. Neque enim Imperatores Romani hactenus eodem anno celebrare conſueverant Quinquennalia, aut Decennalia diverſi Imperii, licet utrumque Imperium eodem anno obtinuiſſent, ut Pagius alibi animadvertit.

Anno

Anno ab U. C. 938.
Olymp. CCXLI. Anno II.
Ær. Chr. 186.
M.AUR.COMM.ANTONINI IMP.AUG.10.11
VICTORIS PONT. 1. 2.

M. AURELIUS COMMODUS IMP.)
AUG. V.) Coſs.
M'. ACILIUS GLABRIO II.)

Ita ex Caſſiodoro, Idatio, Proſpero, Anonymo Noriſiano, Chron. Alexandrino, & antiquis Inſcriptionibus apud Gruterum pag. 94. 2. & 364. 1. Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Almelovenius, Pagius, Tillemontius, Relandus, atque Blanchinus, qui ex Noriſii Epiſt. Conſul. addit Glabrioni prænomen Manii, & nomen Acilii, & Notam numeralem II. ex antiquis tabulis Conſularibus. Vide Noriſ. in eadem Epiſt. Conſul. pag. 977. lit. D. Edit. Veron. B

Perennio Præfecto Prætorio hoc anno à militibus interfecto, Cleander ei ſucceſſor datur, qui apud Commodum eò poteſtatis, Commodo permittente, pervenit, ut ipſe Conſules deſignaret, & plures quam unquam antea eodem anno ſuffectos daret, ut videbimus ad annum Chr. 189. Ita Pagius ad annum Chr. 189. quo docet 25. Conſules eodem anno à Cleandro factos, ac Tillemontius, qui in Commodi vita ad hunc annum cauſſam edit de Perennii interitu. Neque verò Cleander Perennio immediatè ſucceſſit, ſed Niger, qui tamen poſt horas ſex dignitate exutus eſt, ſicuti & alii plures hoc ipſo anno, quorum ultimus fuit Ebutianus, cui poſtea ſucceſſor datus Cleander. Vide Tillemontium, atque reliquos Auctores, quos ille teſtes producit.

Orta militari ſeditione in Britannia ex pravo Commodi, ſeu potius Perennii regimine, miſſus eſt in Britanniam Helvius Pertinax, qui nuntiata Perennii morte, ſeditionem compeſcuit. Vide Tillemontium ad hunc annum in vita Commodi Artic. VII. C

Claudius Albinus Legatus in Galliis Friſios, & alias barbaras nationes vincit, ac domat. Unde Commodus dicitur Imp. VIII. Ita Tillemontius ex Nummis Mediobarbi.

Hic annus computatur primus Pontificatus Victoris, quia ſub his Conſulibus primum Paſcha celebravit. Ita Blanchinus.

XXVI Ludi Agonales Capitolini hoc anno celebrati ſunt.

Anno ab U. C. 939.
Olymp. CCXLI. Anno III.
Ær. Chr. 187.
M.AUR.COMM.ANTONINI IMP.AUG.11.12 D
VICTORIS PONT. 2. 3.

= = = = = = CRISPINUS. } Coſs.
= = = = = = ÆLIANUS. }

Ita ex Caſſiodoro, Idatio, Proſpero, Anonymo Noriſiano, faſtis minoribus Florent., Chron. Alexandr., & antiquis Inſcriptionibus apud Gruterum pag. 175. num. 3. Gutherum de Jur. Man. lib. 1. cap. 7., & Cuperum ad faſt. Almelovenii, Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Almelovenius, Pagius, Tillemontius, Relandus, atque Blanchinus, qui malè Fabrettum pro Grutero teſtem adducit.

Commodus Iſidis ſacra colens Anubim portat, & plura crudelitatis exempla dat, ſpecie teſtatuendæ Religionis, atque inde dicitur in Nummis apud Mediobarbum *Auctor Pietatis*. Ita Blanchinus.

Perennius apud Petavium hoc anno Interfectus eſt. E

Apollonius Senator Chriſtianæ Religionis accuſatus habet in Senatu orationem pro Chriſtianis, & Martyr occiditur ſecuri percuſſus. Ita Petavius ex Euſeb. Hiſt. lib. 5. cap. 20.

Philippus Pater Eugeniæ Virginis, & Martyris, Ægypti Præfectus hoc anno martyrio coronatur. Baronius, Calviſius, atque Blanchinus.

Anno ab U. C. 940.
Olymp. CCXLI. Anno IV.
Ær. Chr. 188.
M.AUR.COMM.ANTONINI IMP.AUG.12.13
VICTORIS PONT. 3. 4.

C. ALLIUS FUSCIANUS II. } Coſs.
= DUILLIUS SILANUS II. }

A Quod ſpectat ad Conſulum hujus anni cognomina *Fuſciani*, & *Silani* Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Almelovenius, Pagius, Tillemontius, Relandus, atque Blanchinus omnes una conveniunt ex Caſſiodoro, Idatio, Proſpero, Anonymo Noriſiano, faſtis minoribus Florent., Chron. Alexandr., & veteri Inſcript. Gruter. pag 1006. num. 9. De adnexo iis prænomine, ac nomine, conveniunt etiam omnes præter Mediobarbum, qui Fuſciano dat nomen Seji, nec docet qua ratione. Nos igitur relicto Mediobarbo Noriſium ſequimur, qui cum ceteris convenit. Vide ejus Epiſt. Conſul.

Noriſius tamen Notam numeralem non addit Silano, quia ſuffectis forte non additur ex uſu veterum nonnullorum.

Capitolium hoc anno de Cœlo percutitur, & Bibliotheca incenditur. Ita ex Euſebio Petavius, & Blanchinus.

Maternus miles gregarius collecta Commilitonum manu Hiſpanias, Galliaſque depopulatur, tum in Italiam veniens, ac paratus Commodum interficere inter Sacra Deorum Matris, re comperta interficitur. Ita Petavius ex Herodiano, & Xiphilino.

Anno ab U. C. 941.
Olymp. CCXLII. Anno I.
Ær. Chr. 189.
M. AUR. COMM. ANTON. IMP. AUG. 13.14.
VICTORIS PONT. 4. 5.

JUNIUS SILANUS. } Coſs.
Q. SERVILIUS SILANUS. }

Suffecti ſunt iſtis alii 23. Conſules inter quos
SEVERUS.
VITELLIUS.

Quod ſpectat ad Conſulum Ordinariorum hujus anni cognomina conveniunt ex Caſſiodoro, Idatio, Proſpero, Anonymo Noriſiano, faſtis Florentinis, & duabus antiquis Inſcriptionibus apud Relandum Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Almelovenius, Pagius, Relandus, atque Blanchinus. Quod vero ſpectat ad prænomina, & nomina, quæ non habentur ex antiquis auctoribus, & monumentis, conveniunt duce Panvinio Petavius, Mediobarbus, Almelovenius, Pagius, Relandus, atque Blanchinus, qui cum Petavio, Relando, & Almelovenio addit Servilio Silano prænomen Quincti, ſed ſolus pro Servilio ſcribit *Sextilius*. At non hic unus eſt error Typographo elapſus in editione Anaſtaſii. Unde tamen prænomen Quincti addunt, nec ipſi docent, nec unde didicerint divinare vacat. Panvinius nomina primus produxit ex non inani ſua conjectura, quod inter Conſulares à Commodo interfectos Lampridius recenſet Junium Silanum, & Duilium Silanum.

Quod ad ſuffectos pertinet, conſtat ex Spartiano Getam natum hoc anno Mediolani, Severo, & Vitellio Conſulibus. Ergo Severus, & Vitellius fuerunt ex ſuffectis hujus anni. Vide Pagium ad hunc annum. Ita ſentit & Tillemontius in ſuo Compendio Chron. ad hunc annum.

Cleander hoc anno ſeditione populari in eum concitata traditur a Commodo in manus populi, qui eum dilaniavit, atque in cloacam reliquias projecit. Ita Tillemontius (qui rem fuſe narrat ad hunc annum in Commodi vita) ex Dione, Herodiano, & aliis.

Hoc anno peſtis, & fames ſæviſſima Romæ fuit. Ita Tillemontius loc. cit.

Anno ab U. C. 942.
Olymp. CCXLII. Anno II.
Ær. Chr. 190.
M. AUR. ANTON. COMM. IMP. AUG. 14.15.
VICTORIS PONT. 5. 6.

M. AUR. COMMODUS ANTON.)
IMP. AUG. VI.) Coſs.
M. PETRONIUS SEPTIMIANUS.)

Quod pertinet ad cognomina, ita conſtat ex Caſſiodoro, Idatio, Proſpero, Anonymo Noriſiano, faſtis minoribus Florentinis, & Gruteri Inſcriptione pag. 300. num. 2. conſentiuntque omnes Chronologi Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Almelovenius, Pagius, Tillemontius, Relandus, & Blanchinus.

Quod ad prænomina ſpectat, & nomina, habentur
ut

ut expoſuimus apud Pletuodum Inſcript. pag. 146., & alia apud Gruterum pag. 1101. 1. quæ omnes Inſcriptiones videre eſt apud Relandum, quem ſequimur cum Blanchino.

Quindecennalia a Commodo celebrata ſui Proconſulatus Imperii vult Pagius ex Nummis Mediobarbi, & bene. Complebit enim hoc anno Quinquennium III. ſui Proconſ. Imp. & Trib. Poteſtatis V. Cal Septemb.

Maternus ſeditioſus miles, qui anno Chr. 488. Hiſpanias, Galliaſqua turbaverat, ut diximus ad eumdem annum ex Petavio, in Italiam hoc anno veniens interficere Commodum certus inter ſacra Deûm Matris, proditus à ſociis capite mulctatur, antequam dies feſtus Matris Deûm celebraretur. Ita ex Mediobarbi Nummo, & alio apud Vaillantium, ex quo conſtat Maternum occiſum non fuiſſe ante hunc annum, quo Commodus VI. Conſul erat.

Vota hoc anno ſuſcepta fuiſſe pro ſaluta Commodi, & alia pro ſalute P. R. peſtis cauſſa, refert Blanchinus ex Nummis Mediobarbi, in quibus Roma vocatur Colonia Commodiana.

XXVII. Ludi Agonales Capitolini hoc anno editi ſunt.

Anno ab U. C. 943.
Olymp. CCXLII. Anno III.
Ær. Chr. 191.
M.AUR.COMM.ANTONINI IMP.AUG.15.16
VICTORIS PONT. 6. 7.

= CASSIUS APRONIANUS. } Coſs.
= = = = = = BRADUA. }

Quod ad engnomina pertinet ita ex Caſſiodoro, Idatio, Proſpero, Anonymo Noriſiano, faſtis min. Florent. & antiqua Inſcript. apud Reineſium Inſcript. Claſſe 1. pag. 171. Meurſium Lect. Att. cap. 8., & Sponium Miſcell. Erud. pag 114. Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Almelovenius, Pagius, Tillemontius, Relandus, atque Blanchinus. Quod ſpectat ad nomina Noriſius non levibus conjecturis innixus in Epiſt. Conſulari pag. 978. Edit. Veron. edit Conſules ut & nos Panvinius ex Dione addit Caſſii nomen Aproniano, de quo Dio Caſſius, & Julius Capitolinus meminerunt, fuitque pater Dionis ejuſdem Caſſii Hiſtorici celeberrimi, atque hoc nomen illi omnes addunt. Cum vero Panvinius hunc Braduam eumdem eſſe putet, ac illum, qui Conſul fuit cum Materno anno Chr. 185. ideo addit illi Notam literalem II. iterati Conſulatus, quæ in lapidibus non habetur, atque ideo alter Bradua dicendus eſt, ut docet Noriſius loco citato. Opinatus autem eumdem eſſe ac M. Metilium Braduam, de quo ſæpe fit mentio in Hiſtoriis ejus ævi, hæc illi etiam nomina falſo tribuit. Pagius Noriſium ſequutus (qui tamen ambiguam rem relinquit) *Valerium Braduam Mauricum* hunc Braduam vocat, & certum facit, quod Noriſius incertum relinquit. Nos Noriſium, Relandum, atque Blanchinum ſequuti Caſſii nomen Aproniano concedimus, at Braduæ nullum potius, quam falſum, aut ambiguum dedimus.

Hoc anno novum incendium Romæ fuit, quo Templum Pacis & Veſtæ conflagraverunt. Ita Petavius, & Blanchinus, ex Xiphil., Lampridio, & Herodiano.

Magnifica Romæ ſpectacula Commodus edidit, ac plures feras ſagittis ipſe in Theatro confixit. Ita Petavius ex ſupradictis auctoribus. Hæc puto ſpectacula Commodus edidit, quia hoc anno complebat ſua Quinquennalia Imperii Auguſtalit, quæ neſcio quomodo à Pagio prætermiſſa.

Miſna Judæorum ab Ada, & Juda, atque ab aliis ejus Sectæ conſcribitur. Ita Blanchinus ex Calviſio.

Anno ab U. C. 944.
Olymp. CCXLII. Anno IV.
Ær. Chr. 192.
M.AUR.COMM.ANTONINI IMP.AUG.16.17
VICTORIS PONT. 7. 8.

M. AURELIUS COMMODUS ANTONINUS IMP. AUG. VII. } Coſs.
P. HELVIUS PERTINAX II. }

Quod ad primum Conſulem ſpectat omnes recentiores Chronologi conſentientibus omnibus antiquis, conſentiunt, ſicuti etiam de Collegæ cognomine ex Caſſiodoro, Idatio, Proſpero, Anonymo Noriſiano, Chron. Alexandrino, & veteri Inſcript. apud Gruterum pag 184. num. 1. Pertinacis prænomen, ac nomen, ut expoſuimus, habentur ex tribus Inſcript. antiquis apud Boiſſardum Antiqu. Rom. parte V. pag. 128. apud Gruterum 184. 1. apud Reineſium pag. 589. quæ omnes à Relando producuntur. Ita Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Almelovenius, Pagius, Tillemontius, Relandus, atque Blanchinus.

Exeunte hoc anno pridie Cal. Januarii; immo nocte, qua occurrebant Cal. Januarii, Commodus Imperator Marciæ Concubinæ, Læti Cubicularii, & Electi Præfecti Prætorio inſidiis, in Ædibus Vectilianis à Narciſſo Atleta ſtrangulatur eſt, annos natus 32., ſepultuſque in Hadriani ſepulcro, ac deinde à Severo Auguſto conſecratus. Ita Panvinius (qui ejus innumerabiles titulos recenſet) ex Dione, Herodiano, & Lampridio. Imperavit ſolus Commodus annos XII. dies XV. cum imperaſſet fere annos alios quatuor una cum Patre.

Eadem nocte P. Helvius Pertinax, ſtudio & opera Læti Præfecti Prætorio, & Electi ex Urbis Præfecto (fuit enim antecedenti anno Præfectus Urbis) Imperator domi ſuæ deſignatus eſt, atque ductus in Caſtra, mane à militibus Auguſtus eſt appellatus, cum eſſet ſexagenario major. Vide cetera apud Panvinium.

Anno ab U. C. 945.
Olymp. CCXLIII. Anno I.
Ær. Chr. 193.
P. HELVII PERTINACIS IMP. AUG. 1.
DIDII JULIANI IMP. AUG. 1.
LUCII SEPTIMII SEVERI IMP. AUG. 1.
VICTORIS PONT. 8. 9.

Q. SOSIUS FALCO. } Coſs.
C. JULIUS ERUCIUS CLARUS. }

Quod pertinet ad Conſulum hujus anni cognomina nempe *Falco*, & *Clarus*, ita conſtat ex Caſſiodoro, Idatio, Proſpero, Anonymo Noriſiano, & pluribus antiquis Inſcriptionibus, quas collegit, & produxit Relandus ex Grutero, & Fabretto, ex quibus ſine controverſia patet etiam prænomen, & nomen Falconis, ut nos expoſuimus, quamvis Falconis cognomen legatur in Chron. Alexandrino, atque in Dione, & in faſt. Florent. paullo diverſum ab Inſcript., & auctoribus Latinis, ex inſcitia fortaſſe Græci Amanuenſis. Chron. Alexandr. faſti Florent. & Dionis Hiſt. Græcè ſcripta ſunt. His ergo non attendendum. De Claro Falconis Collega nihil eſt controverſiæ præterquam in nomine Erocii, nam in alia Gruteri Inſcriptione legitur *Fructo* pro *Erucio*, & in altera *Eructo* pro *Erucio*. Erucius autem ſcribendum non *Fructus* aut *Eructus*, bene oſtendit Cl. Vir Juſtus Fontaninus Antiquit. Hortæ Coloniæ lib. 2. cap. 1. pag. 202. Erucii enim nomen eſt proprium familiæ Clarorum.

Relandus putat ſuffectos fuiſſe Fl. Claudium Sulpicianum, & Fabium Cilonem Septiminum Cal. Martii, ſed fallitur, nam adhuc menſe Martii erant Conſules Falco, & Clarus, ut conſtat ex lapide apud Fabrettum dedicat. his Coſſ. XIV. Cal. Aprilis. Admittimus igitur & nos ſuffectos eoſdem, ſed aliis Calendis vel Aprilibus, vel Majis, ſed corrigendus eſt alter error Relandi, vel Felicis Contelorii, quem citat pag. 79. in ſuis faſtis delendo in media pag. hæc verba: anno Chriſti 197., & ſcribendo potius: anno Chriſti 193. igitur Calendis Aprilibus vel Majis ſuffecti ſunt:

FLAVIUS CLAUDIUS SULPICIANUS.
FABIUS CILO SEPTIMINUS.

De Fabio Cilone Relandus plures leges antiquas citat, in quibus ejus fit mentio, & iterum Conſul fuit anno Chr. 204.

Fl. Claudius Sulpicianus erat Præfectus Urbis, & Socer Pertinacis, & Conſul fuiſſe dicitur anno Chriſti 191. ut Relandus ex Felice Contelorio in libro de Præfecto Urbis accepit. Addit & alios ſuffectos Relandus, nempe Silium Meſſallam, & Ælium, & Probum. De Silii Conſulatu memorat Dio in Juliano, & Zonaras in ſuis Annalibus. De Ælio, & Probo non apparent documenta, quæ Relandus prætermiſit, aut clarius non expoſuit.

Ineunte anno, ut ſuperius diximus, P. Helvius Pertinax,

tinax, Ligus natione, mitiſſimus & humaniſſimus vir, Imperator Auguſtus electus eſt, ptius à militibus Prætorianis, mox à Senata, cumque imperaſſet menſes duos, dies viginti octo, a Prætorianis militibus à quibus electus fuerat, interficitur, atque ab ipſis Didius Julianus, pacta pecunia, Principatum obtinuit die 28. Martii hujus anni, verum etiam Didius Julianus, eum imperaſſet menſes duos, dies quinque, à militibus interficitur, hoc eſt 1. die menſis Junii. Eodem tempore nempe ante Idas Majas in Pannonia, & Illyrico L. Septimius Severus Imperator ab exercitu electus eſt, dum *Peſcennius Niger* in Syria à militibus Imperator eligitur, & Clodius Albinus in Gallia & Britannia. Severus, occiſo Juliano, in Italia rerum potitus, oblata Albino Cæſarea dignitate, eum ſibi conciliavit, tum adverſus Peſcennium cum exercitu iret ſuſcepit. Ita Petavius, Blanchinus, & alii ex Herodiano, Xiphilino, & Julio Capitolino.

Severus à Senatu Romano Imperator acceptus, approbatuſque eſt ante Cal. Julii. Ita Blanchinus. Didius Julianus Mediolanenſis erat.

Imperatores nondum à Senatu Romano accepti hic à nobis non recenſentur, at Clodius Albinus, & Peſcennius Niger.

Anno ab U. C. 946.
Olymp. CCXLIII. Anno II.
Ær. Chr. 194.
L. SEPTIMII SEVERI IMP. AUG. 1. 2.
VICTORIS PONT. 9. 10.
L. SEPTIMIUS SEVERUS IMP.)
AUGUSTUS II.) Coſs.
D. CLODIUS ALBINUS CÆS. II.)

De prænomine, nomine, & cognomine primi Conſulis conveniunt omnes antiqui, & recentiores Chronologi. De Albino Cæſare ejus Collega Pagius eum vocat *L. Septimium Albinum* acceptis à Severo Auguſto prænomine, ac nomine. Ita & Petavius eum nominat, atque hoc ille fortaſſe prænomen, ac nomen, ſumpſit Severi gratia, qui Cæſarem eum fecit. Blanchinus tamen Albino dat prænomen Lucii, & nomen Poſtumii. Rectè quidem Poſtumii, quia ex familia Poſtumia, patre Cejonio Poſtumio natus, teſte Julio Capitolino in ejus vita num. 4 Sed prænomen Lucii aſſumptum fortè ab eo eſt gratia L. Septimii Severi. Ceterum ejus verias prænomen, nomen, & cognomen hæc erant, Decimus Clodius Cejonius Septimius Poſtumus Albinus, ut habemus ex Nummis apud Mediobarbum, & Julio Capitolino. Primus Severi Conſulatus, ut refert Spartianus, fuit ſuffectus cum Appulejo Rufino anno Chr. fortaſſe 185., ut putat Almelovenius. De primo Albini Conſulatu nulla fit mentio, nec iterum Conſulem fuiſſe hoc anno aliud teſtimonium extat, niſi Inſcriptio Fabretti pag. 367. quæ tamen ævo corrupta parum fidei promeretur, & aliquot Numiſmata apud Mediobarbum, quæ hoc anno iterum Conſulem faciunt, quod antiqui Scriptores ſilent.

Hoc anno Severus in Syriam cum exercitu profectus adverſus Peſcennium Nigrum, hunc acie victum in fugam agit. Fugit ergo Peſcennius Niger Antiochiam, quæ ſtatim a Severo capta, Euphratem verſus fugam arripit, ſed in itinere a Severianis cum perſequentibus captus, interficitur, cum imperaſſet annum unum, & aliquot menſes. Ita Panvinius, Petavius, & Blanchinus ex Herodiano, & Xiphilino.

Byzantium interea hoc anno à Severi Legatis obſidetur, quia ad Nigri partes adhæſerat. Ita Petavius ad ſequentem annum ex Herodiano, & Xiphilino, verum cum triennis obſidio fuerit, & captum fuerit anno Chr. 197. ipſo teſte Petavio, neceſſe eſt hoc anno fuiſſe obſeſſum.

XXVIII. Ludi Agonales Capitolini hoc anno Romæ habiti fuitt.

Anno ab U. C. 947.
Olymp. CCXLIII. Anno III.
Ær. Chr. 195.
L. SEPTIMII SEVERI IMP. AUG. 2. 3.
VICTORIS PONT. 10. 11.
= = SCAPULA TERTULLUS.)
= = TINEUS CLEMENS.) Coſs.

Quod ad cognomina Conſulum ſpectat. Ita ex Caſſiodoro, Idatio, Proſpero, Anonymo Noriſiano,
A faſtis minoribus Florent., Chron. Alexandr., & Gruteri Inſcript. pag. 137. & alia apud Marquardum Gudium.

Quod vero ſpectat ad nomina, habentur ea in citata Gruteri Inſcriptione, quam producit Relandus in ſuis faſtis ad annum hunc, eaque ſuat; ut & nos expoſuimus cum Noriſio, Pagio, Relando, atque Blanchino. Vide Noriſium in Epiſt. Conſul. pag. 983. litt. A., & ſequ. ubi Panvinium, ejuſque Sectatores refutat.

Hoc anno habetur expeditio Severi Imp. Aug. in Oſdroënos, in Arabas, & in Adiebenos. Plures ab eo Urbes captæ ſunt, inter quas Niſibis. Ita Pagius, & Blanchinus ex Nummis antiquis Mediobarbi.

Scapula Conſul hic ille eſt, ad quem poſtea Africæ Proconſulem Tertullianus librum direxit. Pagius.

B Anno ab U. C. 948.
Olymp. CCXLIII. Anno IV.
Ær. Chr. 196.
L. SEPTIMII SEVERI IMP. AUG. 3. 4.
VICTORIS PONT. 11. 12.
C. DOMITIUS DEXTER II.)
L. VALERIUS MESSALLA) Coſs.
THRASIA PRISCUS.)

Quod ad cognomina pertinet nihil eſt controverſiæ, namque concordant omnes ex Caſſiodoro, Idatio, Proſpero, Anonymo Noriſiano, Chron. Alexandr. faſtis minoribus Florent. & antique Inſcript. apud Gruterum pag. 444. num. 2. in quo habentur etiam talia prænomina, qualia expoſuimus. Cum autem Blanchinus Domitio Dextro det prænomen *Auli* pro Caji, nec alios citet
C Auctores, quam Gruterum & Relandum, apud quem eſt eadem ipſiſſima Inſcriptio Gruteriana, cui innititur Blanchinus, manifeſtum eſt erraſſe Blanchinum ſeribendo A. pro C. nam in illa Inſcriptione legitur C. Domitius Dexter, non Aulus, nec Cn., ut etiam perperam legit Pagius.

Quod autem Chron. Alexandr. ſcribat *Criſpo* pro Priſco, & aliquot leges hic Coſs. datæ habeant Criſpinum pro Priſco, & aliquot aliæ ſcriptum habeant Fuſcam pro Priſco nihil obſtat, quin Conſules à nobis expoſitos comprobemus. Quando Dexter fuerit primo Conſul in tenebris latet.

Concilium Romæ à Victore hoc anno habetur, atque aliud à Theophilo Cæſareæ, Victoris juſſu, de Paſchate Chriſtiano rite celebrando. Ita Blanchinus in ſuis notis ad Victoris vitam ab Anaſtaſio ſcriptam.

Severus hoc anno dicitur Parthicus Arabicus, ob devaſtatam Arabiam, & Parthicus Adiabenicus
D ob victos Parthos, & Adiabenos, adverſus quos antecedenti anno expeditionem ſuſceperat. Ita Blanchinus ex Nummis Mediobarbi.

Orientalibus bellis expeditus Imperator Severus Albinum evertere inſidiis tentat, ſed his detectis, Albinus in Gallias proficiſcitur, & collecto exercitu ſe tueri, ac Severum aggredi certus in Gallias cum exercitu properantem exſpectat.

Dum Severus Imperator cum exercitu ex Oriente per Myſiam ſuperiorem terreſtri itinere in Gallias pergit, majorem natu filium ſuum Caracallam, apud Viminatium, Cæſarem appellat, nec ante victum, interfectumque Albinum Romam redit, ut aliqui aliter perperam ſcribunt. Ita Pagius ad hunc annum ex Spartiano rectè explicato, & Herodiano rem clarius exponente.

Anno ab U. C. 949.
E Olymp. CCXLIV. Anno I.
Ær. Chr. 197.
L. SEPTIMII SEVERI IMP. AUG. 4. 5.
VICTORIS PONT. 12. 13.
ZEPHYRINI PONT. 1.
APP. CLAUDIUS LATERANUS.)
= = = = = = RUFINUS.) Coſs.

Quod ad Conſulum hujus anni cognomina pertinet. Ita ex Caſſiodoro, Idatio, Proſpero, Anonymo Noriſiano, antiquis Inſcriptionibus apud Gruterum (quas producit Relandus) Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Almelovenius, Pagius, Tillemontius, Relandus, atque Blanchinus. Quod ad prænomina ſpectat, & nomina, Petavius ea dat Laterano, quæ dat Relandus, & nos, ex vetuſta Inſcriptione, quam producit Relandus,

qua

qua Lateranus nominatur *App. Claudius* Conſul deſignatus. Prænomen *Marci*, & nomen *Marii* Rufino à Petavio datum ſine documentis neceſſariis non admittitur.

Byzantium hoc anno a Severianis expugnatum triennio ante obſeſſum Severus libertate privavit, muros diroit, & Perynthiis eam urbem ſubjecit. Ita Petavius ex Herodiano, & Xiphil.

Cæſaris appellatio Caracallæ a S. R. confirmatur hoc anno, & vocatur M. Aurelius Antoninus Caracalla, cui hoc anno Tribunitia Poteſtas a Patre in Galliis datur, atque anno ſequenti ei à S. R. confirmatur. Ita Pagius ad hunc annum.

Clodius Albinus apud Lugdunum in Gallia acie inſtructa congreſſus à Severo Auguſto vincitur XI. Cal. Maji, eum Albinus, ſtatim ac ſe inſidiis à Severo peti intellexit, Auguſtum ſe appellaſſet, ac Tribunitiam Poteſtatem aſſumpſiſſet. Ita Panvinius, Petavius, atque Blanchinus ex Spartiano, & Nummis antiquis; nec audiendus eſt Pagius qui Albini cladem, & necem, & Severi reditum in Urbem transfert in ſequentem annum. Hoc anno rediit vere Romam Severus ut ſcribit Blanchinus; anno enim ſuperiori ex Oriente in Galliam venit, magnis, ut ſolebat, itineribus, quod fatetur & Pagius. Quid autem Severum in Gallia otioſum vel Pagius, vel Albinus toto hoc anno relinquit?

Hoc anno Victor Martyrio coronatus dicitur die 28. Julii cum ſediſſet annos XII. dies X. Die autem Dominica 25. Septembris electus eſt ejus ſucceſſor Zephyrinus, cui Blanchinus aſſignat Romanæ Sedis annos XVIII. menſes X. uſque ad diem 26. Junii anni Chriſti 217. quod repugnat in Arithmetica. Sed ad annum Chr. 217. melius hoc explanabimus, ad quem annum aliter ipſe ſcribit.

Anno ab U. C. 950.
Olymp. CCXLIV. Anno II.
Ær. Chr. 198.
L. SEPTIMII SEVERI IMP. AUG. 5. 6.
M. AUR. ANT CARACALLÆ IMP. AUG. 1.
ZEPHYRINI PONT. 1. 2.
TIBERIUS SATURNINUS. } Coſs.
C. GALLUS. }

Præter quatuor Leges à Relando productas, & Coſs. Severino, & Gallo ſubſcriptas, ita ex Caſſiodoro, Idatio, Proſpero, Anonymo Noriſiano, Chron. Alexandr., faſtis Siculis, & antiquis Inſcript. quas idem Relandus producit, nempe apud Gruterum pag. 99. num. 1. & Sponium Erud. Antiqu. Miſcell. pag. 227. & apud Fabretum Inſcript. pag. 196. ita inquam (quod ad cognomina pertinet) Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Almelovenius, Pagius, Tillemontius, Relandus, atque Blanchinus. Quod vero ſpectat ad nomina, ita ex duabus antiquis Inſcriptionibus, altera apud Gruterum pag. 300. 2., & altera apud Gudium, Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Almelovenius, Pagius, Tillemontius, Relandus, atque Blanchinus. Petavius tamen, Mediobarbus, & Almelovenius addunt & nomina hujus anni Conſulibus, & Saturnino addentes prænomen Tiberii, & nomen Horatii, Gallo addunt prænomen C., & nomen *Antii Treboniani*; quæ tamen nomina cum ſine ſolido argumento addantur, à nobis non admittuntur.

Severus hoc anno alterum filium ſuum Getam minorem natu Cæſarem appellat Nonis Martii, & ante Calendas Apriles Tribunitiam Poteſtatem filio ſuo majori M. Aurelio Antonino Caracallæ cum Senatus Romani approbatione confirmat. Ita Blanchinus ex Nummis Mediobarbi.

Sub his Conſulibus Zephyrinus dicitur Pontifex electus in antiquis Pontif. catalogis, quia ſub his primum Paſcha celebravit. Ita Blanchinus.

Severus hoc anno ratione ſuorum Quinquennalium Auguſtalis Imperii magnifica ſpectacula edidit, quorum Quinquennalium mentionem Pagius ad hunc annum facit, & Caracallam Auguſtum a Severo appellatum refert, ut colligit ex Nummis Mediobarbi. Quo autem menſe, vel die, non innuit. Hoc pariter anno vult Pagius Getam à Severo Cæſarem dictum in Crit. Bar. ad annum Chr. 211. num. 11.

XXIX. Ludi Agonales Capitolini hoc anno habiti Romæ ſunt.

Anno ab U. C. 951.
Olymp. CCXLIV. Anno III.
Ær. Chr. 199.
L. SEPTIMII SEVERI IMP. AUG. 6. 7.
M. AUR. ANT. CARACALLÆ IMP. AUG. 2.
ZEPHYRINI PONT. 2. 3.
P. CORNELIUS ANULINUS II. } Coſs.
M. AUFIDIUS FRONTO. }

Ita ex Caſſiodoro, Idatio, Proſpero, Anonymo Noriſiano, Chron. Alexandr., faſtis minoribus Florent. & antiquis Inſcript. quas producit Relandus a Grutero Inſcript. 263. & 313. & 373. 12. à Panvinio, & Reineſio, & Gudio collectis Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Almelovenius, Pagius, Tillemontius, Relandus, atque Blanchinus. Prænomina, & nomina Conſulum hujus anni deſcripta habentur, ut ſupra expoſuimus, à tribus Inſcriptionibus, quas inter multas producit Relandus.

Severus Auguſtus hoc anno in Orientem migrat, & Parthis, Adiabenis, & Arabibus victis triumphus Antonino Caracallæ ejus filio à Senatu decernitur. Ita Petavius, & Blanchinus ex Herodiano, & Xiphil. & Mediobarbus ex Nummis.

Aliqua perſecutionis velitatio in Africa fuit Præſide Saturnino. Ita Petavius, & Blanchinus ex lib. Tertulliani cap. 2. ad Scapulam.

Anno ab U. C. 952.
Olymp. CCXLIV. Anno IV.
Ær. Chr. 200.
L. SEPTIMII SEVERI IMP. AUG. 7. 8.
M. AUR. ANT. CARACALLÆ IMP. AUG. 3.
ZEPHYRINI PONT. 3. 4.
TIBERIUS CLAUD. SEVERUS. } Coſs.
C. AUFIDIUS VICTORINUS. }

Ita (præter multas leges his Conſul. ſubſcriptas, quas recenſet Relandus) ex Caſſiodoro, Idatio, Proſpero, Anonymo Noriſiano, faſtis minoribus Florentinis, Chron. Alexandr. & duabus antiquis Inſcript. apud Gruterum à Relando productis, in quibus leguntur prænomina, & nomina Conſulum hujus anni, Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Almelovenius, Pagius, Relandus, atque Blanchinus.

Hoc anno Seleucia, Babylon, Cteſiphon Urbes captæ ſunt, & Parthia devaſtata, unde dictus Parthicus Maximus Severus Auguſtus. Ita Blanchinus ex Nummis Mediobarbi, & Petavius ex Herodiano, Xiphilino, & Spartiano.

Abgarus Oſdroënorum Rex Severo Auguſto ſe dedit, & Rex Armeniæ fœdus cum eodem Severo pangit. Ita Blanchinus ex Thoma Lydiat.

Anno ab U. C. 953.
Olymp. CCXLV. Anno I.
Ær. Chr. 201.
L. SEPTIMII SEVERI IMP. AUG. 8. 9.
M. AUR. ANT. CARACALLÆ IMP. AUG. 4.
ZEPHYRINI PONT. 4. 5.
L. ANNIUS FABIANUS. } Coſs.
M. NONIUS MUCIANUS. }

Ita ex trium Legum ſubſcriptione, Caſſiodoro, Idatio, Proſpero, Anonymo Noriſiano, & aliquot antiquis Inſcriptionibus, quarum alias producit Panvinius, alias Gruterus, in quibus leguntur expreſſa, ut & nos expoſuimus, Conſulum hujus anni prænomina, & nomina, Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Almelovenius, Pagius, Relandus, atque Blanchinus.

Parthicus triumphus Severo à Senatu Romano decernitur, quem ille tamen recuſat. Ejus verò filius Caracalla ex Sen. decreto de Judæis hoc anno triumphavit, ut refert Blanchinus ex Spartiano, qui hoc in Severi vita teſtatur. Sed quodnam Judaicum bellum fuerit, de quo propterea Caracalla triumphum duxerit, Caſaubonus in ſuis notis ad Spartianum, nunquam ſe fatetur apud Auctores deprehendiſſe. Salmaſius in ſuis notis ad eundem Spartiani locum id intelligendum eſſe ait de bello quodam orto inter Judæos, & Samaritanos Severo Imperante, ſed malim intelligendum eſſe de Syriæ, atque ideo etiam Palæſtinæ vaſtatione à Severo facta, quia Palæſtina exciſo Judæorum Regno Syriæ Provinciæ adſcripta

A ſcripta fuit, & quia Syria ſequuta erat Peſcennii Nigri partes, ideo etiam Palæſtina a Severo crudeliter habita eſt, ita ut de ipſis tamquam de hoſtibus triumphare Antoninum Caracallam ex Senatus decreto permiſerit. Vide Spartianum in ejus vita num. 15. marginali Edit. Hachianæ in 8. 1671. Lugd Batav. Quando autem Severus in Orientem ad Parthicam expeditionem profectus eſt, ſecum Caracallam duxit, atque ipſum apud Antiochiam hoc anno toga virili donavit, & in annum ſequentem ſecum Conſulem deſignavit, ut colligitur etiam ex Pagio ad hunc annum, atque è Spartiano in eadem vita numero marginali 16.

Antoninus Caracalla hoc anno ſui Cæſarei Imperii à Patre ſibi impertiti anno Chr. 196. Quinquennalia celebravit, ut docet Pagius ad hunc annum ex Spartiano in Severi vita.

B

Anno ab U. C. 954.
Olymp. CCXLV. Anno II.
Ær. Chr. 202.

L. SEPTIMII SEVERI IMP. AUG. 9. 10.
M. AURELII ANTONINI CARACALLÆ IMP. AUG. 5.
ZEPHYRINI PONT. 5. 6.

L. SEPTIMIUS SEVERUS IMP. AUG. III.
M. AURELIUS ANTONINUS CARACALLA IMP. AUG. } Coſs.

Circa Conſules hujus anni conveniunt plures antiquæ Leges, Caſſiodorus, Idatius, Proſper, Anonymus Noriſianus, Chronicon Alexandrinum, faſti Florentini, tres Inſcriptiones antiquæ apud
C Gruterum, tres apud Fontaninum de antiquit. Hortæ Coloniæ, & altera apud Fabrettum, quæ omnia recenſet adamuſſim Relandus in ſuis faſtis ad hunc annum; ex quibus conveniunt quoque recentiores omnes Chronologi cum Relando à Panvinio uſque ad Blanchinum.

Severus Auguſtus, & Caracalla Conſulatum hunc inierunt Antiochiæ, ut refert Spartianus; tum Ægypto perluſtrata Romam redierunt, atque ambo Pater & Filius Urbem triumphantes ingreſſi ſunt, dictus uterque Parthicus, ſed Severus dictus eſt Parthicus, & Parthicus Adiabenius, ut colligit Blanchinus ex Nummis Mediobarbi.

Benè Pagius differt in ſequentem annum, Severi Decennalia, & filii Quinquennalia edere, namque anno tantum ſequenti complebat Pater Decennium primum ſui Auguſtalis Imperii, & filius primum Quinquennium Imperii ſui Pro-
D conſularis.

Hoc anno, qui planè decimus erat imperantis Severi, commota eſt ab eo in Chriſtianos quinta perſecutio, ut docent Petavius, & Blanchinus ex Euſebii Hiſtoria lib. 6. cap. 1. ac maxime Alexandriæ ſævitum in Chriſtianos, ea, puto, occaſione, qua Severus Ægyptum cum filio peragravit circa ver hujus anni, priuſquam Romam reverteretur. Læto Prætorii Præfecto, vetitum eſt Romæ Gentilibus Judæos, aut Chriſtianos fieri. Ita Blanchinus. Pagius rectius differt hanc quintam perſecutionem in ſequentem annum.

XXX. Ludi Agonales Capitolini hoc anno habiti ſunt.

Anno ab U. C. 955.
Olymp. CCXLV. Anno III.
Ær. Chr. 203.

E L. SEPTIMII SEVERI IMP. AUG. 10. 11.
M. AURELII ANTONINI CARACALLÆ IMP. AUG. 6.
ZEPHYRINI PONT. 6. 7.

L. FULVIUS PLAUTIANUS II.
P. SEPTIMIUS GETA. } Coſs.

Præter plurimas Leges his Conſulibus ſubſcriptas, ita (quantum ad cognomina pertinet) ex Caſſiodoro, Idatio, Proſpero, Anonymo Noriſiano, faſtis Florent, & Chron. Alexandrino omnes Chronologi recentiores. Quod autem ſpectat ad nomina Plautianus dicitur Conſul II. non quia vel ſuffectus, vel Ordinarius Conſul fuerit, aliquo antecedente anno, ſed quia Conſul tantum honorarius factus eſt ante hunc annum à Severo. Severus enim novo exemplo cum Plautiano honores Conſulares tribuiſſet, atque eum deinde in Senatum adſcriptum Conſulem feciſſet, iterum Conſulem eſſe dixit. Ita Relandus, & Pagius ex Dione lib. 46. cujus verba tranſcripſimus. Quod vero alii *Septimii* nomen, alii *Silani* Plautiano addant, longe aberrant à vero, ut oſtendit Noriſius in Epiſt. ad Pagium ſcripta. Cum enim hic Plautianus pater eſſet Fulviæ Plautillæ, quam Severus filio ſuo Caracallæ conjugem dederat, neceſſe eſt dicere nomen Fulviæ eſſe nomen Familiæ, ex qua originem deducebat; quare Plautianus ex illa erat familia, & non è Septimia, aut Silana. Pluribus aliis documentis oſtendit Pagius Plautianum non aliud habuiſſe nomen quam Fulvii. Sed V. Cl. Fontaninus omnem dubitationem ſuſtulit lib. 1. cap. 3. pag. 49. de Antiquit. Hortæ Coloniæ, ubi differens de Arcu Septimii Severi, oſtendit deleta fuiſſe hæc verba: ET. LVCIO. FVLVIO. PLAVTIANO. PR. PR. COMITI. AVGG. De Plautiani Collega aliqui crediderunt eum eſſe L. Septimium Getam Cæſarem Severi minorem natu filium, ſed longè decepti ſunt, namque hic P. Septimius Geta frater erat Severi, & patruus Getæ Cæſaris, ut oſtendit Pagius ad hunc annum in Crit. Baron. num. 1.

Plautianus Conſul hoc anno interfectus eſt, ejuſque nomen ex publicis monumentis abraſum ex Caracallæ mandato. Ita Panvinius, & Relandus, qui legem citat hoc anno *Conſule Geta* ſine ullo Collega ſubſcriptam. Plautiani necem transfert Blanchinus in ſequentem annum.

Hoc anno Severus complebat ſuum primum Decennium, atque ideo Decennalia ſui Auguſtalis Imperii celebravit, cum ſimul Caracalla Quinquennalia Proconſularis Imperii, & Geta Cæſarei ediderit, & vota ſuſcepta pro XX. hoc eſt pro ſecundo Severi Decennio.

Hoc quoque anno verè cœpta eſt quinta perſecutio in Chriſtianos ratione Decennalium publico edicto vulgata, ac maxime ſæviit in Ægypto, ubi Lætus Præfectus erat, atque in Gallia, ubi Sanctus Irenæus Lugdunenſis Epiſcopus martyr occubuit. Leonides Origenis, qui erat annorum 17., Pater, hoc anno quoque in Ægypto martyrio coronatus eſt. Sancta autem Perpetua & Felicitas Carthagine in Africa mortem pro Chriſto paſſæ ſunt, ut colligimus ex Pagio ad hunc annum num. V.

Anno ab U. C. 956.
Olymp. CCXLV. Anno IV.
Ær. Chr. 204.

L. SEPTIMII SEVERI IMP. AUG. 11. 12.
M. AURELII ANTONINI CARACALLÆ IMP. AUG. 7.
ZEPHYRINI PONT. 7. 8.

L. FABIUS SEPTIMINUS CILO II.
= = = = FLAVIUS LIBO. } Coſs.

Diſſenſio eſt inter antiquos Auctores circa primi Conſulis cognomentum. In Legum a Relando adductarum ſubſcriptione, in Caſſiodoro, Idatio, Proſpero, & Chron. Alexandr. legitur Chilo. In faſtis minoribus Florent. & Anonymi Noriſiani, & in antiquis Inſcriptionibus, quibus ſtandum eſt (excepta una Gudiana, quæ forte corrupta eſt) legitur Cilo. Cilo non Chilo legi in vetuſtis libris Salmaſius notavit, ut refert Relandus. L. Fabii nomen & prænomen eſſe eidem Ciloni conſtat ex Græca Inſcript. Grut. 406. num. 9. & 10., quibus inhæremus rejecta Gudiana, ubi legitur prænomen Marci, quia fortaſſe corrupta, nec eam in fonte ſuo perſpicere licuit. Addit Relandus Ciloni aliud cognomen Septimini ex antiqua Inſcriptione apud Gruterum 406. num. 9. ubi leguntur prænomen, nomen, & cognomina Cilonis hujus. Fabii autem nomen Ciloni eſſe, & Flavii Liboni, conſtat ex ſupradictis Inſcriptionibus, & alia apud Fabret. Inſcript. 404. ex fragmento nuper detecto. Blanchinus admittit Conſulum nomina, ut expoſuimus, ſed addit (quo documento ignoratur) Flavio Liboni prænomen M. quod non admittimus.

Hoc anno Severus, & Antoninus Caracalla ludos ſeculares octavos ediderunt (nulla habita ratione eorum, quos Domitianus & Claudius edidere) anno CCXX. poſt exhibitos ab Auguſto. Ita Pagius ex Cenſorino ad hunc annum in Crit. Baron. num. II. III. IV.

De

De modo celebrandi Seculares hujuſmodi ludos, vide eumdem Pagium loc. cit. Noriſius in Epiſt. Conſulari contendit fuiſſe nonos, non octavos. A

Anno ab U. C. 957.
Olymp. CCXLVI. Anno I.
Ær. Chr. 205.

L. SEPTIMII SEVERI IMP. AUG. 12. 13.
M. AURELII ANTONINI CARACALLÆ IMP. AUG. 8.
ZEPHYRINI PONT. 8. 9.

M. AURELIUS ANTONINUS)
CARACALLA IMP. AUG. II.) Coſs.
P. SEPTIMIUS GETA CÆSAR.)

Ita ex Caſſiodoro, Idatio, Proſpero, Anonymo Noriſiano, faſtis Florentinis, & decem ac ſeptem antiquis Legibus horum Conſulum nomine ſubſcriptis Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Almeſovenius, Pagius, Relandus, atque Blanchinus. Hunc Getam diverſum eſſe ab eo, qui anno Chr 203. Conſul fuit cum Pleutiano, oſtendit ſatis Antonius Pagius in Critic. Baron. ad eumdem annum Chr. 203. ut & nos ad eumdem annum diximus. Plures tamen decepti eodem utriuſque prænomine, nomine, & cognomine putaverunt, eumdem eſſe, ut inter antiquos Caſſiodorus, Idatius, & quatuordecim Leges ſubſcriptæ ANTONINO II., & GETA II. Coſs., atque inter recentiores Eminentiſs. Baronius, qui addit Getæ numeralem Notam II. arbitratus eumdem eſſe, qui biennio ante Conſul fuit. Notat hunc errorem in Caſſiodoro, & in aliis Relandus, & Getam hunc qui hoc anno Conſul fuit, fuiſſe ab eo diverſum aſſerit, cum ille eſſet Severi Auguſti frater, hic vero minor natu filius, cui tamen Relandus ex inadvertentia non addidit cognomen aut titulum Cæſaris, ut debebat, quemadmodum addiderunt Pagius, atque Blanchinus. B C

Hiſce temporibus floruere Clemens Alexandrinus in Ægypto, & Tertullianus in Africa.

Hoc anno Caracalla Decennalia edidit Imperii ſui Cæſarei. Pagius ex Numinis.

Hoc quoque anno Severus Aug. Tribunitia Poteſtate filium ſuum Getam donavit, ut colligit Petavius, ſed nos anno tantum Chr. 108. id contigiſſe videbimus ſuo loco.

Anno ab U. C. 958.
Olymp. CCXLVI. Anno II.
Ær. Chr. 206.

L. SEPTIMII SEVERI IMP. AUG. 13. 14.
M. AURELII ANTONINI CARACALLÆ IMP. AUG. 9. D
ZEPHYRINI PONT. 9. 10.

NUMMIUS ALBINUS.)
FULVIUS ÆMILIANUS.) Coſs.

Quod ad Conſulum hujus anni cognomina pertinet, ſex habemus antiquas Leges (quas indicat Relandus) Conſulibus Albino, & Æmiliano ſubſcriptas, duas vero *Albino*, & *Æliano*, ut ſcribunt mendoſe Caſſiodorus, & Proſper. Idatius, Anonymus Noriſianus, Chron. Alexandrinum, & faſti Florentini Æmilianum ſcribunt, non Ælianum, ſed omnes tollit ambages Inſcriptio apud Boiſſardum parte VI. pag. 104. Antiqu. Rom. ubi ſubſcriptum NVMMIO. ALBINO. ET. FVLVIO. AEMILIANO. COS.

Montfocnnius in Paleographie Græca pag. 161. producit Inſcript. in qua nominatur L. Fulvius Ruſticus Æmilianus, & quia ibi Conſul haud nominatur, nihil addidimus, quamvis idem ille eſſe poſſit, qui hoc anno Conſul proceſſit. E

Hoc anno Origenem ſe ipſum evirâſſe conbrmant Petavius, Pagius, & Blanchinus ex Euſeb. Hiſt. lib. VI. cap. VII. Ferro ne uſus ſit, an aliquo medicamento, incertum eſt. Ferro uſum Hieronymus, & Nicephorus putant, quod veroſimilius eſt, nam Demetrius Alexandrinus Epiſcopus, qui præſens fortaſſe erat, eum confirmavit, ſtrenueque ſuſceptum munus continuare perſuaſit. Alterutro modo contigerit hoc Origenis facinus, ab Eccleſia damnatum fuit, ne quid aliud ſimile in ſe quiſquam deinceps aggrederetur. Ita Pagius.

Latro quidam Bulas toto biennio per Italiam Severum Auguſtum ludificatur, ac demum dolo capitur. Ita Petavius ex Xiphilino.

XXXI. Ludi Agonales Capitolini hoc anno Romæ editi ſunt.

Anno ab U. C. 959.
Olymp. CCXLVI. Anno III.
Ær. Chr. 207.

L. SEPTIMII SEVERI IMP. AUG. 14. 15.
M. AURELII ANTONINI CARACALLÆ IMP. AUG. 10.
ZEPHYRINI PONT. 10. 11.

= = = = = = APER.)
= = = = = = MAXIMUS.) Coſs.

Ita ex Caſſiodoro, Idatio, Anonymo Noriſiano, Chron. Alexandrino, & faſtis minoribus Florentinis, ac decem Legibus antiquis hiſce Coſs. ſubſcriptis Chronologi omnes recentiores. Proſper hos Coſs. omittit in ſuo Chronico. Bucherius doctiſſimus vir S. J. in quodam fragmento legit *Caro* pro *Apro*; ſed nihil eruimus, niſi quod Carus fuerit aliud prænomen *Apri*, quod tamen incertum eſt, cum plures habeamus Conſules cognomento *Maximos*; nec cui eorum Carum Collegam demus ariolari conceſſum ſit.

Quindecennalia à Severo Auguſto ſui Auguſtalis Imperii edita hoc anno fuiſſe ſuſpicatur Pagius, ſed tamen ſuſpicio eſt, namque hoc anno inchoabat quidem Severus annum decimumquintum Imperii ſui Auguſtalis, et non complebat illum niſi anno proximè ſequenti. Quod Imperator XII. dictus ſit, hoc non ob Quindecennalia factum puto, ſed ob neſcio quam de Britannis victoriam à Severi Legatis reportatam, propter quam etiam Caracalla ejus filius dictus eſt Imperator II. ut refert Mediobarbus in Severo, & Caracalla ad hunc annum. Nititur quidem Pagius advocare hujuſmodi titulos ad Quinquennalia, Decennalia, Vicennalia Imperatorum; ſed multa exempla ſunt in oppoſitum, ut faſtos legenti facilè compertum erit. Dicti ſunt igitur Severus Imperator XII. & Caracalla Imp. II. ex victoria, quam per Legatos obtinuerunt in Britannia, non propter aliud.

Tertullianus hoc anno adverſus Marcionem, atque ejus hæreſim ſcripſit. Ita Petavius, Pagius, & Blanchinus ex ipſo Tertull. lib. 1. cap. 15. Minucius Felix Romæ cauſas agens ſuum pro Chriſtiana Religione hoc anno Dialogum edidit. Ita Petavius, & Blanchinus. Quo fundamento non docent.

Anno ab U. C. 960.
Olymp. CCXLVI. Anno IV.
Ær. Chr. 208.

L. SEPTIMII SEVERI IMP. AUG. 15. 16.
M. AURELII ANTONINI CARACALLÆ IMP. AUG. 11.
P. SEPTIMII GETÆ IMP. AUG. 1.
ZEPHYRINI PONT. 11. 12.

M. AURELIUS ANTONINUS)
CARACALLA IMP. AUG. III.) Coſs.
P. SEPTIMIUS GETA CÆSAR II.)

De hujus anni Conſulibus nulla controverſia eſt inter antiquos, & recentiores Chronologos, niſi circa Notam numeralem Conſulatuum quos iniit Geta. Illi enim qui ex antiquis, & recentioribus Conſulem iterum Getam fecerunt anno Chr. 205. eum quoque ter Conſulem faciunt hoc anno. Cum autem falſo hunc fecerint iterum Conſulem anno Chr. 205, ut oſtendimus ad eumdem annum Chr. 205. ideo etiam falſo ter Conſulem faciunt hoc anno. Hoc autem tantum anno iterum Conſulem Getam fuiſſe oſtenditur ex vetuſta Inſcriptione apud Gruterum pag. 45. num. 13. ex Anonymo Noriſiano, & Bucherii fragmento.

Severus Auguſtus complens hoc anno Quinquennium tertium ſui Auguſtalis Imperii Quindecennalia celebravit, ac Decennalia ejuſdem Auguſtalis Imperii Caracalla, nec minus ad hæc quam ad illa, ſpectant Numiſmata à Pagio producta in hanc rem; atque hac occaſione Tribunitiam Poteſtatem Severus Getæ impertitur, ut colligitur ex Nummo apud Mediobarbum, quo hoc tantum anno Geta dicitur Trib. Pl. & Conſ. II. quod confirmant Pagius, & Blanchinus ad hunc annum.

Hoc anno Severus una cum Caracalla, & Geta in

Britanniam profectus eſt, ut Caledonios Romani fines Imperii variis incurſionibus infeſtantes reprimeret. Ita Blanchinus ex Mediobarbo. Mediobarbus ex Herodiano, quem Herodotum falſo vocat Mediobarbus.

Tertullianum hoc anno, Blanchinus refert ex Petavio, librum ſuum ſcripſiſſe de Pallio, ut colligit ex ejus libri cap. 2. Getam hoc anno Auguſtum fuiſſe dictum, nec alio anno oſtendit Pagius in Crit. Baron. ad annum Chriſti 211. num. XI. in fine.

Anno ab U. C. 961.
Olymp. CCXLVII. Anno I.
Ær. Chr. 209.
L. SEPTIMII SEVERI IMP. AUG. 16. 17.
M. AURELII ANTONINI CARACALLÆ IMP. AUG. 12.
P. SEPTIMII GETÆ IMP. AUG. 1. 2.
ZEPHYRINI PONT. 12. 13.
CIVICA POMPEJANUS. } Coſs.
LOLLIANUS AVITUS. }

Quod ad cognomina Conſulum hujus anni ſpectat ita ex Caſſiodoro, Idatio, Proſpero, Anonymo Noriſiano, Bucherii fragmento, & antiqua Inſcript. apud Vignolium Inſcript. Select. pag. 310. & apud Sponium Miſcell. Erud. pag. 40. Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Almelovenius, Pagius, Relandus, atque Blanchinus. Quod ad nomina ſpectat, habemus ex antiqua Inſcript. Budæ inventa apud Gudium ſubſcripta *Civica Pompejano*, & *Lolliano Avito Coſs.* Fallitur igitur Noriſius, qui Panvinium reprehendit, quod Avito Lolliani nomen addiderit inani ſua conjectura; nec ſatis idem Noriſius, aut potius Blanchinus, fundamenti habent, ut Civicæ Pompejano Claudii nomen adſignent.

Hoc anno Severus, ut refert Blanchinus, mira ſollicitudine, ac virtute Caledonios in Britannia ſubjicit, uſus diverſis pontibus jactis ad trajiciendas paludes, quod etiam Mediobarbus confirmat ex Herodiano ad antecedentem annum in Nummis Severi.

Anno ab U. C. 962.
Olymp. CCXLVII. Anno II.
Ær. Chr. 210.
L. SEPTIMII SEVERI IMP. AUG. 17. 18.
M. AURELII ANTONINI CARACALLÆ IMP. AUG. 13.
P. SEPTIMII GETÆ IMP. AUG. 2. 3.
ZEPHYRINI PONT. 13. 14.
M'. ACILIUS FAUSTINUS. } Coſs.
= = TRIARIUS RUFINUS. }

Quod ad cognomina Conſulum hujus anni pertinet, ita ex ſubſcriptione ſex veterum Legum, quas Relandus recenſet, atque ita ex Chron. Alexandr. faſtis min. Florent. Idatio, Proſpero, Anonymo Noriſiano, Bucherii fragmento, & lapide antiquo apud Altingium in not. Germ. Imp. pag. 41. Pagius, Noriſius, Relandus, & nos. Quod ad nomina pertinet, ita ex antiqua Inſcriptione apud Gruterum 300. num. 1. ubi leguntur Conſulum nomina, ut expoſuimus, niſi quod in hac veteri Inſcriptione legitur M. non M'., quod ſignificat Manius non Marcus. Manius autem ſcribendum eſſe, non Marcus conſtat ex eo, quod Manius ut alibi docuimus eſt prænomen Aciliorum. Vide Relandum ad hunc annum, & Noriſium in Epiſt. Conſul. pag. 985. ubi refutat Panvinium, atque illum ſequutos Chronologos recentiores, atque ideo inter iſtos etiam Blanchinum, qui M'. Acilio Fauſtino Collegam dant L. Cæſonium Macrum Rufinianum, non alia ratione, quam quia donis militaribus a M. Aurelio Auguſto decoratum, ac deinde Comitem fuiſſe legunt Severi Imperatoris Auguſti, atque ideo ex Rufino fecerunt falſo Rufinianum, eodem modo quo Caſſiodorus facit ex Rufino Rufum contra tot documenta, quæ pro noſtra opinione produximus, & ſimul collecta videre licet apud Relandum.

Severus Auguſtus hoc anno excurrit ad ultimos uſque Britanniæ fines, & viam nolens facit Præconibus Evangelicis ad prædicandam Chriſti doctrinam, qui poſtea eouſque profecti ſunt, atque illius Inſulæ populos ad fidem Chriſti converterunt.

A

Ducto interim muro 130. milliarium Britanniam Severus à Caledonia per tranſverſum Inſulam à mari ad mare diviſit, atque ipſe cum filiis, quos ſecum duxit, Britannicus dictus eſt, & Imp. XIII. Ita Blanchinus ex Spartiano in ejus vita cap. 18. Ita & Pagius ad annum antecedentem hæc refert ſequuta hoc anno. Quod autem Caracalla hoc anno ediderit Quindecennalia ſui Cæſarii Imperii, ut Pagius refert, id deſumendum ab anno Chr. 197. quo Caracalla Cæſar eſt appellatus à Senatu, namque hoc anno complebat vere tertium Quinquennium, non vero deſumendum videtur ab anno Chr. 196. quo Cæſar à Patre appellatus eſt, quia annus alter jam præteriiſſet. Verum Pagius non eſt conſtans in hoc principio Cæſarei Imperii Caracallæ aſſignando, nam alia vice deſumpſit illud ab anno Chr. 196. ut vidimus ad annum Chr. 201.

B

XXXII. Ludi Agonales Capitolini hoc anno editi ſunt.

Anno ab U. C. 963.
Olymp. CCXLVII. Anno III.
Ær. Chr. 211.
L. SEPTIMII SEVERI IMP. AUG. 18. 19.
M. AURELII ANTONINI CARACALLÆ IMP. AUG. 14. 1.
P. SEPTIMII GETÆ IMP. AUG. 3. 4.
ZEPHYRINI PONT. 14. 15.
LOLLIANUS GENTIANUS. } Coſs.
POMPONIUS BASSUS. }

Quod ad Conſulum hujus anni cognomina pertinet conſentiunt octo Legum ſubſcriptiones, Caſſiodorus, Idatius, Proſper, Anonymus Noriſianus, fragmentum Bucherii, & Inſcriptiones

C

antiquæ apud Gruterum 24. 7. Aventinum in Annal. Bojorum pag. 56. Thomaſinum de Donariis veterum cap. 3., Reineſium, Sponium &c. quos videbis una collectos apud Relandum. Quod vero ſpectat ad nomina, Blanchinus, Almelovenius, Mediobarbus, Petavius, aliique primum Conſulem nominant Q. Elpidium Rufum Lollianum Gentianum ex antiqua Inſcriptione apud Panvinium à Relando tranſcripta, ex Grutero 104. num. 6. in qua tamen Epidius, non Elpidius habetur ſcriptum, nec ſcio quo fundamento Epidium in Elpidium verterint, atque in ipſa Conſul nominetur, & Comes Severi, & Antonini &c. Cum tamen ex eadem Inſcriptione videatur Gentianus Conſul fuiſſe ante mortem Severi, cui poſtea Comes fuit &c. vereor ne alter ſit ab eo, quem Conſulem hoc anno facimus, Patrem videlicet hujus aut Patruum. Incertus ergo an ego illis adhæream

D

nec ne, Pagium, & Relandum ſequi ſecutius duxi, nec aliud nomen addidi Gentiano, quam Lolliani, ita enim eum vocat Jul. Capitolinus in Pertinace, de quo Caſaubonus: *eſt is*, inquit, *qui ultimo Severi anno Conſul fuit cum Baſſo &c. Alius ab iſto Lollius Gentianus, cujus meminit Victor Junior in Pertinace, ſic enim nominat, quem initio hujus libri Capitolinus Lollianum Avitum Conſularem; atque, ut puto, vel erravit Victor, vel qui eum exſcripſit*. Ita Caſaubonus ad Jul. Capitol. in Pertinace.

Baſſo *Pomponii* nomen addidimus, quia ſic eum nominat Dio Caſſius in Elagabalo, à quo interfectum dicit, & Spartianus ubi eum nominat Præfectum Urbis.

E

Severus detecto filii Caracallæ conſilio interficiendi Patris, mœrore contabeſcens, & lenta febri hoc anno moritur pridie Nonas Februarii, id eſt die 4. Februarii. Vixit annos LXV. menſes IX. dies XXV. erat enim natus III. Id. Aprilis. Imperavit annos XVII. menſes VIII. dies III. Ita Pagius in Crit. Baron. ad hunc annum, ex Dione Caſſio, qui tunc vivebat lib. 76. Mortuus eſt autem Severus Eboraci in Britannia vulgo Yorck. Ita ibidem Pagius atque Blanchinus.

Poſt mortem Severi pace cum Britannis facta Romam rediere ambo Fratres Auguſti, ut refert Blanchinus. Interea Caracalla ſocii impatiens in Imperio, quod ſoli ſibi vendicare moliebatur, Getam fratrem exeunte Februario, vel Martio ſequentis anni ineunte, interfecit, ut Pagius evidenter oſtendit ex Dione.

Anno

A Anno ab U. C. 964.
Olymp. CCXLVII. Anno IV.
Ær. Chr. 212.
M. AURELII ANTONINI CARACALLÆ
IMP. AUG. 15. 1. 2.
P. SEPTIMII GETÆ IMP. AUG. 3. 4.
ZEPHYRINI PONT. 15. 16.

C. JULIUS ASPER II. } Coſs.
C. JULIUS ASPER. }

De duobus Aſpris Conſulibus præter Leges 29. quas habemus hiſce Conſulibus ſubſcriptas, teſtes adſunt Caſſiodorus, Idatius, Proſper, Anonymus Noriſianus, fragmentum Bucherii, & vetuſtæ Inſcriptiones apud Gruterum 132. 1. & alia in Palatio Vaticano a Fabretro producta pag. 454. B in qua habentur eadem nomina, & prænomina utrique Conſuli addita *C. Julii*. Noriſius qui hanc non vidit, putavit alteri eorum fuiſſe prænomen Cn., nam cum eſſent ambo, ut ipſe docet, filii ejuſdem Patris Cn. Julii Aſpri, alteri eorum arbitratus eſt addendum prænomen patris. Ita Relandus. At Relandus falſum dicit, nam neque Noriſius dicit prænomen illorum Patri fuiſſe *Cnei*, nec ulli eorum fuiſſe hoc prænomen dicit. Vide Noriſium Edit. Veron. Tom. 2. pag 987. Pagius in Crit. Baron. aſſerit idem quod Relandus de Noriſio, ſcil. in Epocha Syromacedonum pag. 158. primæ impreſſionis. Alter ex binis hiſce Conſulibus fit iterum Conſul in Lapide Vaticano.

Hoc anno, & non alio, ut putant aliqui, Getam fratrem ſuum Caracalla in ipſo ſinu Juliæ matris interfecit (erat Julia Domna, ut docet Pagius, utriuſque mater) circa finem Februarii, C & initium Martii, ut optime docent Noriſius in Epiſt. Conſul. pag. 986. & Pagius in Crit Baron. ad hunc annum num. II. Mortuus eſt Geta annos natus XXII. menſes IX. ut ait Dio lib. 77. Imperavit Auguſtus Geta annos quatuor paullo plus minus.

Hoc anno Antiochiæ novus Epiſcopus Aſclepiades electus eſt. Ita Blanchinus ex Euſeb. ad annum poſt Severi obitum.

Anno ab U. C. 965.
Olymp. CCXLVIII. Anno I.
Ær Chr. 213.
M. AURELII ANTONINI CARACALLÆ
IMP. AUG. 16. 2. 3.
ZEPHIRINI PONT. 16. 17,

M. AUR. ANTON. CARACALLA }
D IMP. AUG. IV. } Coſs.
D. CÆLIUS BALBINUS II. }

Circa primum hujus anni Conſulem nulla controverſia inter antiquos, & recentiores Chronologos. Circa ſecundum etiam (excipe duas leges antiquas, Anonymum Noriſianum, & Chron. Alexandrinum, in quibus mendoſe legitur *Albinus* pro *Balbinus* ubi tamen legendum Balbinus, non Albinus docent Bucherius, & Noriſius) Caſſiodorus, Idatius, Proſper, Faſti Florentini, fragmentum Bucherianum, duæ Inſcriptiones apud Gruterum à Relando productæ, ac Leges 44 Antonino, & Balbino Conſulibus ſubſcriptæ, Balbinum nominant Antonini Caracallæ Collegam, cujus etiam prænomen *Decimi*, & nomen *Cælii* legitur in Inſcriptione Gruteriana 44. 2. Nota autem numeralis iterati Conſulatus Balbini legitur in utraque Inſcriptione Gruteriana.

E Abdicante Balbino, ſuffectos docent Cal. Martii M. Antonium Gordianum, atque huic Cal. Maji Helvium Pertinacem Pertinacis Auguſti filium, (quem deinde Caracalla non alia cauſſa, quam quod filius Pertinacis Imperatoris eſſet, occidit) Panvinius, Relandus, atque Blanchinus. De M. Antonio Gordiano hoc loquitur Julius Capitolinus, & Spartianus de Helvio Pertinace in vita M. Aurelii Caracallæ. Suffecti igitur ſunt hoc anno diverſo tempore.

M. ANTONIUS GORDIANUS.
-- HELVIUS PERTINAX.

Hoc anno Caracalla celebravit Quindecennalia ſui Auguſtalis Imperii; complebat enim ineunte hoc anno Quinquennium tertium ejuſdem Imperii. Ita Pagius in Crit. Baron. ad hunc annum. Hoc autem anno Caracalla profectus eſt in Germaniam, atque ob bellum ibi feliciter geſtum dictus eſt Germanicus. Alexander vivente adhuc Narciſſo Epiſcopo Hieroſolymitano Epiſcopus ordinatur. Ita Blanchinus ex Euſebii Chronico.

Anno ab U. C. 966.
Olymp. CCXLVIII. Anno II.
Ær. Chr. 214.
M. AURELII ANTONINI CARACALLÆ
IMP. AUG. 17. 3. 4.
ZEPHYRINI PONT. 17. 18.

= = SILIUS MESSALLA. } Coſs.
= = = = SABINUS. }

Quod ſpectat ad Conſulum hujus anni cognomina, conſentiunt Caſſiodorus, Idatius, Proſper, Anonymus Noriſianus, fragmentum Bucherii, Chronicon Alexandrinum, & faſti minores Florentini, eum duodecim Legum ſubſcriptione, & tribus apud Gruterum Inſcriptionibus, quas videre eſt apud Relandum. Quod ſpectat ad nomina, præter Dionem, qui in vita Aviti meminit Silii Meſſallæ, qui Conſul hoc anno occurrit, nulla adhuc habetur apud antiquorum hiſtorias mentio.

Vix riſum non movet Pagius, quia vult hoc anno Caracallam celebraſſe Vicennalia ſui Cæſarei Imperii, atque ad hæc propterea revocat diſtributionum veſtis ab eo factæ, ex qua deinde ſortitus eſt cognomen Caracallæ. Duo enim adhuc anni ſuperſunt ad Imperii ſui Cæſarei complendum ſecundum Decennium, fuit quippe appellatus Cæſar à Patre anno Chr. 196., & anno tantum 197. approbatus Cæſar à Senatu Romano.

Hoc anno Caracalla Macedoniam, & Aſiam luſtrat, ubi multa liberaliter elargitur. Ita Blanchinus ex Nummis Mediobarbi in Caracalla.

Tertullianus circa hunc annum in Montani errores lapſus eſt, ac poſt lapſum ſcribit librum de Monogamia, anno CLX. poſtquam Paulus Apoſtolus ſcripſit primam ad Corinth. Ita Petavius, & Blanchinus ex libro ipſius Tertulliani cap. 3.

XXXIII. Ludi Agonales Capitolini hoc anno Romæ habiti ſunt.

Anno ab U. C. 967.
Olymp. CCXLVIII. Anno III.
Ær. Chr. 215.
M. AURELII ANTONINI CARACALLÆ
IMP. AUG. 18. 4. 5.
ZEPHYRINI PONT. 18. 19.

= = = LÆTUS II. } Coſs.
= = = CEREALIS. }

Ita ex Caſſiodoro, Idatio, Proſpero, Anonymo Noriſiano, Chron. Alexandrino, faſtis minoribus Florentinis, fragment. Bucherii, & antiqu. Inſcriptione apud Gruterum 312. 2. atque apud Lipſium de Dea Veſta cap. 15. & Legum antiquarum 31. ſubſcriptione, Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Almelovenius, Pagius, Relandus atque Blanchinus. Chron. tamen Alexandrinum ſcribit Lentulum pro Læto, quod mendum eſſe conſtat ex allatis veterum documentis. Gruteriana Inſcriptio addit Læto notam numeralem II. ſicuti & viginti ex Legibus ſupraſcriptis. Panvinius, atque ipſum ſequuti Petavius, Mediobarbus, & Almelovenius addunt Læto nomen Æmilii, & Cereali nomen Anicii, quia eorum mentio fit à Dione, & à Spartiano in Caracalla. Nos Pagium, Relandum, & Blanchinum ſequuti ſecurius duximus nihil addere ambigui.

Hoc anno Caracalla Antiochiam profectus, atque illinc Alexandriam, ibi honorifice excipitur, ſed aliquot è populo in Caracallam dicteria jacentibus indignatus, immittit in multitudinem milites, ac plurimos multa clade proſternit, tum redit Antiochiam. Ita Blanchinus ex Mediobarbo, & Petavio. Petavius ex Herodiano, & Spartiano.

Agrippinus Carthaginienſis Epiſcopus his temporibus Concilio habito decrevit hæreticos iterum baptizandos. Ita Petavius ex Auguſtino lib. 2. de baptiſmate contra Donat. cap. 7. & 8.

Anno

Anno ab U. C. 968.
Olymp. CCXLVIII. Anno IV.
Ær. Chr. 216.
M. AURELII ANTONINI CARACALLÆ IMP. AUG. 19. 5. 6.
ZEPHYRINI PONT. 19. 20.

C. ATIUS SABINUS II. } Coſs.
= CORNELIUS ANULINUS. }

Quod ad cognomina Conſulum pertinet præter ſeptem Leges antiquas hiſce Coſs. ſubſcriptas, Idatius, Anooymus Noriſianus, Chronicoo Alexandrinum, & Bucherii fragmentum, & vetus Inſcriptio apud Fabrettum, ea confirmant. Caſſiodorus, & Proſper Venuſtum habent pro Anulino. Quare vel Venuſti aliud cognomen eſſe Anulini dicendum eſt, vel perperam ſcriptum Venuſtus pro Anulino. Quod ad prænomina pertinet, & ad nomina, & notam numeralem II. primo Conſuli additam, ita conſtat ex veteri Inſcriptione apud Fabrettum pag. 682. & quamvis in eadem Inſcriptione deſit Sabino notula II. Fabrettus addendam monet in erratorum correctione. Quod ad ſecundum Conſulem ſpectat, eadem Fabretti Inſcriptio addit Anulino *Cornelii* nomen; neque conſtat unde Petavius, & Blanchinus addant Cornelio Anulino cognomen *Sexti*, niſi fortaſſe decepti ſunt alia veteri Inſcriptione apud Panvinium ad hunc annum, apud Gruterum 183. 4., atque apud Relandum in qua legitur *Q. Aquilio Sabino II. Sex. Aurelio Anulino Coſs.* Crediderunt enim nomen Aurelii corruptum eſſe, & legendum *Cornelii*. Verum ſi hanc amplectuntur Inſcriptionem pro genuina Conſulum hujus anni, cur & Sabino non addit Blanchinus prænomen, & nomen Q. Aquilii, pro C. Atii, ut facit Petavius, & Mediobarbus? Nos Relandum, & Pagium ſequuti cum Tillemontio Fabretti Inſcriptionem pro genuina ſuſcipimus, & juxta ipſam, Conſulum hujus anni prænomina, & nomina, & cognomina talia expoſuimus, qualia in ipſa legimus. Eam vero Gruterus expoſuit, aut ævo corruptam, aut male tranſcriptam, aut de aliis duobus Conſulibus ſuffectis intelligendam, ut credimus.

Hoc anno Caracallam celebraſſe Quinquennalia Imperii ſui Auguſtalis a morte Patris, atque ad hæc Quinquennalia reducendas eſſe Thermas, quas hoc anno Caracalla ſuo nomine dedicavit, ut conſtat ex Caſſiodoro, & Euſebii Chronico, Pagius bene ſentit, atque ultro ipſi adhæremus, hoc enim anno complebat annum quintum à morte Patris.

Hoc quoque anno Caracalla per inſidias Parthicum bellum ſuſcipit adverſus Artabanum. Plures Barbaros cædit, tum in Meſopotamiam proficiſcitur. Abgarum Oſdroenorum Regem ad ſe vocatum contra datam fidem in vincula conjicit, ac fruſtra ad ſe vocato Armeniorum Rege, Parthorum Regno inhiat, & in Arbellis campis Parthorum Regum ſepulcra evertit. Ita Blanchinus ex Dione, & Xiphilino, & Herodiano.

Anno ab U. C. 969.
Olymp. CCIL. Aono I.
Ær. Chr. 217.
M. AURELII ANTONINI CARACALLÆ IMP. AUG. 20. 5. 6.
M. OPELII SEVERI MACRINI IMP. AUG. 1.
ANTONINI DIADUMENIANI IMP. AUG. 1.
ZEPHYRINI PONT. 20. 21.
CALLISTI PONT. 1.

C. BRUTTIUS PRÆSENS. } Coſs.
T. MESSIUS EXTRICATUS II. }

Ita ex Caſſiodoro, Idatio, Proſpero, Anonymo Noriſiano, Anaſtaſio in Vita Pont. & antiqua Gruteri Inſcriptione apud Relandum, in qua leguntur prænomina, nomina, & cognomina Conſulum hujus anni cum nota numerali II. Extricato addita, Panvinius, Petavius (qui duo omittunt prænomen primi Conſulis, nomen, & prænomen ſecundi, quia Gruterum non viderunt) Mediobarbus, Pagius, Tillemontius, Relandus, atque Blanchinus.

Hoc anno Caracalla dum in Oriente verſatur, in Meſopotamia inter Edeſſam, & Carrhas Macrini Præfecti Pretorio, qui cum ipſo Caracalla erat, inſidiis circumventus, interfectus eſt VI. Idus Aprilis, hoc eſt die octava Aprilis annos natus XXIX. cum imperaſſet ſolus annos VI. menſes II. dies II. Ita Pagius ex Dione lib 78, nec audiendus eſt Spartianus, quem falſum eſſe, ac ſibi contradicere oſtendit Pagius. Credendum eſt autem Dioni, qui tunc temporis vivebat.

Occiſo Caracalla interregnum fuit trium dierum; cumque milites optimum quærerent Imperatorem, atque Adventum, alterum ex Præfectis Prætorio, eligere jam pararent, excuſante ſe Advento, & infirmam valetudinem, ſeniumque cauſſante, Macrinum die Aprilis XI. Imperatorem elegerunt, qui ſtatim Diadumenium filium Cæſarem appellavit Tribunitia poteſtate inſignitum, ac poſtea Auguſtam.

Macrinus hoc anno Diadumenium Conſulem ſuffectum dixit, ac ſe iterum Conſulem deſignavit in ſequentem annum; fuit enim Macrinus Conſul bis, ut ejus oſtendunt Nummi. Ita Pagius in Crit. Baron. ad hunc annum num. V. Macrini nomina hæc erant M. Opelius Severus Macrinus. Diadumenianus Antonini nomen, ut puto, aſſumpſit ſtatim ac Cæſar creatus eſt.

Hoc anno die 26. Julii Zephyrinus martyrio coronatus eſt. Vacavit Romana Sedes dies VI., & die 2. Auguſti electus eſt Calliſtus, qui die Dominica proxima, hoc eſt die 3. Auguſti Cathedram Petri conſcendit. Zephyrinus ex die Ordinationis 25. Septembris anni Chr. 197. ad diem martyrii 26. Julii hujus anni ſedit annos XIX. menſes X. Ita Blanchinus, qui cum ad annum Chr. 197. dicat, Zephyrinum ſediſſe annos XVIII. menſes X. ſibi contradicit, nam verè ſedit annos XIX. menſes X.

Anno ab U. C. 970.
Olymp. CCIL. Anno II.
Ær. Chr. 218.
M. OPELII SEVERI MACRINI IMP. AUG. 1. 2.
ANTON. DIADUMENIANI IMP. AUG. 1. 2.
M. AURELII ANTONINI ELAGABALI IMP. AUG. 1.
CALLISTI PONT. 1. 2.

M. OPELIUS SEVERUS MACRINUS IMP. AUG. II. } Coſs.
Q. M. COCLATINUS ADVENTUS II. }

Ita ex Dionis lib. 78. & Lapide antiquo in Villa Fonſeca Romæ in monte Cælio, ubi legitur (eraſo nomine primi Conſulis, qui Macrinus erat) Q. M. Coclatinus Adventus II. ſicuti habet Fabretti Inſcript. pag. 339. Elagabalus enim juſſit eradi è faſtis, & Lapidibus nomen Macrini, atque ideo ſolum Adventi nomen legitur. Macrinus autem, & Adventus fuerunt Præfecti Prætorio. Macrinus ſuffectum Conſulem ſe fecit anno antecedenti; Adventus vero (quem Audentium aliqui perperam vocant, ut docet Pagius) fuit tantum Conſul honorarius, quare hoc anno dicitur Conſul II. ut contigit etiam Plautiano Conſuli ſub Severo ad annum Chr. 203.

Macrinus empta anno antecedenti pace ab Rege Parthorum Artabano multis Nummorum millibus, ut ſuos milites belli incommodis liberaret, ac promiſſa iiſdem militibus larga mercede, acclamatus fuit ab exercitu Imperator in Meſopotamia, ſed deluſi pe milites à Macrino rebellantes Antoninum Elagabalum Caracallæ ex Soemiade filium Imp. deſignarunt. Antoninus Elagalum offenſos, quod ſibi multo Juniorem filium Diadumenianum Macrinus prætuliſſet, audita militum Romanorum à Macrino in ſuas partes defectione, ſumma feſtinatione in Orientem profectus, apud Antiochiam prælium cum Macrino commiſit, in quo Macrinus victus fugam arripuit, donec tandem Chalcedone captus cum filio ab Elagabali ſatellitibus interfectus eſt cum eodem filio, eorumque caput ad Elagabalum perlatum eſt. Ita Mediobarbus. Pugna apud Antiochiam contigit die III. Junii, ut oſtendit Pagius, qui propterea dicto natalem Imperii Elagabali ad diem III. Junii exorditur, licet Elagabalus, ut Pagius docet paullo poſt, hoc eſt num. X. ad hunc annum, exordiatur Imperium ſuum à principio hujus anni, quo Legiones Romanæ à Macrino ad ipſum defecerunt.

Adep-

Adeptus Imperium Elagabalus Macrini nomen è faſtis abradi, ſuumque ſubſtitui juſſit, haud aliter ac ſi ipſe cum Adventu, non Macrinus annum aperuiſſet. Ita Pagius ex Noriſii Epiſt. Conſul. Imperavit Macrinus annum I. ac menſes II. tribus minus diebus à morte Caracallæ. Ita Pagius ex Dione. A

Nummis, & artificiis Juliæ Mæſæ Aviæ maternæ Elagabali, quæ ſoror erat Juliæ Domnæ uxoris Septimii Severi Auguſti, exercitus Syriacus, ac deinde etiam reliquæ Legiones ad Elagabalum defecerunt. Ita Blanchinus ex Petavio, Petavius ex Herodiano, & Lampridio.

Anno ab U. C. 971.
Olymp. CCIL. Anno III.
Ær. Chr. 219.

M. AURELII ANTONINI ELAGABALI, ſeu HELIOGAB. IMP. AUG. 1. 2. B
CALLISTI PONT. 2. 3.

M. AURELIUS ANTONINUS ELAGABALUS IMP. AUG. II. } Coſs.
= = = = SACERDOS II.

Quod ad primum Conſulem pertinet, & ad cognomen ſecundi, conſentiunt Caſſiodorus, Idatius, Proſper, Anonymus Noriſianus, Chron. Alexandr. Faſti minores Florentini, fragmentum Bucherii, duæ Inſcriptiones apud Gruterum, & alia in Provincia Trevirenſi, quas omnes apud Relandum videre eſt. Inſcriptiones apud Gruterum addunt Sacerdoti notam numeralem II. iterati Conſulatus, ac fortaſſe fuit ante Conſul honorarius. Circa nomen ſecundi Conſulis Pagius addit illi nomen Licinii, ſed quo documento non liquet. Blanchinus addit nomen Tineji ex antiqua fortaſſe Inſcriptione, quam ſuo in Muſæo ſervabat, plumbeo tubo inciſa, quam tamen non producens, nos ut antea in tenebris relinquit. C

Elagabalus præmiſſa imagine ſua Romam venit, & Solis Sacerdotem ſe facit, & Nummos cudit cum Epigraphe SACERDOS. DEI. SOLIS. ELAGABAL. Romam autem ingrediens Deum ſuum cognominem intulit, cui templum erexit. Ita Blanchinus ex Petavio; & Petavius ex Herodiano, & Lampridio.

Anno ab U. C. 972.
Olymp. CCIL. Anno IV.
Ær. Chr. 220.

M. AURELII ANTONINI ELAGABALI IMP. AUG. 2. 3.
CALLISTI PONT. 3. 4.

M. AURELIUS ANTONINUS ELAGABALUS IMP. AUG. III. } Coſs. D
EUTYCHIANUS COMAZON.

Ita ex Caſſiodoro, Idatio, Proſpero, Anonymo Noriſiano, Chron. Alexandrino, & Bucherii fragmento. Eutychiano autem nomen Comazonis datum refert Xiphilinus à Mimis, & Hiſtrionibus. Faſti minores Florentini pro Antonino Elagabalo, neſcio quomodo, Conſulem Valerium nominant, nisi forte quia Elagabalus abdicaverit ſe Conſulatu, atque hunc ſibi ſuffecerit, quod tamen apud nullum ex antiquis monumentis memoratum invenimus.

Julius Africanus Legationem ſuſcipit ad Imperatorem Elagabalum pro reſtauranda Nicopoli, hoc eſt Emmaus in Palæſtina. Ita Petavius, & Blanchinus ex Euſebio. Calviſius putat hunc Julianum Scriptorem fuiſſe Olympiadum. E

Anno ab U. C. 973.
Olymp. CCL. Anno I.
Ær. Chr. 221.

M. AURELII ANTONINI ELAGABALI IMP. AUG. 3. 4.
CALLISTI PONT. 4. 5.

= = GRATUS SABINIANUS. } Coſs.
= = CLAUDIUS SELEUCUS.

Quod ad primum Conſulem ſpectat, quoniam alia documenta *Gratum* ut Caſſiodorus, Idatius, Proſper, Anonymus Noriſianus, & Bucherii fragmentum, & Chron. Alexandrinum: alia vero *Salvianum* nominant, ut faſti Florentini minores, & Africanus apud Georgium Syncellum pag. 212. incertum erat, Gratum ne, an Sabinianum nominaremus. Verum fragmentum Dionis Caſſii pag. 991. ſuſtulit omnem dubitationem, nam utrumque ſimul conjungit, & Gratum Sabinianum vocat Conſulem primum, ſecundum vero Claudium Seleucum, quem tantum Seleucum vocant ſine alio nomine Caſſiodorus, Idatius, Proſper, Anonymus Noriſianus, Bucherii fragmentum, Chron. Alexandrinum, & faſti Florentini minores, nec liquet, unde aliqui primum Conſulem Annium Gratum vocent.

Elagabalus hoc anno, quod unicum laude dignum peregit, cum ejus cetera geſta turpiſſima fuerint, & ſilentio æterno digna, Alexandrum conſobrinum ſuum Juliæ Mæſæ ſuaſu adoptavit, & Cæſarem dixit, & Conſulem deſignavit in ſequ. annum. Ita ex Dione, Lampridio, & Herodiano. Erat autem Julia Mæſa mater Juliæ Soëmidis, quæ mater erat Alexandri, cum Julia Mæſa Avia materna eſſet Elagabali. Oderat tamen Alexandrum Elagabalus propter morum diverſitatem, adeo ut poſt adoptionem factam, eum à ſe amoveri juſſerit, & interfici, quod tamen longe aliter accidit, ut ſequenti anno videbimus.

S. Urbanus hoc anno ordinatur Epiſcopus, & fuit Vicarius à Calliſto die Dominica, X. Junii; quare ad ejus martyrium ſequutum die 23. Maji anni Chr. 230. numerantur anni VIII. menſes XI. & dies XV. Vide Blanchini notas ad Anaſtaſ. pag. 178.

Anno ab U. C. 974.
Olymp. CCL. Anno II.
Ær. Chr. 222.

M. AURELII ANTONINI ELAGABALI IMP. AUG. 4. 5.
M. AUR. SEVERI ALEXANDRI IMP. AUG. 1.
CALLISTI PONT. 5. 6.
URBANI PONT. 1.

M. AURELIUS ANTONINUS ELAGABALUS IMP. AUG. IV. } Coſs.
M. AURELIUS SEVERUS ALEXANDER CÆSAR.

Ita ex Caſſiodoro, Idatio, Anonymo Noriſiano, Bucherii fragmento, Chron. Alexandrino, faſtis Græcis ab hoc anno incipientibus, quos Florentinos majores vocant (hactenus enim ſequuti ſumus minores) & ſubſcriptione Legum viginti, quas recenſet Relandus, & tribus antiquis Inſcriptionibus apud Gruterum, quas idem Relandus producit ad hunc annum, omnes Chronologi recentiores una voce conſentiunt. Faſti Florentini minores habent Conſules Alexandrum, & Modeſtum, quare Modeſtus hic ſuffectus fortaſſe fuit in locum Elagabali hoc anno interfecti.

Elagabalus ob mores ſuos obſcœniſſimos, & propter crudelitatem, omnibus inviſum ſe ſe reddiderat, ac tum magis militum in eum exarſit odium, quod Alexandrum conſobrinum ſuum (quem adoptaverat, & cum Senatus Romani conſenſu pleno Cæſarem appellaverat) à ſe amoviſſet, trucidandumque mandaſſet, neque ullo pacto eum in gratiam ſuam recipere pateretur. Tumultu igitur militari perterrefactus Elagabalus in latrinam fugiens una cum matre Julia Soemide interfectus eſt, Elagabali cadavere in Tiberim projecto. Ita Mediobarbus. At ne Lectori confuſionem faciat cognatio, quam Elagabalus habebat cum Alexandro, notandum eſt, quod Severus Imperator Caracallæ Pater erat ex Julia Domna, quæ Syra erat natione. Habebat hæc ſororem Juliam Mæſam, cujus artificiis & promiſſis Elagabalus, ſublato Macrino, Imperium adeptus erat. Hæc vixit cum ſorore Julia Domna in palatio Imperiali uſque ad Macrinum. Caracalla interea ex Julia Soemide Juliæ Mæſæ filia ſuſcepit filium Elagabalum. Cum autem Julia Soëmis haberet alteram ſororem Juliam Mammæam ejuſdem Mæſæ filiam, ex qua natus eſt Alexander, ideo Elagabalus, & Alexander conſobrini erant, hoc eſt duarum ſororum filii. Occiſus eſt Elagabalus juxta Pagium, & Noriſium die 6 Martii, cum imperaſſet annos tres, menſes novem, dies quatuor, à die 3. Junii, hoc eſt die pugnæ cum Macrino apud Antiochiam anno Chr. 218., ut colligit

Pagius ex Dione ; qui ea ætate vixit. At ex Blanchino Elagabalus occiſus eſt VI. Idus Martii, nempe die 9. Martii, quare neceſſe eſt, ut Blanchinus retrahat diem prælii cum Macrino ad diem quintam vel ſextam Junii, ut conſtet veritas temporis, quo Elagabalus imperavit, ſi Dioni fides eſt adhibenda. Verum ſi Blanchino inhæremus, neceſſe eſt ut Lampridium falſi arguamus, qui Elagabalum occiſum refert antediem pridie Nonas Martii.

Calliſtus hoc anno martyrio coronatus eſt die XIII. Octobris, atque poſt biduum ſepultus cum ſediſſet annos V. menſes II. dies X. à die quapoſitus fuit in Petri Cathedra poſt Zephyrinum. Poſt Calliſtum electus eſt Urbanus Calliſto ſucceſſor, qua die ignoratur. Urbanus electus eſt menſe Octobris, ut docet Pagius ad ann. 224. num. II. in fine.

XXXV. Ludi Agonales Capitolini hoc anno Romæ editi ſunt.

Anno ab U. C. 975.
Olymp. CCL. Anno III.
Ær. Chr. 223.
M. AURELII SEVERI ALEXANDRI
IMP. AUG. 1. 2.
URBANI PONT. 1. 2.

L. MARIUS MAXIMUS II.
L. ROSCIUS ÆLIANUS. } Coſs.

Quod ad Conſulum hujus anni cognomina ſpectat præter ſexaginta Leges hiſce Conſulibus ſubſcriptas cum nota numerali II. primo Conſuli adfixa, Caſſiodorus, Idatius, Proſper, Anonymus Noriſianus, fragmentum Bucherii, Chron. Alexandr. Faſti Florentini majores, & minores, & Gruteri vetus Inſcriptio apud Relandum, apud quem alia legitur ex Cupero, una voce conveniunt nobiſcum. Quod ad nomina, & prænomina pertinet, habemus ea, ut ſuperius expoſuimus, deſcripta in antiqua Inſcriptione a Noriſio lecta Veneriis, ita ſubſcripta *L. Mario Maximo II. L. Roſcio Æliano Coſs.* Vide Noriſ. Epiſt. Conſul. pag. 993. 994. Eadem prænomina, & nomina leguntur etiam in alia Inſcriptione apud Fabrettum pag. 598. 599. Vide Relandum, quem cum Noriſio, Pagio, & Blanchino ſectamur.

Alexander Auguſtus adhibet ſibi Conſiliarios celebriores Juriſconſultos Papinianum, Celſum, Modeſtinum, Paullum, Pomponium, & Venulejum, qui Chriſtianæ Religioni infenſiſſimi, perſecutionem in Chriſtianos movent. Ita Blanchinus ad annum hunc ex Petavio, qui hoc refert fortaſſe verius ad annum antecedentem, quo Calliſtus Martyr occubuit : Petavius Lampridium citat.

Hoc quoque anno Alexander Aug. permittit Judæis incolere Palæſtinam ſub Præfecto Romano. Ita Calviſius ex Euſebio.

Urbanus Pontifex primum Paſcha his Coſs. celebrat die Dominica VIII. Idus Aprilis. Ita Blanchinus ex Cyclo S. Hyppoliti.

Anno ant. Luna XIV. Paſchalis incidit in diem Iduum Aprilium die Sabbati ex eodem Cyclo.

Anno ab U. C. 976.
Olymp. CCL. Anno IV.
Ær. Chr. 224.
M. AURELII SEVERI ALEXANDRI
IMP. AUG. 2. 3.
URBANI PONT. 2. 3.

= = = JULIANUS II.
= = = CRISPINUS. } Coſs.

Ita Noriſius, Pagius, Relandus, atque Blanchinus hujus anni Conſules proferunt ſine prænomine, ac nomine. Eos falli, qui nomen utrique addunt, oſtendit Noriſius in Epiſt. Conſul. pag. 994. 995. Edit. Veron. Innituntur Auctores citati Caſſiodoro, Idatio, Proſpero, Anonymo Noriſiano, Chron. Alexandrino (in quo mendoſe tamen legitur Flaviano pro Juliano) Faſtis minoribus, & majoribus Florentinis, & Faſtis Græcis Theonis, qui Juliano addit notam II. quam addunt etiam Leges triginta duæ ſubſcriptæ Juliano II. & Criſpino Coſs. In aliquibus aliis Legibus legitur *Criſpus* pro *Criſpinus*: ſed fortaſſe per Sincopen. Eoſdem Conſules, ut nos expoſuimus, profert Fabrettus Inſcript. pag. 695.

A Ulpianus Præfectus Prætorio celeberrimus J. C. à militibus Prætorianis interficitur. Ita Blanchinus ſine aliquo documento.

Alexander Aug. in ſuo Larario domeſtico inter imagines Deorum ſuorum, & Illuſtrium Virorum collocat & imaginem Chriſti Domini. Ita Blanchinus, & Petavius ex Lampridio. Petavius tamen hoc notat ſub annum Chr. 222.

Anno ab U. C. 977.
Olymp. CCLI. Anno I.
Ær. Chr. 225.
M. AURELII SEVERI ALEXANDRI
IMP. AUG. 3. 4.
URBANI PONT. 3. 4.

= = = = FUSCUS II.
= = = = DEXTER. } Coſs.

B Ita Noriſius, Pagius, Relandus, atque Blanchinus ex Caſſiodoro, Proſpero, Anonymo Noriſiano, Faſtis Florentinis majoribus, & minoribus, Inſcriptione IX. apud Gruterum cum nota numerali II. ad Fuſcum, & alia cum eadem nota apud eundem Gruterum 121. num. 1. & Legum XXIII. ſubſcriptione *Fuſco*, & *Dextro* Coſs. & alia Lege ſubſcripta *Fuſco II.*, & *Dextro*. Chron. Alexandrinum habet Fuſciano pro Fuſco, ſicuti & Idatius. Apud alium quemdam Anonymum, quem producit Cuſpinianus (quem tamen hic loci non eſſe Noriſianum video) leguntur Conſules hujus anni *Fauſtinus*, & *Maximus*, quos Bucherius, & Noriſius eoſdem eſſe putant, Relando recte, ac eos quos expoſuimus, at ego mendum potius exiſtimo ex oſcitantia eorum, qui Conſules exſcripſerunt, nihil enim veroſimilius in hac re.

C Negotium potius facit vetus Inſcriptio Gudiana, & altera Gruteriana, quam etiam Panvinius producit dedicata XVI. Cal. Martias L. Turpilio Dextro, & M. Mæcio Rufo Conſs. Tillemontius, ac Noriſius putant hos ſuffectos: Tillemontius hoc anno, Noriſius aliquo alio. Aliquo alio anno crediderim, namque hoc anno, oporteret ſuffectos fuiſſe Cal. Februariis, nec menſis Januarii videtur ſufficere ad publicandas viginti duas Leges Fuſco, & Dextro ſubſcriptas. Si meum dare judicium liceat, quemadmodum *Rufi* nomen aliquando reperimus pro *Flavo* ſumptum, & Flavum pro Rufo, ut vidimus à principio Faſtorum Sigonii, quid ni etiam Fuſcus pro Rufo, Rufus pro Fuſco uſurpari aliquando potuerit? Eoſdem igitur prorſus exiſtimaverim, ac eos quos expoſuimus. Vide tamen Noriſium in Epiſt. Conſul. pag. 998. & Relandum ad hunc annum.

D Alexander Aug. hoc anno condendis legibus vacat, thermas exſtruit, & Mathematicos palam docere permittit. Ita Blanchinus ex Lampridio.

Quod Alexander Aug. hoc anno ediderit Quinquennalia ſui Cæſarei Imperii, ut Pagius putat, vereor ne fallatur. Cur enim anno integro ea anticipat? Sed de hoc videbimus ad annum Chr. 228. Petavius ad ſequentem annum refert Thermas ab Alexandro conſtructas hoc eſt dedicatas. Ad eundem igitur annum referenda ſunt ejus Quinquennalia.

Anno ab U. C. 978.
Olymp. CCLI. Anno II.
Ær. Chr. 226.
M. AURELII SEVERI ALEXANDRI
IMP. AUG. 4. 5.
URBANI PONT. 4. 5.

E M. AURELIUS SEVERUS ALEXANDER IMP. AUG. II.
C. MARCELLUS QUINCTILIANUS II. } Coſs.

Quod ad primum Conſulem ſpectat Chronologi omnes antiqui, & recentiores nobiſcum abſque diſſenſione conveniunt. Quod ad ſecundum Conſulem pertinet: Marcellum Caſſiodorus, Idatius, Proſper, Anonymus Noriſianus, Bucherii fragmentum, Chron. Alexandr. Faſti Florentini majores, & minores, Inſcriptio vetus Gruteriana, & alia apud Fabrettum Inſcript. pag. 279., & alia apud Relandum, necnon ſubſcriptio ad Leges XXI. quas recenſet Relandus, nominant. Prænomen vero Marcelli, & cognomen cum numerali Nota II. legitur, ut expoſui-

ſuimus, In antiqua Inſcriptione Gudiana, quam producit Relandus ad hunc annum, atque hanc ſequimur cum Relando, & Blanchino, relicto Pagio, & ipſi inhærentibus, qui hoc anno dant Alexandro Collegam C. Quinctilium Marcellum. A

Hoc verè anno Alexandrum Auguſtum Quinquennalia ſui Cæſarei Imperii edidiſſe perſpicuum eſt, cum hoc anno ipſe Conſulatum inierit, ac Thermas Alexandrinas à ſe anno ipſo conſtructas dedicaverit, & Pii nomen aſſumpſerit, ut conſtat etiam ex Nummis Mediobarbi cum titulo: *Liberalitas III.*

Artaxerſes Perſarum Rex Artabano Parthorum Regi bellum infert anno IV. Alexandri, hoc eſt anno currente. Ita Blanchinus ex Calviſio, Calviſius ex Agathia.

XXXVI Ludi Agonales Capitolini hoc anno editi Romæ ſunt.

Anno ab U. C. 979. B
Olymp. CCLI. Anno III.
Ær. Chr. 227.
M. AURELII SEVERI ALEXANDRI
IMP. AUG. 5. 6.
URBANI PONT. 5. 6.

L. ALBINUS.
MAX. ÆMILIUS ÆMILIANUS. } Coſs.

Quoniam longum eſſet, & inane conciliare tot varias, oppoſitaſque Antiquorum, Recentiorumque Scriptorum circa hujus anni Conſules, ac præſertim circa eorum prænomina, ac nomina opiniones, ſufficiat nobis Inſcriptio Gudiana collecta ex lapide antiquo nuper in Quirinali effoſſo, ſubſcripta *L. Albino*, & *Maximo Æmilio Æmiliano* Coſs. Id. Apr. dedicata pro ſalute Imp. Cæſaris Severi Alexandri Pii Auguſti &c. quam C Relandus ad hunc annum producit; Miror que Blanchinum, qui illam in Relando legit, illi non acquieſcere, & Conſules ponere M. Nummium Albinum, & Maximum ex Noriſio, qui ſi hanc vidiſſet, mutaſſet procul dubio opinionem. Noriſius enim ſolidioribus documentis deſtitutus ſuis tantum innititur conjecturis, quod Nummius hic Albinus filius forte ſit Nummii Albini, qui Conſul fuit anno 206., & Pater alterius Nummii Albini, qui Conſul fuit anno Chr 246. cum Præſente, & iterum anno Chr 263. cum Maximo. Quod ſi apud Relandum alia profertur Inſcriptio cum his litteris (ut videre eſt apud Relandum) *N. Nummio Albino * * * Conſuli Ordinario iterum*. Hæc referenda eſt ad Conſules anni Chriſti 263. quo anno Albinus fuit iterum Conſul, ut videbimus ſuo loco, Reineſio ita nos admonente. Chron. Alexandrinum, Idatius, Anonymus Noriſianus, D & vetus Inſcriptio apud Reineſium pag. 524. Conſules hoc anno faciunt Albinum, & Maximum, atque itidem decem Leges antiquæ ſubſcriptos habent eoſdem Conſules Albinum, & Maximum; tres verò aliæ editæ ſub Alexandro Auguſto (cujus nomen ſuprascriptum habent, ut docet Relandus) ſubſcriptos habent Conſules *Albinum*, & *Æmilianum*, quem eumdem eſſe conſtat ac Maximum, ut patet ex eadem Gudiana Inſcriptione, quam ſequimur. Rejectis ergo variantibus lectionibus, in quibus pro Albino ſcriptum legimus vel *Sabinum*, ut apud faſtos Florentinos minores, & in Bucherii fragmento, vel *Albianum*, ut apud faſtos Florentinos majores, vel *Annianum*, ut apud Caſſiodorum, & Idatium, vel *Balbinum*, ut Panvinius, & Baronius, L. Albinum, & Maximum Æmilium Æmilianum pro hujus anni Conſulibus E confirmamus. Vide tamen Noriſium Epiſt. Conſ. pag. 999.

Artaxerſes Perſarum Rex, cum Artabanum tribus prælis victum, ultimo eorum interfeciſſet, Parthorum Regnum occupavit, atque hoc anno in Armeniam irruit, a qua repulſus receſſit, ut majores copias colligeret, quibus Armeniam iterum, Meſopotamiam, & Syriam quoque invaderet, minatus ſe univerſa recuperaturum, quæ Perſæ olim uſque ad Græcum mare tenuerant. Ita Pagius ex Dione lib. 80.

Hoc anno, & non alio Alexander Auguſtus ſui Auguſtalis Imperii edere debuit Quinquennalia, cujus rei teſtis eſt eadem Inſcriptio Gudiana dedicata Idibus Aprilis pro ſalute Alexandri, ex qua patet vota ſoluta fuiſſe pro primo Quinquennio, quod hoc anno complebat, & vota concepta pro alio, quod inibat.

Anno ab U. C. 980.
Olymp. CCLI. Anno IV.
Ær. Chr. 228.
M. AURELII SEVERI ALEXANDRI
IMP. AUG. 6. 7.
URBANI PONT. 6. 7.

TIB. MANILIUS MODESTUS.
SERG. CALPURNIUS PROBUS. } Coſs.

Quod ad Conſulum hujus anni cognomina pertinet, ita ex Caſſiodoro, Idatio, Proſpero, Anonymo Noriſiano, Bucherii fragmento, Chron. Alexandrino, faſtis min. Florentinis, ac X. Legibus Conſulum nomine ſubſcriptis, & antiqua Inſcriptione apud Gruterum omnes Chronologi recentiores. Quod ad nomina pertinet, Noriſius ea ſuggerit ex lapide antiquo, in quo legitur quidem prænomen, & nomen utriuſque Conſulis, ſed eraſa cognomina ſunt, quæ ex ejus conjectura non vana, ſed nondum certa *Modeſti* & *Probi* ſubſtituenda opinatur. Hanc Noriſii conjecturam, quia Pagius, Relandus, atque Blanchinus admittunt, admittimus & nos, haud tamen abſque metu. Vide Noriſii Epiſt. Conſul. pag. 1002.

Pagius hoc anno ex Dione, & Herodiano oſtendit hoc anno cœptum bellum Perſicum, cum delatæ ad Imperatorem Alexandrum litteræ ex Oriente nuntiarent, Artaxerſem Perſarum Regem Meſopotamiam excurrere, & Syriæ jam imminere; Noriſiumque refutat, qui prava Herodiani verſione aut Gruteri textu deceptus, transfert hujus initium belli in annum duodecimum Alexandri. Vide Pagium in Crit. Baron, ad hunc annum num. III. & IV.

Anno ab U. C. 981.
Olymp. CCLII. Anno I.
Ær. Chr. 229.
M. AURELII SEVERI ALEXANDRI
IMP. AUG. 7. 8.
URBANI PONT. 7. 8.

M. AURELIUS SEVERUS ALEXANDER IMP. AUG. III.
DIO CASSIUS II. } Coſs.

Ita ex Caſſiodoro, Idatio, Proſpero, Anonymo Noriſiano, Bucherii fragmento, Chron. Alexandr. Faſtis majoribus, & minoribus Florentinis, & ex Dione Caſſio ipſo, qui ſe Conſulem iterum fuiſſe teſtatur, ab Alexandro Collegam ſumptum, omnes Chronologi recentiores. Quando tamen Dio fuerit primum Conſul, incertum eſt; fuit ergo ſemel Conſul ſuffectus, aut ſaltem honorarius.

Dio Caſſius hoc anno ſuis hiſtoriis finem facit, in quibus memorat Perſicum bellum jam inchoatum, contra Noriſium, ut anno antecedenti monuimus. Vide Dionis lib. 80. ex quo reſultat Dionem fuiſſe ante Conſulatum Præfectum Prætorio, atque ideo Conſulem tantum honorarium.

Decennalia Imperii Cæſarei ab Alexandro edita hoc anno vult Pagius, cum hoc anno iniret tantum annum nonum Cæſarei Imperii, & Tribunitiæ Poteſtatis. Hoc deducit Pagius ex Nummo antiquo apud Erizzum. Putat ille fortaſſe Alexandrum anticipaſſe ſua Decennalia, cum proximè ſuſcepturus eſſet Perſicam expeditionem, atque in Orientem migraturus. Quod ſi verum eſſet, celebraviſſet Decennalia duobus ante annis, nam ſecundum Quinquennium Imperii ſui Cæſarei completurus erat tantum anno Chr. 231. quod tamen veroſimile non videtur, nec ille Nummus, quem Pagius in ſuam rem trahit, plenam fidem facere poteſt, cum ſit unus, & ex parte eraſus, ut Pagius ipſe teſtatur.

Hoc anno Alexander ſocia periculorum Mammea matre in Orientem profectus eſt cum exercitu, cum Artaxerſes Romanorum provincias incurſaret. Hæc profectio ſequuta eſt primo vere, nam per æſtatem belligeratum eſt, ac Romanorum exercitus partim itineris per Armeniam labore, partim pugna cum Perſis attritus eſt, atque imminutus, ægrotante interim graviter

Ale-

Alexandro. Ita Pagius ex Herodiano ad hunc annum num. XI.

Origenes a Mammæa Antiochiæ commorante Antiochiam accerſitur, atque ab ea cognoſci, & audiri deſideratur. Ita Pagius ex Euſebio, & Hermanno Contracto.

Blanchinus Alexandri Perſicam expeditionem in annum ſequentem differt. Origenes Presbyter hoc anno ordinatur à Zebenno Alexandriæ Epiſcopo, qui hoc anno ſucceſſit Phileto Epiſcopo mortuo. Ita Pagius de hoc anno loquens, ad annum antecedentem.

Anno ab U. C. 982.
Olymp. CCLII. Anno II.
Ær. Chr. 230.
M. AURELII SEVERI ALEXANDRI
IMP. AUG. 8. 9.
URBANI PONT. 8. 9.
PONTIANI PONT. 1.

L. VIRIUS AGRICOLA.
SEX. CATIUS CLEMENTINUS. } Coſs.

Quod ad cognomina Conſulum hujus anni ſpectat, de illo Agricolæ omnes antiqui Chronologi, excepto Caſſiodoro, & Proſpero, qui longè alios Conſules nominant, omnes conveniunt. De illo verò *Clementini* conſentiunt novem Leges antiquæ Agricola, & Clementino ſubſcriptæ, Anonymus Noriſianus, & Bucherii fragmentum. Idatius, Chron. Alexandrinum, & ſeptem aliæ Leges Agricolam, & Clementem habent; Cuperus, & Altingius antiquam Inſcriptionem proferunt, ſubſcriptis Agricola, & Clementiano Coſs. Sed Clementinus, Clemens, & Clementianus idem ſunt, ſicuti Dio, & Dionyſius ſcribitur, qui Conſul fuit anno antecedenti in veteri Inſcriptione Gruteriana, quam profert Relandus; ſed omnem tollit dubietatem vetus Inſcriptio Gruteriana ad pag. 300. ſubſcripta *L. Virio Agricola, & Sexto Catio C.... ...ino Coſs.* Clementinum autem intelligi debere conſtat ex prima, & ultimis tribus litteris, & ex ſuperius dictis. Cur autem Caſſiodorus, & Proſper obtrudunt Conſules hoc anno Gratum, & Seleucum: Faſti verò Florentini majores, & minores Priſcillianum, & Agricolam, diſcutere, ariolari eſt.

Pagius vult hoc anno ab Alexandro Decennalia ſui Auguſtalis Imperii celebrata, cum nondum compleverit Decennium Caſarei, ac Mediobarbum reprehendit, qui hæc Decennalia Auguſtalis Imperii differt in annum Chriſti 232. Nos in hoc Mediobarbo adhæremus, quidquid objiciat Pagius, qui multa quidem in ſuam rem dicit, at nihil certi concludit.

Hoc anno Alexandrum in Oriente commoratum eſſe, ac bellum Perſicum inſtauraſſe crediderim, donec de Perſis aliqua victoria relata, aut ſaltem Artaxerſe intra ſui Regni fines repreſſo, Romam ſequenti anno redierit, ac triumphum duxerit, quem ridiculum eſſet duxiſſe, cum potius belli anno primo Romanus exercitus à Perſis attritus, & cæſus ſit, ut patet ex Herodiano. Duos annos Alexandrum in Oriente traduxiſſe etiam Blanchinus exiſtimat, licet ejus profectionem, & ejus reditum anno pleno poſt nos retardet.

S. Urbanus Pontifex die 23. Maji martyrium ſubit, ac deponitur die 25. cum ſediſſet a ſua Ordinatione Epiſcopali ad ſuam depoſitionem annos VIII. menſes XI. dies XII. Fuit enim ordinatus Epiſc. anno Chr. 221. 13. Jun. S. Pontianus in ejus locum eligitur. Ordinatur die Dominica, 29. Auguſti, eique tribuuntur Pontificatus anni V. menſes II. dies II. Ita Blanchinus.

Martyrium Sanctæ Cæciliæ Virginis ponitur hoc anno a Blanchino, ſed malim anno antecedenti; nam ex ejus actis præmortua videtur Urbano.

XXXVII. Ludi Agonales Capitolini hoc anno Romæ editi ſunt.

Anno ab U. C. 983.
Olymp. CCLII. Anno III.
Ær. Chr. 231.
M. AURELII SEVERI ALEXANDRI
IMP. AUG. 9. 10.
PONTIANI PONT. 1. 2.

CIVICA POMPEJANUS.
PELIGNIANUS. } Coſs.

A Ita ex Idatio, Anonymo Noriſiano, Bucherii fragmento, Chron. Alexandrino, faſtis minoribus Florentinis, & antiqua Inſcriptione Gudiana, in qua habetur etiam vel nomen, vel prænomen *Civica* additum *Pompejano*, Relandus, atque Blanchinus. Etiam Pagius, licet haud legerit Gudianam Inſcriptionem, habet tamen hoc anno Conſules Pompejanum, & Pelignianum, ex Chron. Damaſi, Codice Juſtinianæo, & faſtis Theonis, præter duodecim antiquas Leges *Pompejano*, & *Peligno*, hoc eſt Peligniano ſubſcriptas.

Omitto Caſſiodorum, & Caſſiodori exſcriptorem Proſperum, & eum ſequutos Baronium, Panvinium, & Marianum Scotum, qui mendoſe Felicianum pro Peligniano ſubtrudunt, & faſtos majores Florentinos, qui pro *Pompejano*, *Commodum* ſcribunt. Jam enim ex antedictis patet hos à vero aberraſſe.

B Alexander hoc anno Decennalia ſui Cæſarei Imperii edidit, & vota ſuſcepta ſunt pro Vicennalibus, ut bene Blanchinus monet ex Nummis Mediobarbi, à quo etiam producitur Nummus inſcriptus *Victoria Perſica*, quam anno antecedenti retulit Alexander, ut ibi monuimus.

Hoc anno Alexander ex Oriente Romam regreſſus triumphum de Perſis ducit, ſuorum Decennalium Cæſareorum occaſione VII. Cal. Octobris, quidquid Pagius contradicat, qui anno antecedenti vult triumphaſſe Alexandrum de Perſis, & quidquid Blanchinus objiciat, qui Alexandri reditum, & triumphum transfert in ſequentem annum.

Anoo ab U. C. 984.
Olymp. CCLII. Anno IV.
Ær. Chr. 232.
C M. AURELII SEVERI ALEXANDRI
IMP. AUG. 10. 11.
PONTIANI PONT. 2. 3.

= = = = = = LUPUS.
= = = = = = MAXIMUS. } Coſs.

Ita ex Caſſiodoro, Idatio, Anonymo Noriſiano (hoc eſt a Noriſio edito, non à Cuſpiniano corrupto) Proſpero, Bucherii fragmento, Chron. Alexand. faſtis Florentinis majoribus, & minoribus (in quibus legitur mendosè Lumpus pro Lupus) quinque Legum ſubſcriptione, & antiqua Inſcriptione, quam Relandus producit ex Cupero, Fabretto, & Altingio, omnes Chronologi recentiores, rejecto Junii nomine, quem ex Panvinii conjectura Mediobarbus adjungit Lupo. Panvinius tamen ſcribit Julius, non Junius, ut perperam Mediobarbus.

D Imp. Alexander hoc anno Decennalia ſui Auguſtalis Imperii edidit, & vota ſuſcepta ſunt Romæ pro Vicennalibus, ut optime docet Mediobarbus ad antecedentem annum ex Nummis ſuis, atque ad hæc referendum eſt Congiarium populo Romano datum. Neque obſtant Regulæ a Pagio in ſua Diſſertatione Hypatica propoſitæ, quod ſemper his Decennalibus, Vicennalibus, Quinquennalibus, aut Imperator ipſe Conſulatum iniret, aut qui bis Conſul eſſet, nec, niſi Conſul, Imperaror triumpharet; nam fuit hæc quidem conſuetudo, ſed aliquando aliter factum ipſe Pagius conſitetur.

Res hoc anno feliciter geſtæ ſunt in Mauritania Tingitana per Furium Celſum, in Illyrico per Varium Macrinum, in Armenia per Junium Palmatum. Ita Blanchinus ex Thoma Lydiat.

Floret hiſce temporibus Gregorius Thaumaturgus
E Origenis Diſcipulus cum fratre Athenodoro. Ita Petavius ex Euſebio.

Ammonius Chriſtianus Alexandriæ Platonicam Philoſophiam profitetur, cjuſque diſcipulus eſt Porphyrius. Ita Petavius ex Porphyrio.

Aono ab U. C. 985.
Olymp. CCLIII. Anno I.
Ær. Chr. 233.
M. AURELII SEVERI ALEXANDRI
IMP. AUG. 11. 12.
PONTIANI PONT. 3. 4.

= = = = = = MAXIMUS.
= = = = = = PATERNUS. } Coſs.

Ita ex Caſſiodoru, Idatio, Anonymo Noriſiano, Proſpero, Bucherii fragmento, faſtis Florentinis majo-

majoribus, & minoribus, Chron. Alexandrino, Theone, & Heraclio, atque antiqua Inſcriptione, quam profert Relandus, necnon ex plurium Legum ſubſcriptione omnes Chronologi recentiores, licet aliquæ aliæ Leges, & vetus Inſcriptio Gudiana Paterum pro Paterno ſubtrudant, quod idem eſſe evincitur ex aliis documentis hic loci adductis; rejecto *Ovinii* nomine, quod ex levi Panvinii conjectura Mediobarbus adjungit Paterno. Leges illæ, quæ Maximo iterum Conſule, atque etiam III. Conſule ſubſcriptæ ſunt, addita à poſteris numerali nota, corruptæ ſunt.

Germani Rhenum, Danubiumque tranſgreſſi Provincias Romanorum depopulantur, de quibus Alexander admonitus, cum eſſet Antiochiæ duobus ab hinc annis, ſollicitatus ad reditum fuit. Hoc igitur anno Alexander Germanicæ expeditioni exercitum parat.

Anno ab U. C. 986.
Olymp. CCLIII. Anno II.
Ær. Chr. 234.
M. AURELII SEVERI ALEXANDRI
IMP. AUG. 12. 13.
PONTIANI PONT. 4. 5.

= = = = MAXIMUS II. } Coſs.
C. CÆLIUS URBANUS. }

De Maximo II. & Urbano Coſs. teſtes adſunt Caſſiodorus, Idatius, Proſper, Anonymus Noriſianus, Bucherii fragmentum, Chronicon Alexandrinum, Faſti majores, & minores Florentini, tres Leges hiſce Coſs. ſubſcriptæ, & vetus Inſcriptio Reineſii apud Relandum. Prænomen autem, & nomen Urbano addidimus ex alia antiqua Inſcriptione Reineſiana apud eumdem Relandum, quam citat & Pagius, juxta quam nos etiam cum Pagio, Relando, & Blanchino, idem nomen, & prænomen Urbano addidimus. Quod ad cognomina pertinet nihil eſt controverſiæ inter antiquos, & recentiores Auctores. Notandum tantum, quod Maximus hic iterum Conſul notatus idem non eſt, qui fuit anno præterito; nam ſoli Imperatores hunc ſibi honorem tribuebant, ut Conſules eſſent ſucceſſivè per plures annos, ut monet Pagius ad hunc annum.

Quindecennalia hoc anno ſui, vel Cæſarei, vel Auguſtalis Imperii vult Pagius edidiſſe Alexandrum, omnino extra conſuetum tempus. Ridicula eſt ratio qua nititur. Ea enim eſt, quod hoc anno Maximus fuerit iterum Conſul. Judicet Lector eruditus.

Alexander hoc anno profectus eſt ad bellum Germanicum, ac primò venit ad Rheni ripas, ubi ſtrato ex navigiis ponte viam ſuis aperuit ad debellandos Germanos. Ita Pagius ex Herodiano, & duobus Mediobarbi Nummis.

Hippolitus Parmenſis Alexandro contemporaneus in excerptis apud Caniſium Tom. II. à Paſſione Chriſti ad hunc annum XIII. Alexandri computat annos 206. qui etiam noſtræ Chronologiæ reſpondent ſtatuentis mortem Chriſti ad annum Chriſti vulgarem 28. Ita Blanchinus.

XXXVIII. Ludi Agonales Capitolini hoc anno Romæ editi ſunt.

Anno ab U. C. 987.
Olymp. CCLIII. Anno III.
Ær. Chr. 235.
M. AURELII SEVERI ALEXANDRI
IMP. AUG. 13. 14.
C. JULII MAXIMINI IMP. AUG. 1.
PONTIANI PONT. 5. 6.

= = = = = = SEVERUS. } Coſs.
= = = = = = QUINCTIANUS. }

Ita ex Caſſiodoro, Idatio, Anonymo Noriſiano, Proſpero, Anaſtaſio, Bucherii fragmento, Chronico Alexandrino, & Damaſi Chron. Pagius, & Relandus. Mediobarbus, & Blanchinus ex Panvinii Inſcriptione hæc Quinctiano dant nomina L. Rangoni Urinarii Lartii, qui in eadem vir Conſularis dicitur. Hæc nos non addidimus, incerti an hic ille eſſet: Nihilominus ea non reprobamus. In aliquot Caſſiodori Codicibus legitur Quinctilianus pro Quinctianos, at mendum putamus, quia Proſper ejus exſcriptor ſcribit Quinctianum, non Quinctilianum.

Hoc anno die 14. Martii in Gallia militari tumultu Alexander cum Mammæa matre ſua interficitur annos natus 29. menſes 5. dies 14. cum imperaſſet annos XIII. dies IX. ut computat Pagius, qui corrigit Lampridium ſcribentem Alexandrum vixiſſe annos 29. menſes tres, dies ſeptem, cum vixerit quidem annos 29. ſed menſes V. dies XIV. Natus eſt enim Alexander Severus Cal. Octobris anni Chr. 204. Cumque Alexander Magnus dicatur natus Cal. Octobris, ut conſtat ex Calendario veteri ab Hervarto, Bucherio, & Lambecio in lucem edito, hinc factum eſt puto, ut Lampridius dixerit Alexandrum Severum natum eſſe ea die, qua Alexander Magnus exceſſit è vita, cum potius ſcribere deberet ea die natum, qua natus Alexander Magnus.

Alexandrum Maximini juſſu interfectum refert Herodianus, cum antea Maximinus Imperium ſibi uſurpaſſet. Certum eſt Maximinum Gotho patre, Alana matre genitum acclamatum fuiſſe ab exercitu Imperatorem, nomenque aſſumpſiſſe C. Julii Maximini Imp. Aug., qui ſtatim Maximum filium ſuum Cæſarem, atque Imperatorem dixit aſſumpto nomine C. Julii Maximini.

Mortuo Alexandro Maximinus bellum Germanis intulit, & eorum Regiones depopulatus vicos incendit, recedentibus Germanis, tum in Pannoniam adventante hieme ſeceſſit, & Sirmii hiemavit, dictus propterea Germanicus, ut Pagius docet ex Jul. Capitolino. Sæviſſimè in Chriſtianos Maximinus graſſatus eſt Romæ per ſuos Urbis Præfectos, ut docet Petavius, atque hinc initium duxit ſexta Eccleſiæ perſecutio.

Hoc anno Pontianus Pontifex in exilio mortuus eſt Cal. Novembr. cum ſediſſet annos V. menſes II. dies II. Succeſſor eligitur Antherus die Dominica 22. Novembris, ex qua die ſedit menſem I. dies II. aut III. Ita Blanchinus in ſuis Notis ad Anaſtaſium pag. 178.

Anno ab U. C. 988.
Olymp. CCLIII. Anno IV.
Ær. Chr. 236.
C. JULII MAXIMINI IMP. AUG. 1. 2.
ANTHERI PONT. 1. 2.
FABIANI PONT. 1.

C. JUL. MAXIMINUS IMP. AUG. } Coſs.
JULIUS AFRICANUS. }

Ita ex duabus antiquis Legibus, quas recenſet Relandus, Caſſiodoro, Anaſtaſio in Vit. Pont. Rom. Proſpero, & Bucherii fragmento, & Epiſt. 1. Fabiani Papæ data Cal. Junii Maximino, & Africano Coſs. & Damaſi Chron. Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Almelovenius, Pagius, Tillemontius, Relandus, atque Blanchinus. De primi Conſulis prænomina, ac nomine, nihil eſt de quo dubitemus, quamvis in Chronico Alexandrino, in Faſtis Florentinis majoribus, in Idatio, atque in Anonymo Noriſiano legatur Maximus pro Maximinus, ſed hoc non deſtruit, immo confirmat eumdem eſſe hoc loco Maximum, & Maximinum, ſicuti Maximini etiam filius vocatur promiſcuè Maximus, & Maximinus. Ita ſuperius Dionyſium pro Dione, Pelignum pro Peligniano &c. aliquando ſumi docuimus. De nomine verò Africani, nihil Relandus addit documenti per quod illi addat *Julii* nomen, quod quidem addit illi etiam Panvinius cum ceteris recentioribus Chronologis, ſed nemo documentum ullum in hanc rem profert. Eos ergo & ego, in hoc, more pecudum, ſequor.

De Maximino nihil hoc anno habemus, niſi quod Germaniam per 400. milliaria devaſtarit, & Germanici nomen aſſumpſerit juxta Blanchinum, ſed hoc bellum cœptum eſt ſaltem anno antecedenti, ex quo Germanici datum nomen diximus, quod tamen hoc anno tantum aſſumpſit, ut docet Mediobarbus ad hunc annum in Maximino.

Antherus Pontifex die 3. Januarii martyrio coronatur, cum ſederit menſem unum, ac dies duos. Blanchinus in ſuis Notis ad Anaſtaſium pag. 138. Vide Pagium ad hunc annum num. II. III. IV. Fabianus die 4. Januarii Columbæ ſupervolantis indicio Pontifex eligitur, & ordinatur die Dominica XI. Decembris. Ita Blanchinus.

Anno ab U. C. 989.
Olymp. CCLIV. Anno I.
Ær. Chr. 237.

C. JULII MAXIMINI IMP. AUG. 2. 3.
ANTONII GORDIANI SEN. IMP. AUG. 1.
ANTONII GORDIANI JUN. IMP. AUG. 1.
CLODII PUPIENI MAXIMI IMP. AUG. 1.
D. CÆLII BALBINI IMP. AUG. 1.
FABIANI PONT. 1. 2.

P. TITIUS PERPETUUS. } Coſs.
L. OVINIUS CORNELIANUS. }

Ita ex Caſſiodoro, Idatio, Proſpero, Anonymo Noriſiano, Bucherii fragmento omnes ferè Chronologi recentiores, quamvis Corneliani corruptum legatur nomen in *Cordimanum* in Faſtis majoribus Florentinis, atque etiam in minoribus, aut in *Cordianum*, aut in *Corduanum* in aliis, aut in *Coriolanum* in antiqua Inſcriptione apud Gruterum 23. 10. Panvinius, & ſequuti Panvinium Petavius, Mediobarbus, & Pagius addunt utrique Conſuli prænomen ſuum, & nomen ut expoſuimus, ex vi duarum Inſcriptionum, quas Panvinius producit, in quibus nominantur aut Conſules deſignati, aut viri Conſulares, quibus cum non ſit quod opponamus, eas amplectimur, & miramur Blanchinum illis non acquieſcere.

Hoc anno Antonius Gordianus Proconſul in Africa Imperator Auguſtus proclamatur ab exercitu circa diem 12. Aprilis, qua die contigit Eclipſis ingens Solis, hora poſt meridiem quarta, feria quarta, ut docet Pagius ex Calviſio, & aliis, atque acceptis proximo menſe Maji à Gordiano litteris Senatus, & Populus Romanus deficere cœpit à Maximino, ac tandem VI. Cal. Junii uterque Gordianus pater & filius à Senatu Romano Imperatores Auguſti acclamati ſunt, & Legati ubique miſſi, ut in Senatus poteſtate provincias continerent. Vitalianus Præfectus Prætorio, & Sabinus Urbis Præfectus occiſi ſunt Verum poſt menſes duos, & dies aliquot, patre Gord. à ſe ipſo, & filio ab exercitu in Africa interfectis in eorum locum Pupienus, & Balbinus Imperatores Auguſti ſuffecti ſunt Romæ, & Gordianus alter Gordiani Senioris ex filia nepos Cæſar deſignatus eſt à Senatu die 9. Julii. Nomen Pupieni erat Clodius Pupienus Maximus. Balbini vero nomen erat D. Cælius Balbinus. Maximini auctoritate deficiente, intepuit aliquantiſper & perſecutio in Chriſtianos. Vide Pagium ad annum antecedentem, ubi de hoc anno plura. Vide etiam Blanchinum ad hunc annum.

Anno ab U. C. 990.
Olymp. CCLIV. Anno II.
Ær. Chr. 238.

C. JULII MAXIMINI IMP. AUG. 3. 4.
CLODII PUPIENI MAXIMI IMP. AUG. 1. 2.
D. CÆLII BALBINI IMP. AUG. 1. 2.
M. ANTONII GORDIANI PII IMP. AUG. 1.
FABIANI PONT. 2. 3.

M. ULPIUS CRINITUS. } Coſs.
PROCULUS PONTIANUS. }

De primo Conſule hujus anni magna inter Chronologos controverſia eſt, cum enim legatur ſubſcriptum aliquot Legibus Ulpio, & Pontiano Conſulibus, atque in aliis omnibus antiquis Codicibus legatur *Pio & Pontiano*, vel *Pio & Proculo*, quod idem eſſe, mox oſtendemus, aliqui crediderunt nomen Ulpii, & nomen Pii idem eſſe, quod certè nos non admittimus, niſi aliquod ſolidum documentum afferatur. Ulpium profecto, & Pontianum vocat hos Cenſorinus, qui hoc anno ſcribebat librum de die natali, nec eum deceptum fuiſſe cenſendum eſt. Ulpius igitur, ut credimus, iniit Conſulatum Cal. Januarii, ut Conſul Ordinarius, illumque geſſit uſque ad obitum Pupieni, & Balbini, quibus in Agone Capitolino interfectis, Gordianus Cæſar, XIII. annos natus, vel XIV. ſolus Imperator Auguſtus eſt appellatus, & Pius. Cum autem, ut Pagius docet, inter diem XIV. Martii, & ante exitum Maji Capitolinus Agon celebraretur, atque habeamus Legem Pio, & Pontiano Conſulibus ſubſcriptam IV. Cal. Aprilis, hoc eſt die 29. Martii, ideo dicendum eſt Pupienum, & Balbinos Auguſtos interfectos fuiſſe menſe Martii, nempe paullo poſt diem XIV. Martii. Hæc verò Lex fert ſupraſcriptum nomen Gordiani Auguſti. Eſt autem Lex 2. C. quomodo, & quando Jud. Sent. prof. eamque ita notat Relandus. Quare autem alia ſit Lex Pio, & Pontiano Conſulibus ſubſcripta ipſis Cal. Januarii, mendum excidiſſe putaverim in ſubſcriptione. Nihil enim facilius quam ſcribere Cal. Jan. pro Cal. Jun. Calendis igitur Junii ſubſcripta Lex eſt non Calendis Januarii. Menſe autem Junii Gordianus erat Imperator Auguſtus. Ulpius autem ab antiquis Chronologis hoc anno non memoratur, niſi à Cenſorino, quia fortaſſe interfectus fuit cum Pupieno, & Balbino, & eraſum fuit illius nomen ex Faſtis. Cur autem Blanchinus addiderit Ulpio Criniti cognomen, & Marci prænomen, haud nobis liquet, niſi ex Panvinio, qui ſcribit hunc M. Ulpium Crinitum fuiſſe iterum Conſulem ſub Valeriano. Suffectus eſt igitur in locum Ulpii circa Idus Martias, ut legitur in Inſcriptione antiqua a Pagio producta:

AN. PIUS.

Annius autem legendum, non Antoninus conſtat ex veterum ſcribendi more, apud quos littera A. ſignificat *Aulus*, litteræ An. ſignificant *Annius*, ut ſæpius videre eſt à principio instituti Conſulatus. Proculum eſſe Pontiani Conſulis nomen, docet ipſa diſcordia veterum monumentorum, quorum alia *Proculum*, alia *Pontianum* nominant, eundemque propterea Conſulem omnes ferè Chronologi recentiores exiſtimant, & admittunt.

Hoc anno fuit altera Solaris Eclipſis Romæ, ſpectata die ſecunda Aprilis horis matutinis. Ita Blanchinus ex tabulis Aſtronomicis.

Maximinus Imp. Aug. audita utriuſque Gordiani cæde, ac deinde ſubſtitutione Pupieni, & Balbini in eorum locum à Senatu facta ex Pannonia ad Italiæ fines venit, dumque Aquilejam obſidet, annonæ penuria exercitu laborante ab exercitu una cum filio trucidatus eſt poſt diem XIV. Martii, ut oſtendit Pagius ex Noriſio. Quod autem Eutropius referat Maximinum a Pupieno Aquilejæ occiſum, aut intelligendum puto Pupieni mandato, aut ab altero Pupieno, quia Pupienus Aug. circa hoc tempus degebat Romæ, atque interfectus eſt, ut ſuperius diximus.

XXXIX. Ludi Agonales Capitolini hoc anno Romæ editi ſunt.

Anno ab U. C. 991.
Olymp. CCLIV. Anno III.
Ær. Chr. 239.

M. ANTONII GORDIANI PII IMP. AUG. 1. 2.
FABIANI PONT. 3. 4.

M. ANTONIUS GORDIANUS }
IMP. AUG. } Coſs.
M'. ACILIUS AVIOLA. }

De primo hujus anni Conſule conveniunt omnes antiqui, & recentiores Chronologi. De ſecundo, ſi cognomen ſpectes, omnes quoque Chronologi antiqui, & recentiores, exceptis minoribus Faſtis Florentinis, qui corrupti ſunt, una voce concordes eunt, atque etiam leges omnes editæ hoc anno, & omnes antiquæ Inſcriptiones. Inſcriptio autem Gudiana prænomen, & nomen addit Aviolæ M'. Acilii, ut apud Relandum videre eſt. Maximinus Auguſtus ſe Conſulem in hunc annum jam à principio antecedentis anni ſe deſignaverat, ſed eo interfecto, Gordianus hunc iniit, Ita Relandus ex Pagio ad hunc annum.

Mortuo Zebenno (apud alios, *Zebino*, & alios *Zebeno*, apud Pagium *Zebenno*) Epiſc. Antioch. ſuccedit Babylas. Ita Blanchinus, Petavius, & Calviſius ex Euſebii lib. VI. cap. XXIII.

Anno ab U. C. 992.
Olymp. CCLIV. Anno IV.
Ær. Chr. 240.

M. ANTONII GORDIANI IMP. AUG. 2. 3.
FABIANI PONT. 4. 5.

SABINUS II. } Coſs.
VENUSTUS. }

Ita ex Caſſiodoro, Proſpero, Anonymo Noriſiano, Bucherii fragmento, Jul. Capitolino, Gruteri

Lu-

Inſcript. 309. 6. & 22. Legibus Sabino, & Venuſto ſubſcriptis, quorum tredecim addunt Sabino numeralem notam II., ex quibus documentis patet corruptum eſſe Chron. Alexandrinum, in quo legitur *Albinus*, & Faſtos Florentinos majores in quibus legitur [illegible], pro Venuſto, & minores, in quibus legitur *Cornelianus* pro Venuſto, niſi fortaſſe Cornelianus eſt aliud cognomentum Venuſti. In Faſtis Theonis legitur *Sabinus II.*

Sabinianus in Africa adverſus Gordianum rebellat, ſed a Mauritaniæ Præſide opprimitur. Ita Blanchinus ex Petavio, Petavius ex Julio Capitolino.

Origenes Athenas proficiſcitur, ut ſuam ibi Bibliothecam inſtruat. Ita Blanchinus ex Calviſio.

Anno ab U. C. 991.
Olymp. CCLV. Anno I.
Ær. Chr. 241.

M. ANTONII GORDIANI IMP. AUG. 3. 4.
FABIANI PONT. 5. 6.

M. ANTONIUS GORDIANUS IMP. AUG.
CIVICA POMPEJANUS. } Coſs.

Omnes antiqui, & recentiores Chronologi, ut conſtat apud Relandum, & omnes Inſcriptiones antiquæ, & Leges omnes, quas producit idem Relandus conveniunt in hos Conſules, exceptis quibuſdam Codicibus, in quibus mendosè legitur, Papinianus pro Pompejano, cui additum nomen Civica, oſtendunt duæ Inſcriptiones antiquæ, una Græca Reineſii, & altera Latina Cuperi, quas producit idem Relandus.

Hoc anno Gordianus uxorem duxit Furiam Sabinillam Tranquinillam Miſithei viri præſtantiſſimi filiam, cujus viri conſiliis Gordianus in omnibus utebatur, & quem Philippus interfeciſſe propterea creditur. Ita Pagius, & Mediobarbus ad hunc annum, ad quem propterea Pagius refert a Gordiano ſui Cæſarei Imperii Quinquennalia celebrata, eum tamen hoc anno tantum ſui primi Quinquennii annum ultimum inchoaret Nuptiæ enim Imperatorum in Quinquennalibus, & id genus feſtis celebrari conſueverunt, ut ipſe docet.

Artaxerſes Perſarum Rex cum annos XIV. & menſes X. regnaſſet, hoc anno mortuus eſt, eique ſucceſſit Sapores, qui jacturis ingentibus Romanos affixit. Ita Pagius, qui ex Julio Capitolino his Conſulibus ortum refert bellum Perſicum cum Sapore, qui Meſopotamiam, & Syriam invaſit. Ita Pagius & Blanchinus ex Calviſio, Calviſius ex Agathia.

Anno ab U. C. 994.
Olymp. CCLV. Anno II.
Ær. Chr. 242.

M. ANTONII GORDIANI IMP. AUG. 4. 5.
FABIANI PONT. 6. 7.

C. VETTIUS ATTICUS.
C. ASINIUS PRÆTEXTATUS. } Coſs.

Quod ad cognomina pertinet Conſulum hujus anni ita ex antiquis Caſſiodorus, Idatius, Proſper, Anonymus Noriſianus, Bucherii fragmentum, Chron. Alexandrinum, faſti majores Florentini, Gruteri Inſcript. 309. 7. & Lipſii de Veſta cap. 15. ex recentioribus Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Pagius, Tillemontius, Relandus, atque Blanchinus, qui omnes addunt eadem illis prænomina, & nomina, ut expoſuimus & nos. Ea enim expreſſa habentur in tribus aliis antiquis Inſcriptionibos, quas producit Relandus ex Grutero 443. 6. & Marquardo Gudio. Diſcors ab aliis videtur ea quam proferunt ut ſupra Gruterus, & Lipſius; namque in ea legitur *Aufidius* pro Vettio, ſed vel illa corrupta fuit ab Exſcriptore, vel Aufidius eſt aliud nomen, vel cognomen Conſulis Attici.

Jani templo reſerato indicitur expoditio Perſica, quam ſuſcipit Gordianus per Mœſiam cum exercitu in Aſiam profectus vere primo, dumque per Mœſiam deſcendit in Thraciam, ibi totum recuperat, quidquid aut Maximinus aut Barbari Imperio Romano arripoerant; tum profectus ex Aſia Antiochiam, & Carrhas, Niſibin, & alia Oppida Miſithei ſoceri ſui opera de Perſis (quos intra fines ſuos compeſcuit) hoc anno recuperat. Ita Blanchinus ex Julio Capitolino.

XL. Ludi Agonales Capitolini hoc anno editi ſunt juxta morem.

Anno ab U. C. 995.
Olymp. CCLV. Anno III.
Ær. Chr. 243.

M. ANTONII GORDIANI IMP. AUG. 5. 6.
FABIANI PONT. 7. 8.

= = = = = = ARRIANUS
= = = = = = PAPUS. } Coſs.

Ita ex Caſſiodoro, Idatio, Proſpero, Anonymo Noriſiano, faſtis Florentinis majoribus, Julio Capitolino, & duabus antiquis Inſcriptionibus, quarum altera eſt Gruteri 168. num. 7. alia eſt Fabretti pag. 699. in quibus ſcribitur Arrianus cum duplici r. & Papus cum ſimplici p., varie autem ſcribontur ab aliis, nam aliqui Arianum nominant, alii Pappum. Chron. Alexandrinum ſcribit Aurilianom pro Arriano, qood conſtat eſſe procul dubio ex Arriano corruptum. Addere nomina, & prænomina hujus anni Conſulibus, ut faciunt ex Panvinio Petavius, & Mediobarbus, qui primum Conſulem nominant C. Juliam Arrianum, ſecundum vero Æmilium Pappum, eſt ſomnia vendere.

Hoc anno Gordianus, ut Pagius recte docet, ſui Auguſtalis Imperii Quinquennalia edidit, com tamen nec ipſe Conſul eſſet, nec iterum Conſul alter eſſet ex duobus expoſitis, ex quo corruunt Regulæ Conſulates (ut ſæpe ſuperius vidimus) à Pagio in Hypatica Diſſertatione propoſitæ.

Miſitheus Gordiani Socer, qui Præfectus Prætorio in Perſico bello Gordianum optimo ſuo conſilio dirigebat Philippi Arabis inſidiis interficitur, ac Philippus in ejus locom ſuffectus inviſum reddere nititur Gordianum militibus ex annonæ penuria. Ita Blanchinus ex Julio Capitolino in vita Gordiani.

Beryllus Arabiæ Epiſcopus circa hæc tempora de Chriſti divinitate non recte ſentiens ab aliis Epiſcopis condemnatur, ſed Origenes eum ad ſaniorem mentem reducit. Ita Petavius, & Blanchinus ex Euſebii Hiſt. lib. VI. cap. 25.

Anno ab U. C. 996.
Olymp. CCLV. Anno IV.
Ær. Chr. 244.

M. ANTONII GORDIANI IMP. AUG. 6. 7.
M. JULII PHILIPPI IMP. AUG. 1.
FABIANI PONT. 8. 9.

= = = = PEREGRINUS.
= = = = ÆMILIANUS. } Coſs.

Ita ex Caſſiodoro, Idatio, Proſpero, Anonymo Noriſiano, (qui tamen ſcribit Emilianum ſinu diphr.) Bucherii fragmento, Chron. Alexandrino, faſtis majoribus Florentinis, decem ac novem Legibus Coſs Peregriuo, & Æmiliano ſubſcriptis, & duabus antiquit Inſcriptionibos apud Fabrettum pag. 279., & 339. (quas producit Relandus) Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Almelovenius, Pagius, Tillemontius, Relandus, atque Blanchinus, quorum ſinguli excepto Relando, & Blanchino, addunt Æmiliano *Fulvii* nomen. Fabrettus addit ex antiqua Inſcriptione nomen Marei ſine alio nomine medio; putat enim Æmilianum hunc eundem eſſe, qui iterum Conſul fuir anno Chriſti 249., ſed & ille in aliis Inſcriptionibus nominatur Junius Æmilianus, & in alia M. Æmilianus. Quare incerti quid nominis demus, eum ſine nomine relinquimus, ut Relandus, atque Blanchinus relinquunt.

Philippus Arabs ſtatim ac Præfectus Prætorio in locum Miſithei ſubſtitutum ſe vidit, Gordianum inſidiis evertere ſtuduit, & quoniam data opera ſinebat res Imperii in deterius ruere, factum eſt ut à militibus quaſi Tutor illius ipſe una cum Gordiano Rempublicam adminiſtraret. Suſcepto igitur Imperio, eum Philippus in Gordianum ſe ſuperbiſſime ageret, fruſtra de illo Gordianus in Tribunali apud milites conqueſtus eſt, donec tandem Philippi juſſu interfectus eſt Gordianus annos natus 22. ut Capitolinus refert, ſed annos tantum 19. ut computat Herodianus. Volt enim hic Gordianum Imperatorem factum anno ætatis XIII., ille vero ætatis XVI. quod veroſimilius eſt. Die 2. Idus Martii hujus anni,

jam

jam Philippus cum Gordiano Imperator erat, & legem ſuo tantum nomine edidit. Aliam edidit ſuo nomine tantom Gordianus VII. Cal. Maji: ergo uſque ad hanc diem ſaltem vixit Gordianus. Cum enim eodem tempore Gordianus cum Philippo imperaret, nec inter ſe convenirent, unuſquiſque in particulari Leges emiſit, ut ſentit optime Pagius ad hunc annum. Gordianus igitur probabiliter interfectus eſt circa Cal. Maji hujus anni. Quod ſi, ut putamus, verum eſt, Gordianus ab Idibus Martii anni Chriſti 238. ad Calendas Maji hujus anni Imperavit annos VI. menſem I. dies circa 17.

Quod confirmatur etiam ex Nummis Mediobarbi, ex quibus conſtat illum attigiſſe ſeptimum Imperii annum, nam ſeptimum attigit Trib Pot., atque ex Euſebio qui refert eum ſex annis integris imperaſſe, atque ideo ſeptimum attigiſſe, quod etiam ex Oroſio colligitur, ut Pagius demonſtrat.

Imperium adeptos M. Julius Philippus ſolus, Cæſarem dicit filium ſuum M. Julium Philippum Juniorem, & Tribunitia poteſtate condecorat, quod contigiſſe vult Pagius dum M. Julius Philippus Senior cum filio ex Oriente hoc anno Romam redibat.

Philippus ex Oriente Romam profecturus ignobilem pacem cum Rege Perſarum facit, relicta ei Meſopotamia, & Aſſyria. Blanchinus ex Mediobarbo.

Audita hoc anno Romæ à Senatu indigna Gordiani cæde, & Philippi electione, Calviſius refert electum ſtatim a Senatu Imperatorem Marcum, ac deinde Hoſtilianum; utroque autem defuncto receptum à Senatu Philippum.

Anno ab U. C. 997.
Olymp CCLVI. Anno I.
Ær. Chr. 245.
M. JULII PHILIPPI IMP. AUG. 1. 2.
FABIANI PONT. 9. 10.

M. JULIUS PHILIPPUS IMP. AUG.)
JUNIUS TITIANUS.) Coſs.

Quod ad primum Conſulem ſpectat, atque ad cognomen ſecundi, recentiores omnes Chronologi ex Caſſiodoro, Idatio, Anonymo Noriſiano, Bucherii fragmento, faſtis majoribus Florentinis, antiqua Inſcriptione apud Sponium, atque apud Fabrettum, & 17. Legibus Philippo, & Titiano Conſulibus ſubſcriptis, conveniunt. Supereſt de nomine Titiani diſſerere, quem *Fabium* nominat Pagius, *Junium* vero Blanchinus, ac Relandus ex Gudiana Inſcriptione ſubſcripta *M. Julio Philippo Auguſto*, & *Junio Didiano* Coſs. Didianuoi pro Titiano mendoſe ſcriptum conſtat ex aliis documentis huc loci à nobis allatis. *Fabium* nominat Pagius ex Panvinio, qui refert circa hæc tempora vixiſſe Fabium quemdam Titianum Virum Conſularem, ſine alio documento. Scribendum eſt igitur *Junius Titianus*, ut fecimus.

Hoc anno Philippum cum filio Romam veniſſe cum Photino Philoſopho Calviſius ſcribit, & Boſram in Arabia reſtituiſſe, deducta eò Colonia, quam Philippopolim appellavit. Priſcum fratrem ſuum Philippus Syriaco exercitui præfecit, & Severinum generum ſuum Mæſiæ, ac Macedoniæ.

Anno ab U. C. 998.
Olymp. CCLVI. Anno II.
Ær. Chr. 246.
M. JULII PHILIPPI IMP. AUG. 2. 3.
FABIANI PONT. 10. 11.

= = = = PRÆSENS.)
= = = = ALBINUS.) Coſs.

Ita ex decem Legibus Præſente, & Albino Conſulibus ſubſcriptis, Caſſiodoro, Idatio, Proſpero, Anonymo Noriſiano, Bucherii fragmento, & Chronico Alexandrino, Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Almelovenius, Pagius, Tillemontius, Relandus, atque Blanchinus. Omnes quidem, excepto Relando, & Blanchino, dant ſua cuique Conſuli nomina, ac Præſenti dant nomen Bruttii, & Albino Nummii ex conjectura Panvinii. Nos hanc conjecturam ſine alio teſte vanam rejicimus, & ſola cognomina exponimus cum Relando, & Blanchino.

Philippus pace abrogata, bellum Perſis indicit, quod tamen ſtatim componitur, promittente Perſarum Rege Provinciarum reſtitutionem. Ita Blanchinus ex Mediobarbo.

Anno ab U. C. 999.
Olymp. CCLVI. Anno III.
Ær. Chr. 247.
M. JULII PHILIPPI SENIORIS IMP. AUG. 3 4.
M. JULII PHILIPPI JUNIORIS IMP. AUG. 1.
FABIANI PONT. 11. 12.

M. JULIUS PHILIPPUS SENIOR)
IMP. AUG. II.)
M. JULIUS PHILIPPUS JUNIOR) Coſs.
CÆSAR.)

Ita ex Caſſiodoro, Idatio, Proſpero, Anonymo Noriſiano, Bucherii fragmento, Chron. Alexandrino, faſtis majoribus Florentinis, & Lege 2. C. Gregor. de rei vindicat. his Coſs. ſubſcripta, omnes Chronologi recentiores.

Hoc anno qui juxta M. Varronem erat millenarius ab U. C. celebrati ſunt ab utroque Philippo ludi Seculares, atque ideo ambo Conſulatum ſimul inierunt ex aliorum Imperatorum more, qui Conſules ſe faciebant, quoties ſolemnia id genus feſta occurrebant. Conſtat ex hiſce ludis neutrum ex duobus Philippis Chriſtianum fuiſſe, ut docet Pagius ad hunc annum in Crit. ad Baron. num. VI. & ſequentibus, quod & aliis ſolidiſſimis argumentis oſtendit ad annum Chr 244. nec amplius ab alio Imperatore Seculares ludi ſunt editi, ut idem Pagius docet num. V. ad hunc annum.

Hoc quoque anno M. Julius Philippus Junior (qui prius vocabatur ex Aur. Vict. C. Julius Saturninus Philippus) à Patre dictus eſt Imperator Auguſtus annos natus X. Ita Pagius ad hunc annum num. II.

Anno ab U. C. 1000.
Olymp. CCLVI. Anno IV.
Ær. Chr. 248.
M. JULII PHILIPPI SEN. IMP. AUG. 4 5.
M. JULII PHILIPPI JUN. IMP. AUG. 1. 2.
FABIANI PONT. 12. 13.

M. JULIUS PHILIPPUS SENIOR)
IMP. AUG. III.)
M. JULIUS PHILIPPUS JUNIOR) Coſs.
IMP. AUG. II.)

Ita ex Caſſiodoro, Proſpero, Anonymo Noriſiano, Bucherii fragmento, Chron. Alexandr., Faſtis minoribus Florentinis, & antiqua Inſcriptione Gudiana (in qua tamen Philippus Junior Cæſar tantum dicitur) & alia apud Relandum e Bellorio (in qua ambo Philippi appellantur Auguſti) omnes Chronologi recentiores.

Mediobarbus, Petavius, Blanchinus, Relandus, & alii, hoc anno habitos referunt ſeculares ludos, quos Pagius refert celebratos anno antecedenti. Verum omnes inter ſe facilè conciliantur, namque annus millenarius ab U. C. incipiebat antecedenti anno in Palilibus, & complebatur in Palilibus hoc anno, hoc eſt XI. Cal. Maji, quare cum ludi hujuſmodi toto anno aliquando celebrarentur, ideo propter continuatos eoſdem ludos, & non propter Quinquennalia Philippi Senioris Auguſti, ut putat Pagius, quæ anno tantum ſequenti complebantur, ambo Auguſti Conſulatum etiam hoc anno inierunt. Vide Relandum.

Mortuo Donato Carthaginenſi Epiſcopo S. Cyprianus in ejus Cathedram hoc anno ſubſtituitur, & S. Dionyſius Alexandrinus Epiſcopus eligitur.

Anno ab U. C. 1c01.
Olymp. CCLVII. Anno I.
Ær. Chr. 249.
M. JULII PHILIPPI SEN. IMP. AUG. 5. 6.
M. JULII PHILIPPI JUN. IMP. AUG. 2. 3.
C. MESSII QUINCTI TRAJANI DECII IMP. AUG. 1.
FABIANI PONT. 13. 14.

MARCUS ÆMILIANUS II.)
JUNIUS AQUILINUS.) Coſs.

Quod ad cognomina Conſulum hujus anni pertinet, ita Caſſiodorus, Idatius, Proſper, Anonymus Noriſianus, Bucherii fragmentum, Faſti Florentini

rentini majores, Chron. Alexandrinum, tres antiquæ Inſcriptiones apud Gruterum, & alia apud Fabrettum pag. 635. in qua datur Æmiliano Marci nomen, & Aquilino nomen Junii, omnes Chronologi recentiores; non omnes tamen dant illis eadem nomina, quæ nos ex Fabretto eis dedimus; nam, ut refert Pagius, ex Urbe Smyrnenſi delatus eſt lapis ad Cuperum, in quo Æmilianus nominatur A. Pulvius Æmilianus Conſul II., ex quo lapide Fulvium Æmilianum nominat Pagius, qui Aquilino dat nomen Vectii, ſeu Veitii ex Panvinio. Vide Relandum, apud quem duæ Inſcriptiones addunt Æmiliano notam numeralem II. ſicuti & Theonis Faſti.

Hoc anno ab Illyrici, & Pannoniæ exercitu Decius Imperator Auguſtus eſt appellatus. Philippus Auguſtus circa menſem Maji adverſus Decium expeditionem ſuſcipit, & commiſſo cum Decii exercitu prælio apud Veronam, occiditur, & paullo poſt ejus etiam filius Romæ interficitur. Idibus Julii adhuc vivebat Philippus Senior Imp. Aug., ut probat Pagius ex Lege ab ipſo lata. Mortuus eſt igitur intra ultimos quindecim dies Julii; menſe enim Auguſti jam Decius imperabat; quare à Calendis Maji anni Chr. 244. ad extremum Julii hujus anni imperavit Philippus Senior annos V. menſes II., ac dies ferè XX. ejuſque filius cum patre imperavit annos circiter duos.

Poſt utriuſque Philippi mortem Decius à Senatu Romano Imperator Auguſtus acceptus eſt, & conſuetis honoribus tituliſque condecoratus. Cogente autem Senatu Decium Juniorem filium ſuum Cæſarem Decius appellavit.

Decio imperante ſeptima Eccleſiæ perſecutio cœpta eſt, cum ille quidem optimus Imperator eſſet, at nimis Gentilium ſuperſtitionibus addictus. Ita Petavius, Pagius, & Blanchinus ex Euſebii Chronico, & Hiſtor. lib. VI. cap. 22. & Oroſio.

Anno ab U. C. 1002.
Olymp. CCLVII. Anno II.
Ær. Chr. 250.

C. MESSII QUINCTI TRAJANI DECII
IMP. AUG. 1. 2.
FABIANI PONT. 14. 15.
CORNELII PONT. 1.

C. MESSIUS Q. TRAJANUS DECIUS IMP. AUG. II.)
MAXIMUS GRATUS.) Coſs.

Quod ad primum Conſulem ſpectat, atque ad cognomentum Collegæ ita ex Caſſiodoro, Idatio, Proſpero, Anonymo Noriſiano, Bucherii fragmento, Faſtis majoribus Florentinis, & ſex Legum ſubſcriptione omnes Chronologi recentiores. Decius autem fit iterum Conſul hoc anno ab una ex dictis Legibus, quas Relandus recenſet, ab Idatio, Anon. Noriſ., & Bucherii fragmento. Quod verò ad nomen Grati ſpectat, Maximum eum nominat Cornelius Papa in duabus ſuis Epiſtolis: Decio, & Maximo Coſs. ſubſcriptis. Chron. Alexandrinum habet Gratianum pro Grato. Panvinius nullum huic dat nomen, Petavius hunc nominat *Annium Maximum Gratum*. Mediobarbus, Pagius, & Relandus, Annium Gratum vocant. Quo documento, ignoratur. Suffectus eſt hoc anno in locum Grati, ut docet Blanchinus in Notis ad Anaſtaſ. Tom. II. pag. 198.

Q. HERENNIUS DECIUS CÆSAR D. IMP. F.

Quod autem Decius Senior hoc anno iterum Conſul ponatur, oppugnata illorum parte, qui putant Decium ſuffectum fuiſſe anno antecedenti, Pagius aſſerit fuiſſe Conſulem ſuffectum imperante Philippo, ut colligit ex vita S. Genulphi Epiſcopi Cadurcenſis, & Martyris. Vide Pagium ad hunc annum in Crit. ad Baron. num. II.

Sæviente magis ac magis ſub Decio in Chriſtianos perſecutione, ac præſertim in eos, qui Clericali Ordini adſcripti erant; Fabianus Pontifex martyrio coronatus eſt, & depoſitus die XIII. Cal. Febr. hoc eſt die 20. Januarii, cum ſediſſet a die XI. Decembris anni Chriſti 236. ad diem ſuæ depoſitionis annos XIII. menſem I. dies X. Vacavit Sedes uſque ad diem 2. Junii, qua electus eſt Cornelius, cui tribuuntur Pontificatus anni II. menſes III. dies XV. uſque ad ejus martyrium, quod paſſus eſt die 16. Sept. anni Chr. 252. Ita Blanchinus ex Catalogo Liberiano. Lucius ordinatur Epiſcopus Vicarius à Cornelio Cal. Decembr. die Dominica.

XLII. Ludos Agonales Capitolinos hoc anno celebrari oportebat.

Anno ab U. C. 1003.
Olymp. CCLVII. Anno III.
Ær. Chr. 251.

C. MESSII QUINCTI TRAJANI DECII
IMP. AUG. 2. 3.
TREBONIANI GALLI IMP. AUG. 1.
HOSTILIANI DECII IMP. AUG. 1.
CORNELII PONT. 1. 2.

C. MESSIUS Q. TRAJANUS DECIUS IMP. AUG. III.)
Q. HERENNIUS ETRUSCUS DECIUS CÆSAR II.) Coſs.

Ita ex Idatio, Anonymo Noriſiano, Bucherii fragmento, Trebellio Pollione in vita Valeriani, Chronico Alexandrino, Faſtis majoribus Florentinis, & Damaſi Chronico Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Almelovenius, Pagius, Tillemontius, Relandus, atque Blanchinus. Caſſiodorus, & Proſper Decium, & Ruſticum nominant Conſules hujus anni, ſed Ruſticum eſt corruptum ex Etruſco, ut bene Panvinius notat, & Relandus. Conſulem ſecundum ita nominari, ut nos expoſuimus, conſtat ex Ruperto in Hiſt. Univerſ. pag. 359. ex Nummis, & Lapidibus, quod Pagius quoque, Relandus, atque Blanchinus confirmant.

Decius Auguſtus VI. Cal. Novembris hujus anni adhuc vivebat. Hac igitur die 27. Octobris ex S. C., & Decreto Decii Imp. Aug. collata eſt Valeriano, qui poſtea Imperator Aug. fuit, ſumma cum poteſtate Cenſoria dignitas, jamque Decius Bellum ſuſcepturus erat in Gothos, qui pleraque Thraciæ loca diripuerant. Profectus ergo Decius cum Herennio Cæſare adverſus Gothos à Barbaris victus eſt, & interfectus cum filio, cæſo ad internecionem Romanorum exercitu, quod contigit circa hujus anni finem, & protinus deſiit perſecutio. Abruti in Mœſia Decius occiſus eſt. Duos ex Herennia Etruſcilla filios habuit: Q. Herennium Etruſcum Meſſium Decium, & C. Valentem Hoſtilianum Meſſium Quintum. Imperavit Decius annos II. menſes IV., atque aliquot dies à Calendis Aug. anni Chr. 250. circa quas Imperator acclamatus eſt ad initium Decembris hujus anni. Decio circa initium Decembris extincto, acceptiſque Romæ de ejus interitu nuntiis, electi ſunt exeunte Decembri Trebonianus Gallus, & C. Valens Hoſtilianus, Decii filius alter natu minor, Imperatores Auguſti. Ita Pagius ex variis antiquis Auctoribus, ac præſertim ex Aurelio Victore.

Blanchinus vult Decium interfectum circa menſem Junii, eique mortuo ſubſtitutos Trebonianum Gallum, & C. Valentem Hoſtilianum. Voluſianum verò Treboni filium Cæſarem dictum, ex Aurelio Victore.

Extincto Decio Lucius Priſcus Imperium uſurpavit in Macedonia, & Julius Valens in Illyrico, ſed uterque confeſtim occiſus eſt.

Cornelius Roma proſcribitur ad Centum Cellas. Novatus, à quo Novatiani, errores ſuos Romæ diſſeminat. Ita Blanchinus ad hunc annum.

Anno ab U. C. 1004.
Olymp. CCLVII. Anno IV.
Ær. Chr. 252.

TREBONIANI GALLI IMP. AUG. 1. 2.
HOSTILIANI DECII IMP. AUG. 1. 2.
VIBII VOLUSIANI GALLI IMP. AUG. 1.
CORNELII PONT. 2. 3.
LUCII PONT. 1.

C. VIBIUS TREBONIANUS GALLUS IMP. AUG. II.)
C. VIBIUS VOLUSIANUS CÆSAR.) Coſs.

Ita ex Caſſiodoro, Idatio, Proſpero, Anonymo Noriſiano, Bucherii fragmento, Chron. Alexandrino, Faſtis majoribus Florentinis, Syncelli Chronogr., & duabus antiquis Inſcript. apud Gruterum 995. 9. & 1081. 2. Omnes Chronologi

logi recentiores. In une ex iſtis Inſcriptionibus Voluſianus nominatur Auguſtus, ut ejus pater Gallus, fuit enim paullo poſt etiam durante Conſulatu Auguſtus. Quod autem Trebonianus Gallus nominetur iterum Conſul ita conſtat ex Idatio, Proſpero, Anonymo Noriſiano, Bucherii fragmento, & antiqua apud Gruterum Inſcriptione, quam producit Relandus. A

Sub hiſce Coſs. Peſtis infenſiſſima graſſata per totum Orbem Terrarum dicitur, ac per annos XV. debacchata, ut docet Pagius ex Cedreno, & Zonara, Ita ille ad hunc annum in Crit. ad Baron. num. XXIV.

Hac lue Hoſtilianus Auguſtus abſumptus eſt, cum deſignatus fuiſſet Conſul cum Voluſiano in ſequentem annum, ut Pagius ex Aurel. Vict., & Nummo apud Goltzium. Zoſimus tamen refert Hoſtilianum à Treboniano adoptatum, ac deinde interſectum. Verum cur a Treboniano adoptatum credamus, cum Treboniano eſſet legitimus filius Voluſianus? B Qua die mortuus fuerit Hoſtilianus haud nobis conſtat. Vixiſſe annos XXII. refert Octavius de Strada, qui mortuum facit hoc anno ex peſtilentia M. Perpennam Licinianum, qui poſt mortem Hoſtiliani Romæ Imperator Auguſtus appellatus fueret; nec addit aliud. Verum Strada meo judicio fallitur, qui putat M. Perpennam Licinianum alium eſſe ab Hoſtiliano. Hoſtilianus erat idem qui Perpenna, ut colligit Caſaubonus ex Eutropio, & Hiſtoria Miſcella. Ita in ſuis Notis ad Imperatorum Vitas Tom. II. pag. 169., & 170. Hiſt. Aug. Edit. Holland. in 8. Imperavit Hoſtilianus è Cal. Decembr. anni antecedentis ad hunc paucos menſes, aut forte paucos dies.

Hoſtiliano mortuo Voluſianus Treboniani filius dictus eſt Imp. Aug. ante menſem Auguſti, ut docet Pagius ex antiqua Inſcript. ad num. I. ſequentis anni. C

Cornelius Pontifex hoc anno Romam ab exilio revocatus è Valeriano Cenſore, & Maximo Urbis Præfecto capite plectitur die 14. Septembris, atque in ejus Sedem ſubſtituitur Lucius die Dominica, 18. Octobris. Sedit Cornelius à die 2. Junii anni Chr. 250. uſque ad 14. Septembris hujus anni annos duos, menſes III. dies XII. Ita Blanchinus, qui tamen errat in numero dierum ſcribens X. pro XII., atque etiam erret nominando Valerianum Auguſtum, cum Auguſtus dictus non fuerit ante annum Chr. 253., ut oſtendit Pagius ad ſequentem annum.

Anno ab U. C. 1005.
Olymp. CCLVIII. Anno I.
Ær. Chr. 253.

C. VIB. TREBONIANI GALLI IMP. AUG. 2. 3. D
VIBII VOLUSIANI IMP. AUG. 1. 2.
P. LICINII VALERIANI IMP. AUG. 1.
P. LICINII GALLIENI IMP. AUG. 1.
LUCII PONT. 1. 2.

C. VIBIUS VOLUSIANUS IMP. AUG. II.
M. VALERIUS MAXIMUS. } Coſs.

Ita ex Caſſiodoro, Idatio, Proſpero, Anonymo Noriſiano, Bucherii fragmento, & Chron Alexandrino omnes Chronologi recentiores. Valerianum hoc anno Imperatorem factum ſe Conſulem ſuffeciſſe falſiſſimum eſt, ut oſtendit Pagius ad hunc annum adverſus Pearſonium.

Cum negligenter Imperium Gallus adminiſtraret, Scythæ Romanas provincias circe fines devaſtant, omnia diripiunt, ac ferro & igne conſumunt. E Gothi prædatum exeunt, & multas Europæ Civitates depopulantur, & occupant, aut diruunt. Perſæ Antiochiem totius Orientis Metropolim vaſtant. Scytharum verò multitudo vaga in Macedoniam, Theſſaliem, Græciam, atque etiam in Italiam incurſiones facit. Ita hæc Pagius ab initio uſque Imperii Treboniani Galli cœpte refert. C. Julius Æmilianus Pannoniæ Præfectus hoc anno Scythas aggreſſus præter expectationem, vagantes cædit, & diſſipat, tum in Italiam venient Imperatorem Auguſtum ſe dicit, cui uterque Imperator Trebonianus Gallus, & Voluſianus obviam profecti cum exercitu, ab eodem victi, cæſi, & ambo interfecti ſunt circa menſem Maji à ſuo exercitu deſerti, ac proditi apud Interamnam, ut docet Pagius ex Eutropio. Valerianus interea Tranſalpinarum Gentium Dux, qui ob inſtans bellum contractis in unum Copiis in Rhætia commorabatur, mortuo Gallo cum filio, Imperator Auguſtus dictus eſt una cum P. Licinio Gallieno ejus filio, quem ſibi in Imperio Conſortem Pater adſcivit, atque ipſe in Orientem profectus adverſus Perſas, Europæos exercitus filio Gallieno commiſit.

Audita ab Æmiliani exercitu (qui hunc Imperetorem Auguſtum in Mœſia acclemaverat, atque in Italiam ſequutus erat) Valeriani, & Gallieni electione, ab Æmiliano in partes Valeriani, & Gallieni deſcivit, & apud Spoletum eundem Æmilianum trucidavit circa menſem Septembris. Æmilienus ergo dictus Imp. Aug. in Mœſia circa menſes Maji, & Junii, uſque ad Septembrem imperavit tres vel quatuor menſes. Trebonianus Gallus à menſe Junii anni Chr. 251. ad menſem Maji hujus anni imperavit menſes XXIII. Voluſianus ejus filius e morte Hoſtiliani ad menſem Maji hujus anni imperavit circa unum annum. Ita ex Pegio, & aliis.

Lucius Pontifex in exilium pulſus anno antecedenti, hoc anno Epiſcopum ordinat, & ſibi Vicarium Stephanum die Pentecoſtes, 23. Maji. Ita Blanchinus in ſuis Notis pag. 211.

Anno ab U. C. 1006.
Olymp. CCLVIII. Anno II.
Ær. Chr. 254.

P. LICINII VALERIANI IMP. AUG. 1. 2.
L. LICINII GALLIENI IMP. AUG. 1. 2.
LUCII PONT. 1. 2.
STEPHANI PONT. 1.

P. LICINIUS VALERIANUS IMP. AUG. II.
P. LICINIUS GALLIENUS IMP. AUG. } Coſs.

Ita ex Caſſiodoro, Idatio, Proſpero, Anonymo Noriſiano, Bucherii fragmento, Chron. Alexandrino, Inſcript. antiqua apud Gudium, & alia Græca apud Gruterum, & lapide Luſitano omnes Chronologi recentiores. Valerianus antequam Imperium aſſequeretur virum Conſularem fuiſſe à Zoſimo dicitur, ex quo patet Conſulem ſuffectum fuiſſe, non Ordinarium, namque inter Ordinarios ante hunc annum à nemine recitatur. Hic per omnes honorum gradus ad Imperium pervenit, ut habemus apud Relandum ex Trebellio Pollione in ejus vita.

Valeriano Imperatore facto pax Eccleſiæ reddita eſt, nec ſublata eſt niſi quinto ejus Imperii anno, ut oſtendit Pagius ad annum antecedentem num. XX., atque ad hunc annum num. III.

Lucius tamen Pontifex hoc anno martyrio coronatur die 3. Martii, cum à ſua Ordinatione facta Cal. Decemb. ann. Chr. 250. ſederit annos III. menſes III. dies III. ut Blanchinus colligit ex antiquis Pont. Catalogis, & picturis Baſilicæ S. Pauli. A ſua tamen Ordinatione in Pontificem, nempe à die 23. Maji antecedentis anni ad diem 2. Martii hujus anni, menſes IX. dies X. Stephanus Pont. eligitur die 9. Aprilis.

XLIII. Ludi Agonales Capitolini hoc anno recurrebant.

Anno ab U. C. 1007.
Olymp. CCLVIII. Anno III.
Ær. Chr. 255.

P. LICINII VALERIANI IMP. AUG. 2. 3.
P. LICINII GALLIENI IMP. AUG. 2. 3.
STEPHANI PONT. 1. 2.

P. LICINIUS VALERIANUS IMP. AUG. III.
P. LICINIUS GALLIENUS IMP. AUG. II. } Coſs.

Ita ex Caſſiodoro, Idatio, Anonymo Noriſiano, Bucherii fragmento, Anaſtaſio in Vitis Pont. Rom. Chron. Alexandrino, & Legibus quatuor his Coſs. ſubſcriptis omnes recentiores Chronologi. Tam quatuor iſtæ Leges, quam Idatius, Anonymus Noriſianus, & Bucherii fragmentum addunt Valeriano notam III., & Gallieno notam II. repetiti Conſulatus.

Aurelianus hoc anno in Illyrico Gothos vincit, & diſſipat. Ita Blanchinus ex Nummis Mediobarbi.

Sixtus

A

Sixtus ordinatur à Stephano die Dominica 2. Septembris Epiſcopus, & ſui Vicarius. Ita Blanchinus in ſuis notis ad Anaſtaſium Tom. II. pag. 216.

Valerianus Auguſtus Gallienum alterum, Gallieni Auguſti filium, atque ideo nepotem ſuum, nempe Cornelium Valerianum Gallienum vulgo Saloninum Cæſarem nuncupavit, & Trib. Poteſtate inſignivit hoc anno, vel antecedenti. Ita Pagius ex nummis, & Aurel. Victor. in Epit. Antecedenti, hæc potius anno facta crediderim, quia cum mortuus ſit Saloninus anno Chr. 260. ſexto nempe Imperii ejus Cæſarei anno, ut colligit idem Pagius ex Patini Nummo, videtur potius anno antecedenti quam hoc factus Cæſar.

Anno ab U. C. 1008.
Olymp. CCLVIII. Anno IV.
Ær. Chr. 256.

B

P. LICINII VALERIANI IMP. AUG. 3. 4.
P. LICINII GALLIENI IMP. AUG. 3. 4.
STEPHANI PONT. 2. 3.

= VALERIUS MAXIMUS II. } Coſs.
= = = = = = GLABRIO. }

Quod ad cognomina Conſulum ſpectat ita ex Caſſiodoro, Idatio, Proſpero, Anonymo Noriſiano, Bucherii fragmento, Chron. Alexandr., faſtis Florentinis majoribus, & minoribus, Anaſtaſio in Vitis Pont. & antiq. Inſcript. apud Fabretum pag. 723. omnes Chronologi recentiores. Sunt & tres Leges antiquæ, quas recenſet Relandus, his Coſs. ſubſcriptæ, quarum duæ addunt Maximo notam iterati hoc anno Conſulatus, quam addit quoque Caſſiodorus. Panvinius autem Maximo addit nomen Valerii, quia credidit eundem eſſe, qui fuit Collega Voluſiano in Conſulatu anno Chr. 253., at ſi verum hoc eſſet, ſolus non eſſet Caſſiodorus ex antiquis Chronologis, qui hoc anno iterum Conſulem facit Maximum, namque Idatius, Proſper, Anon. Noriſ. Chron. utrumque Florent. & Inſcriptio apud Fabrettum, hanc numeralem notam non addunt. Alter eſt igitur Maximus hic ab illo, quem Panvinius putat. Fuit enim hic, ut putamus cum Pagio, Relando, & Blanchino, alter Valerius Maximus, qui anno antecedenti Præfectus Urbis erat, atque ideo Conſul tantum honorarius, ut alibi de aliis Urbis Præfectis diximus. Vide Pagium ad annum Chr. 203. num. III.

C

Valerianus Auguſtus hoc anno commendat nepotem ſuum Poſtumo Galliarum Præfecto, ut eum cuſtodiat, & erudiendum curet in bonis artibus, ad eum in Gallias a Patre miſſum. Ita Blanchinus. Gothi ab Aureliano Legionum Pannonicarum Duce vincuntur.

D

Cyprianus Carthaginenſis Epiſcopus habito Carthagine concilio, cui adfuerunt XXI. Epiſcopi, ſtatuit Hæreticorum baptiſmum admittendum non eſſe, atque ideo denuo baptizandos, qui ad Eccleſiam rediiſſent. Id etiam ſtatuerunt Firmilianus Epiſcopus Cæſareæ in Cappadocia, & Dionyſius Alexandriæ Epiſcopus in Ægypto, quibus auctoritate Apoſtolica obſtitit Stephanus, & alia Synodo Romæ habita Synodi Carthaginenſis, Cæſarienſis, & Alexandrinæ acta damnavit. Ita Petavius & Pagius ad hunc annum.

Anno ab U. C. 1009.
Olymp. CCLIX. Anno I.
Ær. Chr. 257.

E

P. LICINII VALERIANI IMP. AUG. 4. 5.
P. LICINII GALLIENI IMP. AUG. 4. 5.
STEPHANI PONT. 3. 4.
SIXTI PONT. I.

P. LICINIUS VALERIANUS IMP. AUG. IV. } Coſs.
P. LICINIUS GALLIENUS IMP. AUG. III. }

Ita ex Caſſiodoro, Idatio, Proſpero, Anonymo Noriſiano, Bucherii fragmento, Chron. Alexandrino, faſtis Florentinis majoribus, & minoribus, & quatuor Legibus ſubſcriptis hiſce Conſulibus cum numerali nota IV. primo Conſuli, & III. ſecundo Conſuli, ut habent Idatius, Anonymus Noriſianus, & fragmentum Bucherii. Caſſiodorus, & Proſper ter tantum Conſules utrumque faciunt, quia honorarios non admittunt. Faſti vero Florentini aliquando mendoſe ſcriptum habent Gallianum, aliquando Gallenum pro Gallieno.

A

Pagius more ſuo anticipat anno Quinquennalia Auguſtalis Imperii Valeriano, & Cæſarei Gallieno, qui tamen primum Quinquennium non complebant niſi anno ſequenti, atque ideo ratione Quinquennalium vult cœptam Chriſtianorum perſecutionem, ad quam à Macriano Ducum ſapientiſſimo, ſed Ethnico Valerianus impulſus fuit anno antecedenti, ut Pagius docet ex Dionyſio Alexandrino.

Valerianus relicto Romæ Gallieno, in Perſas, qui ſub Sapore Rege Syriam, Cappadociam, & Ciliciam depopulantur, movet, & Byzantii ſubſiſtit. Ita Blanchinus, & Mediobarbus.

B

Stephanus Pontifex hoc anno capite truncatur in ſua ſede ad Catacumbas die 2. Aug., cum ſediſſet à prima ſua ordinatione annos IV. menſes II. dies X. à die 23. Maji ad 2. Auguſti hujus anni. A die verò 9. Aprilis anni Chr. 254. ad 2. Auguſti hujus anni ſedit annos III. menſes III. dies XXIV. Ita ex Blanchino. Eligitur Sixtus die 24. Auguſti, cum ſedes vacaſſet dies 22.

Anno ab U. C. 1010.
Olymp. CCLIX. Anno II.
Ær. Chr. 258.

P. LICINII VALERIANI IMP. AUG. 5. 6.
P. LICINII GALLIENI IMP. AUG. 5. 6.
SIXTI PONT. 1. 2.

= MEMMIUS TUSCUS. } Coſs.
= = = = = = BASSUS. }

C

Quod ad Conſulum cognomenta pertinet, ita ex Caſſiodoro, Idatio, Proſpero, Anonymo Noriſiano, Bucherii fragmento, Chron. Alexande. Faſtis majoribus, & minoribus Florentinis, Faſtis Theonis, Damaſi Chronico, & octo Legibus horum Conſulum cognomento ſubſcriptis (excepto Panvinio, Petavio, & Baronio, qui ſequuti corruptam lectionem Trebellii Pollionis, & Flavii Vopiſci legunt Fuſcum pro Tuſco) Mediobarbus, Pagius, Relandus, Blanchinus, & alii fere omnes Chronologi recentiores. Admittimus tamen ex Flavio Vopiſco nomen Memmii additum Tuſco, ſive ut ipſe ſcribit Fuſco, nam *Tuſco* non Fuſco legitur in ejus codicibus manuſcriptis, ut mones Relandus.

D

Valerianus Perſarum fines cum exercitu ingreditur, atque interim Didius Lælius Ingenuus à Mœſiacis Legionibus in Pannonia Imp. Aug. dicitur, ſed à Gallieno victus in prœlio apud Murſiam ſe ipſum interimit. Ita Blanchinus, & Octavius de Strada in Imperatorum Vitis, qui tamen Ingenui mortem refere ad ſequentem annum.

Hoc anno, & non alio debuerunt Valerianus, & Gallienus ſua celebrare Quinquennalia Auguſtalis Imperii, non Cæſarei, nam eodem tempore dicti ſunt ambo Cæſares, & Imperatores Auguſti, Valerianus à Senatu, Gallienus a Patre. Atque ad hæc referendum eſt initium octavæ perſecutionis impulſu Macriani à Valeriano per ſuum decretum indictæ, ut bene notat ad hunc annum Blanchinus.

E

Sixtus Pontifex die 6. Auguſti martyrio coronatur, cum ſediſſet à die 2. Septembris, qua ordinatus primo fuit Epiſcopus anno Chr. 255. ad diem 6. Aug. hujus anni annos II. menſes XI. dies IV. à die vero 24. Auguſti anni Chr. 257. qua electus eſt Pontifex ad diem 6. Auguſti hujus anni menſes XI. & dies XII. Die 10. ejuſdem Auguſti Laurentius, & die 14. Septembris Cyprianus martyrii palmam referunt. Ita Blanch.

XLIV. Ludi Agonales Capitolini hoc anno celebrandi occurrebant.

Anno ab U. C. 1011.
Olymp. CCLIX. Anno III.
Ær. Chr. 259.

P. LICINII VALERIANI IMP. AUG. 6. 7.
P. LICINII GALLIENI IMP. AUG. 6. 7.
DIONYSII PONT. 1.

= = = = ÆMILIANUS. } Coſs.
= = = = BASSUS. }

Ita ex Caſſiodoro, Idatio, Proſpero, Anonymo Noriſiano, & alio Anonymo de Præf. V. Bucherii frag-

fragmento, Faſtis majoribus, & minoribus Florentinis, & Faſtis Theonis &c. omnes recentiores Chronologi, excepto Baronio, qui tranſilit Conſulatum hunc, & illum ſequentis anni, quia cum videret Imperium Diocletiani non poſſe negari cœptum anno Chr. 284. duo illi Conſulatus ſuperabundabant, quos niſi omiſiſſet, tranſtuliſſet initium ejuſdem Imperii in annum 286. contra manifeſtam veritatem. Vide Pagium ac Relandum ad hunc annum.

Valerianus Legatos ad Saporem hoc anno miſit, ut data pecunia, bello finem imponeret. Sapores illis reſpondit, ut ſecum in colloquium Imperator ipſe adveniret. Ille inconſultò cum paucis ad Saporem profectus, ab hoſtibus circumventus eſt in Meſopotamia, & captus ad Saporem ductus eſt, cui pro ſcabello, ut equum aſcenderet, inſervire compulſus, apud ipſum miſerrima captivitate conſenuit. Duos Valerianus reliquit filios, quorum alter P. Licinius Gallienus natu major appellabatur, alter P. Licinius Valerianus natu minor, quem poſtea Gallienus frater Cæſarem appellavit, ut ſuo loco videbimus. Gallienus vero duos alios filios habuit, quorum natu major vocabatur P. Licinius Cornelius Saloninus Valerianus, natu vero minor Q. Julius Saloninus Gallienus, qui poſt fratris mortem Cæſar eſt appellatus, cum natu major jam Cæſar appellatus eſſet à Valeriano Aug. ejus Avo ut vidimus anno Chr. 255. Major autem natu filius Gallieni, hoc eſt P. Licinius Cornelius Saloninus Valerianus, qui Gallienus quoque nominabatur, Poſtumio Galliarum Præfecto erudiendus commiſſus fuit anno Chr. 255. Imperavit Valerianus Auguſtus Senior cum filio Gallieno annos VI., & aliquot menſes; non enim ſeptimum complevit annum. Mortuus eſt in captivitate annos natus 61. anno Chriſti 269. Claudio, & Paterno Coſs. Ita Pagius ex Chron. Alexandrino.

Capto à Perſis Valeriano Regillianus in Mœſia, Cyriades in Syria rebellant. De primo Blanchinus, de ſecundo Octavius de Strada. Poſtumum in Gallia rebellaſſe hoc anno Blanchinus refert, ſed rectius Pagius id in annum ſequentem differt.

Dionyſius hoc anno Summus Pontifex eligitur, & ordinatur die Dominica, 19. Septembris, ea qua die ſedit uſque ad annum Chr. 268. atque ad diem 27. Decembris ejuſdem anni. Perſecutio in Chriſtianos Valeriano captivo conquievit. Ita Blanchinus ex Euſebio ad ſequentem annum.

Anno ab U. C. 1012.
Olymp. CCLIX. Anno IV.
Ær. Chr. 260.

P. LICINII GALLIENI IMP. AUG. 7. 8.
DIONYSII PONT. 1. 2.

CORNELIUS SECULARIS II. } Coſs.
JUNIUS DONATUS. }

Quod ſpectat ad Conſulum hujus anni cognomina, ita ea Caſſiodoro, Idatio, Proſpero, Anonymo Noriſiano, Bucherii fragmento, Anonymo de Præf. V. Chron. Alexandrino faſtis majoribus, & minoribus Florentinis, & quatuordecim Legibus his Coſs. ſubſignatis omnes ferè Chronologi recentiores, excepto Baronio, qui hunc etiam Conſulatum tranſilit, ut ſuperius vidimus. Quod ſpectat ad nomina Cornelii, & Junii, ea leguntur apud Anonymum Scriptorem de Præfectis Urbis, atque ideo iidem creduntur hujus anni Conſules, qui circa hos annos inter Præfectos Urbis recenſentur.

Aureolus ex Præfecto Legionum in Illyrico Imperator Aug. à ſuo exercitu dictus antecedenti anno, audita Macriani in Syria defectione, qua Imp. Aug. à Syriaco exercitu dictus eſt, dum adverſus Gallienum Auguſtum Macrianus in Italiam per Illyricum proficiſci contendit ab Aureolo victus, & interfectus eſt una cum liberis. Ita Blanchinus ea numnis Mediobarbi.

Scythis in Romanas provincias irrumpentibus Templum Dianæ Epheſinæ ſuccenditur, Nicæa capitur, Chalcedon, & Trapezus diripiuntur. Ita Blanchinus ea Zoſimo, Euſebio, & Trebellio Pollione. Poſtumus in Gallia P. Licinium Saloninum Valerianum Cæſarem Gallieni filium interficit, ſeque Imperatorem Aug. dicit. Ita Pagius ad hunc annum.

Paulus Samoſatenus Eccleſiæ Antiochenæ præficitur Epiſcopus hoc anno, ut Pagius docet ſequenti anno num. V.

Anno ab U. C. 1013.
Olymp. CCLX. Anno I.
Ær. Chr. 261.

P. LICINII GALLIENI IMP. AUG. 8. 9.
DIONYSII PONT. 2. 3.

P. LICINIUS GALLIENUS IMP. AUG. IV. } Coſs.
L. PETRONIUS TAURUS VOLUSIANUS. }

Quod ad primum Conſulem ſpectat, & ad cognomen ſecundi, ita ex Idatio, Anonymo Noriſiano, Trebellio Pollione in vita Gallieni, Chron. Alexandr. Faſtis Florentinis majoribus, & minoribus, & antiqua Inſcriptione apud Gruterum. Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Almelovenius, Pagius, Relandus, atque Blanchinus. Quod verò ſpectat ad nomen Voluſiani, atque ad ejus prænomen, utrumque ſuggerit Inſcriptio Gruteriana, quæ Lucium Petronium Taurum Voluſianum nominat cum nota V. Conſ. quæ ſignificat Virum Conſularem. Ita Pagius, Relandus, atque Blanchinus. Pagius tamen Petronium Voluſianum tantum nominat, quia non vidit Inſcriptionem Gruterianam, ſed quia ita legit ejus nomen inter Præfectos Urbis.

Audito Macriani cum filiis interitu Æmilianus, qui Thebaidi præerat, Imperatorem Auguſtum ſe dixit, ſed cum Theodorus Gallieni Dux captum ad Gallienum Romam tranſmiſit. Ita Pagius ad hunc annum num. XV.

Fallitur Blanchinus qui refert à Poſtumo occiſum tertium Gallieni filium Valerianum. Non tertium, ſed primum natu majorem occidit, cujus curator, & cuſtos erat. Erat autem à Valeriano Seniore jam dictus Cæſar, quando eum Poſtumo educandum dedit, ut diximus ad annum Chriſti 256.

Macriano extincto etiam in Ægypto pax illi Eccleſiæ reddita eſt, ut docet Pagius ad annum Chr. 261. num. IX. & Blanchinus ex eodem Pagio.

Anno ab U. C. 1014.
Olymp. CCLX. Anno II.
Ær. Chr. 262.

P. LICINII GALLIENI IMP. AUG. 9. 10.
DIONYSII PONT. 3. 4.

P. LICINIUS GALLIENUS IMP. AUG. V. } Coſs.
= = = = = = FAUSTINUS. }

Quod ad primum Conſulem ſpectat, atque ad cognomentum ſecundi, ita ex Trebellio Pollione in vita Gallieni cap. 5. Anonymo de Præf. V. & Bucherii fragmento Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Almelovenius (qui omnes addunt Fauſtino prænomen & nomen Appii Pompeji ex antiqua Inſcriptione à Panvinio producta, in qua Ap Pompejus Fauſtinus dicitur V. C. hoc eſt Vir Conſularis, ſeu Vir Clariſſimus) Pagius, Relandus, atque Blanchinus, qui Fauſtinum ſine prænomine, ac nomine relinquunt, ut & nos.

Chronicon Alexandrinum, Faſti majores, & minores Florentini, Idatius, & Anonymus Noriſianus Fauſtinianum nominant pro Fauſtino, quod parum intereſt. Intereſt tamen quod Caſſiodorus, & Proſper ejus exſcriptor habeant Victorinum pro Fauſtino. Quod vel corruptum eſſe oportet, vel illud nomen Victorini fuit aliud cognomentum Fauſtini. Sunt etiam duæ Leges, quas recenſet Relandus, Conſulibus Gallieno, & Fauſtino ſubſcriptæ, unde nihil ambigui ſupereſt.

Terræmotus ingens hoc anno fuit Romæ, in Lybia, & in Aſia. Ita Blanchinus, at ea quo fonte non dicit.

Pagius more ſuo vult à Gallieno initum Conſulatum ratione Decennalium, quæ celebrare ſui Auguſtalis Imperii debebat, & in quibus exhibuit novam prorſus Ludorum magnificentiſſimam ſpeciem, ut Pagius docet ex Trebellio Pollione. Cæſarei potius Imperii, quam Auguſtalis hæc Decennalia celebrata crediderim, cum

anno

anno tantum ſequenti ſui Auguſtalis Imperii Decennium compleret, ut putat etiam Mediobarbus, qui hæc Decennalia in annum ſequentem transfert. Hiſtorici non eo procedunt ordine, quo Chronologi.

A

Gothi Thraciam occupant, Macedoniam vaſtant, & Theſſalonicam obſident, ſed Marcianus Gallieni Dux acie victos in Achaja, in ſuos fines retrudit.

Gallienus Aureolo in partes ſuas accepto, una cum Claudio, his Ducibus adverſus Poſtumum in Gallias proficiſcitur, Poſtumus Victorinum in ſui conſortium Imperii admittit, ſed uterque à Gallieni exercitu ſuperatur. Ita Pagius ex Trebellio Pollione.

Porphyrius decimo Gallieni anno Romam venit, hoc eſt vel hoc, vel ſequenti anno. Ita Pagius ex Trebellio Pollione.

B

Plotinus Gallieno annuente novam Civitatem in Campania fabricare conſtituit, ubi Cives Platonis legibus regerentur, & Platonopolim Urbem appellare determinaverat, ſed quod mente conceperat, ſine effectu evanuit. Ita ex Porphyrio Pagius.

XLV. Ludi Agonales Capitolini hoc anno recurrebant.

Anno ab U. C. 1015.
Olymp. CCLX. Anno III.
Ær. Chr. 263.
P. LICINII GALLIENI IMP. AUG. 10. 11.
DIONYSII PONT. 4. 5.

= = = = ALBINUS II. } Coſs.
MAXIMUS DEXTER. }

C

Ita ex Idatio, Anonymo Noriſiano, Bucherii fragmento, Chron. Alexandrino, Faſtis majoribus, & minoribus Florentinis, & altero Anonymo de Præf. V. omnes ferè Chronologi recentiores. Pagius addit eum aliis pleriſque Albino nomen *Nummii*, & prænomen *Marii*; videns enim ſcriptum apud aliquot antiquos Albinum cum nota numerali II. putat eundem eſſe, qui 36. retro annos fuit Conſul Ordinarius, cum etiam conſtet ex antiqua Inſcriptione Albinum fuiſſe Conſulem Ordinarium bis. Inſcriptio hæc producitur à Relando, nec tamen Relandus addit hoc nomen Nummii. Ergo cum neque Blanchinus hoc nomen addat, nec nos addemus. Notam tamen numeralem II. relinquimus, quia ipſam addit & Anonymus de Præf. V. Putamus enim fuiſſe ante Conſulem honorarium. Caſſiodorus, & Proſper Maximum pro Dextro nominant, quia Dexter Maximi forte aliud nomen erat.

D

Hoc anno complebat menſe Majo Decennium ſui Auguſtalis Imperii Gallienus, quare in hunc annum ejus Decennalia celebrata cum Mediobarbo transferimus, & vota ſoluta pro primo X., & concepta pro XX.

Trebellianus in Iſauria, Celſus in Africa Imperium ſibi uſurpant, ſed paullo poſt occiduntur. Ita Calviſius ex Pollione.

Regillianus in Pannonia, & Saturninus in Ægypto Imperatores Auguſti appellantur, ſed ambo ſtatim cæduntur. Ita Blanchinus ad hunc annum. Calviſius ad annum antecedentem. Petavius ad ſequentem.

Anno ab U. C. 1016.
Olymp CCLX. Anno IV.
Ær. Chr. 264.
P. LICINII GALLIENI IMP. AUG. 11. 12.
DIONYSII PONT. 5. 6.

E

P. LICINIUS GALLIENUS IMP. }
AUG. VI. } Coſs.
= = = = SATURNINUS. }

Ita ex Caſſiodoro, Idatio, Proſpero, Anonymo Noriſiano, Anonymo de Præf. V., Bucherii fragmento, Chron. Alexandrino, Faſtis majoribus, & minoribus Florentinis, ac Trebellio Pollione in Gallieni vita cap. 10. Panvinius, Petavius, Almelovenius, Pagius, Relandus, atque Blanchinus. Almelovenius, & Mediobarbus addunt ex conjectura Panvinii nomen *Amulii* Saturnino, quod nomen mutare Petavius melius exiſtimavit in nomen Æmilii. Fuit enim Amulius, ſive Æmilius Saturninus Valeriani Dux ad Scythicos limites, cujus meminit Flavius

Vopiſcus in Aureliani vita. Nos conjecturas hujuſmodi, & falſi ſuſpectas non admittimus. Mediobarbus, quo documento neſcio, transfert hos Conſules in ſequentem annum, & eos ſequentis anni in hunc, perperam profecto.

Odenatus Palmyrenorum Rex his Conſulibus totum Orientis Imperium obtinuit, ſibi uſurpatum. Hic ſtatim bellum Perſis indixit. Niſibin, & Carrhas occupavit, ac Cteſiphontem uſque proceſſit, & Perſas intra ſuas munitiones concluſit, quod ut audivit Gallienus, atque inſuper Saporem Regem fugiſſe, captos Perſarum Satrapas, & eorum plurimos interfectos, Odenatum Auguſtum hoc anno appellavit, & in Imperii ſui conſortium accepit, & quaſi ipſe Perſas viciſſet, triumphum de Perſis Romæ duxit. Ita Pagius ex Trebellio Pollione, & Zoſimo, ac propter triumphum hunc vult Pagius hoc anno Gallienum Conſulem proceſſiſſe, quod ſi verum eſſet, oporteret antecedentibus annis hæc omnia contigiſſe, quod contra ipſum Pagium eſt; hoc enim tantum anno Odenatus totius Orientis Imperium obtinuit poſt cæſos, & victos Perſas, ut Pagius ipſe refert ad annum Chr. 262. num. III. Prius fuit Perſas vincere, & Orientis Imperium occupare (quod hoc anno contigit) quam Gallienum de Perſis triumphare, atque ideo Cal. Januariis, quibus Gallienus Conſulatum iniit, præſcire non poterat, quæ de Perſis hoc anno contingere debuerunt.

Anno ab U. C. 1017.
Olymp. CCLXI. Anno I.
Ær. Chr. 265.
P. LICINII GALLIENI IMP. AUG. 12. 13.
DIONYSII PONT. 6. 7.

P. LICINIUS VALERIANUS GALLIENI FR. II. } Coſs.
L. CÆSONIUS LUCILLUS MACER RUFINIANUS. }

Quod ad primum Conſulem ſpectat, erat Valerianus hic Gallieni frater, qui fuit Conſul ſuffectus Gallieno Juniore Collega anno Chr. 259., ut docet Pagius ad hunc annum, atque ideo additur nota II. iterati hoc anno Conſulatus. Alter autem eſſe non poterat, nam Senior Valerianus erat apud Saporem captivus, Valerianus Junior Cæſar Gallieni filius occiſus erat à Poſtumo anno Chriſti 260. Hanc notam iterati Conſulatus addunt duo Anonymi: alter Noriſianus, & alter de Præf. V., Bucherii fragmentum, una Lex, quam Relandus indicat, & vetus Inſcriptio apud Gruterum, Panvinium, & Relandum. De Valeriani Collega, quem veteres omnes Chronologi, Leges, & Inſcriptio ſupradicta nunc Lucillum, nunc Lucilium, nunc Lucinium, nunc Lucianum, nunc Lucium vocant; ea, quæ ipſi addiderunt, prænomina, & nomina, & cognomina habuiſſe teſtatur vetus Inſcriptio apud Gruterum 380. num. III. & Boiſſardum, atque apud Relandum. Lucillum tamen vocant Caſſiodorus, Idatius, Proſper, duo Anonymi ſupracit., Bucherii fragmentum, & ultima Inſcriptio à Relando producta, quam ſequimur. Erat Lucillus Gallieni propinquus, ut Pollio teſtatur.

Synodus Antiochena hoc anno celebratur, & moritur eodem tempore Dionyſius Alexandrinus Epiſcopus, cui ſubſtituitur Maximus.

Hoc anno Labbæus in Libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis refert Gregorium Thaumaturgum Neocæſareæ Ponti Epiſcopum hoc anno mortuum eſſe, ſed Pagius ejus mortis incertum annum diemque eſſe oſtendit.

Anno ab U. C. 1018.
Olymp. CCLXI. Anno II.
Ær. Chr. 266.
P. LICINII GALLIENI IMP. AUG. 13. 14.
P. LICINII VALERIANI JUN. IMP. AUG. 1.
DIONYSII PONT. 7. 8.

P. LICINIUS GALLIENUS IMP. }
AUG. VII. } Coſs.
= = = = SABINILLUS. }

Ita ex Caſſiodoro, Idatio, Proſpero, utroque Anonymo Noriſiano, & de Præf. Urbis, Bucherii fragmento, & Faſtis Florentinis majoribus omnes Chronologi recentiores. Chron. Alexandr.

Sabianum habet pro Sabinilla, Faſti Florentini minores pro Sabinillo Sabinum nominant. Ita & una Lex, quam Relandus indicat. Hoc anno allienus Valerianum fratrem ſuum Cæſarem primò, tum Auguſtum dicit. Ita Pagius ad hunc annum.

Servilius Lollianus dictus in Gallia Imperator Auguſtus contra Poſtumum tyrannum pergit. Mœonius Odenati Auguſti Conſobrinus homo ſpurciſſimus, annuente Zenobia Odenati uxore, Odenatum interficit, & filium ejus Herodem. Irritaverat Odenatus Zenobiam, quia Odenatus poſthabitis Zenobiæ filiis, privignum Zenobiæ Herodem Principem declaraſſet. Mœonius Orientis Imperium ſibi arripuit, at poſt menſes ſeptem à ſuis militibus trucidatus interiit. Imperavit Odenatus annum unum. Ita Blanchinus, Petavius, & Oct. Strada.

XLVI. Ludi Agonales Capitolini celebrandi hoc anno recurrebant.

Anno ab U. C. 1019.
Olymp. CCLXI. Anno III.
Ær. Chr. 267.

P. LICINII GALLIENI IMP. AUG. 14. 15.
P. LICINII VALERIANI JUN. IMP. AUG. 1. 2.
DIONYSII PONT 8. 9.

= = = = = = PATERNUS. } Coſs.
= = = = = = ARCESILAUS. }

Ita una voce Caſſiodorus, Idatius, Proſper, Bucherii fragmentum, Chron. Alexandr., Faſti majores, & minores Florentini, & utroque Anonymo, Noriſiano, & de Præſ Urbis, omneſque Chronologi recentiores. Panvinius addit Paterno nomen Ovinii, quia ita circa hos annos inter Præfectos V. adnumeratum videt, hoc eſt anno Chr. 281. quam conjecturam non admittimus, quia Urbis Præfectura erat quidem gradus ad Conſulatum, at non Conſulis juſta merces. Petronius Voluſianus hoc anno fuit Præfectus Urbis.

Servilii Lolliani inſidiis Poſtumo una cum filio C. Junio Poſtumo Latieno (quem Pater Imperatorem Auguſtum in ſui conſortium acceperat) interfecto, idem Lollianus Imperatorem Auguſtum ſe proclamat, ſed poſt menſes aliquot Lolliano à ſuis militibus interfecto, Pomponius Ælianus Imperium ſibi uſurpat Moguntiaci; ſed & hic interficitur. Interim M. Aurelius Victorinus Imperium ſibi uſurpat in Galliis. Ita Blanchinus ex Thoma Lydiat. Octavius Strada eadem confirmat, ſed anno uno diſcordat.

Zenobia Palmyrenorum Regina Odenati jam conjux, interfecto, ut ad annum antecedentem vidimus, Odenato, ac deinde Mœonio, Principatum obtinuit, atque aggreſſa Heraclianum, quem Gallienus Ducem adverſus Perſas mittebat, acie victum cædit, vincit Perſas, atque ſuum Imperium uſque in Ægyptum amplificat. Ita ex Trebellio Pollione in Gallieni vita Blanchinus, & Calviſius.

Anno ab U. C. 1020.
Olymp. CCLXI. Anno IV.
Ær. Chr. 268.

P. LICINII GALLIENI IMP. AUG. 15. 16.
P. LICINII VALERIANI JUN IMP. AUG. 2. 3.
M. AURELII CLAUDII IMP. AUG. 1.
DIONYSII PONT. 9. 10.

= = = = = = PATERNUS II. } Coſs.
= = = = = = MARINIANUS. }

Ita ex Idatio, Anonymo Noriſiano, & altero de Præfectis Urbis, Chron. Alexandr., Faſtis majoribus, & minoribus Florentinis, omnes Chronologi recentiores. Paternus hic, ut optime animadvertunt Pagius, & Relandus, non eſt idem ille, qui fuit Conſul anno antecedenti, namque continuati per duos, & plures annos Conſulatus honor Auguſtis tantum, & Cæſaribus concedebatur, in quo fallitur Mediobarbus.

Aureolus Gallieni Dux, qui omnibus equeſtribus copiis Præfectus erat, & Mediolani degebat, ne Poſtumum fineret è Galliis in Italiam deſcendere, Poſtumo extincto res novas moliebatur, & Imperii ſibi ſummam ſpe non inani promiſerat. Audiens hæc Gallienus una cum fratre Valeriano adverſus Aureolum caſtra movet, verum apud Mediolanum (quo verſus iter ſuſceperant) ambo interfecti ſunt, circa Idos Martias, ut colligit Pagius ex Trebellio Pollione, Eutropio, & utroque Victore, quorum uterque ſcripſit Imperatorum vitas. Occiſum ſimul & filium Gallieni Q. Julium Saloninum Gallienum conſtat ex Zonara, qui tamen refert Valerianum, & Saloninum occiſos juſſu Senatus Romani, ubi Romæ audita fuit mors Gallieni. Imperavit Gallienus annos XV., ut colligit ex variis auctoribus Pagius.

Poſt obitum Gallieni occupavit Imperium M. Aurelius Claudius circa finem Aprilis hujus anni, quem libentiſſimè Principem Senatus Populuſque Romanus accepit, & proclamavit Auguſtum, eique Imperialia inſignia apud Ticinum commoranti Senatus miſit, ac ſtatim Claudius Aureolum tyrannum Aureliani Ducis ſui opera interfici juſſit, ut Fl. Vopiſcus refert.

Hoc tempore Tetricus pater, & filius Victorino interfecto, Imperium ſibi uſurpant in Galliis, & Zenobia Palmyrenorum Regina Orientis Imperium occupat, ſuorum nomine filiorum Herenniani, Timolai, & Vaballati.

Dionyſius Pontifex moritur die 29. Decembris hujus anni. Sedit annos IX. menſes III. dies X.

Anno ab U. C. 1021.
Olymp. CCLXII. Anno I.
Ær. Chr. 269.

M. AURELII CLAUDII IMP. AUG. 1. 2.
FELICIS PONT. 1.

M. AUR. CLAUDIUS IMP. AUG. II. } Coſs.
= = = = = = PATERNUS. }

Ita ex Caſſiodoro, Idatio, Proſpero, utroque Anonymo, Bucherii fragmento, Chron. Alexandr., Faſtis majoribus, & minoribus Florentinis, & Epiſt. Felicis Papæ ad Epiſc. Galliæ omnes Chronologi recentiores.

Gothos per annos XV. Macedoniam, Illyricumque vaſtantes Claudius hoc anno bello aggreſſus incredibili ſtrage delet, eique propterea Romæ in Curia Clypeus aureus, & Statua aurea in Capitolio dedicatur. Ita Pagius ad hunc annum num. VII. ex Jornande.

Palmyreni Duce Saba, & Timogene Ægyptios aggrediuntur, & victi ſunt, ſeque ſtatim Ægyptii Claudio in poteſtatem tradunt. Pagius ex Trebellio Pollione. Verum Zenobia iterum Ægyptios aggreſſa, eos in ſuam poteſtatem redigit, ut Zoſimus refert.

Die Dominica 3. Januarii Felix Pontifex electus in Petri Cathedram ſubſtituitur. Ita Blanchinus in ſuis Notis ad Anaſtaſ. Tom. II. pag. 238.

Anno ab U. C. 1022.
Olymp. CCLXII. Anno II.
Ær. Chr. 270.

M. AURELII CLAUDII IMP. AUG. 2. 3.
QUINTILLI IMP. AUG. 1.
FL. CL. VALERII AURELIANI IMP. AUG. 1.
FELICIS PONT. 2.

= = = = = ANTIOCHIANUS. } Coſs.
= = FURIUS ORFITUS. }

Ita ex Caſſiodoro, Idatio, Proſpero, Anonymo Noriſiano, & altero de Præſ. V., Bucherii fragmento, Chron. Alexandrino, Faſtis majoribus Florentinis, quod ad cognomina Conſulum ſpectat, omnes Chronologi recentiores. Trebellius Pollio Atticianum habet pro Antiochiano; & Faſti Florentini minores Antiochum, mendosè ambo, ut conſtat ex teſtimonio aliorum.

Panvinius inter Præfectos Urbis circa hæc tempora adnumerari videns Flavium Antiochianum, nominavit & Conſulem hunc Flavium Antiochianum, ut & Mediobarbus, & Pagius. Cum tamen ex Anonymo de Præſ. V. habeamus hoc anno Præf. Flavium Antiochianum, non videtur Conſul Antiochianus habuiſſe idem nomen, ac multo minus fuiſſe ſimul, & Conſul, & Præfectus Urbis eodem anno. Orfito vero Panvinius, Pagius, & Blanchinus Furii nomen adduut ex antiqua Inſcriptione apud Contelorium in libro de Præf. V. quam etiam Relandus producit, in qua nominatur Furius Orfitus V. C. ſub Aureliano. Relandus tamen nullum Orfito nomen addit. Mediobarbus addit & Orfito nomen Flavii, quo documento, ignoratur.

Claudius Imperator Auguſtus cum eſſet Aquilejæ mor-

A mortuus eſt ex peſtilentia circa finem Octobris, ut oſtendit Pagius, & Relandus, ex quibus conſtat die 26. Octobris Claudium adhuc in vivis fuiſſe. Cum ergo Claudius circa finem Aprilis anni Chr. 268. imperare cœperit, conſtat eum imperaſſe annos duos, & ſaltem menſes ſex. Quintillus Claudii frater à Claudio dictus Auguſtus, ipſo Claudio imperante, ut Pagius obſervat (quo anno, quo menſe, quo die ignoratur) Imperii ſummam ſuſcepit poſt fratris mortem. Verum eodem tempore Aureliano ab exercitu in Pannonia Imperatore acclamato, ac nuntio ſtatim in Italiam delato, tumultu militari Quintillo poſt dies viginti interfecto, acclamatus eſt ab exercitu Italico, ac deinde à Senatu Romano Aurelianus Imp. Aug. circa menſem Novembris, aut Decembris, ut Pagius recte putat ad hunc annum num. 3.

B Paulus Samoſatenus damnatus à Synodo Antiochena anno Chr. 265. ſuam hæreſim adhuc defendens, iterum in ſecunda Synodo Antiochena damnatur.

XLVII. Ludos Agonales Capitolinos hoc anno celebrari oportebat.

Anno ab U. C. 1023.
Olymp. CCLXII. Anno III.
Ær. Chr. 271.
FL.CL.VALERII AURELIANI IMP.AUG.1.2
FELICIS PONT. 3.

VALERIUS AURELIANUS IMP. AUG. II.	Coſs.
CEJONIUS VIRIUS BASSUS II.	

Quod ad Conſulum cognomina pertinet, ita ex Idatio, Anonymo Noriſiano, & altero de Præf. V., Bucherii fragmento, Chron. Alex., Faſtis majoribus, & minoribus Florentinis omnes Chronologi recentiores.
C Quod vero ſpectat ad nomina, habentur ea ex antiqua Inſcriptione apud Reineſium Claſſe V. Inſcript. 48. pag. 384. quam producit Relandus. Atque hinc error corrigitur eorum, qui Pomponium Baſſum dederunt Aureliano Collegam. Additur Baſſo nota numeralis II. quia ita reperitur in altera Inſcriptione Gudiana ſcriptum, ut videre eſt apud Relandum. Cum vero Inſcriptio Reineſii dec Baſſo prænomen N. hoc eſt Numerii, nec ipſe Reineſius hoc prænomen admittat, altera vero Inſcriptio Gudiana, quam profert Relandus, addat Baſſo prænomen Lucii, ideo ignari quid Baſſo prænominis demus, nullum addidimus. Aureliano additur nota iterati Conſulatus, quia fuit primum Conſul ſuffectus, vel honorarius.

Marcomannis omnia circa Mediolanum devaſtantibus,
D cum Romæ trepidaretur, & ſeditione commota Romani Cives tumultuarent, ex Decreto Aureliani (quod producit Blanchinus ex Petavio) conſulta ſunt carmina Sibyllina. Aurelianus interea ex Pannonia in Italiam rediens, antequam Romam rediret, Marcomannos apud Placentiam primo, tum ad Fanum Fortunæ, tum apud Ticinum acie victos fregit, ac diſſipavit, tum Romam petens, plurimorum Nobilium, atque etiam Senatorum ſanguine, ob ſeditiones paullo ante commotas, Urbem cruentavit, & novis mœnibus cinxit; tum Romam Aquilejam pergens, atque inde in Pannoniam, ibi ancipiti prælio cum Scythis acie dimicavit. Ita Pagius partim ad antecedentem annum, partim ad hunc ex Zoſimo, & Vopiſco.

Anno ab U. C. 1024.
E Olymp. CCLXII. Anno IV.
Ær. Chr. 272.
FL.CL.VALERII AURELIANI IMP.AUG.2.3
FELICIS PONT. 4.

= = = = = = QUIETUS.	Coſs.
= = = = = = VOLDUMIANUS.	

Ita ex Idatio, Caſſiodoro, Proſpero, utroque Anonymo, & Bucherii fragmento omnes Chronologi recentiores. Chronicon Alexandrinum pro Voldumiano habet Bradumianum. Faſti Florentini minores habent Belluminianum, ſeu Velluminianum. Faſti Florentini majores habent Beldubinianum, vel Velduvinianum, quæ omnia corrupta eſſe ex cognomento Voldumiani compertum eſt ex aliis.

Novam Eccleſiæ perſecutionem hoc anno ab Aureliano cœptam Baronius, & Petavius, atque etiam Blanchinus volunt, at Pagius contra ſentit ex pluribus antiquis Scriptoribus. Immo hoc anno Paulum Samoſatenum Epiſcopali Cathedra detruſum vult ex Aureliani decreto, eum Synodo Antiochenæ non obediret, nec Epiſcopatum dimittere pateretur, quod contigit juxta Pagium ſequenti anno. Ergo non hoc cœpta eſt perſecutio. Vide Pagium ad annum hunc, & antecedentem.

Aurelianus Auguſtus rebus, ut potuit, in Pannonia compoſitis, plenus irarum iterum hoc anno Romam rediit, & reditum ſuum novis Civium cædibus funeſtavit, tum adverſus Zenobiam movens, itinere per Illyricum, ac Thraciam facto, ubi Barbaros occurrentes fregit, ac ſtravit, in Syriam properans, Thyana expognata, Antiochiam verſus tetendit; qua potitus, apud Emeſſam Urbem cum Zenobia, & Zaba ejus ſocio acie congreſſus plenam de utroque victoriam retulit, ac Zenobiam intra Palmyræ muros profugam obſedit, & Urbe expugnata, Zenobiam captivam ſecum abducens, totius Orientalis Imperii potitus, in Italiam rediit ſequenti anno. Ita Pagius ex Zoſimo Vopiſco, Idatio, & Euſebio juxta Scaligeri emendationem, ad hunc annum. Blanchinus Victoriam de Zenobia, ejuſque captivitatem differt in ſequentem annum.

Anno ab U. C. 1025.
Olymp. CCLXIII. Anno I.
Ær. Chr. 273.
FL.CL.VALERII AURELIANI IMP.AUG.3.4
FELICIS PONT. 5.

M. CLAUDIUS TACITUS.	Coſs.
= = = = PLACIDIANUS.	

Quod ſpectat ad Conſulum cognomenta, ita ex Caſſiodoro, Idatio, Proſpero, Anonymo Noriſiano, & altero de Præf. Urbis, Bucherii fragmento, Chronico Alexandrino, & Faſtis majoribus Florentinis, Petavius, Pagius, Relandus, atque Blanchinus. Quod ſpectat ad Conſulum hujus anni prænomina, & nomina, conſentiunt omnes Chronologi in idem prænomen, & nomen Taciti, cum etiam ea confirmentur antiqua Inſcript. à Relando producta. Fuit autem M. Claudius Tacitus Imp. Auguſtus Aureliani ſucceſſor. Panvinius, & Mediobarbus Panvinium ſequutus *Furium Placidum* nominant pro Placidiano Taciti Collega non alia ratione, quam quia vetus Inſcriptio profert alium Furium Placidum, qui Conſul fuit anno Chr. 343. Ridicula conjectura. Vide Pagium ad hunc annum.

Ut omnia recto ordine procedant, hoc anno tantum Aurelianus ex Oriente Romam rediit, namque victa, & capta Zenobia, Carrhas in Meſopotamiam profectus, audiens Firmum quemdam collectis quæ ſupererant Zenobiæ Copiis Ægyptum occupaſſe, Palmyram Urbem delevit, & Firmo victo, atque omni Ægypto in ſuam poteſtatem recepta in Europam hoc anno rediit, ac per Illyricum tranſiens, ac ſuperiorem Pannoniam, Carpos fregit, ac domuit; tum profectus in Galliam Tranſalpinam adverſus Tetricum Galliarum Tyrannum, hoc à ſuis militibus prodito apud Catalaunos, atque in Aureliani manue dato, Aurelianus Gallias Tyranno, & Romanum Imperium omni hoſte intra triennium liberavit. Imperavit Tetricus noſtro ex calculo annos quinque, quamvis ex Aurelio Victore Pagius biennium tantum Tetricum imperaſſe contendat.

Sunt qui Tetricum ſe ſponte Aureliano dedidiſſe dicunt, eumque ab Aureliano in amicitiam acceptum, ut Octavius Strada, Mediobarbus, & Blanchinus.

Anno ab U. C. 1026.
Olymp. CCLXIII. Anno II.
Ær. Chr. 274.
FL.CL.VALERII AURELIANI IMP.AUG.4.5
FELICIS PONT. 6.

VALERIUS AURELIANUS IMP. AUG. III.	Coſs.
C. JULIUS CAPITOLINUS.	

Ita ex Caſſiodoro, Idatio, Proſpero, Anonymo Noriſiano, & altero de Præf. V., Bucherii fragmento,

to, Damaſi Chronico, Faſtis majoribus, & minoribus Florentinis, & antiqua Inſcriptione apud Gruterum pag. 1082. 12. in qua leguntur prænomen, & nomen Capitolini, omnes Chronologi recentiores.

Aurelianus Romam hoc anno rediens Conſulatum iniit propter triumphum, quem de Tetrico, & Zenobia magnificentiſſimum duxit, præmiſſis ante triumphalem currum, quadrigis Elephantorum tractum juxta morem veterum Imperatorum, qui de Orientalibus nationibus triumphum duxerunt. Ita Pagius ex Vopiſco, ex quo confirmatur Tetricum non ſe ultro Aureliano dediſſe, ſed invitum à ſuis militibus proditum &c. Addit Vopiſcus Vaballatum etiam Zenobiæ filium in triumphum ductum fuiſſe cum matre.

Poſt triumphum Aurelianus in Germaniam profectus, Vindelicos obſidione barbarica oppreſſos liberat, atque inde in Illyricum deſcendens expeditionem ſuſcepit in Perſas, qui Zenobiam auxiliis opportunis adjuverant, atque ex Illyrico in Thraciam deſcendit, in Aſiam profecturus.

Hoc anno indictam puto ab Aureliano in Chriſtianos perſecutionem occaſione ſui Conſulatus, ac triumphi, quam fuiſſe breviſſimam conſtat ex Pagio ad annum Chr. 272. num. IV., & ſequ.

Hoc anno Fœlix Pontifex è vivis exceſſit III. Cal. Jun. cum ſediſſet annos V. menſes XI. dies XXV. non V. ut Blanchinus. Vide Blanchini notas ad Anaſtaſ. Tom. 2. pag. 238.

XLVIII. Ludos Agonales Capitolinos hoc anno celebrari mos ferebat.

Anno ab U. C. 1027.
Olymp. CCLXIII. Anno III.
Ær. Chr. 275.

FL. CL. AURELIANI IMP. AUG. 5. 6.
M. CLAUDII TACITI IMP. AUG. 1.
EUTYCHIANI PONT. 1.

VALERIUS AURELIANUS IMP. AUG. IV.
T. NONIUS, aliis AVONIUS MARCELLINUS, quibus ſuffecti.
AURELIUS GORDIANUS.
VETTIUS CORNIFICIUS GORDIANUS, alii legunt, *VELIUS CORN. GORD.*
) Coſs.

Quod ad primum Conſulem ſpectat, & ad cognomen Secundi, ita ex Idatio, utroque Anonymo, Bucherii fragmento, Faſtis majoribus, & minoribus Florentinis, Inſcriptione apud Gruterum 270. num. 4. & 338. 1. omnes Chronologi recentiores. Caſſiodorus, & Proſper ejus exſcriptor, & Chronicon Alexandrinum *Marcellum* habent pro Marcellino. Quod autem citatæ Inſcriptiones, Idatius, uterque Anonymus, & Bucherii fragmentum Aureliano notam addant tertii tantum, non quarti Conſulatus, ideo factum eſt, quia apud plures antiquos Conſulatus ſuffecti, aut honorarii non computantur. Aurelianus autem ſuum primum Conſulatum geſſit ſuffectus, aut honorarius. Quod vero ſpectat ad nomina ſecundi Conſulis, habentur ex triplici Inſcriptione, quarum una dat Marcellino prænomen, & nomen *T. Avonii*: altera inter marmora Felſinea dat prænomen, & nomen T. Nonii: altera apud Fabrettum pag. 747. dat prænomen, & nomen T. Anonii: Felſineam Inſcriptionem ſequi nos tutius duximus cum Relando. De Suffectis loquitur Vopiſcus, de primo in vita Aureliani, ac de ſecundo in vita Taciti. Ita Relandus.

Dum Aurelianus Auguſtus ex Thracia in Aſiam trajicit, atque iter in Syriam ſuſcipit Zenophorii ſeu Cœnophorii inter Byzantium & Heraclæam à ſervo ſuo Maucapore interfectus eſt IV. Cal. Februarii, ut Panvinius putat ex Vopiſco; ſed Vopiſcus non indicat diem hanc. Indicat quidem diem III. Nonas Februarii, qua lectæ ſunt in Senatu litteræ ejus interitum nuntiantes, ſed Pagius docet legendum III. Nonas Apriles. Imperavit enim à Cal. Decembr. anni 270. ad diem 20. Martii anni hujus, qua Pagius morſuum facit, annos IV. menſes III. dies XX. circum circa. Mortuus eſt igitur Aurelianus circa diem viceſimam menſis Martii. Quod etiam conſtat ex Interregno, quod menſes ſex integros duravit, & aliquot dies, ut Pagius docet. Tacitus enim electus eſt à Senatu Imperator VII. Cal. Octobris, hoc eſt die 25. Septembris, ut legitur in Sen. Conſ. quo Tacitus acclamatus Auguſtus eſt. Ita Pagius ex Vopiſco ad hunc annum num. II. III. IV.

Cum Tacitus ſtatim Imperator factus peteret à Senatu Conſulatum ſuffectum pro fratre ſuo Floriano, obtinere non potuit, excuſante Senatu ſe, quod Conſules hujus anni jam deſignaſſet. Ita Salmaſius in ſuis Notis ad Vopiſcum in Taciti vita pag. 609. Edit. Holland. in 8.

Eutychianus die Dominica, 1. Jan. Romanus Epiſcopus ordinatus, in Petri Cathedra conſtituitur. Ita Blanchinus in ſuis Notis ad Anaſtaſ. Tom. II. pag. 241.

Anno ab U. C. 1028.
Olymp. CCLXIII. Anno IV.
Ær. Chr. 276.

M. CLAUDII TACITI IMP. AUG. 1. 2.
M. ANNII FLORIANI IMP. AUG. 1.
M. AURELII PROBI IMP. AUG. 1.
EUTYCHIANI PONT. 2.

M. CLAUDIUS TACITUS IMP. AUG. II.
= = = = = = ÆMILIANUS.
) Coſs.

Ita ex Idatio, Anonymo Noriſiano, & altero de Præf. Urbis, Chron. Alexandr. Faſtis majoribus, & minoribus Florentinis, & Bucherii fragmento omnes Chronologi recentiores. Caſſiodorus, & Proſper hos Conſules tranſiliunt. Tacitus fuit primum Conſul anno Chr. 273. Tacito ne, an Aureliano ſuffectus fuerit alter Conſul, ignoratur. Certe apud Vopiſcum in Probi vita hoc anno III. Non. Febr. dicitur Conſul (ſuffectus, ut putamus.)

ÆLIUS SCORPIANUS.

Cum Scythæ (quos Getas, & Gothos alii vocant) palude Mæotide, & Phaſide amne ſuperato Pontum, Cappadociam, Galatiam, & Ciliciam invaſiſſent Tacitus Auguſtus, & Florianus ejus frater Præfectus Prætorio, eos aggreſſi, multos interfecerunt, ceteris in fugam actis. Ita Pagius ex Zonara, & Vopiſco. Poſt hanc expeditionem Tacitus Thianæ, quæ eſt Urbs Cappadociæ, febri correptus moritur. Ita ex utroque Victore Pagius. Idatius refert Tacitum in Cilicia per inſidias interfectum. Rei veritas adhuc deſideratur. Audito Taciti interitu Romæ Florianus Auguſtus à populo, & à Senatu acclamatus eſt; ſed in Oriente Probum exercitu Imperatorem Auguſtum petente, duo ſimul Imperatores Auguſti confeſtim electi ſunt. Parebant Probo Syria, Phœnicia, Palæſtina, & univerſa Ægyptus. Parebant vero Floriano Africa, & Mauritania, omniſque Regio à Cilicia ad Italiam, Italia, Gallia, Hiſpania, & Britannia. Dum ergo ambo adverſus alterum caſtra movent, Florianus apud Tharſum caſtrametatus à ſuis occiſus eſt circa æſtatem hujus anni, imperavitque menſes duos, & dies viginti, ut aſſerit Aut. Victor in Epitoma, vel dies quatuor ultra duos menſes, ut refert Caſſiodorus. Quare a Taciti morte etiam Probi Imp. Aug. deſumenda natalia ſunt, ne aliter confuſio in Chronologia oriatur, ut penes quoſdam revera orta eſt. Ita Pagius ad hunc annum.

Poſt Floriani cædem Probus pacifico Imperio ubique Terrarum potitus eſt V. Non. Julii. Ita Blanchinus ex Petavio, & Mediobarbo, atque hi ex Vopiſco.

Mors Taciti à Pagio ponitur die 13. Apr. hujus anni. Vide Pagium ad annum Chr. 283. num. II. Imperavit ergo menſes VI. dies XX. plus minus.

Anno ab U. C. 1029.
Olymp. CCLXIV. Anno I.
Ær. Chr. 277.

M. AURELII PROBI IMP. AUG. 1. 2.
EUTYCHIANI PONT. 3.

M. AUREL. PROBUS IMP. AUG.
M. AURELIUS PAULLINUS.
) Coſs.

Ita ex Caſſiodoro, Idatio, Proſpero, Anonymo Noriſiano, & altero de Præf. Urbis, Chronico Alexandrino, Faſtis majoribus, & minoribus Florentinis, antiqua Inſcript. apud Noriſium in Cenot. Piſanis, & apud Sponium in Miſcell. Erud., in quibus leguntur prænomen, & nomen Paul-

Paullini, Petavius, Noriſius, Pagius, Relandus, atque Blanchinus. Producit Relandus alteram ex Gudio Inſcriptionem, in qua Paullino additur ſimplex nomen Æmilii. Sed putamus exſcriptoris mendum, quod pro Aurelio Æmilium ſcripſerit. Probi nomina conſtant ex Nummis. Panvinius & Goltzius putaverunt hos Conſules ſuffectos fuiſſe non Ordinarios. Quam longe à vero aberraverint, vide Pagium ad hunc annum num. I.

Probus Auguſtus hoc anno ſuſcepta expeditione in Gallias, quas ab Aureliani morte occuparant Germani, ea cum his felicitate dimicavit, ut cæſis illorum DCC. millibus, à Barbaris ſexaginta per Gallias recuperaverit Civitates. Ita Pagius ex Chron. Euſebii ad hunc annum num IX.

Hoc anno cœptam Manichæorum hæreſim ſuſtinet Pagius ex Chron. Euſebii ad hunc annum num. VI. Quod & Blanchinus confirmat etiam ex Petavio.

Anno ab U. C. 1030.
Olymp. CCLXIV. Anno II.
Ær. Chr. 278.
M. AURELII PROBI IMP. AUG. 2. 3.
EUTYCHIANI PONT. 4.

M. AURELIUS PROBUS)
IMP. AUG. II.) Coſs.
= = = = = = LUPUS.)

Ita ex Idatio, Anonymo Noriſiano, & altero de Præf. V., Bucherii fragmento, Chron. Alexandrino, Faſtis Theonis, Faſtis majoribus, & minoribus Florentinis, & Codice Juſtinianeo omnes Chronologi recentiores excepto Baronio, qui tranſilit hos Conſules ad Conſules ſequentis anni deceptus à Caſſiodoro, & Proſpero, qui Probum, & Paternum loco Probi, & Lupi Conſules ſcribunt.

Sumptus eſt hoc anno Conſulatus à Probo Auguſto, quia cum Probus anno antecedenti Conſulatum iniſſet, quatenus à Tacito Auguſto Conſul in eundem annum deſignatus fuerat, hoc anno iniit Conſulatum ex aliorum Imperatorum more, qui primo Imperii ſui anno Conſulatum inire conſueverant. Ita Pagius ad hunc annum.

Probus Auguſtus hoc anno pergit in Thraciam, & Getas in Pop. Rom. amicitiam recipit. Ita Blanchinus ex Mediobarbi Nummis.

Anatolius Laodicenus Epiſcopus circa hoc tempora maxime floruit. Ita Blanchinus, & Petavius ex Chron. Euſebii.

Anno ab U. C. 1031.
Olymp. CCLXIV. Anno III.
Ær. Chr. 279.
M. AURELII PROBI IMP. AUG. 3. 4.
EUTYCHIANI PONT. 5.

M. AURELIUS PROBUS)
IMP. AUG. III.) Coſs.
= = NONIUS PATERNUS.)

Ita ex Caſſiodoro, Idatio, Proſpero, Anonymo Noriſiano, & altero de Præf. V., Bucherii fragmento, Chron. Alexandrino, Faſtis majoribus, & minoribus Florentinis omnes Chronologi recentiores. Addunt Panvinius, Mediobarbus, & Pagius Paterno Ovinii nomen, eundem eſſe arbitrati, qui anno Chr. 281. fuit Præfectus V. Sed Urbis Præfectura erat ad Conſulatum via, non meta poſt Conſulatum. Plures quidem ex Præfectis Urbis facti ſunt Conſules, nemo, vel pauci poſt Conſulatum Præfecti Urbis fuerunt. Rectius ergo Blanchinus Paterno dat *Nonii* nomen ex lapide antiquo Muſæi Albani.

Hoc anno Lydius quidam latro Pamphyliam, & Lyciam invadit, & omnia late depopolatur, ſed à Probi Ducibus in fugam actus, Cremmæ Lyciæ Oppido ſe includit, atque ibi obſeſſus, cum diu fortiter ſe defendiſſet, vulneratus occubuit, ſociique Romanis ſe dediderunt. Ita Pagius ex Zoſimo. Vopiſcus refert Probum ad hoſce motus ſedandos in Pamphyliam profectum eſſe, Iſauriam à Barbaris liberaſſe, Blemyos ſubegiſſe, Copton, & Ptolemaidem occupaſſe, & pacem cum Perſis feciſſe. Ita Pagius, & Blanchinus ex Vopiſco.

Anno ab U. C. 1032.
Olymp. CCLXIV. Anno IV.
Ær. Chr. 280.
M. AURELII PROBI IMP. AUG. 4. 5.
EUTYCHIANI PONT. 6.

= = = = = = MESSALLA.)
= = = = = = GRATUS.) Coſs.

Ita ex Caſſiodoro, Idatio, Proſpero, utroque Anonymo, Bucherii fragmento, Chron. Alexandrino, Faſtis majoribus, & minoribus Florentinis omnes Chronologi recentiores. Inter Felſinea marmora legitur pag. 353. vetus Inſcriptio, in qua nominatur L. Pomponius Gratus V. C. bis Conſul &c. An ſit iſte hujus anni Conſul in dubio eſt.

Probus Auguſtus peractis iis in Oriente quæ anno ſuperiori narravimus, hoc anno in Thraciam venit, ac centum millia Baſtarnarum in ſolum Romanum tranſtulit, qui poſtea fideles Imperio fuerunt. Gepidas, & Vandalos agrum Romanum devaſtantes Probus oppreſſit. Ita Pagius ex Vopiſco in vita Probi. Narſeus hoc tempore Perſis imperabat Vararanis III. ſucceſſor.

Saturninum Alexandriæ Imperatorem Aug. ſe facientem Probus per ſuos Legatos vincit, & interficit. Blanchinus ex Mediobarbo.

Anno ab U. C. 1033.
Olymp. CCLXV. Anno I.
Ær. Chr. 281.
M. AURELII PROBI IMP. AUG. 5. 6.
EUTYCHIANI PONT. 7.

M. AURELIUS PROBUS)
IMP. AUG. IV.) Coſs.
C. JUNIUS TIBERIANUS.)

Ita ex Caſſiodoro, Idatio, Proſpero, Anonymo Noriſiano, & altero de Præf. V., Bucherii fragmento, Chron. Alexandr., Faſtis minoribus Florentinis, & Gudiana Inſcript. apud Relandum, omnes Chronologi recentiores. Panvinius, Mediobarbus, & Pagius addunt Tiberiano prænomen, & nomen C. Junii, quia C. Junius Tiberianus Conſul fuit iterum (ut ipſi credunt) anno Chr. 291. ſub Diocletiano, & Maximiano. Verum cum eo anno non addatur Tiberiano numeralis nota iterati Conſulatus, niſi ab Anonymo de Præfectis Urbis, tacentibus ceteris antiquis auctoribus, merito dubitandum reſtat, an ille ſit. Faſti Florentini majores *Tiberium* ſcribunt pro Tiberiano, quod parum intereſt.

Hoc anno Probus complebat primum Quinquennium ſui Auguſtalis Imperii, ac merito Pagius ex Nummis Mediobarbi oſtendit Probum ejuſdem Imperii Quinquennalia celebraſſe. Blanchinus vult hoc anno Probum triumphaſſe de Blemyis, & Germanis. Rectius Pagius hoc differt in ſequentem annum, quo propterea Probus iniit Conſulatum V.

Anno ab U. C. 1034.
Olymp. CCLXV. Anno II.
Ær. Chr. 282.
M. AURELII PROBI IMP. AUG. 6. 7.
M. AURELII CARI IMP. AUG. 1.
EUTYCHIANI PONT. 8.

M. AURELIUS PROBUS IMP.)
AUG. V.) Coſs.
= = = = VICTORINUS.)

Ita ex Caſſiodoro, Idatio, Proſpero, Anonymo Noriſiano, & altero de Præfectis Urbis, Bucherii fragmento, Chron. Alexandr., Faſtis majoribus, ac minoribus Florentinis omnes Chronologi recentiores. Panvinius, Mediobarbus, & Pagius addunt Victorino *Pomponii* nomen, arbitrati eundem eſſe, qui hoc ipſo anno erat Præfectus Urbis ab Anonymo nominatus *Pomponius Victorinus*. Verum quod iis inſervit pro affirmatione, nobis idem inſervit pro negatione. Duo enim diverſa munera non videtur unus idemque Civis eodem tempore exercere potuiſſe, ac maxime cum Probus in Orientem profecturus eſſet, ut fecit hoc ipſo anno. Relinquimus igitur cum Relando, atque Blanchino Victorinum ſine prænomine, ac nomine.

Probus Auguſtus hoc anno triumphum duxit de Blemyis,

myis, & Germanis, quem triumphum Vopiſcus fuſe deſcribit in Probi vita. Merito igitur propter triumphum, quem ille ducturus erat, hoc anno Conſulatum init. Ita Pagius contra Mediobarbum, & contra Blanchinum, quos hac in re ſequi non poſſumus.

Probus Auguſtus in Perſas bellum parans, in Pannoniam hoc anno proficiſcitur, ac circa initium menſis Auguſti ſuorum inſidiis, cum eſſet Sirmii, interfectus eſt, ut Pagius oſtendit ad annum ſequentem de anno currenti num. II. Mortuus eſt igitur Probus anno ſui Imperii ſeptimo nondum completo, ut refert Julianus Auguſtus. Cum ergo Tacitus mortuus ſit die 13. Aprilis, ut diximus ad annum Chr. 276 & Probus Auguſtus paucis poſt diebus Imperator Auguſtus in Syria dictus ſit ab exercitu, ideo Probus imperavit annos VI. menſes III., & aliquot dies, ut refert Caſſiodorus. Ita Pagius ad ſequentem annum num. II. de hoc anno.

Carus Manlius Aurelianus (ut eum vocat Vopiſcus) ſive M. Aurelius Carus (ut vocatur in Nummis) Probum Auguſtum ſequutus, Probo interfecto, ab exercitu dictus eſt Imperator Auguſtus, ac bellum Perſicum, quod Probus parabat, volentibus militibus aggreſſus eſt, ſimulque duos filios ſuos Carinum, & Numerianum Cæſares dixit, & Carinum majorem natu ad tuendas à Barbaris Gallias ſtatim miſit, retento ſecum Numeriano, quem ſecum in Perſas duxit. Ita Panvinios, Pagius, Petavius, Blanchin. &c.

Anno ab U. C. 1035.
Olymp. CCLXV. Anno III.
Ær. Chr. 283.
M. AURELII Cari IMP. AUG. 1. 2.
M. AURELII CARINI IMP. AUG. 1.
M. AURELII NUMERIANI IMP. AUG. 1.
EUTYCHIANI PONT. 9.
CAJI PONT. I.

M. AURELIUS CARUS IMP. AUG. II.
M. AURELIUS CARINUS CÆSAR. } Coſs.

Ita ex Caſſiodoro, Idatio, Proſpero, Anonymo Noriſiano, & altero de Præf. V., Bucherii fragmento, Chron. Alexandr. Faſtis majoribus, & minoribus Florentinis, & Anaſtaſio in vitis Pont. Rom. Panvinius, Petavius, Mediobarbus, Almelovenius, Pagius, Relandus, atque Blanchinus. Addidimus Caro Auguſto notam numeralem II quia addunt eam Anonymus Noriſianus, & Anaſtaſius (onde conſtat foiſſe tantum Conſulem honorarium) Idatius, Heraclius, & vetus Inſcriptio.

Hoc anno Carus Auguſtus Auguſtos dixit & filios ante menſem Septembris, ut ea variis Codicis Juſtinianæi reſcriptis liquet. Ita Relandus, & Pagius ad hunc annum num. V.

Carus hoc anno Meſopotamiam occupat, & Cteſiphontem pervenit, atque hinc Perſicus dicitur. At circa menſem Decembris fulmine percuſſus moritur. Dixi circa menſem Decembris, quia initio hujus menſis Carus adhuc in vivis erat, & mortuus jam erat die 12. Januarii ſubſequentis, ut oſtendit Pagius ad ſequentem annum num. II. Alii ceſerunt Carum interiiſſe morbo correptum. Poſt Cari mortem Carinus, & Numerianus Imperio potiti ſunt. Ita Blanchinus, & Pagius ad hunc annum, & ſequentem.

Eutychianus Pontifex moritur menſe Decembri, & deponitur die 6. ejuſdem menſis, cum à die 3. Januarii anni Chr. 275. ad diem tertiam Decembris hujus, qua probabiliter mortuus eſt, ſediſſet annos VIII. menſes XI. vacavit ſedes dies VIII., poſt quos electus eſt Pontifex Cajus, ordinatus die Dominica 16 Decembris, ex qua die uſque ad ejus obitum ſedit annos XI. menſes IV. dies IX. Vide Blanchini notas ad Anaſtaſium tom. 2. pag. 143. & 252.

Hic ne falcem in alienam meſſem mittamus, labori noſtro, quem tandem, favente Deo, ad Imperii Occidentalis Hiſtorias à Sigonio per ducentos, ac plures annos tam accuratè, quam eruditè deſcriptas obſtinatiſſima cura produximus, finem facimus. Faxit Deus, ut, ſi non laudem, aliquam ſaltem commiſerationem apud te, Lector Ingenue, mereamur. Nec enim tanti nos nobis ſumus, ut nunquam, aut ſaltem rarò peccaſſe, inſcios tamen (quod haud ſuperbè teſtamor) exiſtimemus. Incomparabiles aliquando eruditione, judicio, auctoritate, doctrina Viros hallucinatos vel alieno, vel ſuo errore, corrigere, & emendare auſi ſumos. At quoties nos è contra redarguendi fuerimus, ſi quis ea menſura nos remetiri contenderit, qua nos alios temerè menſi ſumus? Utinam tamen ſit, qui quæ in alios imprudenter aggreſſi ſumus, reponat. Lætabimur dari lumen abſconditæ veritati, vel ſi viderimus noſtræ illud imminui exiſtimationi; tantumque abeſt nos ex adverſo ſententiam noſtram propugnaturos, ut potius reddituri quamplorimas gratias Erudito Cenſori ſimus, & Reipublicæ Litterariæ gratulaturi, Chronologiæ notitiam nova ſemper in dies luce perfundi. Quod igitur ſupereſt, ſi quid hujus in operis decurſu vel ſcriptum falſo, vel temere occurrerit, ignoranter id factum ſcias, nec admoneri expectamus, ut retractemus. Id nunc libenter expungimus, ac delemus, & Chriſtianæ cenſuræ non omnia noſtra tantum, ſed & nos ipſos, accepta prius, quam expectata emendatione, ſubjicimus. Quod ad Typographi errata ſpectat, ea ipſe emendavit, & corrigendorum ſcheda ſubjicietur in calce libri, nec vereor, quin te noſtris & alienis erratis benignum, Lector, oſtendas, ubi humanum errare eſſe conſideres, hominemque te recorderis. Vale.

Errata in Notis & Continuatione Faſtorum — Corrige

In Præfatione P. Stampæ pag 7.	linea 17. publico	*adde* ſtudio
pag. 9.	lin. 7. Numaria	Nummaria
Ad Præfationem Sigonii nota (2)	lin. 2. Aphricano &c. punico	Africano &c. Punico

Ad Faſtos Sigonii columna 42. Paragrapho *Rurſus* linea 11. *Chronologi* &c. dele totam periodum, atque ſubſtitue, quæ ſequuntur uſque ad verba: *Mirum ergo*

Chronologi enim illi, qui conditam Urbem volunt anno IV. Olympiadis VI. vel conveolunt cum illis, qui conditam volunt exeunte anno III. Olymp. VI. vel eum illis, qui condiiam volunt ineunte anno I. Olymp. VII. Namque idem ferè eſt dicere: Urbs condita eſt exeunte anno III. ac dicere ineunte anno IV. vel exeunte anno IV. & ineunte anno I. Olympiadis ſubſequentis: uſqueadeo levis momenti habetur diſcrepantia inter finem unius anni, & ſequentis initium, & inter Palilia & æſtivum Solſtitium. Mirum ergo &c.

Col. 51. Paragr. *Antequam*	lin. 31. Sextilis	Sextilis
53. Paragr. *Hic*	lin. 18. incipiente menſes	incipiente, menſes
58. Paragr. *Quia*	lin. 14. inſuper unam	inſuper unam diem
63. Not.(22)	lin. 3. de primo ac ſecundo	de ſecundo ac tertio
64. Not.(24)	lin. 8. XL.	XLI.
	lin. 10. anno Olymp.	anno II. Olymp.
72. Paragr. *Quæratur*	lin. 51. & videtur	& videatur
73. Paragr. *Singulariſſimus*	lin. 8. C. Cæſaris. Caligulæ	C. Cæſaris Caligulæ
74. Not.(34)	lin. 5. Hic Gruchius	Hæc Gruchius
Paragr. *Aſſecutus*	lin. 8. dimiſit	diviſit
75. Paragr. *Ex Curiis*	lin. 5. Inſtituerentur. De	inſtituerentur: de
	lin. 18. Quod autem	Qui autem
76. Paragr. *Tributa*	lin. 8. Sulutranam	Suburanam
78. Paragr. *Erant*	lin. 6. Magiſtratus	Magiſtratibus
87. Not.(47)	lin. 8. in Lælio,	in Lælio.
88. Not.(49)	lin. 5. M. TULLIUS	M'. TULLIUS
91. Not.(53)	lin. 6. Regeliſe	Regeleſe
99. Not.(71)	lin. 4 PABIUS	FABIUS
139. Not.(51)	lin. 17. Juli Julio	Julio Julo
144. Not.(60)	lin. 10. POBLICOLA	POPLICOLA
155. Not.(77)	lin. 9. PULICELLUS	PULVILLUS
156. in Notis	lin. 8. tranſilienti	tranſiliente
181. Not.(15)	lin. 11. & Almelovenius	*dele*
424. Not.(45)	lin. 9. Caſſiodoro	Caſſiodorus
524. in Notis	lin. penult. momento	memento
528. in Notis	lin. 1. redacto	redacta
530. in Notis	lin. 3. 107 &c. 108	707 &c. 708.
576. Not.(31)	lin. 17. Atratinus	Frontinus
579. Not.(35)	lin. 9. Piſono	Piſoni
580. Not.(37)	lin. 16. electus eſt M. Agr.	electus eſt. M. Agr.
582. Not.(39)	lin. 11. Auguſtum	Auguſtum
	lin. 11. Palæſtina	Palæſtinam
587. Not.(45)	lin. 14. Cum tamen	, cum tamen
588. Not (46)	lin. 14. 11.) Archelaus	11.). Archelaus
590. in Notis	lin. 19. Incarnatione	Incarnationem
593. Not.(56)	lin. 16. Zelatorem	Zelatorum
594. in Notis	lin. 6. celibatum	cœlibatum
Not.(59)	lin. 14. Ambicium	Ambiucum
596. Not.(61)	lin. 22. P. Solpicius	P. Solpicio
597. Not.(62)	lin. 14. ſpetie	ſpecie
598. in Notis	lin. 4. abſolvemus	abſolvamus
in Notis	lin. 16. te	re
in Notis	lin. 35. faſtis	faſtos
611. in Notis	lin. 25. hoc anno	eodem anno
614. in Notis	lin. 57. diei 13. Martii	Lunæ 13.
616. in Faſtis	lin. 14. Muſæo. Card.	Muſæo Card.
627. Not.(21)	lin. 3. M. Sillani	M. Silani
633. in Faſtis	lin. 11. & Blanchinus	*adde*: qui transfert Conſules hujus anni in antecedentem
634. Paragr. *Blanchinus*	lin. 2. quo facimos	qui facimus
638. Paragr. *Circa*	lin. 2. Theodas	Theodas fuit, qui
	lin. 6. Joſue	Joſue.
639. in Faſtis	lin. 9. Suillium	Vellejum
Paragr. *Artabanus*	lin. 5. Tacito. Qui	Tacito, qui
642. Paragr. *Claudius*	lin. 5. vult ur ejus	vult, ejus
644. Paragr. *Poſt*	lin. 3. MINCIUS	MINUCIUS
653. Paragr. *Nero*	lin. 4. Ipſo &c. profectum	Ipſe &c. profecturus
659. Paragr. *Confirmat*	lin. 4. Plinio Chron.	Plinio. Chron.
662. Paragr. *In primis*	lin. 32. reponit, Conſules	reponit Conſules
Paragr. *Titus*	lin. 1. Sept. imperavit	Sept. Imperavit
664. Paragr. *Item*	lin. 2. magnifice	magnificæ
667. Paragr. *De duobus*	lin. 4. Aſpernate	Aſprenate
671. Paragr. *Ita ex*	lin. 12. ancipites	in ancipiti
Paragr. *Panvinius Almel.*	lin. 4. COECILIUS	CÆCILIUS
Paragr. *Plinius*	lin. 1. dum iniit Conſulatum	, dum iniit Conſulatum,
672. Paragr. *De ſuffectis*	lin. 3. ad Macrinum lib.	ad Macrinum, lib.
679. Paragr. *Almelovenius*		*dele totam paragraphum.*
681. Paragr. *Plutarchus*	lin. 1. Chætonenſis	Chæronenſis
683.	lin. 6. antiquis	antiquis,
687. Paragr. *Blanchinus*	lin. 4. falsò	Falsò
695. ad annum Chr. 150. *adde*:	XVII. Ludi Agonales Capitolini hoc anno edendi erant.	
696.	lin. 3. Relandus, quis	Relandus, qui
697. Paragr. *Antonius Pagius*	lin. 5. Hymnum	Nummum
698. ad annum Chr. 158. *adde*:	XIX. Ludi Agonales Capitolini hoc anno edendi occurrebant.	
701. ad annum Chr. 162. *adde*:	XX. Ludos Agonales Capitolinos hoc anni haberi oportebat.	
709. Paragr. *Infirma*	lin. 6. Murtia	Marcia
710.	lin. 11. Burrhi	Burri
711. Paragr. *Paternus*	lin. 6. eſſet, idem	eſſet. Ita idem
Paragr. *Diſſenſio*	lin. 3. Aegio	Aeggio

Col.

Col. 712. Paragr. *Cognomina*	lin. 7. Anaſtaſ.	: Anaſtaſius
	lin. 8. in Epiſt.	Epiſt.
714. Paragr. *Quod ſpectat*	lin. penult. ad ann. Chr. 189. Junium	Servilium
715. Paragr. *Maternus*	lin. 1. anno Chriſti 488.	anno Chriſti 188.
718. Paragr. *Quod autem*	lin. 2. hic Coſs.	his Coſs.
723. Paragr. *Hoc anno Origenem*	lin. 1. evitaſſe	eviraſſe
724. Paragr. *Severus*	lin. 7. impertitur	*adde*: & Auguſti titulum
726. Paragr. *Baſſo*	lin. 3. Spartianus ubi	Spartianus, ubi
727. Paragr. *De duobus*	lin. 9. putavit	*adde*: in Epiſt. Conſul.
	lin. 24. Noriſius	Noriſius ibi
	lin. 28. ſcil.	ſed
730. Paragr. *Macrinus empta*	lin. 6. pe	ſpe
	lin. 8. 9. Elagalum	Elagabalus
742. a capite	lin. 2. Balbinos	Balbinum
743. a capite	lin. 3. quorum	quarum
Paragr. *Origenes*	lin. 1. Athenas	Athenas
745. Paragr. *Hoc anno*	lin. 1. veniſſe cum	veniſſe, & cum
750. ad annum Chr. 254.	lin. 6. LUCII PONT. 1. 2.	LUCII PONT. 2. 3.
Paragr. *Lucius*	lin. 7. nempe	*dele quæ ſequuntur, & ſubſtitue*: à die 18. Octob. anni 252. ad 3. Martii hujus anni annum I. menſ. IV. dies XV.
Paragr. XLIII.	lin. 1. tecurrebant	recurrebant

Quoties ſcriptum occurrerit Patritius, corrige Patricius.
Quoties ſcriptum occurrerit Saluſtius, corrige Salluſtius.
Quoties ſcriptum occurrerit Eclypſis, corrige Eclipſis.
Cetera errata, quæ nos fugerunt, emendet benignus Lector.

INDEX
RERUM, ET NOMINUM
PRO FASTIS CONSULARIBUS.

Prænominum Notæ, earumque explicatio.

A.	Aulus.	N.	Numerius.
Ap.	Appius.	P.	Publius.
C.	Cajus.	Q.	Quinctius.
Cn.	Cnæus.	Ser.	Servius.
D.	Decimus.	Sex.	Sextus.
K.	Cæſo.	Sp.	Spurius.
L.	Lucius.	T.	Titus.
M.	Marcus.	Ti.	Tiberius.
M'.	Manius.	Vol.	Voluſus.
Mam.	Mamercinus.		

A

ABgarus Oſdroënorum Rex à Rom. detentus. Col. 729. D.
Abillius Romuli filius. 44. B.
Acerræ Gallor. Oppidum a Rom. captum. 277. A.
Ab Annibale captæ & dirutæ. 286. E.
Achæi in amicitiam Romanorum accepti. 306. D.
Ab ipſis fracti. 358. B.
Acronus Ceninenſium Rex à Romulo victus & interfectus. 47. B.
Acutius Nerva Conſ. 671. C.
Adherbal Pœnor. Dux Romanos in mari frangit. 255. E.
Adiabeni à Romanis victi. 718. D.
Aedes Jovis Capitolini quando primum dedicata. 83. B.
In Palatio M. Valerio publico ſumptu ædificata. 84. C.
Saturno dedicata. 91. C.
Salutis quando dedicata. 201. A.
Eſculapii quando conſtitura 210 E
Herculis à Scip. dedicata. 370. A.
Aelianus Conſ. 701. C. 713. D.
Aelianus Veter Conſ. 678. E.
Aelius Hadrianus Imperator. 680. B.
Moritur. 690. A.
Aelius Scorpianus Conſ. 762. B.
Aemilianus Conſ. 752. E. 762. B. 734. C.
Aemilius Junius Conſ. 710. C.
Aequi à Romanis victi. 93. C. 94. E.
In amicitiam Romanorum redacti. 96. A.
Rebellantes iterum ſuperati. 102. A. 106. D. 108. B. 110. B.
Sub jugum miſſi. 111. C. 127. A. 144. A. 146. A.
Totaliter fracti. 200. A. & E.
Aequicolæ Latium incolebant. 45. D.
Aequos Clœlius Volſcorum Dux in triumphum ductus. 120. E.
Aeſis fluvius quond. Italiæ terminus. 217. D.
Aetoli in Rom. movent inde diu jactati pacem obtinent, & quibus pactis. 314 A.
Afranius Dexter Conſ. 670. B.
Afri à Rom. in Sicilia victi. 244. A. 360. B.
Africa Provincia Conſularis facta. 409. C.
A Cæſare ſubacta. 531. E.
Agon Capitolinus à Domitiano inſtitutus. 664. D.
Agrigentum à Carthaginenſibus occupatum. 242. D.
A Romanis captum. 244. A.

Tom. I.

Agrippa Furius Fuſus Conſ. 117. D.
Tribunus Militum. 146. E.
Agrippa Menenius Lanatus Conſ., & ejus Triumph. 85. C. & E. 121. D.
Plebem commotam ſedat. 77. C. 95. D.
Tribunus Militum. 133. E.
Agrippina Neronis mater interfecta. 648. D.
Albani in Poteſtatem adducti à Tullo Hoſtilio. 63. B.
Albinus Conſ. 745. E. 755. B.
Alexander Pontifex. 674. E. 675. C.
Martyrio coronatur. 680 A.
Almelovenius, Theod. Janſonius, ejus de Urbis fundatione opinio. 7. & 41. C.
Ultimus in corrigendis Faſtis Romanorum. 9.
Allobroges à Rom victi. 514. A.
Amilcar Pœnorum Dux. 246. A.
In mari a Rom. victus. 249. D.
Graves leges à Rom. ſuis impoſitas mœrens accipit. 261. B.
Amphitheatrum Fidenis labitur magna hominum ſtrage. 613. B.
Anacletus Pontifex. 663. C.
Martyrio affectus. 668. A. & E.
Anagnia à Rom. capta. 198. B.
Ancus Martius Rex ejus geſta, & Triumph. 63. D. 64. C. & E.
Aneroeſtus Rex Gallorum Ciſalpinorum. 271. B.
A Rom. fugatus ſe occidit. Ibid. E.
Anicetus Pontifex. 695. A.
Martyrio interficitur. 700. E.
Anicius Cerealis Conſ. 728. D.
Anni Regum Roman. quot. 67. E.
Annia Fauſtina uxor M. Aur. Antonini Imp. 707. D.
Annibal Pœnorum Dux. 243. E.
A Romanis fugatus. 244. D.
A ſuis necatus. 248. C.
Annibal Amilcaris filius Lilybæum contra Rom. tuetur. 255. B.
Eiſque bellum indicit. 281. D.
Saguntum occupat. 282. A.
Italiam ingreſſus Rom. ad Ticinum, & Trebiam fudit. 282. B.
Oculum pro frigore ammittit. Ibid. D.
Iterum Romanos vincit ad Traſimenum. Ibid.
Iterum ad Cannas. 285. C.
Mœſtus ex Italia in Africam revertitur. 302. B.
A Scipione victus. 303. A.
Ad Antiochum Syriæ Regem ſe contulit. 309. A.
Anno Pœnor. Rex à Rom. captus. 298. A.
A Maſſaniſſa occiſus. 300. D.
Annus Romoleus qualis. 51. A.
A Numa Pompilius quomodo correctus. 50. D. & ſeq. 56. D.
Confuſionis qualis fuit. 49 D.
A Julio Cæſare quando emendatus. 53. E. 56. D. 57. B.
A Pontificibus Ethnicis vitiatus. 54. E.
Gregorianæ correctionis quantum à Juliano diſtaret. 58 B.
Antemnates contra Romanos. 45. D.
Antinoës Urbs ab Hadriano cur condita. 685. D.
Antherus Pontifex. 740 C.
Martyrio coronatur. Ibid. E.
Antiochia à Terræmotu quaſſata. 678. C.
Antiochianus Conſ. 758. D.
Antiochus Syriæ Rex Romanis bellum intulit. 311. D.
Mari victus. 314. E.
Pax eidem data quib. pactis. 315. B.
Antium Oppidum captum à Rom. 105. C.
Iterum. 110. C.
Antius Pollio Conſ. 697. C.
Antonius Gordianus Senior Imp. 741. A. Interfectus. Ibid. C.
Antonius Gordianus Junior Imp. 741. A. Interfectus. Ibid. C.
Antonius Hiberos Conſ. 687. B.
Antoninus Diadumenianus Imperator. 730. C.
Antoninus Pius Imperator. 690. B.
Moritur. 700. D.
Anxur in Volſcis receptum. 141. C.
Aollius Romuli filius. 44. B.
Aper Conſ. 724. A.
Apollonia Urbs Illyriorum à Rom. capta. 271. C.
Apolloniates à Romanis bene viſi. 237. A.
App. Annius Atilius Bradua Conſ. 699. C.
Appius Aonius Trebonius Gallus Conſ. 674. E.
Ap. Claudius Caudex Conſ. 239. E.
Ap. Claudius Cæcus Conſ. 197. E. 205. E.
App. Claudius Craſſinus Conſ. 113. D.
Et Xvir. 114. D. 115. B.
Pro ejus libidine Xviri abdicati fuerunt. 116. A.
Ap. Claudius Craſſus Trib. Milit. 139. E.
Dictator. 163. E.
Ap. Claudius Craſſus Regillenſ. Trib. Mil. 130. E.
Ap. Claudius Craſſus Rufus Conſ. 236. E.
Ap. Claudius Lateranus Conſ. 718. E.
Appius Claudius Sabinus Regillenſis Conſ. 92. D. 104. C.

Ap. Claudius Pulcher Conſ. 291. E. 318. E. 367. E. 463. C.
Ejus Triumphi. 466. E. 510. E. 513. E. 552. E.
Ap. Herdonios Sabinus Dux Servorum. 109. B.
Ap. Junius Silanus Conſ. 613. A.
Apuli in deditionem Roman. 192. A.
Aqua Claudia quando primùm in Urbe perducta. 595. B.
Aqua Appia quando in Urbe primùm inducta. 214. A.
Aqua Tepula in Urbe adducta. 401. C
Aqua Virgo quando in Urbe ducta. 576. E.
Aquila Rom. à Judæis rapta. 653. D.
Aquileja obſeſſa. 742. C.
Arabes à Romanis victi. 704. A.
Arabia à Roman. devaſtata. 718. D.
Arceſilaus Conſ. 757. B.
Archelaus Cappadociæ Rex de rebellione à Tiberio accuſatus. 605. D.
Archobarzan Syphacis Nepos Dux Pœnorum. 346. B.
Ardea obſeſſa à Rom. liberata. 120. D.
Areta Arabum Rex à Rom. victus. 497. A.
Aricioorum, & Ardeatium Ager controverſus Populo Romano adjudicatus. 118. A.
Ariminum in Picæno à Rom. conditum. 236. C.
Ariobarzanes Cappadoc. Rex. 440. C.
Arioviſtus Germanor. Rex. 507. D.
Ariſtonicus Eumenis filius Aſiam occupat. 395.
Devictus & in triumphum Romæ ductus. 398. D.
Armenia à Rom. ſubacta. 677. E. 701. D.
Arminius Germaniæ liberator occiſus. 606. E.
Arretini Pacem à Rom. impetrant. 196. D.
Arretium à Gallis Senonibus obſeſſum. 216. E.
Arrianus Conſ. 744. A.
Arrius Severianus Conſ. 686. D.
Arſeus Rex Parthorum in amicitiam Romanorum. 441. B.
Artaxerſes Perſarum Rex Regnum Parthorum occupat. 735. E.
Artena Urbs Volſcor. capta. 139. B.
Artox Iberiæ Rex à Romanis victus. 494. A.
Arvus L. Tarquinii Superbi fil. 68. B.
A L. Bruto occiſus. Ibid. C.
Arx Capitolina fruſtra à Gallis obſeſſa. 147. C.
Arx Laurentana ab Æquis capta, & à Rom. recuperata. 136. C.
Aſculum, ibi omnes Rom. interficiuntur. 444. D.
Ab ipſis captum. 447. C.
Aſdrubal Pœnorum Dux in Sicilia à Rom. conflictus. 254. B.
Aſdrubal Annibalis frater à Rom. fractus. 297. B.
Aſdrubal Pœnorum Dux Romanis ſe ſubmittit. 362. A.
Aſia à Romanis devicta. 318. A.
Aſinæ cognomentum Corneliæ gentis. 244. D.
Aſinius Pollio Verrucoſus Conſ. 662. B.
Aſpidis Urbs Africæ. 249. C.
In deditionem à Rom. accepta. 702. D.
Aſſyria in poteſtatem Rom. redacta. 678. A.
Aſtrologi ab Urbe pulſi. 604. E.
Atalus Rex Thebis Pergamum moritur. 307. B.
Atalus Rex Aſiæ heredem Pop. Rom. reliquit. 393. C.
Atilianus Conſ. 688. A.
Atilius Severus Conſ. 710. C.
Augures quando primùm creati. 62. A.
Auguſta Urbs ab Auguſto condita. 572. A.
A. Æternius Fontinalis Conſ. 112. C.
A. Atilius Calatinus Conſ. 246. E.
Dictator. 256. E.
A. Atilius Serranus Conſ. 329. E.
A. Cornelius Coſſus Dictator, ejuſque Triomphus. 151. A.
Conſ. ejuſq; Triumph. 128. A. & E.
Tribunus Militum. 129. E. 159. E.
A. Cornelius Coſſus Arvina Magiſt. Equit. 169. E. 172. D.
Conſ. 175. E. 182. E.
Dictator. 188. E.
A. Cornelius Palma Conſ. 670. E. 675. C.
A. Gabinius Conſ. 506. E.
A. Hirtius Conſ. 541. E.
A. Hoſtilius Mancinus Conſ. 329. E.
A. Junius Rufinus Conſ. 690. C. 696. B.
A. Licinius Nerva Silianus Conſ. 651. E.
A. Manlius Capitolinus Trib. Mil. 149. E. 150. E. 152. E. 156. E.
A. Manlius Torquatus Conſ. 334. E.
A. Manlius Torquatus Atticus Conſ. 259. E. 260. E.
Ejus Triumphus. 262. A.
A. Manlius Vulſo Capitolinus Trib. Mil. 138. E. 140. E. 142. E.
A. Manlius Vulſo Conſ. ejuſque Triumphus. 103. A. & D.
Legatus in Græciam miſſos ad eorum leges noſcendas. 114. B.
Xvir. Ibid. E.
A. Manlius Vulſo Conſ. 323. E.
A. Plautius Conſ. 615. A.
A. Poſtumius Albinus Conſ. 260. E. 344. E. 437. E.
A. Poſtumius Albinus Luſcus Conſ. 321. E.
A. Poſtumius Albus Regillenſis Dictator, & ejus Triumphus 91. E.
Conſul. 107. B.
Legatus miſſus in Græciam ad leges inſpiciendas. 114. B.
Trib. Mil. 142. E. 153. E.
A. Poſtumius Tubertus Mag. Equ. 125. C.
Dictator, ejuſque Triumph. 126. E.
Filium ſuum necat. 127. A.
A. Quadratus Conſ. 673. C.
A. Sempronius Atratinus Trib. Pl. 118. E. Mag. Equit. 154. E.
Trib. Milit. 130. E. 132. E. 134. E.
Conſul. 91. C. 97. A. 118. E. 665. C.
A. Terentius Varro Murena. 572. E.
A. Virginius Tricoſtus Cælimontanus Conſ. 91. D. 93. B. 105. B.
A. Vitellius Conſ. 623. A. 642. A.
Imperator. 655. E.
Interfectus. 657. A.
A. Voluſius Saturninus Conſ. 664. E.
Aurelius Augurinus Conſ. 681. C.
Aurelius Gordianus Conſ. 761. C.
Aurunci à Romanis victi. 174. D.
Auſona à Romanis capta. 193. D.
Auſones à Romanis victi. 181. C.

B

Baebius Macer Conſ. 671. E.
Baleares à Romanis victi. 404. A.
Barbarus Conſ. 698. B.
Baſſus Conſ. 752. B. & E.
Bellum Achaicum. 356. E.
Actiacum. 561. A.
Allobrogicum. 402. C.
Antiochenum. 311. D.
Ariſtonicum Aſiaticum. 395. C.
Celtibericum. 341. E.
Cimbricum. 415. B.
Civile Cæſaris. 525. A.
Civile Lepidi. 467. C.
Civile Marianum. Ibid.
Civile Octavianum, & Cinnanum. 451. C.
Civile Sullanum. 457. B.
Creticum. 487. A.
Gallicum Ciſalpinum. 273. B.
Gallicum, & Liguſtinum. 263. D.
Hiſpanicum. 437. A.
Judaicum quando cœptum. 653. D.
Ejus finis. 657. E.
Jugurthinum. 416. E.
Labinum. 177. B.
Macedonicum. 350. E.
Marſicum. 444. C.
Mithridaticum. 449. D.
Idem L. Luculli. 475. D.
Idem Cn. Pompeji. 491. D.
Perſicum. 328. A.
Peruſinum L. Antonii. 550. A.
Philippicum. 304. D.
Piraticum Cn. Pomp. Mag. 488. A.
Punicum. 281. C. 346. A.
Samniticum. 175. D.
Sardicum. Ibid.
Sertorianum Hiſpanienſe. 463. E.
Servile Siculum. 434. D.
Servile Spartaci. 477. D.
Siculum Sex. Pompeji. 556. A.
Thracicum. 414. A.
Vejente. 143. C.
Vitriathinum. 362. E.
Beneventum in Samnio à Romanis conditum. 236. C.
Bibliotheca Romæ incenditur. 714. A
Bibliotheca miri operis ab Hadriano conſtructa. 686. E.
Bituitus Arvernorum Rex à Romanis ſuperatus, atque detentus. 406. C.
Bizantium à Rom. captum. 717. D.
Boſtaris Pœnorum Dux. 249. C.
Bradua Conſ. 715. B.
Britanni à Romanis rebellant. 649. E.
Victi. 670. A.
Britannia à Romanis ſubacta. 635. E.
Ad Fidem Chriſti converſa. 725. E.
Brundiſium à Rom. captum. 237. C.
Brutii à Rom. victi. 227. D. 229. B. 233. A.
Brutus idem & ſtultus. 80. B.
Bruttius Præſens Conſ. 690. C.
Bulla aurea ſignum Nobilitatis. 63. B.
Bundica Britannor. Regina. 649. E.
Burrhus Præf. Præt. ornamentum Reipub. 650. C.

C

Caelios Sabinus Conſ. 656. A.
Cæninenſes contra Rom. 45. C.
Camites ſine prælio à Rom. victi. 170. A.
Cæſarea Terræmotu collapſa. 685. A.
Cæſius Martialis Conſ. 647. E.
Cæſo Fabius Vibulanus Conſ. 99. D. 100. C. 101. B.
Cæſo Quinctius juvenis ferox in exilium poſitus. 108. D.
C. Ælius Pœtus Conſ. 213. E.
C. Æmilius Mamercinus Trib. Mil. 144. E. 146. E.
C. Allius Fuſcianus Conſ. II. 713. E.
C. Antiſtios Julius Quadratus Conſ. 666. E
C. Antiſtius Veter Conſ. 643. D.
C. Antiſtius Vetus Conſ. 562. E. 585. C. 609. A. 668. B. 695. A.
C. Antonius Conſ. 495. E.
C. Aquilios Florus Conſ. ejuſque Triumphus. 246. C.
C. Aquilius Tuſcus Conſ. ejuſque Triumphus. 98. B.
C. Aſinius Gallus Conſ. 583. E.
C. Aſinius Pollio Conſ. 550. E.
Ejus Triumphus. 551. E. 609. A.
C. Aſinius Prætextatus Conſ. 743. D.
C. Atilius Balbus Conſ. 258. B. 265. E.
C. Atilius Regulus Conſ. 272. E.
Ejus Triumphus. 274. A.
C. Atilius Regulus Serranus Conſ. ejuſque Triumphus. 248. B.
Terræ Arator. 247. D. 254. E.
C. Atilius Serranus Conſ. 423. E.
C. Atius Sabinus Conſ. 729. A.
C. Aufidius Victorinus Conſ. 710. E. 720. C.
C. Aurelius Cotta Conſ. 252. E.
Ejuſque Triumphus 253. A. 257. E. 305. E. Mag. Equit. 268. E.
C. Bellicius Natalis Conſ. 655. E.
C. Bellicius Torquatus Conſ. 681. E. 692. A.

C. Brut-

Digitized by Google

C. Bruttius Præſens Conſ. 690. C. 696. B. 729. E.
C. Cæcilius Claſſicus Conſ. 672. B.
C. Cæcilius Metellus Caprarius. 414. E
Ejus Triumphus. 415. A.
C. Cæcine Largus Conſ. 634. B.
C. Cæcine Pœtus Conſ. 657. C.
C. Cælius Ruſus Conſ. 604. B.
C. Cælius Urbanus Conſ. 739. B.
C. Cæſar Caligula Imperator factus. 629. E. Occiſus. 634. D.
C. Cæſonius Pœtus Conſ. 649. D.
C. Calpurnius Piſo Conſ. 321. E. 487. E. 676. C.
C. Calviſius Sabinus Conſ. 551. E. 611. A.
C. Calviſius Tullus Conſ. 675. C.
C. Caninius Rebilus Conſ. 581. E.
C. Canulejus, ne crearentur Trib. Pleb. cauſſa. 118. C.
C. Carinas Conſ. 541. E.
C. Caſſius Longinus Conſ. 328. E. 402. E. 448. D. 617. A.
C. Caſſius Varus Conſ. 474. E.
C. Ceſtius Gallus Conſ. 6e6. A.
C. Claudius Canina Conſ. 215. E. 232. E.
C. Claudius Centho Conſ. 262. E. Dictator. 290. E.
C. Cleudius Craſſus Regillenſis Dictator. 172. E. 180. E.
C. Claudius Hortator Mag. Equ. 180. E
C. Cleudius Marcellus Conſ. 523. E.
C. Cleudius Nero Conſ. 296. E.
Ejuſque Triumphus. 297. A.
C. Cleudius Pulcher Conſ. ejuſque Triumphus. 324. A. 397. E. 442. B.
C. Claudius Sabinus Regillenſ. Conſ. 209. A.
C. Cœlius Caldus Conſ. 440. A.
C. Cornelius Cethegus Conſ. ejuſque Triumphus. 307. D.
C. Cornelius Coſſus Trib. Mil. 150. E.
C. Cornelius Lentulus Eſquilinus Conſ. 201. D.
C. Cornelius Panſa Conſ. 682. B.
C. Cornelius Ruffinus Dictator. 182. E
C. Curtius Philo Conſ. 118. B.
C. Domitius Dexter Conſ. 718. B.
C. Duillius Trib. Milit. 141. E. Conſ. 244. E. Ejus primus Romanor. Triumphus navalis. 245. A. Dictator. 268. E.
C. Erucius Clarus Conſ. 704 D.
C. Fabius Ambuſtus Trib. Mil. 146. E. Conſ. 167. E. 168. E. Mag. Equ. 192. E.
C. Fabius Dorſo Licinus Conſ. 232. E.
C. Fabius Maximus Conſ. 534. E.
C. Fabius Pictor Conſ. 235. E.
C. Febius Valens Conſ. 656. B.
C. Fabricius Luſcinus Conſ. ejuſque Triumphus. 218. B. 226. C.
C. Fannius Strabo Conſ. 336. E. 404. E.
C. Flaminius Mag. Equit. 278. E. Conſ. ejuſque Triumphus. 275. D. 281. E. 316. E.
C. Flavius Fimbria Conſ. 427. E.
C. Fontejus Capito. 559. D.
C. Fuſius Geminus Conſ. 615. A.
C. Fulvius Flaccus Conſ. 383. E.
C. Fundanius Fundulus Conſ. 259. E.
C. Furius Pecilus Conſ 135. E. 253. E.
C. Furius Pacilus Fuſus Trib. Mil. 129. E. Conſ. 121. B.
C. Furnius Conſ. 578. E.
C. Gallus Conſ. 719. C.
C. Gavius Maximus Conſ. 692. C.
C. Genucius Clepſina Conſ. 228. E.
C. Herennius Conſ. 558. E.
C. Hoſtilius Mancinus Conſ. 378. E.
C. Horatius Pulvillus Conſ. 102. A. 111. D.
C. Julianus Vetus Conſ. 694. B.
C. Julius Africanus Conſ. 675. A.
C. Julius Aſper Conſ. 727. A.
C. Julius Capitolinus Conſ. 760. E.
C. Julius Cæſar Conſ. 505. E. 5e5. E. 529. E. 533. E.
Dictator. 524. E. 527. E.
Ejus Triumphus. 538. C. 539. E.
Imperator eppellatus. 537. C.
Interfectus. 540. B.
C. Julius Cæſar Octavius Conſ. 541. E.
IIIvir. 54e. E. 544. E.
Imperator dictus. 544. C. 559. D. 560. E. 561. E.
Auguſti titulo decoratus. 568. E.
Dictator. 573. E.
C. Julius Erucius Clarus. 716. C.
C. Julius Julus Trib. Milit. 137. E. 138. E.
Conſ. 97. C. 100. B. 117. C. 124. C. 125. B. Xvir. 114. E.
Dictator. 170. E.
C. Julius Maximinus Imp. 740. C. Trucidatus. 742. C.
C. Julius Mento Conſ. 126. E.
C. Julius Rufus Conſ. 654. A.
C. Julius Servianus Conſ. 687. D.
C. Junius Bubulcus Brutus Magiſt. Equit. 194. E. 196. B. 227. E. Conſ. 291. A. 194. E. 195. E. Dictator. 200. C.
C. Junius Norbanus Conſ. 456. E.
C. Junius Silanus Conſ. 578. E.
C. Junius Tiberianus. 763. E.
C. Lælius Conſ. 313. E.
C. Lælius Sapiens Conſ. 374. E.
C. Lecanius Baſſus Conſ. 651. B.
C. Licinius Calvus Trib. Mil. 155. E. Primus de Plebe Mag. Equ. 159. E.
C. Licinius Craſſus Conſ. 330. E.
C. Licinius Geta Conſ. 412. E.
C. Licinius Varus Conſ. 264. E.
C. Livius Mamilianus Druſus Conſ. 351. E.
C. Livius Salinator Conſ. 315. E.
C. Lucius Denter Mag. Equ. 172. E.
C. Lucius Severus Conſ. 697. B.
C. Lucius Teleſinus Conſ. 653. A.
C. Lutatius Catulus Conſ. 260. E. 279. E.
C. Mænius Conſ. 179. E.
Ejuſque Triumphus. 180. B.
C. Mainius Dictator. 190. E. 193. E.
C. Mamilius Turinus Conſ. 263. E.
C. Manlius Capitolinus Trib. Mil. 154. E.
C. Manlius Valens Conſ. 668. B.
C. Marcellus Quinctilianus Conſ. 734. E.
C. Marcius Cenſorinus Conſ. 583. E.
C. Marcius Coriolanus exilio a Plebe multatus in Volſcos abiit. 97. B.
C. Marcius Figulus Conſ. 335. E. 338. E. 494. E.
C. Marcius Rutilus Conſ. 167. E. 170. E. 175. E.
Dictator primus de Plebe, ejuſque Triumphus. 168. A. & E. 174. E.
C. Marius Conſ. 422. E.
Ejuſque Triumphus. 427. E. 428. E. 429. B. 431. D. 43e. E. 435. E. 452. E. 457. E.
C. Martius Rutilus, poſtea Cenſorinus dictus Conſ. 195. E.
C. Memmius Conſ. 558. E.
C. Memmius Regulus Conſ. 650. E.
C. Meſſius Quinctius Trajanus Decius Imp. 746. E.
C. Mincius Fundanus Conſ. 644. E.
C. Nautius Rutilus Conſ. 110. D. 136. E. 213. E.
C. Nererius Marcellus Conſ. 685. C.
C. Norbanus Flaccus Conſ. 552. E. 571. E. 603. A.
C. Octavius Conſ. 538. E.
C. Papirius Carbo Conſ. 407. E.
C. Papirius Craſſus Trib. Mil. 151. E.
C. Papirius Maſo Conſ. 268. E.
Ejuſque Triumphus. e69. B.
C. Petronius Mamertin. Conſ. 710. B.
C. Petronius Turpilian. Conſ. 649. D.
C. Plautius Decianus Conſ. ejuſque Triumphus. 184. E.
C. Pleutius Proculus Conſ. 167. E. Mag. Equ. 168. E.
C. Plautius Proculus Venno, ſeu Venox Conſ. 185. E.
C. Poblicius Certus Conſ. 669. D.
C. Pœtelius Libo Viſolus, Balbus Conſ. 265. E. 173. E. 182. E. 185. E.
Dictator. 194. E.
C. Pompejus Longinus Gallus Conſ. 643. A.
C. Pontius Samnitium Imperator in Triumph. Romã ductus. 211. A
C. Pontius Nigrinus Conſ. 629. A.
C. Popillius Lænas Conſ. 328. E. 337. E.
C. Porcius Cato Conſ. 413. E.
C. Quinctius Atticus Conſ. 656. B.
C. Quinctius Cincinnatus Trib. Mil. 155. E.
C. Quinctius Claudus Conſ. e33. E.
C. Scribonius Curio Conſ. 467. E.
C. Sempronius Atratinus Conſ. 131. C
C. Sempronius Blæſus Conſ. ejuſque Triumphus. 252. A. 259. E.
C. Sempronius Tuditanus Conſ. 398. E. Ejus Triumphus. 399. C.
C. Sentius Saturninus Conſ. 574. E.
C. Sergius Fidenas Trib. Mil. 150. E. 151. E. 153. E.
C. Serius Augurinus Conſ. 697. D.
C. Servilius Ahala Trib. Mil. 137. E. 140. E.
Magiſter Equitum. 122. E. 148. B.
C. Servilius Axilla Trib. Mil. 133. E.
C. Servilius Geminus Conſ. 301. E. Dictator. 302. E.
C. Servilius Pulex Geminus Magiſter Equ. 296. E.
C. Servilius Structus Ahala Conſ. 101. C. 129. C.
C. Servilius Tucca Conſ. 215 E.
C. Servilius Urſus Servianus. 674. C. 676. D. 681. C.
C. Sextilius Trib. Mil. 154. E.
C. Sextius Calvinus Conſ. 402. E.
Ejus Triumphus. 404. E.
C. Silius Italicus Conſ. 654. E.
C. Soſius Conſ. ejuſque Triumphus. 559. E.
C. Soſius Senecio Conſ. 670. B. & E. 672. A. 674. B.
C. Suetonius Paullinus Conſ. 653. A.
C. Sulp. Camerinus Cenſor. 153. B.
C. Sulpicius Galba Conſ. 608. A.
C. Sulp. Gallus Conſ. e59. E. 331. E.
Ejus Triumphus. 332. E.
C. Sulpicius Longus Conſ. 180. E. 187. E. 193. E.
Cenſor. 192. B. Dictator. 194. E.
C. Sulpicius Peticus Cenſor. 162. A. Conſ. 161. E. 164. E.
Dictator, ejuſq; Triumphus. 167. C.
C. Terentius Varro Conſ. 283. E.
C. Trebonius Conſ. 534. E.
C. Valerius Flavus Conſ. 441. D.
C. Valerius Levinus Conſ. 324. E.
C. Valerius Meſſellinus Conſ. 663. C.
C. Valer Potitus Flaccus Conſ. 183. E.
C. Valerius Potitus Voluſus Trib. Mil. 134. E. 156. E.
C. Valgius Rufus Conſ. 581. E.
C. Venrid. Apronianus Conſ. 682. D.
C. Vetennius Severus Conſ. 644. D.
C. Vettius Aquilinus Conſ. 701. A.
C. Vettius Atticus Conſ. 743. D.
C. Veturius Cicurinus Conſ. 112 B.
C. Veturius Craſſus Cicurinus Trib. Mil. 155. E. 157. B.
C. Vibius Criſpus Conſ. 634. B.
C. Vibius Panſa Conſ. 541. E.
C. Vibius Ruffinus. 608. A.
C. Vibius Varus Conſ. 687. D.
C. Vibius Voluſianus Cæſar Conſ. 748. E.
C. Vibius Voluſianus Gallus Imp. 748. E. Interfectus. 749. E.
C. Vipſtanius Apronian. Conſ. 679. C.
Cales Urbs Auſonum. 182. A.
A Romanis capte. Ibid. C.
Caliſtus Pontifex. 730. C.
Martyrio coronatur. 733. A.
Calpurnius Piſo Conſ. 706. E.
Calpus Numæ Pompilii filius. 61. B.
Camarina in Sicilia à Romanis recepte. 246. D.
Camerini contra Romanos. 45. D.
Camerinus Conſ. 689. C.
Campani Meſſanam occupant. 240. C.
Campani Senatui Rom. ſponte dantur. 175. D

Ca-

Caninius Rebulus Conſ 534. E.
Canuſini in deditionem Romanorum 192 A.
Cappadocia in Provinciam redacta. 606. C.
Capitolium à Domitiano elegantios reſtitutum 663 D.
A Servis occopatum. 109 B.
A Romanis recuperatum. Ibid. C.
Incenſum. 457. C.
Capua, ibi Annibal victor receptus. 286. D.
A Romanis capta. 299. C.
Capuani in Rom. conjurant. 193 C.
Caracalla Urbs Corſicæ a Rom. oppugnata. 245. E.
Carbunculum quando primùm in Italia venit. 314. A.
Cartago a Romanis obſeſſa. 354. C.
Incenſa & capta. 293. D. 361. D.
Cartaginenſes in Sicilia contra Romanos. 242. D.
Ab ipſis victi pacem fruſtra petunt. 302. A & B.
Eam obtinent quibus pactis. Ibid. E. 303. D. 304 A. V. *Pax*.
Caſſius Apronianus Conſ. 715. B.
Caſſius Severus Scriptor Satyricus. 623. D.
Catanenſes in fidem Romanorum recepti. 243. B.
Catilinæ conjuratio. 497. E.
Cejonius Virius Baſſus Conſ. 759. B.
Celtiberi iterum Romanis bellum movent. 341. E. Fracti. 342. B.
Cenomani Placentiam invadunt. 305. D.
Cenſorum initium. 119. E.
Eorum jura. 120. B.
Cenſum agere quid erat, & quando primùm inſtitutum. 66. D. 67. A. & D.
Iterum à T. Lactio Flavo Dictatore factum. 90. E. V. *Luſtrum*.
Cenſura annua, & Semeſtris facta. 125. C.
Chriſti Imago ab Alex. Imp. inter Deos collocata. 734. A.
Chriſtiani quando ita primùm vocati. 626. B.
Suppliciis afflicti. 651. C.
Chriſtus quando Paſcha celebravit. 72. E. 73. A. & ſequ.
Chriſtus quando verè naſcitur. 585. D. 611. B.
Quando baptizatur. 611. E.
Quo anno Cruci affixus. 613. E. 614. A. & ſequ. 622. D. 625. C.
Variorum opiniones circa annum ejus mortis. 624. D. 625. D.
Ciceronis opinio de Republica. 35.
Cimbr. Rom. bellum movent 415 C.
Ipſos frangunt. 421. C. 425 D.
A Rom. cæſi. 431. A. & D. 432 A.
Circulus indictionalis quid 59. D.
Circus à Trajano conſtructus 675. E.
Civica Pompejanus Conſ. 725. B. 737. E. 743. B.
Cizizeni libertate à Rom. privati. 610 D.
Claſtidium, ibi magnus conflictus inter Rom. & Gall. inſubres. 277. A. 278. A.
Claudius Aug veneno necatus. 646. B.
Cl. Tiberius Nero Aug. Conſ. 605 A.
Claudius Sacerdos Conſ. 698. D.
Claudius Seleucus Conſ. 731. E.
Clavum figere, quid. 94 E.
Clemens Pontifex. 654. E. & ſequ.
In exiliom mittitur. 659. E.
Pontificatu ſe abdicat. 662. C.
Martyrio coronator. 671. C.
Cleopatra Ptolomæi Regis Soror. 529. B.
Cletus Pontifex. 660. C.
Martyrium ſubit. 663. D.
Clodius Criſpinus Conſ. 675. A.
Clodius Pupienus Maximus Imp. 741 A. Interfectus. 742. A.
Cluſini à Gallis obſeſſi opem Rom. implorant. 146. D.
Clypæa Urbs Africæ à Rom. capta. 249. D.
Cn Acerronius Proculus Conſ. 629. A
Cn. Aufidius Oreſtes Conſ. 480. E.
Cn. Bæbius Tamphilus Conſ. 320. E.
Cn. Cæcilius Simplex Conſ. 656 B.
Cn. Calpurnius Piſo Conſ. 375. E. 572. E. 584. E.
Cn. Claudius Severus Conſ. 693. C.
Cn. Cornelius Blaſio Conſ. 234. E. 247. C.
Cn. Cornelius Coſſus Trib. Milit. 135. E. 137. E. 138. E. 141. D.
Conſ. 136. E.
Cn. Cornelius Dolabella Conſ. 337. E. 459. E.
Ejus Triumphus. 466. E.
Cn. Cornelius Lentulus Conſ. 304. E. 357. E. 437. D.
Cn. Cornelius Lentulus L. F. Conſ. 580. D.
Cn. Cornelios Lentulus Augur Conſ. 577 E.
Cn. Cornelius Lentulus Clodianus Conſ. 479. E.
Cn. Cornelius Lentulus Getulicus Conſ. 611. A.
Cn. Cornelius Lentolus Marcellinus Conſ. 509. E.
Cn. Cornelius Scipio Conſ. 276 B.
Cn. Cornelius Scipio Aſina Conſ. 244 E Ejus Triumphus. 251. D.
Cn. Cornelius Scipio Hiſpallus Conſ. 324. E.
Cn. Domitios Ahenobarbus Conſ. 311. E. Ejos Triumphus. 404. E. 438. D. 559. E. 623. A.
Cn. Domitius Calvinus Conſ. 182. E. 217. E. 515. E. 538. E. 550 E.
Cn. Domitius Corbulo Conſ. 631. C.
Cn. Fulvios Centumalus Conſ. 204. E.
Ejos Triumphos. 205. A. 269. E. 292. E.
Cn. Fulvius Maximus Centumalus Dictator. 242. E.
Cn. Genutius Aventinenſis Trib. M l. 142. E. 143. E.
In bello occiſus. Ibid.
Conſ. 162 E.
Cn. Juſlus Agricola Conſ. 660 D.
Cn. Lollius Gallus Conſ 685. C.
Cn. Mallius Maximus Conſ. 424. E.
Cn. Manlius Cincinnatus Conſ. 100. E
In prælio occiſus. 101. B.
Cn. Manlius Capitolinus Imperioſſus Conſ. 166 E 167 E.
Cenſor. 171. A. Mag Equ. 174. E.
Cn. Manlius Vulſo Conſ. 314. E.
Cn. Octavius Conſ. 333. E. 399. E. 451 E. 467. E.
Cn Papirius Carbo Conſ. 424. E. 454. E 455. E. 457. E.
Ejus Triumphus. 462. A.
Cn Papirius Ælianus Conſ. 711. C.
Cn. Pedius Caſtus Conſ. 658. A.
Cn. Pompejus Conſ. 560. E.
Cn. Pompejus Magnus Conſ. 483. E.
Ejus Triumphus. 502 B. 511. E. 517. E. Occiſus. 525. A.
Cn. Pompejus Strabo Conſ. 446. E.
Ejus Triumphus. 447. D.
Cn. Quintilius Varus Dictator. 183. E
Cn. Sentius Saturninus Conſ. 633. A.
Cn. Servilius Cæpio Conſ. 252 E. 301 E. 329 E. 371. E.
Cn. Servilius Geminus Conſ. 281. E.
Coeſo Duilius Xvir. 115. B.
Conſ 181. E.
Coeſo Fabius Ambuſtus Trib. Mil. 138 E. 141. D. 145. E. 146. E.
Columna poſita in Foro C. Duilio Conſ. pro prima victoria navali. 245. B.
Comanus Solus quomodo à Romulo diviſus. 74. E.
Comom à Rom. captum. 277. B. 308. C.
Comitia quando inſtituta, & de ipſis diſſertatio. 74. B. D. & ſeq.
Concilium primum Nicenum quando celebratom. 57. E.
Concilium primum Hieroſolymæ habitum 624. B.
Concilium de die Paſchate celebrando. 699. B.
Conciliom Romanum à Victore habitum. 718. C.
Concilium Carthaginenſe. 751. D.
Congolitanus Rex Gallorum Ciſalpinorum. 273. B.
A Romanis occiſus. Ibid. E.
Conſulatus quando inceperit. 67 E. 74. A.
Conſules quando, & à quo primùm creati. Ibid. B
Primùm Prætores vocati. Ibid C.
Eorum auctoritas. Ibid. 77. A.
Abdicant, ut Xviri eligerentur. 113 E.
Iterum creati. 116. B. 126. B.
Pro ipſis tres Trib. Plebis inſtituti. 118. E.
Denuo reſtituuntur. Ibid. E.
Plebis quando primùm creati: 160. E.
Qua die initium ſui Magiſtratus dabatur. 275 C.
Honorarii quando primùm creati. 535. D
Contrebia Urbs Hiſpaniæ à Romanis viriliter capta. 371. D.
Corduba à Rom condita. 343. E.
Corinthum à Rom incenſum. 359. A.
Coriolanus Dux Volſcorum. 98. A.
Corioli capti. 95. B.
Cornelius Anolinus Conſ. 729. A.
Cornelius Pontifea. 747. C.
Capite plectitur. 749. B.
Cornelius Priſcus Conſ. 666. D.
Cornelius Rufus Conſ. 710. B.
Cornelius Scipio Orfitus Conſ. 671. E.
Cornelius Secularis Conſ. 753. D.
Cornelius Tacitus Hiſtoricus Conſ. 669. D.
Corona Myrtea quando, & qua occaſione primùm oſa fuit. 269. D.
Corſi à Romanis victi. 245. E.
Iterum Canibus ex Italia deductis. 269. B.
Ipſis pax à Romanis data. 265. D.
Inde Romanis prædam rapiunt. 268. D
Coſſura Inſula in mari Africo à Romanis vaſtata. 251. A.
Coſſus Corneliorũ cognomen. 109. C.
Coſſus Cornelius Lentulus Conſ. 610. A. 639. B.
Cremona ab Inſubribus capta. 282. C.
Depopulatur. 657. A.
Cretenſes à Romanis ſubacti. 314. E. 490 B.
Criſpina uxor M. Aur. Commodi Imp. 708. B. 711. B.
Strangulata. 716. A.
Criſpinus Conſ. 713. D. 733. E.
Critolaus Dux Acheor. a Romanis victus. 358. B.
Crotonenſes pacem à Romanis obtinent. 196. D.
Cruſtomeria capta. 89. A.
Cruſtumini contra Romanos. 45. C.
Curetes Populi Sabinorum. 45. D.
Curia, vocis etymologia. 74. E.
Cyclus Solaris, idem & Dominicalis, quid ſignificet. 58. C. 59. B.

D

Daci à Romanis victi. 672. E. 673. E.
Dalmatæ à Romanis victi. 339. A. 552 A.
Damalum Illyriorum Oppidum à Romanis captum. 281. A.
Dandulus Matthæus. 34.
Dardani à Romanis victi. 478. D.
Decebalos Daciæ Rex Romanos vicit. 665. B.
Decemviri quando creati. 113 D.
Eorum auctoritas. 114. B.
Qua de cauſa abdicati. 116. A.
Decennius Geminus Conſ. 647. E.
D. Cælios Balbinus Conſ. 717. D.
Imp. 741. A.
Interfectus. 742 A.
D. Clodius Albinus Cær. Conſ 717 B.
D. Haterius Agrippa Conſ. 608 A.

D. Ju-

D. Junius Brutus Conſ. 466. C.
D. Junius Brutus Callaicus Conſ. 376. E. ejus triumphus. 393. C.
D. Junius Brutus Scæva Mag. Equ. 179. E Conſ. 186. E. 288. E.
D. Junius Pera Conſ. ejuſque triumphus. 238. B.
D. Junius Silanus Conſ. 497. E. 645. D.
D. Lælius Balbus Conſ. 585. C.
D. Novius Priſcus Conſ. 661. A.
Decuria, vocis etymologia. 74. E.
Delminium Urbs Dalmatarum à Romanis expugnata. 340. B.
Demetrius Pharius Illyriorum Rex. 280. E.
Demetrius Philippi Regis filius à Romanis captus, & in triumpho ductus. 311. A.
Dexter Conſ. 734. A.
Dictator, quando primùm inſtitutus, & qua de cauſa. 89. B.
Diæus Acheorum Dux à Romanis victus veneno ſe occidit. 358. E.
Dio Caſſius Conſ. 736. C.
Dionyſius Halicarnaſſeus ejus opinio de Romæ fundat. 43. A.
Dionyſius Pontifex. 752. E.
Moritur. 758. B.
Divortium primùm quando Romæ factum. 267. A. 269. A.
Domitius Apollinaris Conſ. 669. D.
Drepanum in Sicilia à Romanis captum. 246. D. 258. C.
Druſus Cæſar Tib. F. Conſ. 603. A. 607. B.
A Sejano necatus. 609. C.
Duillius Silanus Conſ. 713. E.
Dyrrachini Romanis ſe tradunt. 271. C.

E

EBurones à Romanis victi. 516. E.
Eccleſia Antiochena quando fundata. 626. B.
Eccleſiæ prima perſecutio. 651. C.
Egnatius Dux Samnitum à Romanis interfectus. 206. E.
Elephantes primùm cum Pyrrho Rege in Italia conſpecti. 220. C.
Eleutherius Pontifex. 704. E.
Martyrio ſubit. 712. D.
Enna in Sicilia à Romanis occupata. 246. D.
Epactæ, quo ordine procedant. 59. D.
Epochæ Tib. Imp. cum annis U. C. collatæ. 620.
Erſilia Sabina Romuli uxor. 44. A.
Hoſti Hoſtilii ſecundùm alios. Ib.
Erſilia Romuli filia Tulli Hoſtilii uxor. 62. A.
Etruſci quando arma in Romanos portaſſent. 45. C.
In auxilium Vejentibus. 101. B.
A Romanis victi. 168. D. 200. A. 205. A. 206. A. 218. E.
Evariſtus Pontifex. 669. A.
Martyrio coronatur. 675. B.
Eunus Servus natione Syrus bellum Rom. indicit in Sicilia. 383. A.
Eutychianus Comazon Conſ. 731. B.
Eutychianus Pontifex. 761. C.
Moritur. 764. C.

F

FAbianus Pontifex. 740. C.
Martyrio donatus. 747. E.
Fabiorum Familia bellum cum Vejentibus aſſumit. 101. C.
Omnes occiſi. 102. B.
Fabius Cilo Septimius Conſ. 716. E. 722. D.
Faliſci à Romanis victi. 262. A.
Fames max. Romæ. 333. D. 623. E. 633. C. 714. D.
Fauſtinus Conſ. 754. C.
Fauſtus Cornelius Sulla Conſ. 622. A.
Felix Pontifex. 758. B.
Ejus mors. 761. B.
Ferentinum Hernicorum Urbs à Romanis capta. 135. C. 165. C.
Feriæ Latinæ quando à Romanis conſtitutæ. 175. A.
Fidenates contra Romanos. 45. D.
Victi. 130. A.
Fidenæ Urbs Sabinorum, ubi ſita. 62. E. Obſeſſæ. 89. A.
Ibi Amphitheatrum magna hominum ſtrage labitur. 613. B.
Flamines quando primùm creati. 62. A.
Flavius Claudius Sulpicianus Conſ. 716. E.
Fl. Cl. Valerius Aurelianus Imp. 759. B. Interfectus. 761. E.
Fl. Domitianus Cæſar Conſ. 658. A. & E. 659. B. & D. 660. A. 661. B.
Imperator. 663. A. & ſequ.
Deum ſe vocari jubet. 664. E.
Interfectus. 668. D.
Flavius Libo Conſ. 722. D.
Flavus idem & Rufus. 83. E.
Flavus Conſ. 706. C.
Forum Trajani à Trajano conſtructum. 677. B.
Fregellani à Rom. in deditionem compulſi. 402. A.
Friſii Romanos fundunt. 613. D.
Victi. 713. C.
Fulvius Æmilianus Conſ. 723. D.
Furia Sabinilla Tranquillina Gord. Imp. uxor. 743. B.
Furius Orfitus Conſ. 758. D.
Furius Pacilos Fuſus Cenſor. 124. E.
Fuſcus Conſ. 734. A.

G

GAbii Latium incolebant. 45. D.
Galli poſt Romam captam pulſi. 147. B.
Galli à Romanis victi. 160. B. 164. E.
Iterum. 167. A. & C. 172. A. 266. A.
Galli Boji à Romanis victi ad Lacum Vadimonis. 217. C. 218. C.
Iterum victi. 263. D. 264. D. 265. C. 267. A.
Galli Ciſalpini in Etruriam irrumpunt. 273. C.
A Romanis fracti. Ibid. E.
Galli Inſubres à Rom. victi. 274. D. 275. E. 305. D. 307. D.
Galli Narbonenſes à Rom. victi in flammas ſe projiciunt. 411. A.
Galli Salaſſi à Rom. victi. 367. D.
Galli Senones legatos Rom. interficiunt. 216. D.
Arretium obſident. Ibid. E.
Victi ad Lacum Vadimonis. 217. C.
Galli Tigurini Romanos ſuperant. 422. B.
Galli Tranſalpini à Romanis victi. 402. C. 405. A.
Gallia Narbonenſis in Provinciam à Romanis redacta. 407. A.
Gallicanus Conſ. 695. A.
Gallus Conſ. 706. C.
Gavius Orfitus Conſ. 708. C.
Gentius Illyriorum Rex in triumphum a Rom. ductus. 332. B.
Germani Provincias Romanorum infeſtant. 739. A.
Debellati. 740. B.
A Domitiano victi. 664. C.
A Probo Auguſto profligati. 763. B.
A Germanico afflicti. 603. E.
Germanicus ejus mors. 606. D.
Giſgo Amilcaris filius Pœnos contra Romanos incitat. 346. C.
Glabrio Conſ. 751. B.
Gladiatores Capuæ belli Spartaci auctores. 476. D.
A Romanis fracti. 482. A.
Gothi Romanos infeſtant. 711. E.
A Claudio Imp. deleti. 758. C.
Europam depopulantur. 749. D.
Thraciam occupant, Macedoniam vaſtant. 755. A.
Gratus Conſ. 763. D.
Gratus Sabinianus Conſ. 711. E.
Guluſſa Maſſaniſſæ filius. 346. C.

H

HElvius Pertinax Conſ. 727. E.
Hermanduri à Rom. victi. 708. D.
Hernici a Romanis victi. 98. B. & C.
In amicitiam Romanorum redacti. 99. A.
Latium incolebant. 45. D.
A Romanis iterum victi. 164. A. 165. C. 167. A. 198. B.
Hiarbas Rex Numidiæ a Romanis captus. 462. B.
Hiero Syracuſanorum Rex in auxilium à Pœnis evocatus. 241. B.
A Romanis fugatus. Ibid. C.
Pacem impetrat. 242. D.
Moritur. 289. A.
Hieroſolyma à Rom. capta. 497. B.
Iterum capta ab eiſdem, & diruta. 657. E.
Ab Hadriano inſtaurata. 686. A.
Hippana in Sicilia à Romanis capta. 246. D.
Hiſpani à Romanis deficiunt. 289. A.
Hiſpania Provincia à Rom. facta. 298. E.
A Cæſare recepta. 536. D.
Hiſtriones ex Italia proſcripti. 609. C. 617. C.
Horologium Solare quando primùm in Urbe. 208. B.
Hoſtilianus Decius Imp. 748. A.
Peſte moritur. 749. A.
Hoſtus Hoſtilius aliqui crediderunt Erſiliæ Sabinæ Maritus. 44. A.
Hoſtus Lucretius Tricip Conſ. 127 B.
Hoſtus Tullii Hoſtilii Pater. 62. E.
Hyeronimus Rex Syracuſanor. cum Annibale fœdus init, & à Conjuratis interfectus. 259 A.
Hygious Pontifex. 689. C.
Martyrium patitur. 691. A.

I

S. JAcobus Apoſt. lapid. interfectus 649. D.
Jani Templum clauſum. 266. D.
Item ab Auguſto. 584. E.
Ignatius Epiſc. Antioch. martyrio ſubit. 677. D.
Ilia, ſive Rhea, ſive Silvia Romuli Mater. 139. A.
Illium quando captum. 44. D.
Illyrii quib. pactis à Rom. ſubacti. 271. D. Iterum victi. 280. A.
Imperii Romani diviſio. 699. E.
Incendium max. in Urbe. 651. B. 662. A. 696. B. 715. D.
Indictio quando initium habuit, ejuſque explicatio. 59. D. 60. A.
Inſubres à Romanis deficientes Cremonam & Placentiam occupant. 282. C. 305. D.
Se Romanis dant. 277. B.
Interregnum poſt mortem Romuli. 48. E.
S. Jo. Bapt. quando ſuam prædic. incœpit. 611. B.
Joſeph Caiphas Judææ Pontifex. 606. E.
Jovis Capitolini Ædes quando primùm dedicatæ. 83. B.
Jovi Latiali quomodo ſacrificabatur. 175. B.
Iſtri à Rom. victi. 178. C.
Iſtria Provincia à Rom. facta. 324. A.
Judæa vendita. 658. C.
Judæi è Roma pulſi. 643. C.
Judæi à Romanis deficiunt. 653. D.
Ab ipſis ſubacti. 655. D.
Judæi omnes in Meſopotamia occiſi. 678. D.
Iterum à Rom. victi. 687. C. 688. C.
Jugurtha Rex Numidiæ. 416. D.
A Rom. victus. 420. A.
Ab ipſis captus. 424. D.
Julia Auguſti filia in exil. pulſa, & inedia conſumta. 603. D.
Julianus Conſ. 733. E.
Julianus Rufus Conſ. 708. C.

Julius Africanus Conſ. 740. C.
Julius Antonius Africanus Conſ. 583. D.
Julius Feroa Conſ. 771. C.
Julius Cæſar quando Annum correxit. 53. E.
J. Pomponius Græcinus Conſ. 603. B.
Junius Aquilinus Conſ. 746. E.
Junius Donatus Conſ. 753. D.
Junius Silanus Conſ. 714. B.
Junius Titianus Conſ. 745. C.

K

Kalendæ unde ſic dictæ. 55. D.

L

Lacedemonii in auxilium Pœnor. 250. B.
Lacus Regillos, ibi conflictus inter Romanos, & Latinos. 92. B.
Lar Tolumnius Vejentium Rex interfectus. 128. B.
Largus Conſ. 693. E.
Lateranus Conſ. 667. A.
Latini primi qui tulerunt arma contra Romanos. 45. C.
Ab ipſis victi. 180. B.
Lartius Herminius Aquilinus Conſ. 117. B.
Lauredanus Andreas. 34.
Ejuſque Nummi arg. 277. C.
Legati ad Oraculum Delphicum. 142. C.
Ejuſque reſponſum. 143. A.
Legati Romanor in Græciam miſſi ad eorum leges cognoſcendas. 112. E.
Leges tres adverſus Patricior. opes promulgatæ. 155. C.
Leges à P. Clodio Trib. Pleb. latæ. 506 B
Leges ſeditioſæ à C. Sempronio Graccho latæ. 407. B.
Legio Campana à Romanis cæſa. 234. C.
Lelius Lentulus Caodinus Conſ. ejuſque triumphus. 264. C.
Lex agraria primùm à Sp. Caſſio promulgata. 99. B.
A Cæſare promulgata. 505. B.
A Cn. Genucio Trib. Pleb. excitata. 104. B.
Antiquiſſima in Columna Ærea inciſa. Ibid. B.
A P. Servilio Priſco Conſ. evulgata pro ſedanda Plebe. 95. C.
Belli Gallici Ciſalpini cauſa. 273. B.
Calpurnia de ambitu quando lata. 493. A.
De plebeis Magiſtratibus comitiis tributis ereandis à Volerone Trib. Pleb. promulgata. 104. C. & D.
De ſpoliis opimis à Numa Pompilio ſcripta. 47. C.
De ſumptibus & Libertinorum ſuffragiis quando evulgata. 412. D. 491. D.
De communicandis plebi Patricior. connubiis quando lata. 118. B.
De ambitu quando promolgata. 337. B.
De agris dividendis quando promulgata. 387. A.
Fannia quando lata. 336. C.
Hortenſis quando, & qua occaſione lata. 215. B.
Metilia de Fullonibus quando dicta. 280. C.
Oppia quando abrogata. 309. A.
Terentia quando promulgata. 108. B.
Quando abjecta. 112. D.
Pro ea Xviri creantur. 113. D.
Libri divinationum ab Auguſto combuſti. 580. E.
Ligures à Rom. victi. 321. A. 327. A. 332. E.
Domiti. 341. C. 413. C.
Iterum fracti. 263. D. 264. D. 265. C. 267. A.
Lilybæum in Sicilia à Rom. captum. 246. D. 258. C.
Linus à S. Petro Epiſcopus ordinatus. 647. C.
Martyrio coronatus. 654. D.
Liparas à Rom. obſeſſum. 246. D.
Lipſii opinio de Republica. 35.
Literæ Dominicalis explicatio. 61. E.
Locros à Rom. receptum. 299. D.
Lollianus Avitus Conſ. 725. B.
Lollianus Gentianus Conſ. 726. B.
Lollius Samnis Romæ obſes à Rom. captus. 236. A.
Lucani à Rom. victi. 211. D. 227. D. 229. B. & D. 232. C. 233. A.
Lucanus Poeta interfectus. 652. B.
Luceria à Rom. capta. 193. D.
Lucius Pontifex. 749. D.
In exilium pulſus. 750. B.
Lucius Britanniæ Rex Chriſtianam Relig. advocat. 718. B.
L. Æbutius Elva Conſ. peſte mortuus. 107. C.
L. Æggius Marulus Conſ. 718. C.
L. Ælius Aur. Commodus Conſ. 696. E. 699. E.
Imperator. 701. A.
L. Ælius Lamia Conſ. 678. E.
L. Ælius Sejanus Conſ. 621. A.
Capite mulctatus. Ibid. E.
L. Ælius Verus Cæſar Conſ. II. 689. A. Imp. 690.
Apoplexiâ moritur. 704. C.
L. Æmilius Mamercinus Trib. mil. 149. E. 152. E. 155. E.
Mag. Equ. 158. E. 170. E. 176. E. Conſ. Ibid.
Ejuſque triumphus. 184. E.
Dictator. 181. E. 192. E.
L. Æmilius Mamercus Conſ. 99. D. 101. C. 104. A. 160. E. 162. E.
L. Æmilius Paullus Conſ. ejuſque triumphus. 280. E. 283. E. 320. E. 330. E. 331. B. 523. E.
L. Afranius Conſ. 504. E.
L. Aimilius Papus Conſ. 272. E.
L. Albinus Conſ. 735. B.
L. Alfidius Heremitanus Conſ. 704. E.
L. Annæus Seneca Conſ. 650. C.
Interfectus. 652. B.
L. Anicius Gallus Conſ. 336. E.
L. Annejus Baſſus Conſ. 657. C.
L. Annejus Fabianus Conſ. 720. D.
L. Antiſtius Trib. mil. 154. E.
L. Antiſtius Burrus Conſ. 709. E.
L. Antiſtius Vetus Conſ. 646. E.
L. Antonius M. F. M. N. Conſ. 549 E
L. Appius Maximus Conſ. II. 672. D.
L. Apronius Cæſianus Conſ. 631. A.
L. Apuſtios Fullo Conſ. 271. E.
L. Aquilius Corvus Trib. Mil. 149. E.
L. Arrius Pudens Conſ. 702. C.
L. Arruntius Conſ. 573. E.
L. Aſinius Gallus Conſ. 650. B.
L. Atilius Longus Trib. Pleb. 118. E.
L. Atinius Longus Trib. Milit. 141. E. 143. E.
L. Aurelius Cotta Conſ. 336. E. 409. E. 493. E.
L. Aurelius Fulvus Conſ. 681. B.
L. Aurelius Oreſtes Conſ. 338. E. 400. E. 428. E.
L. Cæcilius Metellus Dictator. 274. E
Mag. Equit. 256. E.
Conſ. ejuſque triumphus. 254. E. 257. E. 466. E.
L. Cæcilius Metellus Calvus Conſ. 368. E.
L. Cæcilius Metellus Dalmaticus Conſ. 409. E. 410. E.
L. Cæcilius Metellus Denter Conſ. 215. E.
L. Cælonius Lucillus Macer Rufinianus Conſ. 756. C.
L. Calpornius Piſo Conſ. 647. D.
L. Calpurnius Piſo Beſtia Conſ. 416. E.
L. Calpurnius Piſo Cæſonius Conſ. 350. E.
L. Calpornius Piſo Cæſoninus Conſ. 415. E. 506. E.
L. Calpurnius Piſo Frugi Conſ. 385. E.
L. Caſſius Longinus Conſ. 400. E. 421. E. 617. A.
L. Catilius Severus Conſ. 681. B.
L. Cejonius Commodus Conſ. 661. A.
L. Cejon. Commodus Verus Conſ. 673. E. 688. D.
L. Clodius Criſpinus Conſ. 677. C.
L. Cornelius Conſ. 559. E.
L. Cornelius Balbus Conſ. 550. E.
L. Cornelius Cinna Conſ. 400. E. 451. E. 452. E. 454. A. 455. E.
L. Cornelius Lentulus Dictator. 190. E. Conſ. 85. E.
Ejuſque triumphus. 305. C. 306. C.
L. Cornelius Lentulus Caudinus Conſ. 229. E.
L. Cornelius Lentulus Cruſcellos, ſive Crus Conſ. 523. E.
L. Cornelius Lentulus Lupus Conſ. 338. E.
L. Cornelius Maluginenſis Coſſus Conſ. 109. C.
Ejuſque triumphus. 110. B.
L. Cornelius Merula Conſ. 311. E. 451. E.
L. Cornelius Scipio Conſ. 271. E. 204. E. 245. E.
L. Cornelius Scipio Aſiaticus Conſ. 313. E.
Ejus triumphus. 315. A. 456. E.
L. Cornelius Sulla Conſ. 645. C.
L. Cornelius Sulla Felix Dictator. 458. E. 459. E.
L. Cornelius Sulla Felix Conſ. 449. E. 462. D. 623. B.
L. Cornificius Conſ. 557. E.
L. Cuſpius Rufinus Conſ. 692. C.
L. Domicius Ahenobarbus Conſ. 440. A 513 E. 579. D.
L. Fabius Juſtus Conſ. 676. D.
L. Flavius Conſ. 559. D.
L. Flavius Silva Nonius Conſ. 662 B.
L. Fontejus Capito Conſ. 648. D. 654. A.
L. Fuſidius Pollio Conſ. 702. E.
L. Fulcinius Trio Conſ. 622. A.
L. Fulvius Bruttius Præſens Conſ. II. 709. B.
L. Fulvius Curvus Conſ. 188. E.
Mag. equ. 192 E.
L. Fulvius Plautianus Conſ. 721. E.
L. Furius Camillus Dictator. 171. E. 174. E. Conſ. 179. E.
Ejuſque triumphus. 180. B. 186. E.
L. Furius Camillus Craſſus Sabinus Regillenſis Conſ. 171. E.
L. Furius Fuſus Medullinus Trib. Mil. 126. E. 130. E. 132. E. Conſ. 103. A.
L. Furius Medullinus Trib. Mil. 137. E. 138. E. 142. E. 144. E. 153. E. 156. E. Cenſor. 163. C. Conſ. 135. E. 136. E. 142. E.
L. Furius Purpero Conſ. 305. E.
L. Geganius Macerinus Trib. Mil. 155. A.
L. Genutios Aventinenſis Conſ. 161. E. 163. E. 199. E.
L. Genucius Clepſina Conſ. 233. E. 234. E.
L. Gelius Poplicola Conſ. 479. E. 555. E. 632. B.
L. Horatius Barbatus Trib. Mil. 130. E.
L. Horatius Pulvillos Trib. Mil. 150. E.
L. Hoſtilius Mancinus Conſ. 364. E.
L. Julius Cæſar Conſ. 445. E. 494. E.
L. Julius Julus Trib. Mil. 122. E. 139. E. 141. E. 142. E. 149. E. 154. E. Conſ. 127. C.
L. Julius Libo Conſ. ejuſque triumphus. 237. C.
L. Junius Brutus primus Conſul. 80. A.
L. Junius Pullus Conſ. 255. E.
L. Laronius Conſ. 559. E.

L. Licinius Calvus Stolo Trib. Plebis. 155. E. 156. E.
Conſ. 164. E. 165. E. 344. E.
L. Licinius Lucullus Conſ. 473. E.
Ejuſque triumphus. 498. C.
L. Licinius Murena Conſ. 497. E.
L. Licinius Sura Conſ. 670. B. 672. B. 673. A. 674. B.
L. Lucretius Flaccus Conſ. 145. E.
L. Lucretius Tricipitinus Trib. Mil. 149. E. 152. E. 153. E.
Conſ. ejuſque triumphus. 208. A.
Lucius L. Tarquinii Priſci filius. 65. A.
L. Lutatius Catulus Conſ. 429. B.
L. Mamilius Vitulus Conſ. 238. E.
L. Manlius Conſ. 585. C.
L. Manlius Acidinus Fulvianus Conſul. 382. E.
L. Manlius Capitolinus Imperioſſus Dictator. 162. E.
L. Manlius Torquatus Conſ. 493. E.
L. Manlius Vulſo Capitolinus Trib. Mil. 131. E.
L. Manlius Vulſo Longus Conſ. 249. E. 254. E.
L. Marcius Cenſorinus Conſ. 346. E.
L. Marcius Philippus Conſ. 443. D. 509. E.
L. Marius Maximus Conſ. 733. B.
L. Martius Cenſorinus Conſ. ejuſque triumphus. 551. E. 555. D.
L. Memmius Pollio Conſ. 643. B.
L. Menenius Lanatus Trib. Milit. 150. E. 153. E.
Conſ. 122. C.
L. Minucius Augurinus Conſ. 110. D.
Xvir. 115. B.
L. Minucius Rufus Conſ. 665. A.
L. Mummius Conſ. 357. E.
Ejus triumphus. 365. A.
L. Munatius Plancus Conſ. ejuſque triumphus. 545. E. 555. E.
L. Nævius Surdinus. 617. A.
L. Norban. Flac. Balbus Conſ. 606 A.
L. Nonius Aſprenas Conſ. 615. A.
L. Nonius Torquatus Aſprenas Conſ 667. B. 685. E.
L. Octavius Conſ. 471. E.
L. Opimius Conſ. 405. E.
L. Ovinius Cornelianus Conſ. 741. A.
L. Papirius Craſſus Trib. Mil. 158. E. Dictator. 178. E. Conſ. 184. E. 187. E. Mag. Equ. 186. E. 190. E.
Iterum Conſ. 181. B. 183. A.
L. Papirius Curſor Trib. Mil. 150. E. 151. E. Mag. Equ. 178. E. 190. E. Conſ. 182. E. 189. E. 190. E.
L. Papirius Curſor fil. Conſ. 208. B. 232. E.
L. Papirius Mugillanus Trib. Mil. 131. E Conſ. 118. E. Cenſor. 120. E. 129. B.
L. Papirius Mugillanus Curſor Conſ. 185. E. 192. E. 193. E. Dictator ejuſque triumph. 186. E. 191. A. 195. E.
L. Petronius Taurus Voluſianus Conſ. 754. A.
L. Pinarius Mamercus Rufus Trib. Milit. 126. E.
L. Pinarius Natta Mag. Equ. 162. E.
L. Pinarius Rufus Mamercin. Conſ. 104. B.
L. Plautius Venno, ſeu Venox Conſ. 183. E. 191. E.
L. Pomponius Flaccus Græcinus Conſ. 604. B.
L. Porcius Cato Conſ. 446. E.
L. Porcius Licinus Conſ. 319. E.
L. Poſthumius Albinus Regillenſis Trib. Mil. 149. E. 153. E. Cenſor. 162. A. Conſ. ejuſque triumph. 266. D. 269. E. 287. E. 327. E. 340. E.
L. Poſtumius Megellus Conſ. 198. E. 206. E.
L. Publilius Celſus Conſ. 675. C. 676. C.
L. Publilius Philo Vulſcus Trib. Mil. 141. E.
L. Quinctius Capitolinus Trib. Mil. 158. E.
L. Quinctius Cincinnatus Trib. Mil. 122. E. 130. E. 150. E. 155. E.
Magiſt. Equ. 123. B. Conſ. 109. A.
Dictator. 110. E. 121. E.
Ejuſque triumphus. 121. B.
L. Quinctius Criſpinus Conſ 636. A.
L. Quinctius Flaminius Conſ. 311. E.
L. Roſcius Ælianus Conſ. 733. B.
L. Rubellius Geminus Conſ. 615. A.
L. Sævius Sævinus Conſ. 562. E.
L. Salvius Otho Conſ. 623. C.
L. Salvius Otho Titianus Conſ. 645. B. 656. A.
L. Scribonius Libo Cõſ. 557. E. 603. B.
L. Sejus Tubero Conſ. 605. A.
L. Sempronius Atratinus Cenſor. 120. E.
Conſ. 558. E. Ejus triumph. 574. E.
L. Septimius Severus Conſ. 704. E.
Imperator. 716. C. Moritur. 726 D.
L. Sergius Fidenas Trib. Mil. 130. E. 133. E. 142. E. Conſ. 123. B 127. E.
L. Servilius Structus Trib. Mil. 131. E. 134. E.
L. Seſtius Conſ. 572. E.
L. Sextius Sextinus Lateranus Trib. Plebis. 155. E 156. E.
Conſul primus de Plebe. 160. E.
L. Statius Quadratus Conſ. 691. C.
L. Tarius Rufus Conſ. 579. D.
L. Tarquinius Collatinus Conſul primus. 80. A.
L. Tarquinius Priſcus Rex ejus geſta & triumphi. 64. D. 65. B.
Triumph. inſtitutor juxta aliquos 45. B.
L. Tarquinius Superbus Rex, ejus acta, & triumph. 68. B. 73. A.
L. Tarrutius Firmanus inſignis Matthematicus. 41. B.
L. Titinius Trib. Milit. 141. E. 143. E.
L. Torquatus Conſ. III. 694. B.
L. Tutius Cerealis Conſ. 673. E.
L. Valerius Flaccus Conſ. 306. E. 343. E. 394. E.
Mag. Equ. 189. E. 458 E. 459. E.
L. Valerius Meſſalla Thraſia Priſcus Conſ. 718. B.
L. Valerius Potitus Mag. Equ. 100. A. 105. A. 147. E.
Ejuſque Triumphus. 116. C. 117. A.
L. Valerius Poplicola Trib. Milit. 135. E. 139. E. 141. D. 142. E. 144. E. 153. E. Mag. Equ. 183. E.
Conſ. 145. E. Ejuſque Triumphus. 146. B.
L. Varius Ambibulus Conſ. 683. C.
L. Verginius Rufus Conſ. 650. E.
L. Vettius Paullus Conſ. 703. E.
L. Veturius Craſſus Cicurinus Xvir. 114. E. Trib. Mil. 158. E. 159. E.
L. Veturius Philo Dictator. 284. E.
Conſ. 298. E. Mag. Equ. 300. E.
L. Vinucius Conſ. 559. D.
L. Vipſanius Apronian. Conſ. 648. D.
L. Vipſtanius Meſſalla Conſ. 678. B.
L. Virginius Tricoſtus Trib. Milit. 149. E. Conſ. 124. C. 125. B.
L. Virginius Tricoſtus Cœlimontanus Trib. Mil. 140. E.
L. Virginius filiam ſuam occidit potius quam libidini App. Claudii dederetur. 116. B.
L. Virius Agricola Conſ. 737. B.
L. Vitellius Conſ. 635. B. 639. B. 625. A. 642. A.
L. Viſellius Varro Conſ. 609. A.
L. Volcatius Tullus Conſ. 490. E. 559. B.
L. Volumnius Flamma Violens Conſ. 197. E. Mag. Equ. 214. E.
Lucretia Numæ Pompilii uxor ſecunda. 61. B.
Ludi Apollinares quando & qua de cauſa inſtituti. 291. B.
In perpetuum decreti. 296. A.
Megalenſes quando inſtituti. 300. C. 310. B.
Romani eorum origo, incrementa, & varietates. 188. C. & D.
Scenici, & Circenſes quando inſtituti. 562. B.
Seculares quando celebrati. 641 B.
Votivi quando inſtituti. 295. C.
Vitio facti. 97. C.
Lupus Conſ. 738. C. 763. C.
Luſitani a Romanis victi. 316. B. 323. B. 342. D.
Luſtrum quando primùm inſtitutum. 65. E. & ſequ.
A Ser. Tullio quater factum. 103. C. VI. 91. A. VII. 95. B. VIII. 103. B. IX. 107. A. X. 109. D. XI. 119. E. XII. 124. E. XIII. 131. B. XIV. 134. B. XV. 136. A. XVI. 140. A. XVII. 145. D. XVIII. 150. A. XIX. 154. D. XX. 163. C. XXI. 167 B. XXII. 171. A. XXIII. 173. D XXIV. 183. C. XXV. 192. B. XXVI. 195. A. XXVII. 197. C. XXVIII. 199. D. XXIX. 205. C. XXX. 207. A. XXXI. 213. D. XXXII. 223. C. XXXIII. 231. B. XXXIV. 235. B. XXXV. 239. E. XXXVI. 247. C. XXXVII. 252. D. XXXVIII. 258. A XXXIX. 262. C XL. 267. B. XLI. 270. C. XLII. 273. A. XLIII. 280. A. XLIV. 295. C. XLV. 301. A XLVI. 306. B. XLVII. 310. C. XLVIII. 314. C. XLIX. 319. B. L. 322. C. LI. 326. C. LII. 329. C. LIII. 333. E. LIV. 337. B. LV. 346. D. LVI. 357. D. LVII. 369. A. LVIII. 380. A. LIX. 395 A. LX. 401. C. LXI. 409 B. LXII. 412. E. LXIII 420. D. LXIV. 429. C. LXV. 438 A. LXVI. 453. D. LXVII. 484. C. LXVIII. 501. D. LXIX. 533. E. LXX. 560. E. LXXI. 585. B. LXXII. 599. A LXXIII. 620 C. LXXIV. 631. A. LXXV. ultimum ſub Veſpaſiano Imp. 659. B.

M

Magiſter Equitum quando primùm inſtit. 89. B.
Mamercinus cognomen Æmiliorum. 100. A.
Mamercus cognomen etiam Pinariorum. 97. C.
Mamercus Numæ Pompilii fil. 61. B.
Mamercus Æmilius Lepidus Livianus Conſ. 466. C.
Mamercus Æmilius Mamercinus Trib. Milit. 122. E.
Dictator, ejuſque Triumph. 123. B. & C. 125. C. 130. A.
Conſ. 136. E. 139. E. 141. D.
Mamilius Tarquinii Regis Generus Latinos contra Romanos concitat. 88. A.
Manichæorum hæreſis quando cœpta. 763. B.
M'. Acilius Aviola Conſ. 682. B. 742. D.
M'. Acilius Balbus Conſ. 345. E 413. E.
M'. Acilius Fauſtinus Conſ. 725. D.
M'. Acilius Glabrio Conſ. 312. E. 487. E. 682. E. 695. E. 713. A.
Martyrio afficitur. 666. D.
M'. Acilius Rufus Conſ. 672. B.
M'. Æmilius Lepidus Conſ. 490. E.
M'. Aquillius Conſ. ejuſque Triumphus. 398. E. 433. C. 436. D.
M'. Curius Dentatus Conſ. ejuſque triumph. 211. E. 212. A. & E.
Iterum de Pyrrho Rege. 230. E. 231. E.
M'. Juventius Thalna Conſ. 334. E.
M'. Manilius Conſ. 346. E.
M'. Otacilius Craſſus Conſ. 241. E. 258. E.
M'. Papirius Craſſus Conſ. 121. B.
M'. Pomponius Matho Mag. Equit. 282. E.
Conſ. ejuſque Triumphus. 267. D.
M'. Rabulejus Xvir. 115. B.
M'. Sergius Fidenas Trib. Mil. 138. E. 140. E.
M'. Valerius Dictator, ejuſque triumphus. 93. D.
Maximus nuncupatus. 94. C.
M'. Valerius Maximus Meſſalla Conſ. ejuſ-

Digitized by Google

ejuſque triumphus. 548. D.
Marcion ſuæ hæreſi dat principium. 688. A.
Marcomanni Rom. vincunt. 666. A.
Romanis rebellant. 703. C.
Ab eiſdem deleti. 705. D. 709. A.
Ab Aureliano Imp fracti. 759. D.
M. Acilius Aviola Conſ. 645. E.
M. Acilius Glabrio Conſ. 340 E.
M. Aelius Aur. Commodus Imperator. 707. C.
Strangul. 716. B.
M. Ael. Aurelius Verus Cæſ. Conſ. 690. D. 693. A.
M. Aemilianus Conſ. 746. E.
M. Aemilius Barbula Dictator. 278. E.
Conſ. 269. E.
M. Aemilius Lepidus Conſ. 215. E. 267. E. 279. E. 316. E. 337. E. 400. E. 465. B. 529. E. 538. E.
IIIvir. 542. E. 554. E.
A Cæſare victus. 557. B.
Ejuſque triumph. 530. B. 545. F.
Mag. Equis. 534. E.
M. Aemilius Lepidus Porcina Conſ. 377 E.
M. Aemilius Mamercinus Trib. Mil. 138. E. 146. E.
M. Aemilius Paullus Conſ. 200. E.
Mag. Equit. 201. E.
Ejuſque triumphus. 250. E.
M. Aemilius Papus Dictator. 189. E.
M. Aemilius Scaurus Conſ. 412. E.
Ejus Triumphus. 413. B.
M. Albinius Trib. Mil. 154. E.
M. Annius Florianus Imp. 762. B.
Occiſus. Ibid.
M. Annius Libo Conſ. 684. E.
M. Annius Verus Conſ. 683. C.
M. Antonius Magiſt. Equit. 182. E. 527. E. 537. E
Conſ. Ibid. 437. E.
IIIvir. 542. E. 544. E.
Ab Octavio Aug. victus. 562. C.
M Antonius Gordianus Conſ. 727 E.
Pius Imp. 741 D. Occiſus. 744. E.
M. Antonius Rufinus Conſ. 686. B.
M. Appulejus Conſ. 573. E.
M. Appulejus Panſa Conſ. 203. E.
M Aquillius Julianus Conſ 630. A.
M. Aſinius Agrippa Conſ. 610 A.
M. Aſinius Marcellus Conſ. 645. E.
M Atilius Bradua Conſ. 712. B
M. Atilius Metilius Bradua Conſ. 674. E.
M. Atilius Regulus Conſ. 181. E. 206 E. Ejuſque triumphus. 237. C. 250 E 271. E. 281. E.
M. Aufidius Fronto Conſ. 720. A.
M. Aurelius Imperator. 699. D.
Viennæ moritur 709. C.
M. Aur. Ant. Caracalla Imperator. 719 C. Occiſus. 730. A.
M. Aurelius Antoninus Elagabalus Imperator. 730. C.
Interfectus. 732. D.
M. Aurelius Carinus Imper. 764. B.
M. Aurelius Carus Imper. 764 A.
Fulmine percuſſus moritur 764. C.
M. Aurelius Claudius Imp. 757. D.
Peſte moritur. 759. A.
M. Aurelius Cotta Conſ. 473. C. 607. A.
M. Aurelius Numerianus Imperator. 764 B.
M. Aurelius Paullinus Conſ. 762. E.
M. Aurelius Probus Imp. 762. B.
Interfectus. 764. B.
M. Aurelius Scaurus Conſ. 420. E. 422. E.
M. Aurelius Severus Alexander Cæſar Conſ. 705. E. 732. C.
Imperator. 733. B.
Interficitur. 740. A.
M. Bæbius Tamphilus. 320. E.
M Cæcilius Metellus Conſ. 412. E.
Ejus triumphus. 415. A.
M. Calpurnius Bibulus Conſ. 505. E.
M Ceionius Silvanus Conſ. 697. D.
M. Claudius Glicia Dictator. 256. E.
M. Claudius Marcellus Conſ. 183. E.
Dictator. 185. E.
Conſ. 213. E. 275 B.
Ejuſque triumphus. 277. A. 288. E. 289. E. 293. A. 295. E. 306. C. 331. E. 332. E. 339. E. 345. E. 519. E.
M. Claudius Marcellus M. F. M. N. Conſ. 319. E.
M. Claudius Marcellus Æſerninus Conſ. 573. E.
M. Claudius Tacitus Conſ. 760. B.
Imperator. 761. C.
Febre moritur. 762. C.
M. Clucius Rufus Conſ. 637. C.
M. Coccejus Nerva Conſ. 555. E. 608. A. 632. B. 658. A. 665. E.
. Imperator. 668. D. & ſequ.
M. Cornelius Cethegus Conſ. 300. A. 336. E. 704. D.
M. Cornelius Coſſus Conſ 135. E.
M Cornelius Fronto Conſ. 669. D. 671. B.
M. Cornelius Maluginenſis Xvir. 115. B.
Trib. Mil. 157. C. 159. E.
Conſ. 124. B.
M. Didius Severus Julianus Conſ. 708. E.
M. Erennius Conſ. 441. D.
M. Fabius Ambuſtus Trib Mil. 153. E. 157. B. & Cenſor. 163. C.
Conſ. 165. E. 169. A.
Dictator. 170. E.
Mag Equ. 188. E.
M. Fabius Buteo Conſ. 258.
M. Fabius Dorſo Conſ. 174. D.
M. Fabius Licinus Conſ. 258. E.
M. Fabius Vibulanus Conſ. 100. A. 101. A. 121. A.
M. Flavius Aper Conſ. 685. E. 707. C.
M. Foslius Flaccinator Mag. Equ. 190. E. 193. E. Conſ 191. E.
M. Fulvius Curvus Patinus Conſ. 198. E. Ejus triumph. 199. B.
M. Fulvius Flaccus Conſ. 239. E.
Ejus triumphus. 241. D.
M. Fulvius Flaccus Mag. Equ. 258. E.
Conſ. 401. E. Ejus triumph. 403. D.
M. Fulvius Nobilior Conſ. 314. E. 337 E. Ejus triumph. 338. B.
M. Fulvius Pætinus Conſ. 203. E.
Ejus triumphus. 204. D.
M. Furius Camillus Cenſor. 139 E.
Trib. Milit. 141. E. 142. E. 145. E.
Dictator, ejuſque triumph. 143. D.
Romulus, Conditorque alter Urbis vocatus, ejuſque triumph. 147. B. & C. 148. B. 151. E. 153. E.
Iterum Dictator. 157. E., & ejus triumphus. 160. A.
M. Furius Camillus Scribonianus Conſ. 623. A.
M. Furius Fuſus Trib. Mil. 139. E.
M Gavius Orfitus Conſ. 702. C.
M. Galerius Trachalus Conſ. 654. E.
M. Geganius Macerinus Trib. Mil. 159. D.
Cenſor. 124. E. Conſ. 117. C. 119. E. Ejuſque triumph. 120. D. 123. B.
M Genutius Augurinus Conſ. 118. B.
M. Horatius Barbatus Conſ. 116. C.
Ejuſque triumphus. 117. A.
M. Horatius Pulvillus Trib. Mil. 155. E. Conſ. 82. 83. A. & E.
M. Julius Philippus ſenior Imperator. 745. C. Occiſus. 747 A.
M. Julius Philippus junior Imper. 746. A.
Interfectus. 747. A.
M. Junius Brutus Conſ. 323. E.
M. Junius L. Junii Bruti F. Conſulis. 80. A.
M. Junius Pennus Conſ. 330. E.
M. Junius Pera Conſ. 269. E.
Dictator. 283. E.
M. Junius Silanus Conſ. 418. E. 571. E 606. A. 638. A.
M. Lætorius Plancianus Mag. Equ. 248. A.
M. Licinius Craſſus Conſ. 561. E. 580. B. 651. B.
M. Licinius Craſſus Dius Conſ 483. E. 511. E.
M. Licinius Mucianus Conſ. 657. C. 645. B. 659 D.
M. Livius Denter Conſ. 200. E.
M. Livius Druſus Conſ. 415. E.
M. Livius Salinator Conſ. ejuſque triumphus. 280 E. 296. E. 297. A. Dictator. Ibid. & 298. B.
M. Lollius Paullinus Conſ. 666. E.
M. Manlius Capitolinus Conſ. 145. E. & Trib. Mil. Ibid.
Ejus triumphus. 146. E.
Pro ſeditione de Saxo dejectus. 151. C.
M Manlius Vulſo Capitolinus Trib. Mil 132. E.
M. Minucius Augurinus Conſ. 92. C. 97. A.
M. Minucius Rufus Conſ. 278 B.
Mag. Equ 282. E. Conſ. ejuſque triumph. 417. E.
M. Opelius Severus Macrinus Imperator. 730. C.
Interfectus. Ibid. E.
M. Nonius Mucianus. 720. D.
M. Papirius Craſſus Dictator. 182. E.
M. Papirius Mugillanus Conſ. 136. E. Trib. Mil. 133. E. 134. E.
M. Peducæus Priſcinus Conſ. 676. A.
M. Peducæus Syloga Priſcinus Conſ. 691. A.
M Perperna Conſ 397. E. 442. B.
M Petronius Septimianus Conſul. 714. E.
M. Plautius Hypſæus Conſ. 401. E.
M. Plautius Quintillus Conſ. 699. A.
M. Plautius Silvanus Conſ. 655. E.
M. Poblicius Malleolus. 267. E.
M. Poetelius Libo Conſ. 193. E.
Mag. Equ 194. B.
M Pompejus Macrinus Conſ. 701. E.
M. Pomponius Trib. Mil. 142. E.
M. Pomponius Matho Conſ. 268. E.
M. Popillius Lænas Conſ. 166. E. 168 E. 191. E. 327. E. 375. E.
Ejus triumph. 171. D. 173. A.
M. Porcius Cato Conſ 306 E. 409. E.
M. Poſtumius Albus Regillenſis Trib. Mil. 129. E.
M. Poſtumius Albinus Cenſor. 139. E.
M. Pupius Piſo Calpurnianus Conſ. 500. E.
M. Quintilius Varus Trib. Milit. 139. E.
M. Rutinus Sabinianus Conſ. 697 B.
M. Salvius Julianus Conſ. 706. E.
M. Salvius Otho Conſ 655. E.
Imperator. Ibid.
Se interficit. 656. D.
M. Sanquinius Maximus Conſ. 615. A. 631. C.
M. Sempronius Tuditanus. 252. E. 318. E.
M. Sergius Xvir. 115. B.
M. Servilius Novianus Conſ. 626. A.
M. Servilius Pulex Geminus Mag. Equit. 301. E. Conſ. 302. E.
M. Statilius Taurus Conſ. 636 A.
M. Suillius Nervilianus Conſ 643. D.
M. Terentius Varro Lucullus Conſ. 474. E.
Ejus triumphus. 481. A. 488. E.
M. Titianus Conſ. 684. B.
M. Titinius Mag. Equ. 200. E.
M. Titius Conſ. 560. E.
M. Trebonius Flaccus Trib. Milit. 152 E.
M. Tullius Cicero Conſ. 495. E.
M. Tullius Ciceronis filius Conſul. 562. E.
M. Tullius Decula Conſ. 459. E.
M. Tullius Longus Conſ. 88. E.
M. Valerius Corvus Conſ. 172. E. 173. E. 175. D. Dictator. 176. E.
Ejuſque triumph. 181. C. 201. E. 204. E. 205. E.
M. Valerius Homulus Conſ. 695. E.
M. Valerius Lævinus Conſ. 279. E. 293. E.
M. Valerius Maximus Conſ. 194. E. 749. D. 751. B.

Digitized by Google

Trib. Milit. 142. E. 144. D.
M. Valerius Maximus Corvinus Conſul, ejuſque Triumph. 213. E.
M. Valerius Maximus Lactucinus Conſ. 112. A.
M. Valerius Maximus Potitus Conſ. 214. E.
M. Valerius Conſ. & ejus Triumph. 84. A. & E.
M. Valerius Meſſalla Conſ. 271. E. 315. E. 515. E. 607. A.
M. Valerius Meſſalla Barbarus Æmilianus Conſ. 581. E.
M. Valerius Meſſalla Corvinus Conſ. 560. D. Ejus Triumph. 570. C.
M. Valerius Meſſalla M. F. M. N. Conſ. 336. E.
M. Valerius Meſſalla Niger Conſ. 500. E.
M. Valerius Meſſallinus Conſ. 658. E.
M. Valerius Paullinus Conſ. 671. E.
M. Valerius Poplicola Mag. Equit. 167. E. Conſ. 168. E. 169. E.
M. Vectius Bolanus Conſ. 676. C.
M. Vergilianus Pedo Conſ. 678. B.
M. Veſtinus Atticus Conſ. 651. E.
M. Veturius Craſſus Cicurinus Trib. Mil. 142. E.
M. Vinicius Conſ. 637. A.
M. Vinicius Quartinus Conſ. 617. A.
M. Vinucius Conſ. 574. E.
M. Vipſanius Agrippa Conſ. 565. E. 567. E. 574. E.
M. Ulpius Crinitus Conſ. 741. D.
M. Ulpius Trajanus Conſ. 666. A.
Marinianus Conſ. 757. D.
Marmorum Fragmenta in Capitolio expoſita. 4.
A Bartholomæo Marliano deſcripta. Ibid.
Marſi bellum in Romanos movent. 444. C Victi. 447. A.
Maſſaniſſa Sophonisbam in uxorem ducit. 301. E.
A Scipione caſtigatus. 302. A.
Matronæ Veneficia coquentes peſtilentiam alebant. 184. A.
Maximus Conſ. 705. C. 712. B. 724. A. 738. C. & E. 739. B.
Maximus Æmilius Æmilianus Conſ. 735. B
Maximus Dexter Conſ. 755. B.
Maximus Gratus Conſ. 747. C.
Mediolanum à Rom. captum. 277. B.
Medulia Urbs Patria Tulli Hoſtilii Regis. 62. A.
Medullinus, haud Fuſus Furiorum cognomen. 98. A.
Melita a Rom. everſa. 248. D. 252. E.
Memmius Tuſcus Conſ. 752. B.
Menſis cur diviſus in Kal., Nonas, & Idus. 56. B.
Merchedonius menſis quare ita dictus. 53. D. 54. A.
Meſopotamia à Rom. ſubacta. 677. E.
Meſſalla Conſ. 763. D.
Meſſallinus Conſ. 693. E.
Meſſana à Campan. occupata 240. C.
A Pœnis obſeſſa. 241. B.
A Romanis capta. 243. C.
Milo Pyrrhi Regis Dux Arcem Tarentinorum pro ipſo Rege occupat. 219. E.
Illam Romanis tradit. 233. C.
Mithridates bellum Romanis movet. 474. D.
Ab eiſdem victus. 477. A. 483. D. 484. E. 492. D.
Aſiam occupat. 448. C.
Pacem à Rom. impetrat. 456. A.
A filio necatus. 497. A.
Monetæ argenteæ quando Romæ primùm ſunt cuſæ. 236. E.
Mons Sacer ubi ſitus. 94. E.
Cur memoria dignus. 96. C.
Montanus Hæreſiarca. 709. A.
Murtia M. Ant. Commodi Imper. Concubina cujus ope perſecutio Chriſtianor. ceſſat. 709. D.
Murus 80. M. paſs. in Britannia ab Had. Imp. ædificatus. 682. A.
Mutina obſeſſa à M. Ant. Bruto. 541. D

Ibi cum Bojis Romani pugnant. 311. B.
Mytilenæ a Romanis expugnatæ, & dirutæ. 463. A.
Mytiſtratum in Sicilia à Rom. captum. 246. D.

N

NAtis Lacedæmoniorum tyrannus Romanor. amicus. 307. B.
Nequinates a Romanis victi. 204. D.
Nequinum Oppidum in Umbria à Romanis obſeſſum. 203. D.
Captum. 204. D.
Nero Claud. Aug. Imp. 645. E. & ſeq.
Se ipſum interficit. 655. D.
Nero Claudius Druſus Conſ. 583. E.
Nerulum vi captum à Rom. 192. B.
Nicomedes Bythiniæ Rex hæredem Pop. Rom. inſtituit. 473. C.
Nicomedia Terræmotu conquaſſata. 682. A.
Nicopolis ab Octavio Aug. ædificata. 562. C.
Terræmotu collapſa. 685. A.
Niger Conſ. 689. C.
Niſibis a Romanis capta. 718. A.
Nobilitas Romana interfecta. 458. A.
Nola à Romanis capta. 194. B.
Nonius Paternus Conſ. 763. C.
Noriſius, Henricus, ejus opinio de fundamentis Romæ a Romulo jactis. 7. 41. C.
In qua parte Faſtorum ab eo illuſtratorum laus incidat. 9.
Numa Pompilius ejus laudes. 61. A. & B.
Quot annis regnavit. Ibid.
Ejus Lex de opimis Spoliis. 47. C.
Ejus correctio Anni Romulei. 50. A. & ſequ.
Cur diviſerit Menſem in Kal., Nonas, & Idus. 56. B.
Numantia à Rom. capta, & everſa. 391. E.
Numantini pacem à Romanis impetrant. 375. D.
Num. Fabius Ambuſtus Trib. Mil. 137. E.
Num. Fabius Buteo Conſ. 257. E.
Magiſt. Equit. 274. E.
Dictator. 284. E.
Num. Fabius Pictor Conſ. ejuſque triumphus. 238. B.
Num. Fabius Vibulanus Trib. Mil. 134. E. 137. E.
Conſ. ejuſque Triumph. 132. B.
Num. Valerius Conſ. 559. E.
Nuceria ab Annibale capta & incenſa. 286. E.
Numidia a Romanis ſubacta. 424. D. 427. C.
Nummius Albinus Conſ. 723. D.
Nummius Siſenna Conſ. 687. B.
Numitor Albanorum Rex. 39. A.

O

OBeliſcus Soli dicatus. 583. D.
Ocriſia Servii Tullii Regis mater. 65. D.
Octavianus Aug. rurſum annum Julii Cæſaris emendat. 55. A.
Odenatus Palmyr. Rex Orientis Imper. obtinet. 756. A.
Interficitur. 757. A.
Opima Spolia quæ erant. 46. E.
De eiſdem Diſſertatio. Ibidem, & ſequ.
Opimianus Conſ. 697. C.
Opiter Virgin. Tricoſtus Conſ. 87. B.
Orfitus Conſ. 705. C.
Origenis mors. 723. E.
Orœſtes Albanorum Rex à Romanis victus. 492. D.
Oſtiæ Portus quando extructus. 635. C.
Ovatio quando inſtituta, ejuſque etymologia. 86. A.
In quo à Triumph. differat. Ibid. C.
Ovidii mors quando acciderit. 605. B.

P

PAlæpolitani à Rom. victi. 186. B.
Paliles, ſive Pariles Joci quando inſtituti. 42. B 43. A. & E.
Paludes Parmenſes quando exſiccatæ. 413. B.
Paludes Pontinæ quando ſiccatæ. 337. A.
Panormum à Romanis captum. 246. D. 251. C
Panvinius Onuphrius, ejus opinio de Urbis fundatione. 7. 41. B.
Papus Conſ. 744. A.
Parthi Romanos ſuperant. 516. D.
Ab ipſis victi. 718. D. 720. C.
Paſcha quando à Chriſto celebrat. 72. E. 73. A. & ſequ.
Paſtor Conſ. 701. C.
Paternus Conſ. 738. E. 757. B. & D. 758. B.
Patritii cum Plebe Magiſtratus dividunt. 77. C.
S. Pauli Apoſt. converſio quo anno ſecuta. 622. C.
Capite plectitur. 652. B.
Paullus Æmilius Lepid. Conſ. 558. E.
Paullus Fabius Maximus. 582. E.
Paullus Fabius Perſicus Conſ. 625. A.
Pax Chriſtianis conceſſa ſub Ant. Pio. 696. D.
Pelignianus Conſ. 737. E.
Peregrinus Conſ. 744. C.
Pergamum ibi Atalus Rex Theb. moritur. 307. B.
Perſæ Antiochiam vaſtant. 749. E.
Ab Odenato victi. 756. B.
Perſecutio Chriſtianorum. 666. B. 674. D. 677. A. 680. D. 701. E. 708. A. 721. D. 733. C. 740. B. 747. B. 752. D. 760. A.
Peruſia diruta. 550. C.
Peruſini pace à Rom. impetrata, inde rupta, vincuntur. 196. C. & D.
Peſtilentia in Italia. 703. C.
Per totum Orbem. 749. A.
In Urbe. 107. D. 152. A. 182. C. 194. C. 210. D. 229. A. 242. B. 333. D. 652. B. 661. B. 714. D.
Petavius, Dionyſius, ejus opinio de Romæ fundationis tempore. 7. 41. B.
Petræa à Romanis ſubacta. 673. D.
S. Petrus primus Pontifex. 613. A. & ſeq. Cruci confixus. 652. C.
Pharaſmanes Iberorum Rex. 688. E.
Philippus Rex Macedonum cum Annibale fœdus init. 288. B.
Contra ipſum Romani bellum ineunt. 304. E.
Victus. 306. E.
Pacem à Romanis obtinet. 308. A.
Quibus pactis. 311. A.
Philoſophi omnes è Roma pulſi. 659. A. 663. B.
Picentes à Romanis victi. 236. C.
Pighius, Stephanus Vinandus, ejus de fundatione Urbis opinio. 7. 41. C.
Pinus Numæ Pompilii filios. 61. B.
Piſæ, ibi cum Liguribus Romani pugnant. 311. B.
Pius Pontifex. 691. C.
Martyrio coronatur. 695. D.
Placentia ab Inſubribus capta. 282. C.
Ab Inſubribus, Cænomanis, & Bojis incenſa. 305. D.
Placidianus Conſ. 760. C.
Plebis Romanæ ſeditio. 93. E.
Iterum. 95. C.
Magiſtratum ex ſuo corpore creari obtinet. 96. B.
Plebs ejus in Republica juſtus locus. 36.
Plebs Rom. tertio ſeditionem facit. 215. A.
Plebs Romana, quo pacto Urbi revocata eſt. 77. C.
Plebs infima Rom. à militia abſoluta niſi in urgenti neceſſitare. 96. E.

Plinius Cæcilius Conſ. 671. C.
Plilia à Samnitibus capta. 193. B.
Plotina Aug. Trajani Uxor. 660. A.
Poeni à Lacedemoniis auxilium impetrant. 250. B.
In Africa Romanos vincunt. 250. C
In Sicilia fracti. 254 C.
Denuo Romanos frangunt. 256. A
Iterum victi 260. A.
Pacem impetrant. 261. A.
Iterum contra Romanos. 346 A.
Meſſanam obſident. 241. B.
A Rom. victi. 243. C.
Iterum in Mari. 245. A. 248. C.
Polybii opinio de Republica. 35.
Polycarpus Smirnæ Epiſc. 698. E.
Pompejus Collega Conſ 666. D.
Pompejus Silvanus Conſ. 637. C.
Pompilia Numæ Pompilii filia. 61. B
Pomponis Numæ Pompilii fil. 61. B.
Pomponius Baſſus Conſ. 726. B.
Pomponius Pater Numæ Regis. 61. A
Pontianus Pontifex. 737. B.
In exilio moritur 740. C.
Pontianus Conſ. 688. A.
Pontificatus Romani verum initium. 652 C.
Pontifices Ethnici quomodo annum Julii Cæſaris vitiarunt. 54. E.
Quando primùm creati 62 A.
Pontius Pilatus Procurator Judææ deſignatus. 610. C.
Poſtumius Aebutius Elva Cornicen. Conſ. 121. A.
Mag. Equ. 124. E.
Poſtumus Cominius Conſ. 87. D 95. A
Potitus Valerius Meſſalla Cōſ. 563. E.
Præſens Conſ. 745. E.
Prætor U. primùm quando creatus. 161. B.
Quando etiam ex Plebe factus ib. C
Ejus auctoritas, & honor. ibid.
Quando duo, quatuor, ſex, item octo & X. creati fuerunt. ibid. D. 162. A.
Præneſte à Latinis ad Romanos tranſit. 89 A.
Prænestini Satricum Col. Rom. expugnant. 152. C.
Bellum eis indictum. 152 B.
Ad muros Urbis victi. 153. D.
Prima Romuli filia 44. B.
Priolus Laurentius Venet. Dux. 33.
Privernates à Rom. victi. 168 B.
Privernum Opp. Samnii a Rom. captum. 177 A. 184. D.
Proculus Geganius Macerinus Conſ. 121. C.
Proculus Pontianus Conſ. 741. D.
Proculus Virginius Tricoſtus Rutilus. 98. E.
Pſeudophilippus bellum contra Rom. parat. 370. C.
Ptolemæus Ægypti Rex Societatem cum Rom. iniit. 232. C.
E Regnn pulſus. 509 A.
P. Aelius Hadrianus Conſ. 675. C.
P. Aelius Ligus Conſ. 328. E.
P. Aelius Poetus Conſ. 180. E.
Mag. Equ. 189. E. 302. E.
P. Aelius Poetus Catus Conſ. 304. E.
P. Autronius Poetus Conſ. 493. E. 559. D.
P. Candidus Craſſus Conſ. 550. E.
P. Caelius Apollinaris Conſ. 704. B.
P. Caelius Balbinus Vibul. Cōſ. 689. E
P. Claudius Craſſus Conſ. 172. B.
P. Claudius Pulcher Cōſ. 255. E. 319. E
P. Cloelius Siculus Trib. Mil. 155. E.
P. Cornelius Anulinus Conſ. 720. A.
P. Cornelius Arvina Conſ. 198. E. 213. E.
P. Cornelius Cethegus Conſ. 320. F.
P. Cornelius Coſſus Trib. Mil. 134. E. 145. E. 149. E. 151. E.
Dictator. 137. E.
P. Cornelius Dolabella Conſ. 537. E.
P. Cornelius Dolabella Maximus Conſ. ejuſque triumph. 217. C.
P. Cornelius Lentulus Caudinus Conſ. 264. E.
P. Cornelius Lentulus Marcellinus Conſ. 577. E.
P. Cornelius Lentulus Spinther Conſ. 507. E.
Ejus triumph 519. E.
P. Cornelius Lentulus Sura Conſ. 470 E.
P. Cornelius Maluginenſis Trib. Mil. 138. E. 142. E.
P. Corn. Ruffinus Conſ. ejuſque triumphus. 211. E. 226.
Dictator. 228. E.
P. Cornelius Rutilus Coſſus Trib. Milit. 137. E.
P. Cornelius Scapula Mag. Equit. 163. E. Conſ. 185. E.
P. Cornelius Scipio Magiſt. Equit. 143. E. 171. E. Trib. Mil. 145. E.
P. Cornelius Scipio Conſ. 281. E. 579. D. 647. B.
P. Cornelius Scipio Africanus Conſ. 299. A. 310. E.
Ejus triumphus. 304. B.
P. Cornelius Scipio Africanus Æmilianus Conſ. 351. E.
Ejus triumphus. 362. D. 383. E. 393. C.
P. Cornelius Scipio Aſiaticus Conſ. 655. E. 683. A.
P. Cornelius Scipio Aſina Conſul. ejuſque triumph. 278. C.
P. Cornelius Scipio Barbatus Dictator. 198. E.
P. Corn. Scipio Naſica Conſ. ejuſque triumph. 312 E. 416. E.
P. Cornelius Naſica P. F. Cn. N. Conſ. 335. E.
Ejus triumphus. 339. E.
P. Cornelius Scipio Naſica Serapio Conſ. 376. E.
P. Cornelius Sulla Conſ. 493. E.
P. Cornel. Sulla Fauſtus Conſ. 645. B.
P. Curatius Termeſinus Xvir. 114. E.
P. Decius Mus Conſ. qui ſe devovit. 177. E. Filius. 194. E. 197. A. Mag Eq. 198. E. 205. E. qui ſe devovit ut ejus Pater. 206 E.
P. Decius Mus Conſ. in prælio cum Pyrro Rege occiſus. 224. E.
P. Furius Fuſus Conſ. 104. B.
Occiſus in acie contra Æquos. 107. E.
P. Furius Philus Conſ. 275. E. 380. E.
P. Helvius Pertinax Conſ. 708. E. 715. E. Imperator. 716 B.
Interfectus. 717. A.
P. Horatius Marcellus Conſ. 673. A.
P. Horatius Termeginus Conſ 113. A
P. Juventius Celſus Conſ. 701. E. 685. B.
P. Licinius Calvus Trib. Mil. 141. E. 143. E.
P. Licinius Craſſus Conſ. 328. E. 437. D. Ejus triumph. 438. C.
P. Licinius Craſſus Dives Mag. Equ. 294. E. Conſ. 299 A.
P. Licinius Craſſus Muccianus Conſ. 394. E.
P. Licinius Gallienus Imp. 749. D. 756. C. Interfectus. 758. A.
P. Licinius Valerianus Senior Imp. 749. D. Captivus moritur. 753. A.
P. Licinius Valerianus Jun. Imp. 756 D. Interfectus. 758. A.
P. Lollianus Avitus Conſ. 692. C.
P. Lucretius Tricipitinus Trib. Mil. 133. E. 134. E.
P. Mælius Capitolinus Trib. Mil. 141. E. 143 E.
P. Mænius Trib. Mil. 141. E. 143. E.
P. Manilius Conſ. 407. E.
P. Manilius Vopiſcus Conſ. 678. A.
P. Manlius Capitolin. Dictator. 159. E Trib. Mil 154 E. 160. E.
P. Marius Celſus Conſ. 650. B. 656. A.
P Memmius Regulus Conſ. 622. A.
P. Minucius Augurinus Conſ. 96 D. 97. A.
P. Mucius Scævola Conſ. 324. E. 385. E
P. Nonius Aſprenas Conſ. 630. A.
P. Oſtonius Scapula. 638. B.
P. Pinarius Rufus Mamercinus Conſ. 97. C.
P. Popilius Lænas Conſ. 393. E.
P. Poſtumius Albus Regillenſ. Trib. Mil. 135. E.
P. Poſtumius Tubertus. 84. A. & E. 85. A. & E. Ejus triumph. 85. D.
P. Quintilius Varus Conſ. 560. E.
P. Rupilius Conſ. 393. E.
P. Rutilius Lupus Conſ. 445. E.
P. Rutilius Rufus Conſ. 424. E.
P. Sempronius Sophus Magiſt. Equit. 201. E. Conſ. 199. E.
Ejus triumph. 200. A. 236. E.
P. Sempronius Tuditanus Cōſ. 300. A.
P. Septimius Geta Conſ. 721. E.
Imperator. 724. D.
Interfectus. 726. E.
P. Septimius Geta Cæſar alter Conſ. 723. A 724. D.
P. Servilius Geminus Conſ. 252. E. 257. E.
P. Servilius Priſcus Conſ 92. D.
Ejuſque triumph. 93. A.
Peſte necatus. 107. C.
P. Servilius Vatia Iſauricus Conſul. 463. E.
Ejus triumph. 473. C. 525. E. 550. E.
P. Seſtius Capitolinus Vaticanus Cōſ. 113. B. & Xvir. 114. D.
P. Silius Nerva Conſ. 573 E.
P. Suillus Rufus Conſ. 638 B.
P. Sulpicius Galba Maximus Conſ. 292 E. Dictator. 302. B.
Conſ. 305. E.
P. Sulpicius Quirinus Conſ. 556. E. 581. E.
P. Sulpicius Saverrio Conſ. 199. E. 224 E.
P. Titius Perpetuus Conſ. 741. A.
P. Valerius Aſiaticus Conſ. 635. B. 638. A. 657. E.
P. Valerius Falto Conſ. 263 E.
P. Valerius Flaccus Conſ. 271. E.
P. Valerius Lævinus Conſ. 219. E.
P. Valerius Poplicola Conſ. primus, qui curru in Urbe triumphavit. 45. C.
P. Valerius Poplicola Conſ., & cur ita vocatus. 81 B. 82. D. 84. D.
Ejus triumph. Ibid D. 82. A. 83. A. & E. 85. A.
P. Valerius Poplicola Conſ. ejuſque triumphus. 102. C. & D. 109. A. 170 E. Dictator. 174. E.
Mag Equ. 182. E.
P. Valerius Potitus Poplicola Trib. Mil. 150 E. 151. E. 152 E. 153. E. 155. E. 156 E.
P Vatinius Conſ. 528. E.
P. Ventidius Conſ. 541. E.
P. Velius Tappulus Conſ. 306. E.
P. Virginius Rufus Conſ 669. A.
P. Volumnius Amintinus Gallus Conſ. 108. C.
Pyrrhus Rex contra Romanos in Italiam à Tarentinis vocatus. 219. C. 220. C.
Romanos fudit. 222. C.
Inde victus & vulneratus. 225. C.
Iterum victus in Epirum redit. Ejus mors 233. C.

Q.

QUadi à Rom. miraculo fuſi. 706. A & D. 708. D.
Quadratus Conſ. 703. B.
Quietus Conſ 759. E.
Quinctianus Conſ. 739. E.
Quinctius Niger Conſ. 679. C.
Q. Ælius Poetus Mag. Equit. 278. E. Conſ. 230. E.
Q. Ælius Tubero Conſ 409. E. 582. B.
Q. Æmilius Barbula Conſul. 191. E. 195. E.
Q. Æmilius Lepidus Conſ. 573. D.
Q. Æmilius Papus Conſ 225. E.
Q. Allius Maximus Conſ 643. B.
Q. Antonius Merenda Trib. Milit. 131. E.
Q. Arrius Pætinus Conſ. 682. D.
Q. Aulius, aliis Æmilius, Cerretanus Conſ. 187. E. 190. D.
Mag Equ. 192. E.

Q. Cal-

Q. Calpurnius Piſo Conſ. 382. E.
Q. Caſſius Longinus Conſ. 334. E.
Q. Cæcilius Metellus Conſul. 298. E. 507. E. Dictator. 299. E.
Mag. Equit. 296. E.
Q. Cæcilius Metellus Balearicus Conſ. ejuſque triumph. 404. A.
Q. Cæcilius Metellus Celer Conſul. 504. E.
Q. Cæcilius Metellus Creniticus Cōſ. 485. E. Ejus triumph. 488. E. 500 E
Q. Cæcilius Metellus Macedonicus Conſ. 367. E.
Q. Cæcilius Metellus Nepos Conſul. 438. E.
Q. Cæcilius Metellus Numidicus Conſ. 418. E.
Ejus triumph. 420. A.
Q. Cæcilius Metellus Pius Cōſ. 462. D.
Q. Cæcilius Metellus Pius Scipio Conſ. 517. E.
Q. Cædicius Conſ. 249. E.
Q. Cædicius Noctua Conſ. 213. E.
Q. Cælius Hiſpo Conſ. 671. E.
Q. Clœlius Siculus Conſ. 89. A. & E.
Q. Curtius Rufus Conſ. 630. E. 635. B.
Q. Fabius Ambuſtus Mag. Equit. 174. E. Dictator. 189. E.
Conſ. 135. E. Trib. Mil. 146. E.
Q. Fabius Catullinus Conſ. 685. E.
Q. Fabius Labeo Conſ. 319 E.
Q. Fabius Maximus Conſ. 583. D.
Q. Fabius Maximus Æmilianus Conſ. 364. E.
Q. Fabius Maxim. Allobrogicus Cōſ. 405. E Ejus triumph. 406. B.
Q. Fabius Maximus Eburnus Conſ. 411. E. Ejus triumph. 537. A.
Q. Fabius Maximus Gorges Conſul. 208. E. 228 E. 238. E.
Q. Fabius Maximus Rullianus Mag. Equ. 186. E. Conſ. 188. E.
Ejuſque triumph. 196. E. 197. A.
Dictator. 192. E. 201. B. 204. E. 206. E. 214. E.
Q. Fabius Maximus Servilianus Conſ. 368 E.
Q. Fabius Maximus Verrucoſus Conſ. ejuſque triumph. 267. D. 270. E. 288. E. 289. E. 295 E.
Dictator. 278. E. 282. E.
Q. Fabius Maximus Filius Verrucoſi Conſ. 290. E.
Q. Fabius Poſtumus Conſ. 669. D.
Q. Fabius Vejento Conſ. 669 D.
Q. Fabius Vibulanus Conſul. 99. C. 100. B. 106. A. & D. 109 C. 110. D.
Ejuſque triumphus. 160. B. Xvir. 315. B. Unus qui ex Fabia parte ſuperfuit. 131. C.
Trib. Mil. 134. E. 135 E.
Q. Fuſius Caleuus Conſ 528. E.
Q. Fulvius Flaccus Dictator. 294. E.
Mag. Equ. 190. E.
Q. Fulvius Flaccus Conſ. 264. E. 274. C. 291. E. 295. E. 321. E. 322. E.
Q. Fulvius Nobilior Conſ. 342. E.
Q. Hatherius Antoninus Conſ. 645. D.
Q. Herennius Etruſcus Decius Cæſar Conſ. II. 788. A.
Q. Hortenſius Dictator. 214. E. 215. A. Conſ 419. E. 485. E.
Q. Julius Balbus Conſ 685. B.
Q. Junius Ruſticus Conſ. 680. E. 701. A.
Q. Lucretius Veſpillo Conſ 574. D.
Q. Lutatius Catulus Conſ. 465. B.
Q. Lutatius Cerco Conſ. 260. E.
Ejuſque triumph. 262 A.
Q. Marcius Barca Conſ. 611. A.
Q. M. Coclatnius Adventus Conſul. 730. C.
Q. Marcius Philippus Magiſt. Equit. 242. E. Conſ. 317. E. 329. E.
Ejuſque triumphus. 218. E.
Q. Marcius Rex Conſ. 409. E.
Ejus triumph. 411. A. 486. E.
Q. Marcius Tremulus Conſ. ejuſque triumph. 198. B. 205. E. 213. E.
Q. Minucius Augurinus Conſ. 131. D.
Q. Minucius Rufus Conſ. ejuſque triumph. 307. D.
Q. Minucius Thermus Conſ. 381. E.
Q. Mucius Scævola Conſ. 326. E. 410. E. 438. E.
Q. Ninnius Haſta Conſ. 678. A.
Q. Nonius Aſprenas. 585. C.
Q. Nonius Priſcus Conſ 694. C.
Q. Ogulnius Gallus Dictator. 248. A. Conſ. 235. E.
Q. Opimius Conſ. 340. E.
Q. Pedius Conſ. 541. E.
Q. Petil. Rufus Conſ. 663. C.
Q. Petilius Spurrinus Conſ. 324. E.
Q. Plautius Conſ. 627. A.
Q. Pœtilius Libo Xvir. 115. B.
Q. Pompejus Nepos Conſ. 371. E.
Q. Pompejus Rufus Conſ. 449. E.
Q. Pomponius Secundus Conſ. 615. A.
Q. Publilius Philo Dictator. 179. E.
Ejuſque triumph. 186. B.
Magiſt. Equit. 181. E.
Conſ. 185. E. 189. E. 192. E.
Q. Quinctius Cincinnatus Trib. Mil. 134. E. 138 E. 157. C.
Q. Sertorius bellum cum Romanis agit. 465 C. & ſequ.
Q. Servilius Ahala Conſ 161. E. 163. E. 175. E. Dictator. 165. E.
Mag. Equ. 168. E 169. E. 170. E.
Q. Servilius Cæpio Conſ. 374. E 423. E.
Q. Servilius Pudens Conſ. 702. E.
Q. Servilius Priſcus Dictator, ejuſque triumphus. 124. C.
Conſ. 105. B. 106. B.
Q. Servilius Priſcus Fidenas Trib. Mil. 140. E. 142 E. 144. E. 149. E. 152. E. 155. E. 157. B.
Q. Servilius Silanus Conſ. 714. B.
Q. Soſius Falco Conſ. 716. C.
Q. Soſius Priſcus Conſ. 704. B.
Q. Solpicius Camerinus Cornutus Trib. Mil. 140. E. 142. E.
Conſ. 97. B.
Q. Sulpicius Paterculus Conſ. ejuſque triumphus. 246. D.
Q. Sulpicius Longus Trib. Mil. 146. E.
Q. Valerius Falto Conſ. 263. E.
Q. Verranius Conſ. 643. A.
Q. Vettius Aquilinus Conſ. 683. B.
Q. Veturius Philo Conſ. 279. E.
Q. Vipſanius Poplicola Conſ. 642. A.
Q. Voluſius Saturninus Conſ. 647. A. 666. E.
Quintilius Condianus, ſive Gordianus Conſ. 695. C.
Quintilius Maximus Conſ. 695. C.
Quintillus Conſ. 707. E.
Quirini nomen cur Romulo datus. 43. B. 49 E.

R

Regulus Conſ. 698. B.
Relandus, Petrus, ejus de tempore, quo Roma fundata fuit opinio. 7. 41. D.
Remus à fratre Romulo interfectus. 41. A.
Reſpublica in tribus ſtatibus diviſa. 35.
Reſpublica Romana quando magis floruerit. 36.
Quando declinare cœperit. Ibid.
Rex Perſeus unà cum filiis in triumphum ductus à Rom. 331. C.
Rhegium in finibus Italiæ à Rom. occupatum. 240. C.
Rhodus à Terræmotu conquaſſatus. 696. B.
Roma à Gallis capta. 147. B.
Incenſa ſub Nerone. 651. B.
Novis mœnibus cincta. 759. D.
Sine Magiſtratibus. 156. A.
Romæ fundamenta quando à Romulo jacta. 7. 41. A. & ſequ.
Romana navalis Claſſis naufragio everſa. 250. E. 252. B.
Romani à quibus Populis primùm bello provocati. 45. D.
A Gallis fuſi. 147. B.
A Samnitibus victi. 190. E.
A Pyrrho Rege conflicti. 222. C.
Inde de eodem victores. 224. C. 230. C.
Ab Annibale ter victi. 285. D.
Corſos, & Sardos cum Canibus ſubjecere. 269. B.
Iterum à Pœnis in mari rupti. 256. A.
Navalem Claſſem contra Pœnos parant. 244. B.
Pacem Pœnis concedunt. 261. A.
Primùm in Africa. 249. C. 250. C.
Societatem cum Ptolemæo Rege faciunt. 232. C.
Romulus quando Urbis fundamenta jecit. 7. 41. A. & ſequ.
Primùm dictus Romus. 40. A.
Quot annis regnaſſet. 41. B. & D. 44. D.
T. Tatium Sabinorum Regem in ſocietatem Imperii accipit. 44. A. 47. B.
Si uxorem & filios habuerit. Ibid.
Si primus fuit, qui Romæ triumphum egiſſet. 45. B.
Quando primùm triumphavit. 46. A.
Acronum Ceninenſium Regem interficit. 47. B.
De ejuſdem Anno, ac illius correctione diſſertatio. 51. C.
Ejus mors. 48. E.
Etiam Quirinus dictus. Ibid.
Roſcius Regulus Conſ. 656. B.
Rubellius Blandus Conſ 605. A.
Rubrius Gallus Conſ. 671. E.
Ruffinus Conſ. 718. E.
Rufus idem & Flavus. 83. E.
Rutuli Latium incolebant. 45. D.

S

Sabinarum raptus cauſa primi belli in Romanos. 45. D.
Sabini contra Romanos. 45. D 84. B. 85. A & B. 87. C. 92. B.
Victi. 211. E.
In eorum ſocietatem recepti. Ibid. C.
Iterum victi. 93. E. 102. E. 105. B. 111. A. 117. A.
Sabinillus Conſ. 756. E.
Sabinus Conſ. 728. A. 742. E.
Sacrificium Jovi Latiali. 175. B.
Saguntum à Rom. receptum. 289. E.
Salentini à Romanis victi. 237. C. 238. A.
Salii quando primùm creati. 62. A.
Samnites à Romanis victi. 176. A. 186. E. 188. A.
Pacem impetrant. 177. B.
Victores. 189. A.
Iterum victi. 191. A.
Rebellant, & denuo debellati. 193. A. & C. 195. C. 196. D. 199. B. 206. A. 207. C. 208. D. 229. D. 232. D.
Totaliter. 210. A. 211. E.
Sapor Perſarum Rex Romanis infenſus. 743. C.
Valerianum Imper. dolo capit. 753. A.
Sardi à Romanis victi. 245. E.
Sardinia in poteſtatem Romanorum redacta. 264. A.
Rebellata, & mox ſubacta. 266. C. 267. A.
Provincia à Rom. decreta. 324. A. 325. B.
Sarmatæ à Romanis victi. 704. B.
Saſſinates à Rom. victi. 238. B.
Saſſula Urbs Tiburtium à Rom. capta. 169. C.
Saticula à Rom. capta. 193. B.
Satricum Colonia Rom. a Præneſtribus expugnata. 152. C.
Saturnalium dies feſtus quando inſtitutus. 91. C.
Scapula Tertullus Conſ. 717. E.
Scipiones in Hiſpania victores. 287. D. Inde ambo cæſi. 291. D.
Scordiſci in Thracia à Rom. victi. 416. B. 418. A.
Scriptores Rer. Rom. in quibus reprehenſionibus incurrere poſſint. 3.

Eo-

Digitized by Google

Eorum libri aut mutilati, aut corrupti. ibid.
Scytæ Romanas Provincias infeſtant 749 D.
Seditio de plebejo Conſule. 157. E.
Seditio L. Appulei Saturnini. 435. E.
Seditio M. Livii Druſi. 444 A.
Seguntum à Pœnis captum. 282. A.
Semius Augurinus Conſ. 686. D.
Serg. Calpurnius Probus Conſ. 736. A.
Serg. Scipio Orfitus Conſ. 694. C.
Serpens mirabilis magnitud. Romã translatus ex Africa. 250. A
Sertorius in convivio interfectus. 477. E.
Servi Capitolium occupant. 109. B.
Servi in Sicilia & tota Italia contra Rom. rebellantes oppreſſi ſunt. 388. D. 436 E.
Servilius Barea Soranus Conſ. 645. B.
Ser. Corn. Cethegus Conſ. 609. A.
Ser. Corn. Coſſus Maluginenſis Conſ. 99. C.
Ser. Corn. Dolabella Conſ. 664. D.
Ser. Cornelius Lentulus Conſ. 199. E.
Ser. Corn. Maluginenſis Trib. Mil. 136. E. 151. E. 152. E. 153. E. 156. E 157. B.
Mag. Equ. 164. E.
Ser. Corn. Merenda Conſ. 231. E.
Ser. Corn. Orfitus Conſ. 643. C.
Ser. Fulvius Flaccus Conſ. 382 E.
Ser. Fulvius Pætinus Nobilior Conſ. ejuſque triumph. 250 E.
Ser. Octav. Lænas Pontianus Conſ. 686. B.
Ser. Salvidienus Orfitus Conſ. 676. A.
Ser. Sulpicius Camerinus Conſ 88. C. 108. C. 145 E. 174. E.
Legatus in Græciam miſſus ad eorum leges cognoſcendas. 114. B.
Xvir. 110. B.
Ser. Sulpicius Galba Conſ. 366. E. 419. E. 623. B.
Imp. 655. E. & ſeq.
Interfectus. 656. D.
Ser. Sulpicius Rufus Conſ. 519. E.
Trib. Mil. 149. E. 152. E.
Ser. Sulpic. Prætextatus Trib. Mil. 152 E. 155. E. 156. E. 156. E.
Ser. Tullius Rex, ejus acta & triumphi. 63. C. 66. B.
Severus Conſ. 714. C. 739. E.
Sexteidius Catullinus Conſ. 622. A.
Sextilia Virgo Veſtalis damnata inceſti, & viva defoſſa. 212. C.
Sex. Aelius Pælius Catus Conſ. 506. E
Sex. Apulejus Conſ. 563. E.
Ejus triumph. 571 B.
Sex. Articulejus Pætus Conſ. 671. D.
Sex. Atilius Serranus Conſ 380. E.
Sex. Catius Clementinus Conſ 717. B
Sex. Erucius Clarus Conſ. 693. C.
Sex. Furius Fuſcus Medullinus Conſ. 98 B.
Sex. Julius Celer Conſ. 632. C.
Sex. Julius Cæſar Conſ 338. E. 443. D.
Sex. Julius Frontinus Conſ. 671. A.
Sex. Julius Julus Trib. Mil. 130. E.
Sex. L. Tarquinii Superbi Regis filius 68. B.
Sex. Nonius Quintilian. Conſ. 632. C.
Sex. Papinius Allenius Conſ. 627. A.
Sex. Pompejus Collega Conſ. 669. D.
Sex. Pompejus Sex. Fil. Conſ. 557. E.
Sex. Quintilius Conſ. 213. A.
Sex. Quintil. Condianus Conſ. 709 B.
Sex. Vetulenus Civica Pompejanus Conſ. 688. D.
Sicilia prima Populi Romani Provincia facta. 261. E. 293. B.
Sigonii in deſcribendis Faſtis inſtitutum. 4.
Ejus ſpes in meliorem formam ipſos recudendi. Ibid.
Ejus opinio de Republica. 35. 37. 43 A
Silius Meſſalla Conſ 728. A.
Silius Nerva Conſ. 613. A.
Simon Magus Romam pergit. 635. D.
Ex aere in terram lapſus. 651. A.
Sixtus Pontifex. 679. C.
Ejus mors. 684. B.
Sixtus II. Pontifex. 751 E.
Martyrio afficitur. 752. E.
Sophoniſba Syphacis uxor à Maſſaniſſa rupta. 301. E.
Veneno necata. 302. A.
Sora à Rom. capta. 193. D.
Soter Pontifex. 701. A.
Martyrio necatus. 705. B.
Spoletum Romanorum Colonia. 260. D.
Sp. Carvilius Maximus Conſ. 208. B. 212. E.
Sp. Carvilius Maximus Ruga Conſ. 265. E.
Ejuſque triumphus. 267. A. 270. E.
Sp. Caſſius Vicellinus Conſ. ejuſque triumphus. 87. B. 95. A. 98. E. 99. A.
Necatus pro Regni affectatione. Ibid. B.
Sp. Cornutus Tertullus Conſ. 672. C.
Sp. Furius Conſ. 113. A.
Sp. Furius Fuſus Medullinus Conſ. 100. C. 107. B.
Sp. Furius Medullinus Trib. Milit. 131. E. 144 E. 146. E. 155. A.
Sp. Lartius Flavus Conſ. 83. C. & E. 97 B.
Sp. Lucretius Tricipitinus Conſ. 80. E. 81. C.
Sp. Mælius vir in Equeſt. Ord. Plebi ſubvenit in Anon. caritate. 121. C.
Interemtus. 122. B.
Sp. Nautius Rutilus Trib Mil. 130. E. 133. E 134. E. 138. E.
Conſ 98 A. 191 E.
Sp. Oppius Cornicen Xvir 115. B.
Sp. Papirius Craſſus Trib. Mil. 152. E.
Sp. Papirius Curſor Trib. Mil. 153. E.
Sp. Poſtumius Albinus Conſ. 181. E. 189 E. Mag. Equ. 185. E.
Conſ. 317 E 417. E.
Sp. Poſtumius Albinus Paullus Conſ. 327. E.
Sp. Poſtumius Albinus Magnus Conſ. 350. E.
Sp. Poſtumius Albinus Regillenſis Trib. Mil 144. E.
Cenſor. 153. B.
Sp. Poſtumius Albus Regillenſis Conſul. 106. B. Xvir. 114. E.
Trib. Mil. 126 E.
Sp. Servilius Structus Trib. Mil. 158. E.
Sp. Tarpejus Montanus Capitolinus Conſ. 112. C.
Sp. Veturius Craſſus Cicurinus Trib. Mil. 134 E.
Sp. Virginius Tricoſtus Cælemontanus Conſ. 112. A.
Stampa, D Joſeph M., ejus Præfatio ad Comm. Faſtor. Sigonii. 1.
Ejus opinio de Urbis fundatione. 41. A. 43. A & E.
Ejus de Opimis ſpoliis Diſſertatio. 46. E.
Ejuſdem de Romuli Anno illiuſque correctione à Numa Pompilio, deinde à Julio Cæſare, mox ab Octavio Auguſto, ac tandem à Gregorio XIII. facta Diſſertatio. 51. C.
Ejuſdem de Annis Romanorum Regum, & de Conſulatus initio Diſſertatio. 67. E.
Ejuſdem de Comitiis Romanorum Diſſertatio. 74. E.
Ejus de Anno mortis Chriſti. 615. D
Statilius Siſenna Taurus Conſul. 603. B.
Statius Priſcus Conſ 699. A.
Staturninus Conſ. 275 E.
Stephanus Pontifex. 750. B.
Capite truncatur. 752. B.
Stipendium de publico primùm militibus datum. 138. B.
Sutrium obſeſſum à Rom. liberatum. 148 C.
Syphax Rex Numidarum in Amicitiam Romanorum receptus. 290. C.
Cui ipſemet renunciat. 300. D.
In triumphum ductus. 304. B.
Syracuſæ a Rom. obſeſſæ. 241. C.
Ab ipſis captæ. 291. B.

T

TAcfarinas Africæ turbator pluries victus moritur. 609 D.
Taciti opinio de Republica 35.
Tarentini bellum Romanis movent. 219 A.
Pyrrhum Regem in auxilium advocant. 219. B.
Pacem à Romanis impetrant. 231. D. 233. E.
Tarentum à Romanis receptum. 295. B
Tarquinia Uxor Octavii Manilii Tuſculani ducis, & L. Tarquinii Superbi Filia. 68 C.
Tatia Numæ Pompilii Uxor. 61. B.
Tatius Sabinor. Rex in ſocietatem Imperii à Romulo acceptus. 44. A.
Tauromitani in fidem Romanorum recepti. 243. B.
Taurus Statilius Corvinus Conſul. 637. A.
Teleſphorus Pontifex. 684. B.
Martyrio coronatur. 690. B.
Templum Concordiæ quando conſtructum. 407. E.
Templum Fortunæ Urbis erectum. 681. E.
Templum Hieroſolym. incenſum. 657 E.
Templum Jani clauſum. 658. C.
Templum Junonis extructum 114 B.
Templum Onion dirutum. 658. C.
Templum Pacis quando conſtructum. 659 A.
Templum Ventorum quando & ubi conſtructum. 661 E.
Terræmotus ingens Romæ. 754. E.
Tertullus Conſ 698 D.
Tetricus Galliar. Tyrãnus. 760. B.
Teuta Illyorum Regina. 271. B.
Teutoni Romanis bellum movent. 415. C.
Theanenſes in deditionem Romanor. 192. A.
Theatrum ad ludos ſpectandos lapideum Romæ factum. 341. A.
Thracia in provinciã redacta. 639. E.
Tiberiadis Urbs ab Herode Antip. ædificata. 606 B.
Tib. Æmilius Mamercinus Conſ. 105. A. 106. A. 179 E.
Tib. Claudius Imperator factus. 633. A.
Tib Claudius Atticus Herodes Conſ. 692. A.
Tib. Claudius Puſcus Alex. Conſ. 680. B.
Tib. Claudius Nero Conſ. 302. E. 580. E. 584. E.
Tib. Claudius Severus Conſ. 720. C.
Tib. Coruncanius Dictator. 258. E.
Conſ. 219. E.
Ejus triumph. 223. C.
Tib. Julius Candidus Conſ. 673. C.
Tib. Manlius Modeſtus Conſ. 736. A.
Tib Minucius Augurinus Conſul. 198. E.
Tib. Saturninus Conſ. 719 C.
Tib. Sempronius Gracchus Magiſt. Equit. 284. E.
Conſ. 263. E 288. E. 289. E.
Ejuſque triumph. 324. A. 334. E.
Tib. Sempronius Longo Conſ. 283. E. 310. E.
Tiberius Vividius Quadratus Conſ. 630. E.
Tiburtes à Rom. victi. 169 C.
Ticinum flumen, ibi ab Annibale Rom. victi. 282. B.
Tigranes Rex Armeniæ cum ſuis Romanis deditur. 492. D.
Tineus Clemens Conſ. 717. E.
T. Æbutius Elva Mag. Equ. 92. A.
T. Annius Aur. Verus Conſ. 708. E.

T. An-

Digitized by Google

T. Annius Luſcus Conſ. 342. 399. E.
T. Antonius Merenda Xvir. 115. B.
T. Artius Antoninus Conſ. 656. A. 668. E.
T. Aurelius Fulvus Conſ. 664. B.
T. Aurelius Sabinus Conſ. 663. D. 665. C.
Titus Cæſar I. Veſp. F. Conſul. 657. B.
Ejus triumph. 658. C. & E. 659. B. & D. 660. A. & D. 661. B.
Imperator. Ibid & ſequ.
Moritur. 662 E.
T. Claudius Pompejanus Conſul. 725. E.
T. Clodius Vibius Varus Conſul. 699. C.
T. Clœlius Siculus Trib. Pleb. 118. E.
T. Didius Conſ. 438. E.
Ejus triumphus. 439. A.
T. Flavius Clemens Conſ. 667. E.
Martyrio affectus. 668. A.
T. Flavius Sabinus Conſ. 656. A. 663. A. 668. D.
T. Flavius Sabinus Veſpaſianus Conſ. 645. C.
T. Flavius Tertullus Conſ. 701. A.
T. Flavius Veſpaſianus Conſ. 644. D.
Imperator. 657. B. & ſequ.
Moritur. 661. C.
T. Gallicanus Conſ. 684. B.
T. Geganius Macerinus Conſ. 96. D.
T. Genutius Augurinus Conſ. 113. D. & Xvir. 114 D.
T. Herminius Aquilinus Conſ. 83. C. & E.
T. Hœnius Severus Conſ. 691. A.
T. Junius Montanus Conſ. 703. E.
T. Lartius Flaccus Conſul. 87. D. 89. A.
Titus L. Tarquinii Superbi filius. 68. B.
T. Lucretius Flaccus Trib. Milit. 145. E.
T. Lucretius Tricipitinus Conſ. 82. D. & E. 84. D.
T. Manlius Imperioſſus Torquatus Dictator. 172. D. 196. E.
Conſ. 173. D. 174. E.
Ejuſque triumphus. 177. E.
T. Manlius Torquatus Conſ. 204. E. 265. E. 274. C. 296. E. 333. E.
T. Menenius Lanatus Conſ. 102. A. 113. B.
T. Meſſios Extricatus Conſ. 729. E.
T. Nonius Conſ. 761. C.
T. Numicius Priſcus Conſ. 105. B.
T. Plautius Silvanus Conſ. 660. A.
T. Quinctius Barbatus Capitolinus. Conſ. 104. C. 105. B. 106. D. 117. D. 119. E. 121. E.
Ejus triumphus. 105. C.
Trib. Mil. 138. E.
T. Quinctius Capitolinus Mag. Equ. & Trib. Milit. 151. A.
Conſ. 132. E.
T. Quinctius Capitolinus Pennus Criſpinus Dictator, & ejus triumphus. 164. E.
Magiſt. Equit. 165. E.
Conſ. 169. E.
T. Quinctius Cincinnatus Trib. Mil. 149. E. 151. E.
Dictator, ejuſque triumph. 153. D.
T. Quinctios Cincinnatus Capitolinus Mag. Equ. 160. E.
Conſ. 170. E.
T. Quinctius Criſpinus Conſ. 295. E 583. E.
T. Quinctius Flaminius Conſ. 306. E. 345. E. 403. E.
T. Quinctius Pennus Cincinnatus Conſ. 126. E. 128. E.
Trib. Mil. 129. E. 132. E.
T Romilius Roccus Vaticanus Conſ. 112. B., ut Xviri eligerentur auctor. 114. A.
Xvir. Ibid. E.
T. Ruſtius Nummius Gallus Conſ. 611. A.
T. Sextius Africanus Conſ. 676. E.
T. Sextius Lateranus Conſ. 696. E.
T. Sicinius Sabinus Conſ., & ejus triumphus. 96. B.
T. Statilius Taurus Conſ. 569. E.
T. Veturius Calvinus Conſ. 181. E. 189. E.
T. Veturius Geminus Cicurinus Conſ. 93. B.
Ejuſque triumphus. 108. A.
T. Vinius Rufinus Conſ. 655. E.
T. Virginius Rufus Conſ. 656. A.
T. Virginius Tricoſtus Cœlimontanus Conſ. 117. B.
T. Virginius Tricoſtus Rutilus Conſ. 101. B.
T. Vitraſcus Pollio Conſ. 707. C.
Trajanus Cæſar adoptatus. 669. E.
Imperator. 670. B.
Moritur. 679. E.
Traſimenum flumen, ibi ab Annibale Rom. victi. 282. C.
Trebellius Maximus Conſ. 650. C.
Trebia flumen, ibi ab Annibale Rom. victi. 282. B.
Trebonianus Gallus Imp. 748. A.
Occiſus. 349. E.
Triarius Rufinus Conſ. 725. D.
Tribuni Militum quando creati. 122. D.
Denuo inſtituuntur. 126. B.
Iterum poſt Rom. capt. Conſulari Poteſt. inſtaurati. 149. A.
Iterum inſtaurati. 156. C.
Sex primum creati. 138. C.
Tribuni Plebis a Tribunis de Plebe, in quo differant. 96. E.
Quando reſtituti. 77. C. 96. A. 118. E.
Iterum dominant. 155. B.
Tribunorum Plebis poteſtas coërcita. 647. C.
Tribunus Plebis inſtitutus in quinquennium. 585. D.
Tribus, vocis etymologia. 74. E.
Tributa quando inſtituta. 74. D.
Tricoſtus gentis Virginiæ cognomen. 91. D.
Triumphalia ornaměta pro Triumpho quando cœpta. 45. C.
Triumphi Aſiatici declinationis Reipublicæ Cauſa. 36.
Triumphi quando intermiſſi. 580. B.
Triumphus quando primùm inſtitutus. 44. C. 45. A.
Quot genera. 45. A.
Triumviri quando inſtituti. 543. E.
Tullius Artius Volſcorum Rex. 98. A.
Tullus Hoſtilius Rex ejus acta. 62. A.
Ejus Triumphus. Ibid. 63. B.
Quot annis regnavit. Ibid. A. & E.
Tuſculanum à Romanis recuperatum. 110. B.
Tutula ancilla Romana, ejuſque memorabile geſtum. 149. A.

V

VAlentia Romanor. Colonia. 263. B.
Valentinus Hæreſiarca. 690. E.
Valerius Aſiaticus Saturninus Conſ. 666. E.
Valerius Meſſalla Conſ. 648. A.
Vejentes contra Romanos. 45. D.
Eorum Rex in Triumph. ductus. 46. B.
Agrum Rom. infeſtant. 100. C. 118 C
A Romanis victi. 85. A. 102. D. 103. D.
Iterum victi, eorum Rege interfecto. 128. B. 130. A.
Legatos Rom. interficiunt. 123. A.
Bello fuſi, & eorum Rex necatus. 124. A.
Oppreſſi. 144. B.
Velitræ a Romanis obſeſſæ. 157. B.
Captæ. 160. B.
Veneficia quando primùm Romæ incœpta. 184. A.
Veneti navali prœlio victi. 510. D.
Venuſtus Conſ. 742. E.
Vermina Syphacis filius à Rom. ſuperatus. 303. B.
Verrugo à Rom. recepta contra Volſcos. 136. D.
Vettius Cornificius Gordianus Conſ. 761. C.
Vettius Proculus Conſ. 669. D.
Via Æmilia à M. Æmilio Scauro ſtrata. 413. C.
Via Flaminia quando munita, & quare ſic dicta. 280. B.
Victor Pontifex. 712. B.
Martyrio coronatur. 719. B.
Victorinus Conſ. 764. A.
Vipſanius Lænas Conſ. 635. B.
Virdumarus Rex Gallor. Inſubrum à Rom. interfectus. 277. A.
Virginia plebeja Virgo quare à Patre occiſa. 116. A.
Virgilius moritur. 574. E.
Viriathus Luſitanor. Dux. 363. A.
Romanos fudit. 363. E. 364. A.
Proditoriè occiſus. 374. D.
Viſigothi nomen unde. 712. A.
Vitellius Conſ. 714. C.
Vitrum infrangibile & molle redactum. 609. C.
Ejus Artifex à Tiberio vitâ privatus. Ibid.
Umbri in deditionem Romanorum compulſi. 197. A.
Volaterras à Romanis capt. 463. A.
Veldumianus Conſ. 759. E.
Volero Publilius Philo Trib. Milit. 142. E.
Vologeſus Parthor. Rex Romanos fudit. 650. D. 701. B.
Volſci latium incolebant. 45. D.
A Romanis victi. 93. A. & D. 98. B. 99. A. 100. A. 105. C. 108. B. 110. B. 117. A.
In jugum miſſi. 120. E. 127. A.
Vopiſcus Julius Julus Conſ. 104. A.
Vopiſcus Pompejus Silvanus Conſ. 656. A.
Urbanus Pontifex. 732. C.
Martyrium ſubit. 737. B.
Uticenſes à Romanis ſubjiciuntur. 347. A.
Volſinienſes à Rom. victi. 238. D. 242. A.

X

XAnthyppus Lacedæmonior. Dux in auxilium Pœnor. 250. B.
De Romanis victor. Ibid. C.

Z

ZEno Artaxia Rex Ponti. 606. C.
Zenobia Palmyr. Regina ſuum Imperium amplificat. 757. D.
Ab Aureliano Imp. capta. 760. B.
Zephyrinus Pontifex. 718. E.
Martyrio coronatur. 730. B.

F I N I S.

BIBLIOTECA NAZIONALE DI TORINO

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google